del coll[eg]io de la comp[añí]a de Jesus de granada

R. 4047

# PSALMI DAVIDIS,

CALENDARIO HEBRÆO, SYRO, GRÆCO, LATINO, ARGVMENTIS, ET COMmentariis genuinum eorum ſenſum, Hebraïſmóſque locupletiùs, quàm antea aperientibus,

*A G. GENEBRARDO THEOLOGO Pariſienſi, diuinarum literarum profeſſore Regio iam tertiò instructi.*

Qui nunc primùm in duas diuiſi partes, & INDICIBVS locorum S. Scripturæ, & Hebraïſmorum & quibuſdam aliis aucti ſunt, de quibus legatur Bibliopolæ epiſtola.

*LVGDVNI,*

EX OFFICINA IVNTARVM.

M. D. XCII.

Predicador del Sagrario

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

del coll.o de la comp.a de Jesus de granada
R. 4047

# PSALMI DAVIDIS,

CALENDARIO HEBRÆO, SYRO, GRÆCO, LATINO, ARGVMENTIS, ET COMMENTARIIS genuinum eorum ſenſum, Hebraïſmóſque locupletiùs, quàm antea aperientibus,

*A G. GENEBRARDO THEOLOGO Pariſienſi, diuinarum literarum profeſſore Regio iam tertiò inſtructi.*

Qui nunc primùm in duas diuiſi partes, & INDICIBVS locorum S. Scripturæ, & Hebraïſmorum & quibuſdam aliis aucti ſunt, de quibus legatur Bibliopolæ epiſtola.

Alt. de Mar.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*LVGDVNI,*
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. XCII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
Predicador del Sagrario

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO LOTHARINGO CARDInali Vaudemontio, G. Genebrardus Theologus Pariſienſis.

QVONIAM Theoſophiæ ſpacia commodo ordine conficere, tãdémque tuis diuinarum rerum ſtudiis colophonem adiicere inſtituiſti, vt Cardinalitium ſplẽdorem extraordinariis quibuſdam decoribus (illuſtriſsimè Cardinalis) illuſtriorem efficias: operæpretium facturus videor, ſi illud conſilium tuo nomini honorificum, Cardinalium Lotharingorum proprium

Vaudemontiorum Principum ſtemmatibus dignum, Eccleſiæ Galliæ ſalutare, aliqua ratione fulciã, firmémque. Præter humanas diſciplinas Gręcis literis fœliciter es tinctus. Diui Thomæ Scholaſticorũ facilè principis ſcitis, præceptíſque, ſeriò te imbuiſti. In Scholaſtica Theologorum facultate valdè excellis. θετικὴν delibaſti. Eia, mactè animo: penè attigiſti nauigationis adeò admodum difficilis, ac vaſtæ portum. Sed quoniã non ignoras, Theticẽ, in qua verũ nõ iam diſputãdo inquiritur, ſed quæſitum, & quaſi poſitum, cõſtitutúmque diſcitur, tribus tamquam partibus conſtare: antiquitatis, Eccleſiaſticæ præſertim notitia, Patrum varia, multiplicique lectione, Scripturarum intelligentia, interpretationéque: ſuccidas aliquot horas quotidie tuis grauiſsimis alioqui negotiis oportet, quibus ætatis florem in his omnibus accuratè exerceas, ac quicquid primis

Thetices ſeupoſitiuæ theologię partes.

Ency-



Encyclopædiæ inſtitutionibus deeſt, his ſecundis venuſtè expleas. Taceo linguarum peritiam, quia nõ dubito, quin alia cum Latina, & Græca tempeſtiuè coniuncturus ſis. In primis autẽ nunc interpretationis Scripturarum illicem tuis muſis apponere volui, dum reliqua partim fercula excipies: quoniam, quanta ſit Verbi Dei dignitas, quanta pręſtantia, quãta vis & deliciæ, habes ſanè perſpectum. Præterea, vt te inuitem ad ſimplicẽ eius ſenſum, quem ſi primùm, ac potius nobiſcum perſequêre, reliquos deinceps ſponte naturæ, nullóque negotio conſequêris. Allegoricus enim, myſticus, anagogicus, ethicus, & ſi qui alij ſint, ex hoc, tãquam è radice per ſe erumpunt, ac germinant, indéq; vt è ſemine, copiosè luxurioſéque manant. Cuiuſmodi tibi plurima in poſterum dare, dicare, offerre, in animo habeo, quòd cõditionis æquè ac fidei, virtutiſque Caroli

Cardinalis Lotharingi patrui tui, & illuſtriſſimæ gentis veſtræ ornamenti, hæres ex aſſe videare. Nam qui me adoleſcentem eſt complexus, vixque è iuuentute egreſſum, cathedra regia exornauit, quidni illius immortali memoria recreer, ac ſuauiter perfundar? Fac igitur tantiſper, dum tibi Caroli illius Cardinalis magni, Carole Cardinalis nepos maxime, alios fœtus ad tuum inſtitutū vergentes Iambo, noſtros in Dauidis Regis Pſalterium commentarios, iam tertia editione, & forma præſtantiore in Chriſtianorū manus prodeuntes, tua fortaſſis amplitudine & ingenio inferiores, ſed tamē Principi ad Dei ter opt. max. cōgreſſus piè ſuſpiranti accommodatiſsimos, candidiſsimè accipias. Aliorum enim nonnullos his menſibus perlambiſſem, niſi me à meis muſis regium mandatum auulſiſſet, ac in Italiam abriperet.

Vale ex itinere, menſe Iunio 1587.

AD

# AD SANCTISSIMVM PATREM GREGORIVM DECIMVM-TERTIVM TOTIVS ECCLESIAE PRINCIPEM,

*Pontificèmque Maximum G. GENEBRARDI Theologi Pariſienſis, Diuinarum Hebraicarúmque literarum Profeſſoris Regij, in ſuos Pſalmorum Commentarios.*

## PRAEFATIO.

*DIVINITVS factum arbitror, Pater ſanctiſſime, atque optime, vt ſepoſitis cæteris Scripturæ libris à Septuaginta interpretibus olim conuerſis, Eccleſia illorum dumtaxat Pſalmos, & in vſum receperit, & aliorum omnium, quæ multa vtique fuere ad Diui vſque Hieronymi tempora, verſionibus commodiſsimè antepoſuerit. Nam hi non modò puriores & incorruptiores in hoc diuino opere, diuina prouidentia, ſe præſtiterunt: verùm etiam poſteris omnibus, cùm rectius vertendi, tum ſanctius Spiritus ſancti mentem concipiendi viam rationémque præcluſére. Quin & excelluerunt pietatis ignibus. myſteriorum repræſentatione, ſententiarum pondere, intellectuum acumine, interpretationis veritate. Vt enim fortaſsis conceſſerim nonnulla quædam in eis reperi-*

Septuaginta interpretū Pſalmorū verſionē cur retineamus.

+ ri,

*vi, quæ fideliùs, faciliùs, commodiùs, addam etiam rectiùs, ab ipſis quidem vel forſan ab aliis reddi potuerint, vt nihil eſt ex parte beatum & perfectum, maximè in tanta ſacrorum oraculorum profunditate & altitudine, ad quam etiam ipſe Iſaac, deinde Prophetæ caligauerunt & cum regio Propheta diuinorum vatum principe hac orationis formula ſibi precandum putauerunt,* Reuela oculos meos, & intuebor mirabilia de lege tua: *atſi conferantur cum creberrimis & maximis aliorum præſertim recentiorum interpretum erratis, pauciſſima continent vel menda, vel peccata, eáque non tanti facienda, quin debeant ipſi ſuperiore loco ſemper exiſtere, ac multis gradibus iſtos antecedere, qui Hebraicam veritatem & fidem in eorum dedecus, falſa quadam ducti perſuaſione (vt temerarium eſt, miniméque ſanum hoc hominnm genus) oſtentare non deſinunt, In quo ſe ab ea ipſa longè alieniſſimos linguarum peritis, doctiſque, qui quidem non ſint nouitatis, diuerſarúmque partium oeſtro perciti, diſertius clariúſque demonſtrare non poſſunt, Perinde inuidos, maleuolos, ſuperbos, indoctos ſoleo iſtiuſmodi homines & frequenter dicere, & non ineptè, mea quidem ſententia, appellare. Etenim inuidens tot, tantis, támque vetuſtis, & præclaris viris in media Hebræorum ſchola natis, educatis, auctis, inſtructis ac informatis propriæ natiuæque linguæ peritiam, quam tamen ſibi in puerili & peregrino ſciolorum ludo glorioſiſſimè, ne*

Pſal. 118. verſ. 16.

Recētiores qui 70 calumniātur reprehenduntur.



*dicam abſurdè, & impudenter, audeant arrogare. Maleuolentiæ & odij liuore veteres illos perſequuntur, quos proſpiciunt ſummam apud omnes etiam Apoſtolos, qui ipſorum verba, integróſque verſuum tum ambitus, tum circumſcriptiones, non modo ſententias, libenter vſurpant ac proferunt, auctoritatem ſemper adeptos: nec animaduertunt paucos næuos minus ſufficere ad eleuandam detrahendamq́; de Eccleſia Sanctorum exiſtimationem, in hoc præſertim interpretandarum Scripturarum genere, in quo quemadmodum Deus eſt incomprehenſibilis, ita & eius verbum plenè perfectéque nequit comprehendi, quantumuis quis ingenio, eruditione, intelligendi facultate & copia atque adeo gratia diuina polleat. Quāta autē eſt ſuperbia cuncta velle comprehenſione modulóque mentis ſuæ metiri, quantum ſupercilium è tenui atque perexiguo ingenij ſui captu de probatis per tot ſæcula ſcriptoribus iudicium ferre, denique quàm inconſultum audáxque facinus, quicquid in eis neſcitur, neu capitur, aut intelligitur, tamquam inſcitè dictum, aut verſum improbare, mutare, corrigere, reiicere. Indoctos verò miſerè eſſe oportet, qui non eos percipiunt in paucis dumtaxat locis, iiſque obſcurioribus & ſpinoſioribus de induſtria ſe inuoluiſſe, ſéque potius inſinuaſſe, quàm clarè & definitè expreſſiſſe, ne eorum locorum interpretationis, ac ſenſuū, prout ſanè cuique videretur liberum iudicium & intelli*

telligentiam adimerent, quam variam & multiplicem in archetypo eſſe ſentiebant, ne pluribus præclaris ſententiis, in quas Hebraica interdum & referuntur & accipiuntur, vt fit in ſcriptis reconditioribus, quicquam decerperent, ne denique ad primigeniam linguam, vnde certior longè atque exploratior ſumi poteſt explanatio, ſtudioſiores, non allicerent, quæ in alienam transfuſa & quaſi percolata de ingenito ſibi ſucco & ſplendore, déque vi & varietate ſolet plurimùm amittere. Tam enim eſt ampla, tam auguſta diuinæ vocis maieſtas, tam ſæpe copioſa diuinæ ibi locutionis fœcunditas, vt vel vnico verbulo multiplicem intelligentiam, ac vnamquamque piis animis ſuauiſſimam complectatur & pariat. Sed interim tamen aſperrimis illis locis ſenſum commodiſſimum attulerunt Septuaginta noſtri Seniores, quèm & Hebrææ verborum ſententiarúmque comprehenſio, contextus ſermonis, ductus facilè dilucidéque patitur, & Rabbini aliqui præcipuè veteres, adhibuerunt, ſequutique ſunt, atque plena manu complexi. Cuius rei iudices non omnino inepti eſſe poſſumus, cùm ætatis magnam partem in Hebraicis diſcendis docendiſque conſumpſerimus, & regij illarum litterarum profeſſoris perſonam, vt non Catholicis erudiendis idoneam, vt qui non niſi robuſtiſſimo opimóque cibo paſcantur: at certè aduerſariis, qui ne lac quidem poſſunt præ infantia concoquere,

form



formidabilem, denos iam annos in hoc doctiſſimorum Pariſienſis academiæ theatro ſuſtineamus. Vtinam eadem puritate illos in reliquos veteris teſtamenti codices haberemus. Idem profectò, opinor, de ipſis non ſolùm cenſeremus, quos & fidiſſimos interpretes, & ſanctiſſimos Prophetas ſuſcipimus, veneramur, colimus: verum etiam Sancta Dei Eccleſia hoc ipſum præſcriberet, quam idcirco oportuit D. Hieronymi verſionem, veterrimam illam quidem, ſi ad hæc noſtra reſpicimus tempora, ſin ad Aegyptia, nouam certè, vt & eam appellat, inſcribítque D. Gregorius, vnus è tuis tui fauſti nominis, Beatiſſime Pater, in Romana ſede maioribus, vt Archetypo, è quo eruditè ab eodem Hieronymo ſumpta eſt, pulcherrimè congruentem, & fide reliquas ſuperantem, in eorum locum ſufficere, ac legendam omnibus Chriſtianorum Latini orbis Eccleſiis diuinitus proponere. De iſtius corruptelæ labiſq; cauſa, & mendarum, quæ in cæteris, extra Pſalmos, 70. interprepretum libris obrepſere, in promptu nihil habeo dicere. Putarim tamen Ptolemæis Aegyti regibus, Antiochis Syriæ Iudææque tyrannis: Demetriis mundi Philoſophis, intra trecentos plus minus ante Seruatorem noſtrum annos, temporis vetuſtatem ſitu, carie, blattis, tineis ob contemptum fortaſſis etiam ſacrarum rerum, gentibus vel ante inauditarum, vel non valde placentium, prima exempla exediſſe, tranſcribentium

Cur alij ſacri libri ex 70. verſione erroribus ſcateant.

dehinc

*dehinc oſcitantiam eadem ipſa transformaſſe, atque adeo deformaſſe, ſciolorum corrigere conantium audaciam temeritatémque vitiaſſe, & peruertiſſe, hominum deinceps, & quidem veræ religionis & nominis, non tam ſtudioſe & auide illos, vt Pſalmos, verſantium in manibus, incogitantiam, atque ſegnitiem menda illa non curaſſe, rémque eam totam, vt fert ſæpe hominum ſocordia, prorſum neglexiſſe. Noſtrum verò Pſalmorum opus, quoniam maximo ſtudio & fructu publicè, priuatímque terebatur, legebatur, cantabatur ab omnibus pietatis cultoribus, partim humana induſtria & conſilio, partim diuina virgula conſeruatum eſſe incorruptius. Quod ex eo perſpicimus, quoniam ſententiam primæui fontis, è quo manauit, optimè, vt docui, ac efficaciſſimè, quamquam non ſemper ad litteram, complectitur. Septuaginta enim non tam ad verbum, quàm ad ſenſum conuerterunt, & (quod itidem Ritius de D. Hieronymo ſcribit) plerumque verborum proprietatem, peculiarémque dictionum ſignificationem & naturam deſeruerunt, vt magis ſenſui, mentíque ſcriptoris ſui primarij intenderent. Quocirca vix hic vllum eorum locum reperio, cuius ſentētiam non ferat etiam Hebræa litera, & aliquis è præſtantioribus illis veteris Academiæ doctoribus, quos Rabbinos appellant, non afferat. Vt mirer recentiores potius laborauiſſe de eis reiiciendis,*

*mutand*



*mutandis, diſpungendis, corrigendis, quàm intelligendis, appendendis, percipiendis: prius cogitauiſſe de noua editione condenda, quàm de hac vetere per Hebræas diſciplinas, Hebræos Rabbinos, ac interpretes, maximè veteres, tum & Hebraiſmos, nempe Hebræorum dicendi modos & formulas, pernoſcenda. Multò honeſtiùs, atque laudabiliùs ſui luminis tenuitatem, & ingenij ſtuporem accuſaſſent cum Euripide de ſcriptis Heracliti auctoris plane obſcuri, ita apud Laertium loquente,*

Editiones recentiorum redarguuntur.

ἃ μὲν συνῆκα γενναῖα, οἶμαι δὲ, ἃ μὴ συνῆκα.

Quæ intellexi præclara ſunt, opinor autem & quæ non intellexi.

*Hunc enim ingenui animi candorem hi, qui vere ſunt pij, & ingenui ſolent in probatis aliorum operibus afferre, quemadmodum Auguſtinus, alicubi referens ſe, quæ intelligit ſacris inuoluminibus, inſignia præſtantiáque omnia agnoſcere, ſuſpicere, comprobare, cætera, quæ minus intelligit, adorare, colere, venerari: & ſancti illi Epiſcopi apud Sozomenum Iuliani Apoſtatæ temerarium iſtud de libris Apollinarij aduerſus Græcos philoſophos dictum, quo eos quidem libros ſtultè improbabat, in eum ipſum eleganter retorquentes,* ἀνέγνως, ἀλλ᾽ οὐκ ἔγνως, εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως, *hoc eſt (vt relicta colluſione rem ipſam enucleemus)* legiſti quidem, ſed non intellexiſti. Nam ſi intellexiſſes, neque deluſiſſes, neque damnaſſes. *Cuiuſmodi temeritatis reos*

*tener*

*teneri hæreſum omnium temporum, & maximè noſtræ tempeſtatis anteſignanos, & ſectatores vt noſtris hominibus oſtenderem, ſimúlque veram & genuinam Pſalmographi mentem aperirem, prætermiſsis allegoriis, quæ hîc alioqui, vt in cæteris diuinis paginis, ſanctiſsimæ ſunt, ac dulciſsimæ, lucubratiunculam hanc inſtitui, eámque, beatiſsime Pater, ad tuos poſtes appendere, ac in tuo ſacrato nomine apparere volui, non modo vt plus dignitatis illa conſequatur, verùm etiam vt Chriſti hoſtes, quibus propter Diui Petri cathedram, & virtutem diſplices, vehementius vram, item vt ſi inſtitutum hoc meum tuæ ſanctitati allubeſcit, illam deinceps interpretandi docendíque viam & rationem in reliquos Scripturæ, præſertim veteris libros ſeruem ac ſequar, quò homines nouitatum cupidi, potiſsimùm aduerſarij noſtri, inſtitutionis piæ & veteris, veterúmque Eccleſiæ librorum & doctorum prophani contaminatores intelligant, ac ſi quid ſanæ mentis habent, planè perſpiciant, ſeſe in eo, in quo aliquid eſſe, quin & plurimùm valere ſe putant, prorſus nihil eſſe, ſéque fruſtra bellum noſtræ editioni indicere, tandémque ipſam pernoſcant per omnia pulcherrimè ſuo archetypo congruere, aut certè longè minus ab ipſo diſcrepare, quàm recentiorum quorumlibet verſiones, iſtorum præſertim, qui hac noſtra memoria ſeſe vulgo*



*vulgo eo nomine plurimùm efferunt ac oſtentant, & eadem opera admoneantur vti linguis non tam ad condendas nouationes, quàm ad comprehendenda diſcendáque ſanctiſsima antiquorum monimenta, locóſque in eis inuolutiores illarum linguarum beneficio euoluendos. Linguarum enim fateor cognitionem eſſe neceſſariam, ſeorſum in Sacrarum literarum ſtudio, ad multarum ſanè rerum præſtantiſsimarum & maximarum notitiam, adeo vt me cum Diuo Hieronymo contentionis perſuaſionísve noſtrorum quorumdam egregios illos fontes tum Hebræos, tum Græcos, vnde præcipua noſtræ religionis manarunt capita vel arguentium, vel pro nihilo, aut minimo putantium, valde pudeat. Etenim deprauatæ religionis & hæreſeos homines illos aduerſum ſe legunt, & Catholicus illorum cognitione orbatus, quid pro ſe, ſit aut faciat, minus intelligit. Tua vnius auctoritas, Sanctiſsime Pater, cuius iudicio ſto, cuiúſque cenſuræ me meáque omnia in perpetuum ſubijcio, libentérque ſubmitto, me ad tantæ molis perficiundum opus, & negotium promouere poteſt, quod vt velis faxíſque, te omnibus precibus ac votis precor, obteſtórque & imploro, ne videlicet in vanum pergam tantum temporis, & laboris ſpatium percurrere, ac vt ea poteſtate, qua vulgatam Eccleſiæ editionem præmunis, fulcis & firmas aduerſus inuerecundos Gnoſticorum impetus, & oppugna-*

Linguarū cognitio neceſſaria.

*pugnationes, nos, noſtráque editionem illam illuſtrantia & è fontibus explanantia, aut etiam confirmantia tueare ac defendas, in fidémque tuam manúmque ſanctiſſimam recipias. Obſecro Deum Opt. Max. eiuſque Filium Dominum noſtrum, vt tuæ imprimis ſanctitati Spiritus ſui ſancti dona & largiantur ſemper affatim & perpetuent: præbeant dein Tertulliani noſtri optata, nempe vitam diuturnam, principatum fœlicem, domum ſemper tutam, ſenatum fidelem, populum probum, forte, exercitus contra Turcas, & alios crucis inimicos, Eccleſiam quietam & pacatam, tempora pura, quæque à ſectis longiſſimè abſint & hæreſibus, ab omníque Chriſtianæ Reip. cui tu vnus præes, detrimento ſecura & integra. Poſtremo venturi ſæculi fructum tibi præſtent, voluptatémque illam æternam, ad quam omnes pij aſpirant ac tendunt. Atque ita hic mihi, Sanctiſſ. Pater, tuos Apoſtolicos pedes animo & cogitatione deoſculari liceat, ex vrbe Pariſiorum, Calendis Februarij,*

*anni 1582.*

* * *

CLAR

# CLARISSIMO ET REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI BAPTISTÆ CASTELLIO, ARIMINENSI EPISCOPO S.R.E. APUD CHRISTIANISSIMUM REGEM NUNCIO

*Clariſſimo et Reuerendiſſimo in Chriſto Patri D. Ioanni Baptiſtæ Caſtellio, Ariminenſi Epiſcopo S.R.E. apud Chriſtianiſſimum Regem nuncio* G. GENEBRARDVS *Theologus* Pariſienſis, *diuinarum Hebraicarúmque literarum* Profeſſor Regius.

EX quo primam meorum in Pſalmos commentariorum editionem Gregorio ſummo Pontifici dedicaui, Reuerẽdiſſime Epiſcope, mihi duo ab hæreticis obiecta ſunt. Vnum, quòd id in gratiã, & aſſentationem Põtificis fecerim. Alterum, quòd me fruſtra exercuerim, quum vulgata interpretatio, in quam cõmentarios conſcripſiſſem, & cum fontibus contuliſſem, nec ſit interpretum ſeptuaginta, nec ſolidæ apud eruditos (ſe ita imperitiſſimi iſti nebulones inſcribunt) auctoritatis. Sciebam equidem nõ eis defuturas artes, quibus ſe opponerent tam ſanctis ſtudijs & conatibus, verùm eo conſilio primùm inſtitui, vt eos grauius percellerẽ, quos inuidia diſrumpi, infœliciſſiméque perire æquiſſimum eſt. Quidni etiam tam magno, tam probo, tam Apoſtolico Pontifici dedicarem, quod vtilitatem allaturũ videtur vniuerſæ Eccleſiæ, cui ille optimè, vt quidem ferunt corruptiſſima tempora, præeſt, vt etiam iſti coguntur cõfiteri, ne bellum cunctis virtutibus, pietati, literis penitus indixiſſe exiſtimentur! Nec verò id, quemadmodum iſti inuidè & maleuolè criminantur, vt deſerto veri patro-

*　　cin

cinio quicquam in ipſius gratiam committerem. Nam cùm mihi dumtaxat notus ſit virtutis fama, & cathedræ celebritate, cúmque eius cani alteri ſæculo propinqui ſint, quid aliud, obſecro, ab ipſo expectare poſſim, quàm vt, vbi ad ſuperos migrauerit, mei adhuc in his miſeris & infœlicibus locis exulantis apud Dominum recordetur, ac illud diuini Cypriani ad Cornelium ſummum conſimiliter antiſtitem impleat. *Si quis iſtinc noſtrorum prior diuinæ dignationis celeritate precesserit, perſeueret apud Deum noſtra dilectio, nec pro fratribus & ſororibus noſtris, apud miſericordiam Patris, ceſſet vmquam oratio.* Eum interim interpellaui, & iterum (velint nolint) interpello, pro ea auctoritate, qua per vniuerſum terrarum orbem pollet, vt, ſi iudicat huiuſmodi laborem aduerſus hæreticorum λογομαχίαν eſſe aptum, atque opportunum, hoc negotij noſtrorum aliquibus mandet, vt reliquos Bibliorum libros eadem methodo perluſtrent, ac præcipuis Hebræorum, Græcorúmque antiquitatibus Scriptura comprehenſis doceant fruſtra iſtos linguas prætextere ad minuendam & eleuandum noſtrorum interpretum conuerſionem. Cùm enim ſint ac fuerint prorſum imperiti, in diſciplinis & linguis perpetuò infantes, quemadmodum aliqua in quemdam Apoſtatam lucubratiuncula docui, in vna maledicentia exercitati, ſolis mendacijs compti, fronte meretricia tantummodo compoſiti, ac vbi maximè aliquid ſapere videntur, tum plus habeant oſtentationis, quàm doctrinæ, plus vanitatis, quàm iudicij: ſperamus in Domino, vt ſic illorum commenta in ſacros libros, non modo abſurda, & ab omni recta ratione áuerſa, cuiuſque ingenij mentíſque homin

*In cælis noſtra dilectio perſeuerare debet.*

Hæretici quales in linguis.



hominibus appareant, verum etiam aboleantur penitus. Haud enim difficile erit noſtrorum ſolidas notas cum iſtorum nugationibus conferenti, perſpicere germanam ſententiam, puram, natiuam, ſimplicem, cohærentem, ſublatis allegorijs, quibus tantopere indignantur craſſi iſti, numquam ad ſublimia & cæleſtia animum attollentes Pſychici, penes nos conſiſtere: ipſos verò cum ſuis Grammaticationibus Scripturæ mentem, contextum, conſequentiam, vim, fructum denique perdidiſſe.

Alterivs autem obiectionis mendacium, futilitatémque oſtendo, ac doceo noſtrã Pſalmorum editionẽ non minus eſſe Septuaginta, quàm Catholicam, addo, vt eos vehementius obſtupefaciam, non tam eſſe Septuaginta, quàm Apoſtolicam, proindéque indubitatæ apud Chriſtianos auctoritatis. Cuncti Bibliorum interpretes citra cõtrouerſiam fuere Apoſtolis inferiores, præter Septuaginta, qui eos trecentis plus minus annis ſuperarunt: nempè Aquila, Theodotio, Symmachus, quintæ & ſextæ editionis auctores, è quibus omnibus ſua Octapla conflauerat Origenes. Vetus igitur, & ſæculi Apoſtolici interpretatio, aut nulla erat, aut ipſorũ erat Septuaginta, quodque præſtantioris eſt notæ, tantæ apud eos dignitatis, vt ab ipſis probata, vſurpata, commendata ad nos manauerit. Ab his probatam commendatámque nemo dubitauerit, qui in ipſorum Actis à D. Luca confectis legerit, ad illam Paulum, Theſſalonicenſes & Græcos, apud quos concionabatur, vt Græcè dumtaxat inſtitutos, tranſmiſiſſe: qui apud Areopagitam, Ignatium, Clementem Romanum, & cæteros Apoſtolici æui ſcriptores animaduerterit, Apoſtolos eius lectionem & can-

*Editio noſtra 70. interpretum eſſe probatur.*

*Actor. 17 ver. 11.*

*Apoſtoli vſi ſunt noſtra editioni.*

 tum

tum Eccleſijs ſolenniter tradidiſſe: qui Euangeliſtas ipſos in ſuis ſcriptis deprehēderit, præ hac literam Hebraïcam deſeruiſſe, & quantùm ad allegationes, paucioris feciſſe. Vſurpatam ab ijſdem videre eſt vel in hoc vnico opere. Quod ad hunc modum per inductionem probo. Hi è Pſalmo ſecundo. *Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerūt in vnum, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius a*, citant, quum ex Hebræo magis ad verbum potuiſſent dicere, *Quare tumultuatæ ſunt gentes*, deinde, *Et principes arcanum inierunt ſimul.* Quin & vim faciunt in verbo. *Conueniendi, Conuenerunt enim verè*, inquiunt, *in ciuitate iſta aduerſum ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſrael.* Ex eodem, *Reges eos in virga ferrea*, Ioannes *b*, quum non ſic habeatur in fonte, ſed, *Conteres eos.* E Pſalmo 4. *Iraſcimini & nolite peccare*, Paulus *c*, quum ex Hebraico vertant, *Contremiſcite.* Ex octauo. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, Chriſtus *d*, quum Archetypus habeat, *Fundaſti robur.* Ex eodem, *Minuiſti eum paulominus ab Angelis e*, quum ad verbum ſit *à Dijs*, & vt Nouatores temerè interpretantur, *à Deo.* E decimo quinto. *Prouidebam Dominum*, & quæ ſequuntur omnia, *f* vbi pro. *Lingua mea*, fons legit *Gloria mea*, pro *Corruptionem*, ſi credendum ſit hodiernis interpretibus, *Foueam* vel *ſepulchrum* pro *replebis me iucunditate cum vultu tuo*, ſatietas lætitiarum cum vultu tuo. E decimo octauo, *in omnē terrā exiuit ſonus eorum, g* vbi pro *Sono* dictio קו *Kau* lineam vel regulam ſignificat. E vigeſimo primo, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, h* quum verba fontis ſint futuri temporis, *diuident, mittent.* E trigeſimo,

*a Actorum quarto ver. 25. 26.*

*b Apocalypſeos ſecundo. v. 25. & 19. ver. 15.*

*c quarto ver. 27. ad Eph.*

*d Matth. 21. ver. 16.*

*e ſecundo v. 7. ad Hebræos.*

*f Actorū ſecundo v. 35. & decimotertio, verſ. 25. 26.*

*g decimo ver. 18. ad Romanos.*

*h Matthæi vigeſimo ſeptimo. v. 39. & Ioannis decimonono. ver. 24.*



*ino, In manus tuas Domine commēdo ſpiritum meum a*; quum ad verbum, *Depono* vel *Deponam.* E trigeſimoprimo, *Beati: quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum b*; quum ad vocabula ſic fuiſſet citandum, *Beatitudines* (ſunt) *dimiſſi præuaricatione; tecti peccato, beatitudines hominis, cui non cogitat Dominus iniquitatem.* E trigeſimo tertio totum illum locum, *Quis eſt homo qui vult vitam, &c.* Petrus *c* mutuatur ab hac editione, cùm pro; *Preces eorum* archetypus habeat *clamorem eorum*, pro; *ſuper iuſtos*; ad iuſtos, pro, *ſuperfacientes mala* in faciētibus malum, & nonnulla alia, exigua illa quidem; ſed tamen à fontis vi; & notatione variantia. E trigeſimo nono; *In capite libri ſcriptum eſt de me d*; pro, *in volumine libri*, item *corpus autem aptaſti mihi*, pro, *aures fodiſti mihi.* E quadrageſimo quarto; *Præ conſortibus ſiue participibus tuis e*, cùm fons ſonet, *Præ ſocijs tuis.* E quinquageſimo, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris f*, pro, *purus ſis, quum tu iudicas*, E quinquageſimo ſecundo *omnes delinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt g*: cùm Hebraicè, *Omnis receſſit, ſimul abominabilis factus eſt.* E ſexageſimo octauo; *fiat menſa eorum in laqueum & in retributiones; & in ſcandalum h*, cùm hodie magno conſenſu vertant; *& paces in ſcandalum*; ineptè tamen, vt ſuo loco docui; & mox; *Dorſum eorum ſemper incurua*; cum Hebræa ſonent; *Et lumbos eorum aſſidue nutare fac.* Ex eodem; *fiat habitatio eorum deſerta i*, vbi propriè. *Palatium eorum.* E Nonageſimo, *Angelis ſuis, &c.* vbi propriè *ſuper palmis*, & *in lapide.* E nonageſimo quarto, *Si vocem eius audieritis.* vſque ad finem Pſalmi *k*, citat Apoſtolus non modo ſecundum noſtrorum verborum contextum; verùm etiam diſtinctionem; quū iudicio Maſoretarum,

*a Lucæ vigeſimo tertio v. 46.*

*b ad Romanos quarto ver. 7. 8.*

*c prioris Epiſtolæ capite tertio verſ. 10. 11.*

*d decimo ver. 5. 6. ad Hebræos,*

*e primo eiuſdem Epiſtolæ capite v. 9.*

*f ad Romanos tertio v. 4.*

*g eodem capite verſ. 12.*

*h ad ipſomet capite vndecimo, verſ. 9.*

*i Actorum primo.*

*k tertio ver. 7. quarto v. 8. ad Hebræos.*

*Hodie ſi vocem eius audieritis,* annectatur præcedentibus,& verſum claudat: Apoſtolo autem & ipſis Septuaginta incipiat &, ſequentibus adhæreſcat. Quantùm autem ad voces iuxta Hebręos eſſet legendum, *in die tentationis,* loco, *ſecundum diem tentationis. Tædio affectus ſum* vel *iurgatus*, loco *offenſus, vel proximus fui*, vtrumq; enim deſignat προσώχθισα, *Semper* verò, quam vocem expendit Apoſtolus, in Archetypo neutiquam reperitur. E nonageſimo ſexto, *Adorate eum omnes Angeli eius a,* vbi *dij* ſimpliciter. E centeſimo primo, *initio tu Domine terram fundaſti*, & cætera *b*, cùm fons careat illo elogio. *Domine*, quod interim de induſtria attulit Apoſtolus, etſi ab interpretibus interpoſitum, & præter literam inſertum, vt ſuo ſeruiret inſtituto, ac eo Chriſti æternam, diuinámque ſubſtantiam Angelica multo præſtantiorem eſſe concluderet: Eadem ratio eius, *Tu autem idem ipſe es.* Nam non tam efficax argumentum hæc fontis verba ſuppeditabant, *Tu autem ipſe.* Taceo pro *opertorium* illic aliquanto minus vniuerſè legi *indumentum.* E centeſimo octauo, *& epiſcopatum eius accipiat alter c,* vbi Hebraicè. *Præfecturam eius.* Quæ verſio tantùm apud Apoſtolos valuit, vt ex ea Epiſcoporum nomen in Eccleſia reliquerint, & in Eccleſiaſticam Hierarchiam intulerint, etiam inter Syros, Abyſſinos, Indos, Orietales denique omnes, quorum alioqui lingua eſt Hebraicæ finitima. Nã vſque hodie Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos Græca voce appellant, non פקידים *Pekidim*, alióve ſuę linguę elogio. E centeſimo nono, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dexiris meis d*, Atqui Hebraicè, *dictum Domini ad Dominum meum, ſede ad dexteram meam,* & mox *iuxta negotium* Melchiſedech, vbi Paulus *e*. Nobiſcum nõ ſolum legit *ſecundum ordinem* Melchiſedech, verumetiam inde ingentia

*a Primo capite eiuſdē epiſtolæ v. 6.*
*b Ibidem v. 10. 11.*
*c Act. 1. v. 20*
*d Matt. 22. & 1. ad Cor. 15. ver. 25.*
*e ad Hebræos 7. ver. 17.*



myſteria deducit. E 115. *Credidi, propter quod locutus ſum*, cum Septuaginta legit Apoſtolus *a*, & in ea lectione vim facit: cùm tamen ad verbum videatur exponendum, *Credidi quia loquar.* Totum Pſalmum 116. *b* prorſus ad literam eorumdem interpretum poſuit, vt *c* verſum Pſalmi 117. *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo*, qui tamen in veritate Hebraica paulo aliter habeat, careátque epitheto *Adiutor.* Denique non aliter nec ex alia editione vmquam quicquam ipſe & alij Apoſtoli proferunt, niſi fortaſſis ex memoria, dum verborum non ſatis recordãtur. Nam ne tunc quidem ſequuntur literam Hebraicam, ſed ſententiam, quam ſanè ſua ipſorum conuerſione, non vulgata, neque alterius, quæ illa tempeſtate nulla erat alia, repræſentant. Ob eam enim ratione, verbi gratia, Paulus *d* promit è Pſalmo 103. *Qui facit* Angelos *ſuos ſpiritus*, *& miniſtros ſuos flammam ignis*, quum Hebræi ęquè ac Græci *ignem vrentem* ſiue *ardentem* canant. Et *e*, è Pſalmo 67. aſſumit, *Aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*, quum ex vtrorumque codicibus fuiſſet interpretandũ, *Accipit dona in hominibus.* Vtrobique videlicet intelligentiam dũtaxat eſt amplexus Apoſtolus, ac ſimul optimum genus interpretãdi ſiue trãsferendi eſſe docuit, nõ perpetuo verba verbis reddere, non dictionum & ſyllabarũ veſtigia nimis ſollicitè captare, non vocularũ ponderibus pertinacius vbiq; inſiſtere, ſed interdũ, & quidem relicta vocabulorum proprietate, ſoli ſeruire perſpicuitati, ac modeſtè ad rerũ momenta atque vires deflectere. In humanis quidẽ literis, prout recta ratio, in diuinis verò prout Spiritus diuinus dictauerit. Harum enim enunciatio & *prophetia propria interpretatione non rectè fit,*

*a 2. Cor. 4. ver. 13.*
*b ad Rom. 15 ver. 11.*
*c ad Hebræos 13. cap. verſ. 6.*
*d non procul à principio Epiſtolæ ad Hebræos ver. 7.*
*e ad Eph. 4. ver. 8.*
*Optimum interpretandi genus ex Apoſtolo.*



*ſicuti*

*ſicuti Spiritus ſancti inſpiratione, non humana voluntate allatæ ſunt aliquãdo Scripturæ*, quemadmodum ſcriptum reliquit Petrus Apoſtolorum maximus. 2.Petr.1.v.20.21. Hæc autem lubens apud te commemoro, quòd te ſentiam huiuſmodi ſanctis meditationibus paſci, nec vocum nouitatibus, quas magno numero impoſtores iſti, otio literario abutentes, in ſacras literas inuexerunt, capi; ac vt ſimul in manus noſtrorum tuam pietatem, & eruditionem diligentium, aliquod meę erga tuam C. obſeruantię ſymbolum perueniat, cùm meo, tum totius noſtri Theologici ordinis nomine. Te enim omnes amamus, & colimus, atque Spiritum ſanctum obſecramus, vt Pontifices perenniter tuæ virtutis, & exẽpli internuncios ad nos tranſmittant, qui plus temporis, & operæ impendant rebus cœleſtibus, quàm temporariis. Adiecisti enim ad ornamenta ſuperiorum noſtræ memoriæ nunciorum, quòd hi delectati politicarum Eccleſiæ neceſſitatum procurationibus; illis quidem probè, vt licuit per ſingulares noſtrorum aulicorum ſtrophas, atque peruerſitates, perfuncti ſunt: verùm quia in aliis, & quidem potioribus, minus accuratè laborarunt, tua eſt laus propria, quòd primo loco ponis eius res ſpirituales, & æternas. Non negligis quidem humanas, & politicas. Nihil enim eſt tam paruum in Chriſti regno, quod non mereatur aſſiduam illius ſententiæ Hieremianæ meditationem: Hier.8.v.10. *Maledictus omnis qui facit opus Domini negligenter*, hoc præſertim ſæculo, quod aulici.

*Virtutémque Deúmque procul mucrone repellunt.*

(Ne ſint vtinam Epiſcopi, quorſum enim illi cum palatio, vt Chriſtum, Eccleſiam, gregemque prodant, & ex illorum crucibus fœlicitentur.) At quia hæ diuinis ancillari debent, vt Agar Saræ, vt Bala



Bala Racheli, vt Zelpha Liæ, tuum inſtitutum eſt multò diuinius, & numini, cuius es miniſter ſtudioſiſſimus, propinquius. Hoc me vnicum pellexit, vt hoc munuſculo, quod confido voluptatem aliquam Catholicis allaturum, tibi etiam priuatim probatum iri, & acceptum, meum erga te ſtudium teſtarer, tuam erga me beneuolentiam fouerem, per tuam amplitudinem ſecundam hanc editionem Maximo Pontifici offerrem, per eandem poſtremo, latratus canum ad ſolam Pontificis commemorationem rabidius furentium, fortiùs ſecuriúſque præterirem. Vale Deúmque habe propitium, è noſtro Muſæo Calendis Februarij. 1582.

# CHRISTIANÆ PIETATIS STVDIOSO.

Bezæ impuriſſimi iactantia & vanitas.

NOVISSIMVM Theodori Bezæ propudium me tua cauſa impulit, Chriſtiane Lector, ad hoc diuiniſſimum opus commentariolis illuſträdum. Iſtum enim, vt illud tibi è manibus eriperet, inque eius locum ſuas quiſquilias ſufficeret, præfari non puduit Græcum, proindéque Latinum e Græcis repræſentatum, male ex Hebræo fuiſſe conuerſum: deinde numquam adhuc eo, quo decuit, fructu, publicè ac priuatim fuiſſe lectum, & cantatum ab vllis Chriſtianis cœtibus. Præterea non modo aberratum in eo fuiſſe à genuina auctoris ſentētia: verum etiam de eruendo aliquo commodo ſenſu fruſtra fuiſſe à doctiſſimis deſudatum: Deinde conſectandarum allegoriarum ſtudio, vt reliquos etiam veteris teſtamenti libros, ita Pſalmos miſerrimê fuiſſe contaminatos. Quoniam igitur hæc ſunt quatuor Bezanæ veſaniæ, reprehenſioniſque capita, vt ea in re diſſimulem. D. Auguſtinum, cæteróſque diuinos interpretes impudentiſſimè, ac ſceleratiſſimè vituperatos, expono ſimplicem, & genuinum literæ ſenſum, quem iſte propter idiotiſmorum, & diſciplinarum neceſſariarum ignorationem commodum erui poſſe inficiatur. Doceo noſtros interpretes. (Nam fuere Septuaginta duo, vt habet Ariſteas illius hiſtoriæ Græcus auctor oculatus, nempe ex quáque tribu ſeni) Hebraico fonti conuenienter vertiſſe in obſcurioribus locis, relicta verborum proprietate, fructu copioſiſſimo ſentētiam expreſſiſſe, Hebraiſmorum, Syriaciſmorum, Arabiſmorum, antiquæ poëſis, & phraſis inſcientiam efficere, vt alicubi ineruditis nulla videatur bene accommodata ſententiæ explicatio, vbi eruditis eſt ſingularis, atque eximia. Poſtremò eſſe ſacrilegæ temeritatis prius damnare veterum ſapientiam, quàm intelligere. Iſtum autem atque iſtiuſmodi nebulones, vt ad hunc modum iudicarent, multa fefellerunt. Primùm, quia



quia Septuaginta non ſemper vertunt ad verbum, ſed in locis obſcurioribus ad ſenſum prout Spiritui ſancto expedire viſum eſt ad gentium, præſertim Græcarum ædificationem, vt etiam Hebræi notarunt, ſeorſum R. Iacob Bar Selomo Collectaneorum Thalmudicorum libro primo, & Ioſippus initio ſuæ hiſtoriæ, adeò vt ei vehementiùs intenti, quemadmodum multis locis teſtatur Hieronymus, frequenter vocum notationem deſerant, circa quam nimis anxiè languentes, ſæpe veritatem & conſequentiam ſententiæ, ſi verborum, literarúmque aucupia, vt cum Cicerone loquar, ſpectentur, videntur amittere.

Cur Beza & ſimiles interpretationem 70. reſpuere nō debeāt.

SECVNDO, quia non ſemper amplectuntur Maſoretarum iudicium, à quibus habemus vocalium puncta, accentuum notas, verſuum membrorúmque diſtinctiones. Nam nec neceſſe eſt ſequi eos in omnibus, quippe qui ea nonnumquam ſine iudicio affigunt, quæ ſecundum vetuſtiorum lectionum correcta, præſtantiorem, & Spiritu ſancto digniorem intelligentiam præbent, & ad reventiorum Rabbinorum interpretationem examinata etiam aliud canunt, quàm iſti exiſtiment. Quin & Ben Aſer, & Ben Neptali Maſoretarum principes, in ſe iurari noluerunt, ſæpiuſculè diſſentientes, cuique liberum iudicium certis notis ſe relinquere tradiderunt. Ex quo Abben Ezra, Kimhi etiam ipſe, ac plerique alij interdum alterum alteri præferunt, interdum neutrum ſequuntur. Adde his noſtros Septuaginta interpretes ſuperiores eſſe ſeptingentis annis minimùm, vt idcirco non communicatis conſilijs potuerint nonnumquam aliter, & quidem rectiùs, diſtinguere, vel pungere. Alioqui non ſolet eſſe in vocabulis ſiue thematis & radicibus differentia, cùm hoc dumtaxat occurrat, vt finis præcedentis verſus, per Maſoretas debeat referri ad ſequentis caput atque principium. Verùm hæc non immutant ſententiam, in ſcriptis præſertim poëticis in quibus ratione metri, non ſententiæ notularum iſtarum, fit expreſſio.

Maſoretis nō ſemper credēdum.

TERT

*TERTIO*, *ſecuti ſunt modum interpretandi apud ſe vſitatum, vt nonnulla obiter inſererent de ſuo, quæ initiatis myſteria Religionis indicarēt, aliqua etiā ad perſpicuitatem ſubmutarent, alia emollirent.* Sic *Ionathan Ben Vziel*, Sic *Onkelos*, Sic *Akiba*, Sic *R. Ioſeph cæcus.*

*QVARTO, egerunt multis locis Prophetas, diuinorúmque hominum, non modo interpretum, perſonam ſuſtinuerunt, vt proinde dum videntur maximè ab Hebraico diſſentire, tum maximè conſentiant, quod iſti Spiritu ſancto exuti nequeunt cernere.*

*QVINTO, propter antiquitatem multa intellexerunt, quæ recētibus Rabbinis ignota ſunt, vt numeros Pſamographi, phraſes antiquas, tropos ſui temporis, captationes vocabulorum* Syriacorum, *Arabicorum, Perſicorum, colluſiones, morum, & inſtitutorum traditiones, &c.*

*SEXTO*, *ſubmutationes literarum per Syruph, & Ethbas, & Alphabetariam aliam reuolutionem tenuerūt, qua litera literæ mutuo ſuccedit apud Reuchlinū*; a *Qua & veteres vſos, etiam Hieremiā, docet Mercerus in Abbreuiationibus Hebræorum*, & R. *Attaia.* b *Quam ob cauſam* לך lec *pro* לב leb, corde, c *acceperunt, Beth, &* Caph *non tantùm ob ſimilitudinem confundentes, verum etiam per* Aibach, *quo duorum primorum nouenariorum literæ in ſe inuicem commeant.*

a Li. 3. Cabbalæ.

b In 24. Pſalmum, vel ſi mauis vigeſimum quintum.

c Pſ. 4. v. 4.

*SEPTIMO*, *ſe accommodarunt nonnumquam, prout à Diuino Spiritu mouebātur, ad Grecorum vſum, & locutiones, quod his verterent, & apud eos præuiò Apoſtolorum munere fungerentur, vt iam in his Græciſmi non minus, quàm in cæteris locis Hebraiſmi conſiderari debeant, vt Pſal. 7.* manus *pro* greſſus. *67.* cleri *pro* ollæ. 105. ſaturitas *pro* macie. 91. bene patientes *pro* virentes, &c.

*OCTAVO*, *noſtri hi veteres interpretes, quia examinantur, expenduntúrque ex vno* Kimhi, *& pauciſſimis alijs, quibus perpetuò honorificum viſum fuit à ſuperioribus*

*riori-bus*



*rioribus diſſidere, vt famam apud poſteros ſibi conſiliarēt, ab iſtis malè audiunt, qui nouitijs dumtaxat delectantur. Atqui illi ſæpe dormiunt, magiſq; ſunt grammatici, quàm Theologi, præſertim R. Kimhi, qui proinde à Iudæis negligitur, tātum habetur pro* מדקדק Medacdec, *i. grāmatico, etiam ſi* κατ᾽ ἐξοχὴν *apud iſtos, malè quidem feriatos interpretes, intelligatur* Docti *nomine. In iſtorum enim annotationibus* Doctus inter Hebræos, *eſt Kimhi, qui inter eos tamen cenſetur indoctiſſimus, quantùm ad rem, & ſententiam, & Theologiam pertinet. Hos autem vnos iſti legunt, ſiue quia alios, vtpotè obſcuriores, & abſtruſiores non intelligunt, ſiue quia his contenti ſunt, quos vident ſuo ingenio congruenter, longiſſimè à receptis maiorum interpretationibus diſcedere.*

R. Kimhi grāmatici nomē adeptus eſt.

*NONO, falsò putant Hebraicam veritatem, ſiue fontem cōſiſtere in punctis, non in literis, nec vident puncta inuentum eſſe humanum: & quidem Iudæorum, iam poſt quadringentos plus à Chriſto annos diſperſorum, & contra Chriſtum, Chriſtianámque pietatem maleuolentiſſimè affectorum. Ideò enim iſtorum quidam Ceuallerius Iudæi cuiuſdam gener, nō tam grammaticus, quàm Grammaticorum interpolator, & plagiarius pertinaciſſimè, & ſtolidiſſime defendit pūcta ſimul cum lege in monte Sinai data, eorum originem, effigiem, picturam, ſonum à Deo* ἀμέσως *iam à primis illis ſæculis repetens: nec animaduertit* Septuaginta, *Origenem, Hieronymum, infinitos alios vetuſtiores non fuiſſe cæcos, qui tamen literas ſine punctis vllis viderint, ſeque ita perpetuo vidiſſe poſteris, non obſcura argumenta præbuerint. Poſt illorum igitur ſæcula adinuenta ſunt, vt conſtans fert Hebræorum hiſtoria, anno videlicet templi per Veſpaſianos euerſi 436. id eſt, Chriſti 476. vel 478. cum Orientis imperium adminiſtraret Zeno Iſaurus, Occidentis Auguſtulus, thronum autem Apoſtolicum Simplicius. In cuius rei teſtimonium quando legem Iudæi in Synagogis oſtentant ſolenniter,*

Hebraica veritas nō cōſiſtit in pūctis, ſed in literis.

Puncta Hebræorum quādo inuenta.

*eam ſine*

Puncta Hebræorum quando inuenta.

*eam ſine punctis, vt nihil humani admixtum habeat è ſuo armario, quod* היכל Hecal, *vocitant, proferunt. Atqui opportunius fortaſſe Epimenidis, aut potius mortuorum ſomnum dormiſſent Maſoretæ, quàm quando Tiberiadem Paleſtinæ, vt Elias Leuita narrat, conuenerunt, vt ex vno legis* Paſuc *multos verſus conficerent, accentibus partim diſtinguentibus, partim continuantibus Scripturam vniuerſam inciderent, literas punctis, ſimilibúſque minutijs afficerent. Nam ſic extinxerũt veterẽ grammaticam, vocales, pronunciationem, iudicium, diligentiam, atque ſtudium. Nam, verbi gratia, veteres Hebræi neſcierunt, quid ſit* Pe *durum, cùm dumtaxat agnoſcerent Pe raphé ſiue φ, vt Hieronymus* a *teſtatur, vt res eſt, cùm vſque hodie Rabbini Pe Raphé ſiue Pe Arabum antiquũ Pe appellent. Scheua pronunciauerunt per A, tres ſolummodo conſtituerunt vocales* אוי *quas* מפריצירה Sepher Ietſira *proinde prolationis matres vocant, cum tamen eis hodie omnem iſti vocalitatem adimant, eámque ſolis punctis tribuant, etiamſi nulla ſit expeditior, & breuior ad legendos Rabbinos via, quàm vt antiqua illa ſententia reuocetur. Quin & primi illi punctorum inuentores ſeptem motionibus, ſiue punctis contenti fuere, nec memorarunt Camets hatuph, Hirickaton, Kibbúts, in quibus explicandis hodie magnam canonum pronũciationis partem conſumunt.*

a In 11. Danielis.

DECIMO, *non diſtingunt inter Hebræos, ſiue* Hebraicam *veritatem, & Maſoretas. Quantum autem interſit ex his rurſum conſpici poteſt.* Hebræi *ſunt ſancti, ſunt Theologi, ſine punctis, & motionibus ſcripſerunt, ſua puris, & ſimplicibus literis expreſſerunt. Maſoretæ, ſunt eorum prophani interpretes, puri grammatici, diſtinctionibus, accentibus, motionibus, punctis, illos partim illuſtrarunt, partim obſcurarũt, vt ſolent interdũ interpretes ſuis imaginationibus, & ſenſis addictiores, vel gloriæ cupidiores, vt aliquid non dictũ dicere, & veterũ, etiamſi illi Spiritus*

Maſoretæ quinã ſint.



*ritus ſancti illuminatione claruerint, ſuggillatione ſibi famã comparare videantur. Maſoreth enim nihil aliud eſt, quàm traditio Grammatica de punctis, accentibus, ſyllabis, vocabulis, & ſimilibus minutijs: ac in eo differt à Cabbala, quòd hac quidem traditio ſit, verùm Theologica, deque rerum, & verborum ſecretiore enunciatione.* Hoc *tamen vno maximè laudandi ſunt, quòd literas planè intactas nobis reliquerunt, nec, quamuis Grammaticorum ſupercilio, vt pulchrè à Laurentio Valla ſcribitur, nihil ſit ſuperbiùs, nihilque improbiùs, & ad libros emendandos, vel corrumpendos potiùs, magis audax, vllum ius, & imperium ſibi in cõtectum aſſumpſerunt, nec in eo quicquam ſibi immutandũ cenſuerunt, ſat verò habuerunt ſuũ iudicium, vel margini, vel interlineari albo committere, illíſque locis probandum, vel improbandum poſteritati tradere. Atque ita eorum eleuatio, ſiue etiam vituperatio, nihil veritati* Hebraicæ, *nihil fonti detrahit, vt qui in literis, non punctis conſiſtat.*

POSTREMO *non cernunt eoſdem Maſoretas confudiſſe verſus ac miſcuiſſe, vt proinde metrica veterum carminum ratio perierit, quæ temporibus* Septuaginta *integra erat, atque perſpicua. Quare cùm iſti quærunt, cur Septuaginta diſceſſerint ab hodiernis verſuum diſtinctionibus, & clauſulis, atque per aliam diſtinguendi viam inceſſerint, perinde faciunt ac ſi quærerent, cur aliquis per publicam, & conſuetam viam ambulet, nec ea relicta, diuerticula inſolita, & improbata ſectetur. Sic enim potius interrogandũ erat, cur Maſoretæ, quibus trita, & nota eſſe debuit veterũ dimenſio, & carminis forma atque genus, à Septuaginta diſceſſerint, ac maiorum diſtinctiones reliquerint, nec ſe eis ducendos tradiderint, quibus hæc perſpecta erant, & liquida? Nã vt dicãtur attẽdiſſe ad ſententiæ inciſa, & mẽbra, non ad metri, & dimenſionũ rationẽ, at in poëſi aliud ſenſus poſtulat, aliud metrũ, & dimenſio, propter quam interdum ſenſus vnius verſus in ſequentẽ incũbit, & ingreditur, Quod ſanè extra poetas*

aliquando accidit, vt 2. Paralip. 30. ver. 18. qui clauditur per בעד behad, pro, vt proinde Kimhi eum in ſequentem extendat, Pro, omni (qui) cor ſuum præparat, &c. Adde veteres Verſus appellaſſe ſingula membra ſententiam per ſe commodam efficientia, vt mentem attollerent ad pondus cuiuſlibet propoſitionis per ſe conſiderandum, ac declararent, nihil tam eſſe tenue, & exiguum in Scriptura, quod verſus nomen, & laudem non mereatur.

Beza cur turpiter in Pſalmis, & verſu, & proſa interpretãdis ſit hallucinatus.

QVOD autem Beza iſta minimè intelligit, & ab vtriuſque etiã, id eſt veteribus interpretibus, & recẽtibus abeſt longius, ac indoctè, atque præpoſterè, verſu ſimul, ac proſa Pſalmos nouiſſimè expreſſerit, non eſt valde mirandum, Nam nihil ſcit Hebraicè, vt ipſe ingenuè agnoſcit, dum non fontem Hebraicum, non ſuam ex Hebræis, ſed Henrici Molleri verſionem ſecutum ſe ait. Eam autem quorſum cæteris antepoſuerit, ipſe videat. Certè de eo probè cenſere nõ poteſt, quoniam e veritate Hebraica harum rerum iudicium pendet, non ex linguæ imperitorum opinione, cenſura, voluntate. Itaque quæ aliquando ea lingua balbutit, habet è dictatis quorumdam eſurientium grammaticorum, qui ita Geneuæ eam docent, vt & ipſi doctoribus opus habeant, vel è verſionibus Moleri, Campenſis, & aliorum, vel ex annotationibus Pagnino, & Vatablo affictis, vnde hoc ei ſæpe contingit, quod de iſtius furfuris hominibus alicubi ſcripſit Hieronymus: Vt alienis videns oculis, cuiuſque interpretis errorem ſaniori intelligentiæ anteponat. Quin & mirabilius eſt, cur Spiritus ſancti expers, citra quem interpretatio Scripturarum planè friget, & Theologiæ rudis, quæ ad iudicandum de expoſitionum puritate requiritur, & lingua primaria exutus, quam ne ipſe negauerit ad ſuum conſilium neceſſariam, auſus ſit negotium iſtud ſuſcipere, præſertim poſt diuiniſſimos illos Poetas Ariam Montanum, Matthæum Toſcanum, rebus omnibus ad tantum opus perficiendum ornatos. Et cum hi è Dauide Hebræo Dauidem

Latinum



Latinum luculentè fecerint, non eos viderit ſuis luminibus obfuturos, atque homines alicuius naſi eſſe prælaturos verſus ex Hebræo, id eſt, de fonte, eóſque planè Horatianos, & Virgilianos verſibus prophani, veternoſi, idmque confecti poetæ è Molleri riuo, vtcumque antiquam & eruditam poëſim redolentibus. Accedit, quòd ad fulciendam carminis ſui ruinam, apta pariter & inepta rapit attonitus, quemadmodum Poëtis quibuſdam Lucianus exprobrat. Vbi aliquis merito quærat, quid nunc illud, quod in ſuá ad reprehenſiones Caſtalionis reſponſione, tam ſuperbè detrectauit: Dico (inquit, ad ſe non reſpiciens) dico oportuiſſe te, vt ſacras literas interpretari poſſes, quatuor minimùm linguarum petitum eſſe, Hebraicæ, videlicet Græcæ, Latinæ & Gallicæ. Dico etiam oportuiſſe te in his ita eſſe verſatum, vt eorum mentem & ſententiam ad vnguem teneres. O Satanicam impudentiam, cur igitur ſuum iudicium non ſequitur? Nonne illud eſt Apoſtoli; Hæreticum deuita, cùm ſit proprio iudicio condemnatus? conſulit, imò verò dicit, edicitque, ne quis ſacras literas interpretetur, niſi lingua Hebraica plenè imbutus, & interim prophanè accedit ad Pſalmos, id eſt, Scripturarum epitomen verſu proſáque interpretandos, ne ea quidem tinctus. Sed nec video pro Latina interpretatione, cur oportuerit Caſtalionem magis peritum eſſe linguæ Gallicæ, quàm vel Vaſconicæ, vel etiam Tartaricæ, quum reliquorum interpretum, de quibus agitur, ſiue veterum, ſiue recentium nullus Gallus extiterit, vel probè Gallicè ſciuerit. In eo item bellè habet, quod non tantùm Gallicas ſuas cantilenas damnat, damnandáſque præfatur, addita iocularl excuſatione δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι. qua eos non ſolùm Græcè ridet, qui ſua cauſa Gallicè, etiam vſque ad ignes & gladios inſaniuerunt, extremóque ſupplicio affici voluerunt, verùm etiam ſuum magiſtrum, per quem nouiſſimè profecit, & ſua Gallica peruerſè red-

Beza poeta qualis.

Ad Tit. 3. verſ. 10.



dita

dita cognouit, ingratus diſcipulus flagellat, atque ita in lucem edit, vt tanti laboris, & iudicij palmã ad ſe vnum rapiat. Nam & eum ſe paululum immutare, & interdum emollire profitetur. Quaſi verò ſiue benè, ſiue malè verterit Mollerus Hebraicæ gnarus, à Beza eius linguæ ignaro corrigi re cenſerive debeat, aut iuſtè poſſit. Qui deinceps nobis certò conſtare poterit Bezam proxima Latinorum ſuorum editione a ſe ipſo non diſceſſurum, neque de illis idem facturum, quod nunc de ſuis Gallicis, vt ſi alter Mollerus exoriatur, qui ipſi videatur rectius interpretari, non ipſum ſuorum iſtorum pudeat, quæ vſque adeo interim extollit, vt præ illis cæteras interpretationes in manibus hominum hactenus ſine fructu verſatas dicat, cùm præſertim ingenio ſit ad hæreſim & nato & facto, id eſt, inſtabili ac incerto, è neſcientibus ea, de quibus affirmat, è ſemper diſcentibus, & numquam ad ſcientiam peruenientibus, vt de iſtiuſmodi pronunciat Apoſtolus.

Beza ingratus diſcipulus & ignarus magiſtrũ corrigit.

2. Timo. 3. ver. 7.

Apage ergo Bellua, Melliora verba de ſanctis & doctis viris, quæſo. Sed nec poſſum non conqueri, quod illuc nouos & peregrinos Deos inducat, nec Deum Dauidis, ſed Iouem Gentilium perpetuò inuocet cum Caſtalione à ſe alioqui oppugnato. Se fortaſſe tuebitur, quòd non Iouem, ſed Iouam, & ſine craſi, Iehouam, vt à ſuo hoſte Caſtalione differre videatur, nominet. Atqui nihil aut minimum intereſt in nominibus propriis Iehoſua, an Ioſua, Virgilium, an Vergilium dicas ſcribáſue, Poblicolam, an Publicolam, Sillam, an Sullam. Vnus enim idem ſemper ſignificatur. Deinde vnde manare potuit Ioua vocabulum in iſtam inuocationem, Ioua exaudi nos, niſi à Ioue finitimo nomine, cum Ioua ſiue Iehoua neque ſit vocabulum Chriſtianum, neque Iudaicum, quibus populis Deus verus duntaxat ſuis nominibus innotuit. Nos Chriſtiani à nullis Apoſtolis & Patribus didicimus Deum vnquam ſic fuiſſe appellatum, etiam ſi olim Dionyſius, Hieronymus, Theodoritus, Rabanus Maurus, Ioachimus Abbas,



bas, noſtra memoria Reuclinus, & infiniti alij integros libros de Dei nominibus Latine Græcéque ſcripſerint, ac Hebraicas voces ſuis ſonis expreſſerint. Iudæi ad hunc vſque diem inficiantur ſe vllum huius prolationis habere diuinum vocabulum, deteſtantur item prophanationem iſtorum, qui Deum iſta nuncupatione afficiunt. Nam hoc (inquiunt) non latuiſſet, cùm omnes noſtros maiores, tum minores vniuerſos, præſertim R. Moſem Ægyptium, R. Ioſeph, R. Albonem, R. Iacob, R. Moſem auctorem Maiemonim, Abraham, Abben Ezram, Lyranum, Paulum Burgenſem, Ritium, Fœlicem e Iudaïſmo ad Chriſtum conuerſos, quorum alij de cunctis Dei nominibus Hebraicis, alij de שם המפורים Skem hammephoras quod iſte in Iehouam transformat, ex profeſſo opuſcula, ſyntagmata, capita, vel tractatus condiderunt. Taceo cæteras clariſſimas rationes, à me alibi de hoc copioſè commemoratas, quas quia agnoſcit & probat, inuidia in Caſtalionem deriuata, Danæus quidam excucullatum iſtius mancipium quodam Sabelliano ad me reſponſo pro cunctis Miniſtris de Sabellij furore damnatis & conuictis, (pag. 10.) debuit Beza pro ſuo regno (Nam inter iſtos regnat, vt inter cæcos ſtrabo) vel reſponſi illius editionem proſcribere, vel certè poſt illam reſipiſcere. Sed rectè. Sic enim extrema eius primis conſentiunt. Quemadmodum prima ætate Iouem ſuis carminibus celebrauit & cecinit, ita nunc extrema Iouam, neſcio quem Deum, neque Chriſtianis, neque Iudæis cognitum, unica literula à Ioue differentem canit & inuocat. Quocirca non intempeſtiuè hæc rhythymica aliquis ex tempore cecinit,

Iehoua nõ nomẽ Dei.

Beza è Paganiſmo ad Caluiniſmum tranſiit,
Beza è Caluiniſmo ad Paganiſmum rediit.

ESSE enim deteſtandum Gentilium errorem nomen nouum, incertum, peregrinum, inuſitatum Deo imponere docet contra Celſum Origenes, vt

 ſileam

*ſileam ab inferis reuocari Varronis ſpiritum Deum Iudæorum Iouem putantis, & tale delirium mundo perſuadere conantis, ad Dei veritatem obruendam, quemadmodum multis teſtatur & deplorat Auguſtinus* a. *Alij addiderunt ſubeſſe etiam venenum* Caluiniticum *de* αὐτοθέῳ & αὐτουσίῳ. *vt Dei Filius, cui verè quoque, propriè competit nomen tetragrammaton, à ſe diuinam eſſentiam, non à Patre conſecutus videatur. Horum te monitum lector* Chriſtiane *volui, vt ſcias, quo loco iſtius mimi Bezæ* P*ſalmi habendi ſint, ne etiam tibi ſinas e manibus euelli hanc editionem, ſed eam prius diſcas intelligere, & cæteris omnibus præponere, quàm reprehendere & improbare Veni, vide, lege & indica. Nullius enim indicium eiuro, eorum ſaltem, qui hac lingua imbuti ſunt.* I*ſtorum enim tinctorum & dumtaxat ex lexicis, vel Grammatiſtis literatoribus ſapientium quis neſcit leuicula atque adeo peruerſa & præpoſtera ſolere eſſe iudicia?* Vale, *& precibus nos Deo commenda, cuius gloriæ hîc deſudauimus.*

a libro primo de cõſenſu Euãgeliſtarum c. 21. & ſeq. & libri ſexti capite ſexto, itém que ſeptimi capite quinto de Ciuitate.

***

CVM

CVm olim initio Eccleſiæ Pſalterium recto ordine recitaretur & per ſeptem διαστήματα, pro numero dierum Hebdomadis, adiunctis lectionibus ſacræ Scripturæ, Homiliis Sanctorum Patrum, breuibus collectarum formulis cœpit ordinari pro dierum & feſtorum occaſionibus ſub annum Chriſti 370. Breuiarij enim inſtitutio DD. Damaſo, Hieronymo, & Ambroſio tribuitur à Sigeberto in Chronicis, & Radulpho Tungrenſi. Alligatio etiam ad illius quotidianam recitationem Pelagio ſecundo, ſub ann. 590. cuius ſucceſſor Gregorius Magnus verſiculum, *Deus in adiutorium meum, &c.* præmiſerit. Inde ann. 1096. contra Saracenos & Turcas Claromontanum Concilium Vrbano ſecundo præſente, Horas Virginis concinnauit.

# G. GENEBRARDVS THEOLOGVS ET REGIVS PROFESSOR AD EVNDEM.

CAlendario Sanctorum Latino hiſtoricorum teſtimoniis illuminato, Hebræum, Græcum, Syrum, atque adeo Orientale à nobis conuerſa libuit præponere, vt Eccleſiarum toto orbe, & quouis tempore concordiam contra noſtros Nouatores, in Diuorũ feſtis recolendis, aliiſque ſimilibus, liceat conſpicere, ſimul & illuſtrium virorum, qui per varias mundi partes celebrantur, catalogum in manibus habere. Nam vt impiorum recordatio meretur perire cum ſonitu, ita memoria iuſti debet cum benedictione piè inuiolatéque conſeruari. Ex quo factum: vt & huiuſmodi tabulas

tabulas

*tabulas, in quibus nomen, locus, dies mortis, præſertim paſſionis martyrum omnium per ſingulos, vel anniuerſarios dies commemorandorũ, notarentur, Maiores noſtri ſtudioſè diligentérque parauerint. Quin etiam ad id notarios inſtituerint, qui poſtea abierunt apud Græcos, in Scholaſticos, apud nos in otioſos Protonotarios, vti rerum vaneſcente vſu, vmbra aliquando ſupereſſe ſolet, maximè quæ ad opes & honores facit. Hãc maiorum diligentiam teſtatur Magnus Gregorius ad Eulogium Alexandrinum Patriarcham* a, *& multo ante, Cyprianus ad ſuum clerum* b. *Quorum veſtigia ſequutus, hæc tibi nũc propono. Vtinam ad Dei Opt. Max. laudem, & tuum aliquem fructum.*

a lib. 7. Epiſt. 29.
b libr. 3. Epiſt. 6.

*Vale ac nobis Deum precibus concilia. Calendis Auguſti. Anno* 1581.

# BIBLIOPOLA LECTORI BE-NEVOLO S.

CVPIVISSEM equidem in ea noſtram miſerrimam Galliam incidiſſe tempora, beneuole lector, ob quæ horum doctiſsimorũ cõmentariorũ imprimendi nulla mihi incubuiſſet neceſſitas, eò quòd ex vrbe Lutetia, vbi hactenus bis térue magna cum totius Eccleſiæ vtilitate impreſſa ſunt, illa commodè tutóque in hanc vrbem tranſportari potuiſſent: vel ſi omnino ea typis mandare decreuiſſem, ſummopere cum religioſiſsimo doctiſsimoque illorum auctore D. G. Genebrardo meum hoc cõſilium communicare poſſe voluiſſem, vt, ſi pro ſua eximia & ſingulari eruditione, qua poteſt & ſolet ſua ipſius opera, dum ſubinde magno omnium eruditorum applauſu recuduntur, aliquibus ſemper additamentis exornare, aliquid iã haberet, quod huic ſuo eruditiſsimo operi iam tertiò ſemper aliquibus pulcherrimis acceſsionibus magis ac magis aucto & illuſtrato, poſſet adiungere, mihi pro ſua ſingulari beneuolentia, in tui maximè gratiam impertiretur. Sed quoniam neutri meo deſiderio euentus reſpondent, & ſæpe ad me litteræ è varijs regionibus deferuntur, quibus illa commentaria à ſtudioſis diuinarum lit-



terarum deſiderari mihi ſignificatur, eorum qualia poſtremo ab auctore edita ſunt, diutius impreſsionem differendam non exiſtimaui, & religioſi cuiuſdam viri, D. Genebrardi ſtudioſiſſimi & obſeruandiſſimi ſtudio & diligentia vſus, ea ſemel & iterum accuratè diligentérque ab eo prælegenda curaui, vt Typographici errores, quos multos grauéſque amici quidam mei hîc præter auctoris mentem irrepſiſſe me monuerant, eius induſtria laboréque tollerentur. Et ſi autem poſtrema horum commentariorum editio in maiori forma, quàm hæc noſtra ſit ab auctore euulgata, nobis tamen ideo maximè viſum eſt, eam in hanc breuiorem contrahere, vt faciliùs & manibus tractari, & huc illúcque vel in ſinu, aut in pera tranſportari (quandoquidem iuxta D. Hieronymi ſententiam, Pſalterij liber numquam è manibus deponendus eſt) à pio religioſóque lectore poſſet. Et quoniam totus iſte liber, cum his maximè additionibus, quas auctoris tertia editio, vel hæc noſtra ſortita eſt, paulò craſſior noſtro iudicio futurus erat, quàm iuſti voluminis requirat moles; viſum nobis primùm eſt in duas partes Pſalterium iſtud diuidere, & priorem quidẽ duobus prioribus Pſalmorum libris, iuxta Hebræorum ſectiones, quas D. Genebrardus ſequitur, & probat, attribuere, poſteriorem autem tribus poſtremis aſſignare: quamquam ſi quis velit vtramque ſimul partem compingere, ei hoc integrum &

liberum eſſe poßit. Porrò quoniam D. Genebrardus Hebræa interdum vocabula, Hebraicè Latinéque expreſſit, aliquando ſolis Hebraicis, ſolis aliquando latinis litteris in his exprimendis contentus fuit: viſum eſt etiam, cum præſertim punctis & motionibus ea careant, Hebraicis ſemper litteris Latina ſubnectere: & Hebræis nominibus latinis litteris expreßis, quoad eius fieri potuit, Hebræas etiam litteras adiungere: vt linguæ ſanctæ ſtudiosi adhuc in ea rudes litteras Hebræas, quibus vſquequaque latinæ non reſpondent, præ oculis haberent, quibus in natiua lingua vocabula illa exarantur. Hoc etiam præſertim in fine huic noſtræ editioni adiunctum eſt, vt cùm ad verbũ in Hebræo ita haberi auctor aliquid affirmat, Hebræa ipſa aunexa ſint, vt ſtudioſus lector, qui forte Pſalterium Hebræum cuperet conſulere, ac perſpicere, quomodo hæc in eo habeantur, eo labore leuaretur. Et quoniam rurſus auctor ſola capitis alicuius Biblici citatione non contentus, verſus nonnumquam ipſos etiam appoſuit, curatum eſt in hac noſtra editione, vt omnibus in locis Scripturæ ſemper capiti verſus adiungerentur. Ex quo labore, & ſi moroſo, hoc etiam commodi emanauit, vt plurima ab auctore citata Scripturæ loca, quæ librariorum negligẽtia, vel typographicarum operarum incuria perperam in alijs editionibus notabantur: ſtudioſè in hac noſtra editione quæſita, ſuis locis omnia reſtituerentur. Hoc tamẽ in eo genere fuit obſeruatum, auctorem non ſemper in citandis Scripturæ verbis, ſeſe vulgatæ editioni (quam tamen meritò ſemper reliquis anteponit) non alligaſſe, ſed aliquando ſuis verbis ipſum Scripturæ fontem expreßiſſe: vnde ſi quid quandóque in noſtra editione vulgata, quod ab eo citatur, non haberi contigerit, ſcias id ab ipſo auctore ex Hebraico, vel Græco fonte penè ad verbum expreſſum fuiſſe. Cæterum omnes ſacrorum librorum, & aliorum etiam auctorum citationes ex proprijs locis, cũ notulis tamen quibuſdam, in marginem reiecimus, in primis ipſius auctoris freti exemplo quidem in ſuis de Sanctiſſima Trinitate libris, aliiſq́ nonnullis factitauit, deinde quoniã huiuſmodi citationes, ſi contextui adiungantur lectorẽ plurimũ diſtrahere, & à plana verborũ ſententia percipienda cõprehendendaq́ remorari perhibeãtur. Vſi ſumus autẽ diuerſo Charactere, quem Italicum dicimus, quam in alijs editionibus aliquãto ſæpius, vt quæ auctoris propria eſſent, & quæ ipſe ab alijs produceret, faciliùs internoſcerentur. Hæc fere ſunt omnia, quæ in hac noſtra editione ipſis commentarijs inſerta fuerũt, ſi præſertim quædam ad marginem ſcholiola, & in ipſa expoſitione deſcripta verſuũ Pſalmorum initia, quæ in prioribus editionibus maxima ex parte deſiderabantur, volueris adiungere: ſed vt vberior horum commentariorum eſſet vtilitas, & ad vniuerſam quodammodo Scripturam intelligendam

*gendam ipſa prodeſſe demonſtrarentur, duo indices fuere ad calcem adiuncti, quorum primus Scripturæ loca in his commentarijs explicata ad litteram continet, quibus etiam breuis eſt appoſita eiuſdem loci explicatio, fuſior deinde ex commentariorum libro petenda, Hebraiſmorum præcipuorum alter index eſt, quos in hoc opere auctor Hebraicæ linguæ, ſi quis eſt noſtra ætate peritiſsimus, & obſeruauit & explicauit. Reliquum eſt beneuole lector, vt te orem atque obſecrem, hos doctiſsimos in diuinum Pſalmorũ opus commentarios aſsiduè voluere & terere, ex quibus ſi ſacrarum litterarum, & veræ pietatis religioniſque ſtudioſus es, non dubito te non vtilitatem modo maximam, ſed & voluptatem ingentem percepturum: & Deum Dominum noſtrum aſsiduè orare, vt auctori vires animúmque ſuppeditet, quibus ille veteris præſertim inſtrumenti libros hac ratione, vt pollicitus eſt, explicare poſsit. (Nihil enim adhuc, quod ſciamus, eſt in Scripturam ab eo editum, præter hæc, & in Cantica Canticorum commentaria, quibus ille Bezæ de eo diuino opere carmina, vel crimina potius exhibilanda proponit) noſtríſque laboribus faue, Deóque ipſi, quem in hoc opere loquentem audies te probare diu noctúque contendito. Vale.*

# EXTRAICT DES ACTES & regiſtres de la Seneſchaucée & ſiege preſidial de Lyon.

SVR les remonſtrances faictes par maiſtre Pierre Bullioud Procureur du Roy, de ce que cy deuãt & vn an eſt paſſé, le Conſeil auroit pourueu, à ce que veu la neceſſité du temps, auquel l'on ne peut recepuoir aucuns liures de Paris, il fuſt permis aux marchans Libraires de ceſte ville, faire imprimer liures ſeruans à pieté & deuotion, & à l'edification du peuple en la religion Catholique, Apoſtolique & Romaine, ſans s'arreſter aux priuileges que pour le regard deſdits liures les Libraires de Paris, ou d'ailleurs pouuoyent auoir. Et que la diſette & beſoin deſdits liures augmente de iour à autre. Qui eſt cauſe que le peuple eſt priué des fruicts & vtilitez qui prouiennent de la lecture d'iceux liures, & ſouffre beaucoup pour n'en pouuoir recouurer d'aucune part.

A ceſte raiſon a ledit procureur du Roy requis qu'il pleuſt au Conſeil de nouueau inciter les Libraires de la ville faire imprimer tels liures neceſſaires pour l'enſeignement du peuple en la Foy. Entre autres, le Pſautier auec les Commentaires du Sieur Genebrard Docteur en Theologie Profeſſeur du Roy. Liure cy deuant imprimé à Paris, tres requis, & ſeruant à refuter les hereſies de noſtre temps.

LE Conſeil en ayant eſgard à ladite requeſte, neceſſité du temps, & en conſequence des ordonnances

donnances cy deuant faictes, a permis & permet à Jean Baptiſte Regnaud imprimer, ou faire imprimer ledict Pſautier commenté par ledict Docteur Genebrard, pour ſeruir à l'inſtruction du peuple en la Foy & Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine, ſans s'arreſter quant à preſent aux priuileges particuliers que aucuns Libraires, Imprimeurs à Paris ou ailleurs, pourroyent auoir,& ce par prouiſion,iuſques à ce que autrement en aye eſté ordonné, & ſans conſequence pour autres liures.

Faict à Lyon par nous Pierre Auſtrein, Conſeillier du Roy, Lieutenant particulier, Iean Vandel,George Groher,Claude du Pré, Clouis de Chabanes,Pierre Alard,George Langlois, & Nicolas Regnaud Conſeilliers & Magiſtrats eſdicts ſiege & Seneſchauſée ſeants en la chambre du Conſeil le vingtvnieſme Mars, Mil cinq cens quatre vingts vnze.

Collation faicte DVCHIER.

I. CROPPET.

# CALENDARIVM HEBRAEORVM AD INTELLIGENDAM SCRIPTVRAM, ET SYNAGOGAE RITVS VTILISSIMVM.

***

TIZRI, totus ferè feſtus ob collectos fructus, habet dies 30.

Dies horas 12. Nox totidem. September Latinis, vel potius lunatio Septembris.

Nam Hebræorum menſes lunares. Vnde in duos Latinorum cadunt.

1 Ros haſſana, principium anni, feſtum tubarum ſiue clangoris, Leu. 23. verſ. 24. 25. Num. 29. verſ. 1. 2.

*Quantùm ad feſta, & res Eccleſiaſticas annum quidem ordiuntur à Niſan. i. Martio, vt ipſis imperatum fuit Exod. 12. ver. 2. At quantùm ad cætera more veteri à Septembri. Quod eo ferè putent mundum creatum aut certè recreatum & reſtitutum è diluuio, ac eam eſſe Noæ traditionem: cuius cauſſa, Chaldæi, Perſæ, Aegyptij, & Orientales cuncti veteres, & antiqui Hetruſci, Græci etiam hodie hinc annos numerent: qui & notant Conſtantinum anno 313. in Septembris die vigeſimo tertio, indictionum ſuarum initium poſuiſſe, ob ſolem tunc libram ingredientem.*

***

2 Pœnitentia.
3 Ieiunium Godoliæ, ieiunium ſeptimi. Nam tum occiſus eſt Godolias filius Ahicam, filij Sapham,& Iudæi qui cum eo erant in Maſpha. 4.Reg.25.v.25.& Hier.41.verſ.2.
5 Ieiunium,quòd eo die mortui 20.homines de Iſraël:& R.Akiba filius Ioſeph vinctus.
7 Ieiunium,ob decretum in Patres noſtros gladium & famem.
10 Ieiunium expiationis. Leuit.23.ver.27.
15 Tabernaculorum feſtum, ſiue Scenopegia, dierum ſeptem. Leu.23.v.34.35.
21 Hoſanna Rabba,ceu ſeptima Tabernaculorũ.
22 Octaua Tabernaculorum. Aatſéreth.Leu.23. ver. 26.
23 Gaudium legis,& benedictio,quo feſto recolunt teſtamentum,& mortẽ Moſis legiſlatoris.
Dedicatio templi Salomonis 3.Reg.8.ver. 65.
Aequinoctium autumnale.

MARHESVAN, October, vel potius Luna Octobris,nullum proprium habet feſtum, habet dies 29.
Dies horarum eſt 11.& ſemis.
Nox horarum.12.& ſemis.

1 Neomenia.
6 Die incipiunt ieiunium ob excæcatum Sedechiam regem Iuda, & eius filios interfectos à Nabugdonozor.4.Reg.25.v.7.
Sectiones de Vita Sara,& natiuitate Iſaac, Gen.21.verſ.1.2.

KISLEV



KISLEV.Nouember,Luna Nouembris habet dies 30.
Dies horas 10.& ſemis.
Nox 13.& ſemis.

1 Neomenia.
7 Ieiunium ob combuſtuum à Rege Ioachim volumen,quòd ſcripſerat Baruch dictante Ieremia.Hierem.36.ver.23.
25 Die dedicatio ſiue Encænia.2.Mach.1.verſ. 16. Lumina, vel luminarium feſtum Ioſepho lib.12.Anti.cap.10.diebus octo,ob lumen religionis à Macedonibus extinctæ recuperatũ.
Petitio pluuiæ, quæ Ioré Hebraicè appellatur,prima & temporanea,item pluuia ſemẽtis. Deut.11.ver.14.
Tempus ſerendi in Iudæa.

TEVET,December.
Luna Decembrea habet dies 29.
Dies minimus habet horas 10.
Nox maxima 14.
1 Neomenia.
8 Ieiunium,quòd illo die lex in Græcum verſa ſit tempore Ptolemæi regis, & tenebræ occuparint mundum triduo. (*Hinc Iudæos Alexandriæ 70. Interpretum memoriam coluiſſe anniuerſario feſto,Philo tradit lib.1.de vita Moſis.*)
9 Ieiunium, cuius doctores noſtri non indicarunt cauſam.
10 Ieiunium decimi, quando admouit manum ſuam Rex Babylonis, ad obſidendam & expugnandam Hieroſolymam.
Solſtitium hybernum.

SHEVET, Ianuarius,
Luna Ianuarij nullum proprium habet feſtum.
habet dies 30.
Dies horas 10.& ſemis,
Nox 13.& ſemis.

1 Neomenia.
Principium anni arborum.
8 Ieiunium, quoniam tunc mortui ſunt iuſti, qui extiterant diebus Ioſue. Iud. 2. ver. 10.
23 Ieiunium, Nempe quia congregati ſunt omnes Iſraëlitæ aduerſus tribum Beniamin, & propter cócubinam in Gabaa, & ſimulachrum Michæ. Iud. 18. ver. 2. 3. & 20. ver. 10. 11.
Solſtitium hybernum, anno intercalari.

ADAR, Februarius.
Luna Februarij habet dies 29.
Dies horas 11 & ſemis.
Nox 12.& ſemis.

1 Neomenia.
Teruma. i. primitiæ.
Die 7. mortuus eſt Moſes magiſter noſter. Deut. 34. verſ. 5. 6.
Quare & ieiunium.
Nono decreuerunt ieiunium ob domum Sammai, & domum Hillel inter ſe ſectas & diuiſas.
13 Ieiunium Eſther. Eſth. 4. ver. 16.
14 Sortium feſtum minus. Eſt. 9. ver. 17.
15 Sortium maius. Eſther. 9. verſ. 12. 23. (*Dies Mardochæi 2. Mach. vlt.* verſ. 37.)
Dedicatio templi Zorobabelij, Ezræ 6. ver. 16

VE



VEADAR, Secundus Februarius, quando annus eſt 13. menſium, vnoquoque vel triennio, vel biennio. Nempe ſepties, intra nouemdecim annorum cyclum, quibus Luna ſuo reditu circulum plenè abſoluit. Habet autem dies 30.

1 Neomenia.
Ieiunium Eſther incipit die 11.

NISAN, Martius,
Luna Martij habet dies 30.
Dies horas 12.
Nox tondem.

1 Neomenia, Ieiunium, quòd eo die mortui ſint Aaronis filij. Leuit. 10. ver. 1.
10 Die Ieiunium, ob mortem Mariæ, & puteum obturatum. Num. 20. verſ. 1. 2. Num. 3. verſ. 4. & 26. verſ. 21.
14 PASCHA, in memoriã liberationis Aegyptiacæ. Ex. 12. ver. 14. 15. 16. & ſeq. & 13. ver. 6. 7. & 9. Leu. 23. v. 5. 6. 7. Num. 32. v. 6. 17.
21 Septima Paſchæ. Ex. 12. verſ. 16. Leu. 23. v. 7. Num. 28. v. 25.
22 Octaua Paſchæ.
26 Ieiunium ob mortuum Ioſue. Ioſ. 24. ver. 29.
Dedicatio tabernaculi Moſis, Exod. 40. v. 5.
Aequinoctium Vernum.
Petitio Pluuiæ, quam Malkós appellant, Tardam, ſerotinam, Vernam, meſſi mox futuræ commodiſſimam. Zach. 10.



IIAR,

IIAR, Aprilis.

Luna Aprilea nullum habet peculiare feſtum, habet dies 29.
Dies horas 12. & ſemis.
Nox horas 11. & ſemis.

1 Neomenia.
10 Ieiunio, quòd eo obierit Heli Sacerdos capta fœderis arca. 1. Reg. 4. ver. 18.
29 Ieiunium, quòd eo obdormierit Samuel, illumque planxerit domus Iſraël. 1. Reg. 25. ver. 1. & 28. 3. Meſſis in Iudæa ineunte menſe Aprili. (*Sic Plinius lib. 18. cap. 18. peragi meſſem in Aegypto menſe Maio, cuius menſis ſexto die celebrabatur Pentecoſte. i. dies Primitiuorum. Leui. 23. v. 10. 11. 12. Num. 28. v. 26. quòd eo die panes è nouis frugibus offerrentur.*)

SIVAN, Maius,

Luna Maij habet dies 30.
Dies horas 13.
Nox 11.

1 Neomenia.
6 Pentecoſte, ſiue feſtum Hebdomadarum, memoriam datæ legis. Leu. 23. v. 15.
13 Octauæ magna celebritas.
23 Ieiunium, quòd 10. tribus tunc deſierint primitias portare Hieroſolymam diebus Ieroboam Nebathi filij. 3. Reg. 12. 27. 28.
25 Ieiunium ob interfectum magiſtrũ noſtrum Simeonem Gamalielis filium, & Magiſtrum Iſmaëlem Eliſæi filium, & Magiſtrũ Haninam Saggan ſiue Sacerdotem ſecundum.





27 Ieiunium, propter combuſtum R. Haninam Tardionis filium ſimul cum legis libro. Hier. 26. v. 13.

TAMMVZ, Iunius,

Luna Iunij habet dies 29.
Dies maximus horas 14.
Nox breuiſſima horas 10.

1 Neomia.
17 Ieiunium Quarti, ob tabulas legis fractas. Exod. 32. verſ. 19. Item quia eo die Sacrificium iuge deſiit, & Epiſtemon legem combuſſit, Idolo in templo collocato: ἐνδελεχισμὸς Ioſepho libr. 6 de bello Iuda. cap. 8. (ſic enim illic legendum.)

Solſtitium æſtiuum. Tantus eſt æſtus, vt non pluat in Iudæa, vel rariſſimè, toto hoc, & ſequenti menſe. Hieronymus, imò verò tota æſtate, Ioſephus lib. 3. de bello Iudaico cap. 13.

AB, Iulius,

Luna Iulij, habet dies 30.
Dies horas 13. & ſemis.
Nox 10. & ſemis.

1 Neomenia. Ieiunium, quòd eo Aaron magnus ſacerdos è vita exceſſerit. Num. 20. verſ. 28. & 33. v. 38. Deut. 10. v. 6.
9 Ieiuniũ Quinti ob incenſam eo die Hieruſalẽ, & tẽplũ primò à Chaldæis, 4. Reg. 25. 9. 10. ſecũdo à Romanis. Item quòd illo capta ab iiſdẽ Romanis ſit Bethera, & vrbs exciſa. Denique quòd Moſis principatu nono die Iunij decretum à Deo manauerit, Patres noſtros nõ ingreſſuros terrã. Nu. 14. 22. 23.

18 Ieiunium, quòd eo extincta ſit lucerna occidentalis diebus Achaz.

ELVL, Auguſtus nihil habet proprium, habet dies 29.
Dies horas 12. & ſemis,
Nox 11. & ſemis, Complectitur totam Auguſti lunationem, ſiue Lunæ curſum.

1 Neomenia.
7 Ieiunium, quoniam tunc exploratores terræ detrahentes, plaga extincti ſunt, Numer. 14. verſ. 36. 37.
Propitiationes.

*Sic præter feſta ſingulis annis dies 26. habent, quos ex lege ieiuniis dicatos ſcribunt in libello Taanith. Quibus addiderunt Magiſtri ſingulis Hebdomadis ieiunia ſecundi diei & Quinti. i. Lunæ & Iouis, tribus de cauſis, propter excidium templi, propter combuſtam legem, denique quod* Rabſace *nomen Dei blaſphemauerit 4.* Reg. *18. verſ.* 33. 34. 35. *Aliqui etiam 40. dies ſibi temperant à vino & carnibus, quòd tamdiu* Moſes *& Elias ieiunauerint, in Itinerario R. Beniamin Ex. 24. v.* 18. *& 34. ver. 28. 1. Reg. 19. ver.* 8.

Finis Hebraici Calendarij.



# CALENDARIVM SYRORVM CVM GRÆCIS HABET COMMVNIA, ISVHÆC PROPRIA.

## NOVEMBER.

Dominica prima ante natalem, de templi dedicatione, & conſecratione Epiſcopi.
Simonis, & Petri.
Dominica 2. Encæniorum.
Dominica 3. de Annunciatione Zachariæ. Luc. 1. verſ. 11. 22.
Dominica 4. Annunciatio Virginis. Luc. 1. 28. 29.

## DECEMBER.

Dominica 5. Viſitatio Elizabeth. Luc. 1. 39. 40.
Dominica 6. natiuitas Ioan. Baptiſtę. Luc. 1. 52. 53
Dominica 7. Reuelatio Ioſeph ſponſi Virginis. Matth. 1. verſ. 20.
Dominica 8. Antenatalitium.
25 Natalis Domini. Luc. 2. verſ. 6. 7
26 Virginis puerperæ.
27 Innocentium. Matth. 2. verſ. 16. 17
Dominica 1. poſt Natalem.

## IANVARIVS.

1 Circumciſio. Luc. 2. verſ. 21
2
3
4
5

6 Epiphania, quæ & luminarium.
Ea nocte aqua conſecratur in totum annum.
7 Decollatio Ioannis Baptiſtæ. Matthæ. 14. verſ. 3. Marc. 6. verſ. 17. Luc. 3. verſ. 19
Antonius Magnus.
Ephraim.
Gregorius Theologus, Baſilius magnus.
Niniuiticum ieiunium. Ion. 3. ver. 5.

## FEBRVARIVS.

2 Chriſti præſentatio. Luc. 2. verſ. 22.
Dominica pro defunctis ſacerdotibus.
Dominica pro defunctis Chriſtianis.
Dies Dominici ſex ſequentes, ieiunij appellatur.

## MARTIVS.

Cyrillus Hieroſolymitanus.
Suſcitationis Lazari. Ioan. 11. ver. 39. 40. 41
Dominica Hoſanna. Matth. 21.
Paſſio Chriſti. Matth. 26. & 27. Mar. 14. & 15. Luc. 22. & 23. Ioan. 18. & 19.
Hebdomada. Secretorum.
Annunciationis, ſiue, deſcenſus Chriſti ad inferos.
Domini ca magna.
Hebdomada candidatorum inter Paſcha, & Quaſimodo.
Dominica nona.
Commemoratio Thomæ, & Philippi.

## APRILIS.

Auri feriæ de ſanato claudo à Petro ad portam ſpecioſam. Act. 3. ver. 6. 7





## MAIVS.

Aſcenſio Marc. 16. verſ. 19. Luc. 24. verſ. 51. Act. 1. verſ. 10. 11.
Crucis feſtum.
Pentecoſte. Act. 2. verſ. 1. 2. 3.

## IVNIVS.

Petri Apoſtoli.
Pauli Apoſtoli.
Apoſtolorum feſtum.

## IVLIVS.

318 Patrum, & Regum fidelium commemoratio.

## AVGVSTVS.

Feſtum tabernaculorum transfigurationis Domini. Matth. 17. ver. 2. 3. Marc. 9. ver. 2. 3. Luc. 9. verſ. 21.
Feſtum genitricis Dei.

## SEPTEMBER

Feſtum Sanctæ Crucis.

## OCTOBER.

Iacobus Alphæi Apoſtolus.
Iacobus frater domini Hieroſolymorum Epiſcopus.

FINIS.

# CALENDARIVM GRÆCORVM TOTIVS ANNI, QVOD MENOLOGIVM VOCANT,

*Continens memorias Sanctorum, quos Græci quotannis diebus Anniuerſariis celebrant. Annum auſpicantes à menſe Septembri, Gilb. Genebrardo interprete.*

SEPTEMBER habet dies 30.
Dies habet horas 12.
Nox horas 12.

1 Simeon Stylites.
2 Mammas martyr,& Ioannes ieiunator.
3 Anthymas martyr, Nicomedienſis Epiſcopus & magnus Euthymius.
4 Babylas Antiochenus,& Moſes legiſlator.
5 Zacharias Baptiſtæ parens.
6 Commemoratio miraculi facti à Michaële Archangelo,Colloſſis,aut Chonis.
7 Profeſtum Natiuitatis Virginis, & Sozon martyr.
8 Feſtum Natiuitatis Mariæ.
9 Ioachim,& Anna,& Seuerianus martyr.
20 Menedora, Metrodora, & Nymphodora martyres.
11 Theodora Alexandrina.
22 Autonomi martyris, officium remittitur in diem præcedentem, quòd hoc die repetetur feſtum Natiuitatis.
13 Encænia templi cuiuſdam.Profeſtum Sanctę Crucis



Crucis,Cornelius Centutio.
14 Exaltatio Sanctæ Crucis.
15 Nicetas.
16 Euphemia.
17 Sophia,& filiæ eius tres,Fides, Spes, Caritas.
18 Eumenius Epiſcopus.
19 Trophimus, Sabbatius, Dorymedon martyres.
20 Euſtathius martyr,& ſocij.
21 Codrates,ſiue Quadratus Apoſtolus, Ionas. octaua exaltationis S.Crucis.
22 Photas martyr.
23 Conceptio Ioannis Baptiſtæ.
24 Tecla martyr mulierum prima.
25 Euphroſyne.
26 Tranſlatio Ioannis Euangeliſtæ.
27 Calliſtratus martyr,& ſocij.
28 Chariton confeſſor.
29 Cypriacus Anachoreta.
30 Gregorius martyr Armeniæ.

OCTOBER habet dies 31.
Dies habet horas 11.
Nox horas 13.

1 Ananias è Septuaginta diſcipulis. Act.9.verſ. 10.11. S.Romanus Melodus.
2 Cyprianus,& Iuſtina martyres.
3 Dionyſius Areopagita martyr.
4 Hierotheus Epiſcopus Athenarum.
5 Charithena virgo martyr.
6 Thomas Apoſtolus.
7 Sergius,& Bacchus martyres.
8 Pelagia.
9 Iacobus Alphei Apoſtolus.

Andron

Andronicus Eremita.
10 Eulampius,& Eulampia martyres.
11 Philippus Apoſtolus vnus è ſeptem Diaconis. Act.7.verſ.5.
Theophanes graphtus & poëta, Epiſcopus Nicęæ. Notandum poſt vndecimum diem huius menſis ineunte Dominico cani officium Septimæ Synodi Nicenæ aduerſus Iconomachos Copronymum,& Epiſcopos ei fauentes execrabili quodam conciliabulo.
12 Martyres Probus, Tarachus, Andronicus,& Coſmas Poëta.
13 Carpus,& Papylus martyres.
14 Nazarius, Geruaſius, Prothaſius,& Celſius martyres, Coſmas Hagiopolites, Poëta Męumæ Epiſcopus. (martyr.
15 Lucianus Presbyter magnæ Antiochiæ
16 Longinus martyr Centurio.
17 Oſee Propheta Andreas à Copronymo cæſus martyr.
18 Lucas Apoſtolus & Euangeliſta.
19 Ioel Propheta. Varus martyr.
20 Artenius martyr.
21 Hilarion magnus.
22 Abercius par Apoſtolis Hierapolitanus Epiſcopus mirificus. Septem pueri Epheſini martyres.
23 Iacobus frater Domini Apoſtolus.
24 Arethas martyr, & ſocij.
25 Martianus,& Martyri⁹ martyres,& Notarij.
26 Demetrius martyr, Commemoratio magni terræmotus.
27 Neſtor martyr.
28 Terentius,& Neoniles martyres. Stephanus Sabbaites Poëta.

29 Anaſt

29 Anaſtaſia Romana martyr. Abramius Abbas.
30 Zenobius,& Zenobia martyres.
31 Stachys Amplius, & ſocij Apoſtoli, Epimachus martyr.

NOVEMBER habet dies 30.
Dies habet horas 10.
Nox horas. 14.

1 Coſmas, & Damianus miraculorum effectores, medici gratuiti.
2 Acindinus, Pegaſius, Alphthonius, Elpidephorus,& Anempodiſtus martyres.
3 Acepſima, Aithala,& Ioſeph martyr.
4 Ioannicius magnus, Nicãder Epiſcopus Myrenſis martyr.
5 Galaction,& Epiſemes martyres.
6 Paulus Archiepiſcopus Conſtantinopolis confeſſor.
7 Triginta tres martyres Melitenenſes, Lazarus Galeſij montis incola, & eremita.
8 Michaël principes exercitus,& cæteri Angeli incorporei. *Eadem die etiam conuentus defunctorum celebrabatur, lib.1. Iuris Orientalis in conſtitutionibus Manuelis Comneni.*
9 Oneſiphorus martyr. Porphyrius,& Matrona.
10 Eraſtus, Olympas,& ſocij Apoſtoli.
11 Menas, Victor,& Vincẽtius,& Stephana martyres, Theodorus Studites, confeſſor.
12 Ioannes Patriarcha Alexandrinus eleemoſynarius, Nilus confeſſor.
13 Ioannes Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Chryſoſtomus.
14 Philippus Apoſtolus.
15 Gorias, Samonas, Abibus martyres.

16 Matthæus

16 Matthæus Apoſtolus,& Euangeliſta.
17 Gregorius Neocęſarienſis thaumaturgus miraculorum effector.
18 Plato,& Romanus martyres.
19 Barlaam martyr, Abdias Propheta.
20 Profeſtum Præſentationis Virginis in templo, Proculus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Gregorius Decapolites.
21 Feſtum Præſentationis.
22 Philemon Apoſtolus,& ſocij.
23 Gregorius Agrigentinus Epiſcopus, Amphilochius Iconij Epiſcopus.
24 Catherina martyr, & virgo. Mercurius martyr.
25 Clemens Romanus Papa, & Petrus Alexandrinus martyres.
26 Alypius Sionites.
27 Martyr Iacobus Perſa.
28 Stephanus iunior Martyr.
29 Martyres Paramonus,& Philomenes,& Acacius Climachus.
30 Andreas primus ad Apoſtolatum vocatus Ioa. 1. verſ. 40.

DECEMBER habet dies 31.
Dies habet horas 9.
Nox horas. 15.

1 Nahum Propheta.
2 Abacuch Propheta.
3 Sophonias Propheta.
3 Barbara virgo & martyr. Ioannes Damaſcenus.
5 Sabba abbas
6 Nicolaus epiſcopus Myrenſis miraculorum effector.
7 Ambroſius Mediolani Epiſcopus.
8 Patapius Abbas.
9 Conceptio B. Annæ Dei,& Domini auiæ.
10 Menas, Hermogenes,& Eugraphus martyres.
11 Daniel Stylites.
12 Spiridion miraculorum effector.
13 Euſtrathius, Auxentius, Eugenius, Mardarius, & Oreſtes martyres.
14 Thyrſus, Lucius, Philemon, Apollonius, Arianus martyres.
15 Eleutherius martyr, Paulus Latrenſis Abbas.
16 Haggæus Propheta.
17 Daniel Propheta, & tres pueri Ananias, Azarias, Miſaël.
18 Sebaſtianus martyr,& ſocij.
18 Bonifacius martyr.
20 Profeſtum natiuitatis Domini noſtri, Ignatius martyr Theophorus.
21 Iuliana Nicomedienſis martyr.
22 Anaſtaſia venenorum depultrix martyr.
23 Decem martyres Cretenſes.
24 Eugenia martyr.
25 Natiuitas Domini & Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI.
26 Puerperium S. Dei genitricis. Euthymius martyr Sardenſis Epiſcopus Dominico die poſt Chriſti natiuitatem. Commemoratio fit Ioſeph ſponſi Virginis, Dauidis regis. Iacobi fratris Domini.
27 Stephanus Apoſtolus protomartyr,& Archidiaconus.
Graptus cõfeſſor, Theophanes frater ipſius Poëta.

28 Bis decem millia martyrum in Nicomedia vſtorum.
29 S. Innocentes in Bethlehem ab Herode occiſi ad millia quatuordecim. Marcellus Abbas monaſterij non dormientium.
30 Anyſia virgo & martyr. Zoticus orphanorum domicilij Presbyter.
31 Melania Romana, cuius tamen officium celebratur die præcedenti, quoniam iſto recolitur Chriſti natiuitatis feſtum.

IANVARIVS habet dies 31.
Dies horas 10.
Noctes horas 14.

1 Circumciſio, Baſilius.
2 Sylueſter Papa Romanus.
3 Malachias, & Gordius martyres.
4 70. Diſcipuli, & Theretiſtus.
5 Theopemptus, & Theonas martyres. Syncletica.
6 Theophania Chriſti, diuinúſque Saluatoris baptiſmus.
7 Ioannes Baptiſta.
8 Domneca, Georgius Chozebites. Aemylianus confeſſor.
9 Polyeuchus martyr.
10 Gregorius Nyſſænus. Domitianus Epiſcopus Melitæ. Martianus presbyter.
11 Theodoſius cœnobiarcha.
12 Tatiana martyr.
13 Hermylus, & Stratonicus martyres.
14 Sancti abbates montis Sinai, & Raithi.
15 Paulus Thebæus, & Ioannes Calybites.
16 Cathena Petri Apoſtoli.
17 Antonius magnus.
18 Athanaſius, & Cyrillus Alexandrini Archiepiſcopi.
19 Macarius Aegyptius.
20 Magnus Euthymius.
21 Maximus confeſſor, Neophytus martyr, Eugenius, Canidius, Valerianus, & Aquila martyres. (martyr.
22 S. Apoſtolus Timotheus, Anaſtaſius Perſa
23 Clemens Ancyranus, Agathãgelus martyres.
24 Sancta Xena.
25 Gregorius Conſtantinopolis Archiepiſcopus Theologus.
26 Xenophon cum ſua coniuge, & liberis.
27 Tranſlatio reliquiarum ſancti Ioannis Chryſoſtomi.
28 Ephraim Syrus.
29 Tranſlatio reliquiarum Ignatij Theophori martyris.
30 Hippolytus martyr, Baſilius magnus, Gregorius Theologus, Ioannes Chryſoſtomus.
31 Cyrus, & Ioannes medici mirifici, qui gratis medicinam faciebant.

FEBRVARIVS habet 28. dies aut 29.
Dies habet horas 11.
Nox tredecim.

1 Tryphon martyr, profeſtum hypapantes.
2 Hypapante Domini noſtri IESV CHRISTI. Luc. 1. ver. 22. 23.
3 Simeon, qui Chriſtum vlnis excepit.
4 Iſidorus Peluſiota.
5 Agatha virgo & martyr.

6 Bucolus Smyrnæ Epiſcopus.
7 Parthenius Lampſacenus Epiſcopus.
8 Theodoretus martyr, Zacharias Propheta.
9 Nicephorus martyr.
10 Charalampas martyr.
11 Blaſius martyr.
12 Meletius Antiochiæ Archiepiſcopus.
13 Martianus Abbas.
14 Auxentius eremi cultor.
15 Oneſimus Apoſtolus.
16 Pamphilus martyr, & ſocij.
17 Theodoretus Tyro.
18 Leo Romanus Papa.
19 Archippus Apoſtolus.
20 Leo Cathanæ Epiſcopus.
21 Timotheus Symbolenſis, & ſanctus Euſtathius Apthiochenus.
22 Inuentio reliquiarum ſancti Eugenij martyris. Troterius.
23 Polycarpus martyr Smyrnenſis Epiſcopus.
24 Prima, & ſecunda inuentio capitis præcurſoris Domini.
25 Teraſius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.
26 Porphyrius Gazę Archiepiſcopus, & Symſi.
27 Vrgeopius confeſſor decapolita, Gelaſius ſenior.
28 Baſilius confeſſor ſocius Sancti Procopij monachi.
29 Caſſius Romanus.

MARTIVS, dies habet 31.
Dies horas habet 12.
Nox totidem.

1 Eudoxia virgo, & martyr.

2 Neſtor



2 Neſtor, & Theodoretus martyr, Cyrenæ Epiſcopus.
3 Eutropius, Cleonicus, & Baſilicus martyres.
4 Geraſimus ad Iordanem Eremita.
5 Conon martyr.
6 Quadraginta duo martyres.
7 Cherſonis Epiſcopi, martyres Baſilius, Eſfraim, Capito.
8 Theophylactus Nicomediæ Epiſcopus, confeſſor.
9 Quadraginta paludis Sebaſtenæ martyres.
10 Quadratus martyr, & ſocij.
11 Sophronicus Patriarcha Ieroſolymitanus.
12 Theophanes Sigrianæ Epiſcopus confeſſor.
13 Tranſlatio reliquiarum Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani.
14 Sanctus pater noſter Benedictus, & Alexander Pydnæus martyr.
15 Agapius martyr, & ſex ſocij martyres. Olympas.
16 Sabianus, & Papas martyres Rhodij.
17 Alexius vir Dei.
18 Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus.
19 Chryſanthus, & Daria.
20 Virgines ſeptem, ſancti Patres in monaſterió ſancti Sabbæ interfecti.
21 Iacobus Epiſcopus confeſſor.
22 Baſilicus Ancyranus martyr.
23 Nicon martyr, & 200. eius diſcipuli cum eo occiſi.
24 Zacharias. Profeſtum annunciationis.
25 Annunciatio Virginis Deiparæ Dominæ noſtræ.
26 Congreſſus Gabrielis Angeli.
27 Matrona Theſſalonicenſis.

**** 3 28 Steph

28 Stephanus miraculorum effector,& Hilarion iunior.
29 Marcus Erethuſiorum Epiſcopus, Cyrillus diaconus, & alij ſub Iuliano tyranno pietatem exercentes. Barracheſius.
30 Ioannes Climacis, ſiue ſcalæ auctor.
31 Hypatius Ancyræ Epiſcopus miraculorum effector.

APRILIS habet dies 30.
Dies habet horas 13.
Nox horas 11.

1 Maria Aegyptiaca.
2 Titus miraculorum effector.
3 Nicetas monaſterij Mediciæ ductor.
4 Ioſeph hymnorum ſcriptor,& Georgius.
5 Theodatus,& Agathopas martyres.
6 Eutychius Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus. Claudius.
7 Georgius Epiſcopus Melitinæ.
8 Herodion, Agabus, Ruffus,& ſocij Apoſtoli.
9 Eupſychius martyr.
10 Terentius, Pompeius,& ſocij martyres.
11 Antipas Epiſcopus Pergami Aſiæ martyr. Apoc.2.verſ.13.
12 Baſilius Epiſcopus Pariæ confeſſor.
13 Artemon martyr.
14 Martinus Papa Romanus confeſſor.
15 Ariſtarchus, Pudens, & Trophimus Apoſtoli.
16 Creſcens, Chionia, Agapa, Hircene martyres.
17 Symeon Perſa Epiſcopus, & Acatius Melitinæ Epiſcopus.

18 Saba

18 Saba Gothus. Ioannes ſancti Gregorij diſcipulus decapolitanus.
19 Ioannes Palæolaurites.
20 Theodorus Trichinenſis.
21 Ianuarius,& ſocij martyres. Theodorus Pergenſis martyr.
22 Theodorus Syceotes.
23 Georgius miraculorum effector martyr.
24 Saba martyr. Sancta Elizabeth miraculorum effectrix.
25 Marcus Apoſtolus,& Euangeliſta.
26 Baſilius martyr Amaſiæ Epiſcopus.
27 Simeon Domini frater, ſiue conſanguineus martyr.
28 Iaſon, & Soſipater Apoſtoli; Act.17.v.6.7. & 21.v.16.&ad Rom.16.v.21. Dadas, Maximus, & Quintilianus martyres.
29 Nouem martyres Cyriceni, & Memnon mirificus.
30 Iacobus Ioannis Theologi frater Zebedæi filius.

MAIVS habet dies 31.
Dies habet horas 14.
Nox horas 10.

1 Hieremias Propheta.
2 Tranſlatio reliquiarum Athanaſij magni.
3 Timotheus,& Maura martyres.
4 Pelagia virgo,& martyr. Olbianus.
5 Hirene martyr.
6 S. Iob, qui multa contra ſatanam certamina ſuſtinuit. Iob.1.& 2.
7 Commemoratio ſigni crucis, quod in cælo apparuit Hieroſolymis ſub noctis tertium, Imperatore Conſtantino à Sancto Caluariæ monte per ſtellas vſque ad Oliuarum

rum montem.
S. Martyris Acatij memoria.
Ioannes Theologus Apoſtolus, & Euangeliſta virgo, qui ſuper pectus Domini recubuit dilectus.
8
9 Eſaias Propheta. Chriſtophorus martyr.
10 Simon zelotes Apoſtolus.
11 Mobion martyr. Natalis dies Conſtantinopolis.
12 Epiphanius Cypri Epiſcopus, Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus.
13 Glyceria martyr.
14 Iſidorus martyr.
15 Pachomius magnus Eremita.
16 Theodorus Pacomij diſcipulus eremita. Alexander.
17 Andronicus Apoſtolus, & ſocij.
18 Martyres Petrus, Dionyſius, & ſocij. Theodotus Ancyranus, & ſeptem eius ſocij martyres. Sancta Euphraſia.
19 Patritius Pruſæ martyr, & ſocij.
20 Thalaleus martyr.
21 Conſtantinus, & Helena Imperatores.
22 Baſiliſcus martyr.
23 Michael Syndoarum Epiſcopus, confeſſor.
24 Simeon Eremita.
25 Tertia inuentio capitis ſancti Præcurſoris.
26 Carpus Apoſtolus vnus de ſeptnaginta diſcipulis.
27 Terapon martyr. Helladus martyr.
28 Nicetas epiſcopus Chalcedonenſis.
29 Theodoſia Virgo, & martyr.
30 Haacius Abbas monaſterij Dalmatarum.
31 Hermias Apoſtolus. Hermæus martyr.

IVN

IVNIVS habet dies 30.
Dies habet horas 15.
Nox horas 9.

1 Iuſtinus Philoſophus, & martyr. Iuſtinus alter martyr, & ſocij.
2 Nicephorus Conſtantinopolitanus Patriarcha confeſſor.
3 Lucilianus martyr. Lucianus martyr.
4 Metrophanes Patriarcha Conſtantinopolitanus.
5 Dorotheus Tyri Epiſcopus martyr. Euſtathius.
6 Biſarion mirificus, Abbas, & S. Hilarion iunior de monaſterio Dalmatarum.
7 Theodorus Epiſcopus Ancyranus martyr.
8 Theodorus exercitus ductor martyr.
9 Cyrillus Alexandrinus Archiepiſcopus.
10 Timotheus Pruſæ Epiſcopus martyr. Antoninus.
11 Bartholomæus, & Barnabas Apoſtoli.
12 Onuphrius, & Petrus Athonitus Eremitæ.
13 Aquilina virgo, & martyr. Tryphilus Leontiæ Cypri Epiſcopus.
14 Heliſæus Propheta. Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus.
15 Amos Propheta.
16 Tycon Miraculorum patrator Epiſcopus.
17 Manuel, Sabel, & Iſmaël martyres.
18 Leontius martyr.
19 Iudas frater Domini Apoſtolus. Zoſim
20 Methodius Pataræ Epiſcopus martyr.
21 Iulianus Tharſenſis martyr.
22 Euſebius Samoſatenſis Epiſcopus martyr.
23 Agrippina virgo, & martyr.


14 Natiuit

24 Natiuitas Ioannis Baptiſtæ Domini præcurſoris.
25
26 Dauid Theſſalonicenſis.
27 Samſon hoſpitalis.
28 Tranſlatio oſſium S. Ioannis, & Cyri.
29 Petrus, & Paulus ſancti & præcipui Apoſtoli.
30 Collectio duodecim Apoſtolorum.

IVLIVS habet dies. 31.
Dies habet horas 14.
Nox horas 10.

1 Coſmas, & Damianus mirifici medici gratuiti, qui Romæ martyrio coronati ſunt.
2 Depoſitio venerandæ veſtis, & zonæ Virginis in Blachernis Conſtãtinopolitano templo.
3 Hyacinthus martyr. Anatholius Patriarcha Conſtantinopolitanus.
4 Andreas Cretæ Epiſcopus.
5 Martha S. Simeonis Thaumaſtoritis mater, Athanaſius Abbas montis Athos.
6 Siloes magnus Eremita.
7 Thomas Maleenſis. Acacius Climacus. Cyriaca virgo, & martyr.
8 Procopius martyr.
9 Pancratius Tauromeniæ Epiſcopus martyr. Pater Mutius.
10 Quadraginta quinque martyres, qui Nicopoli Armeniæ paſſi ſunt.
11 Euphemia virgo, & martyr Chalcedonenſis pro futura profeſſione 630. Patrum
12 Proclus, & Hilarius martyres. Michaël Maleinus Abbas.

13 Collect.

13 Collectio Archangeli Gabrielis, memoria Ioſephi Theſſalonici confeſſoris. Stephanus Sabaites:
14 Iuſtus Aquila Apoſtolus.
15 Cyricus, & Iulitta martyres.
16 Athenogenes martyr, & decẽ eius diſcipuli. Memoria Patrum Nicænorum 318. Patrum ſecundę Synodi Conſtantinopolitanæ 150. Tertiæ Epheſinæ 200. Quartæ Chalcedonenſis 630. Quintæ 160. Sextæ. 170.
17 Marina virgo & martyr.
18 Hyacinthus Amaſtrideus Aemilianus martyr.
19 Dius Eremita. Macrina magni Baſilij ſoror.
20 Helias Propheta.
21 Simeon Eremita, & Ioannes collega, Propheta Ezechiel. Phronimus.
22 Maria Magdalena. Tranſlatio reliquiarum Phocæ martyris.
23 Theophanus, Theophilus, & ſocij martyres.
24 Chriſtina virgo & martyr. Paraſceuæ virgo & martyr.
25 Dormitio Sanctæ Annæ Deiparæ genitricis. Memoria ſanctarum mulierum, Olympiadis, & Eupraxiæ.
26 Hermolaus, & ſocij martyres.
27 Pantheleemon martyr.
28 Prochorus, Nicanor, Timon, & Parmenas Apoſtoli, & Diaconi. Act. 6. verſ. 5.
29 Callinicus martyr.
30 Silas, & Siluanus Apoſtoli.
31 Eudocimus. Profeſtum proceſſionis venerandæ, & viuificæ Crucis.

AVG

AVGVSTVS habet dies 31.
Dies habet horas 13.
Nox horas 11.

1 Proceſſio venerandæ & viuificæ Crucis. Memoria ſeptem martyrum Machabæorum, & Salomæ eorum matris, & doctoris eorum Eleazari. 2.Mach.1.cap.6.&7.
Tranſlatio reliquiarum Stephani protomartyris & Archidiaconi.
3 Sancti patres Iſacius, Dalmata, & Fauſtus.
4 Septem dormientes Epheſini pueri. Eudocia martyr.
5 Profeſtum transfigurationis Domini noſtri IESV CHRISTI. Euſignius martyr.
6 Transfiguratio Domini Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI.
7 Domitius martyr, & eius diſcipuli.
8 Aemilianus Cyzicenus confeſſor.
9 Matthias Apoſtolus.
10 Laurentius Archidiaconus & martyr.
11 Eyplus Archidiaconus & martyr.
12 Photius, & Anicetus martyres. Hoc etiam die canitur officium ſancti patris, & confeſſoris Maximi.
13 Maximus confeſſor. hoc die abſoluitur feſtum D. Maximi.
14 Michæas Propheta, Profeſtum ſiue peruigilium dormitionis Virginis.
15 Dormitio Dominę noſtrę Dei genitricis, & ſemper virginis Mariæ.
16 Tranſlatio ex Edeſſa, non manu factæ imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Diomedes martyr.
17 Mycon martyr.

18 Flor



18 Florus & Laurus martyres.
19 Andreas exercitus ductor martyr.
20 Samuël Propheta.
21 Thaddæus Apoſtolus. Baſſa cum filiis ſuis martyr.
22 Agathonicus martyr.
23 Luppus martyr.
24 Euthyches martyr, Ioannis Theologi diſcipulus.
25 Reductio reliquiarum Bartholomęi Apoſtoli.
26 Hadrianus, & Natalia martyres cum ſociis.
27 Pœmen Abbas.
28 Moſes Aethyops Abbas.
29 Decollatio Ioannis Baptiſtæ Domini præcurſoris.
30 Alexander, Ioãnes, Paulus iunior Patriarchæ Conſtantinopolitani. Fantinus.
31 Depoſitio zonæ ſanctæ Dei genitricis.

FINIS.

# TABVLA FESTORVM MOBILIVM.

| Anni Dñi. | Lit. Do. | Au nu. | Epa ctæ. | Septuageſima. | Dies Cinerum. | Paſcha. | Aſcenſio Domini. | Penteco ſtes. | Feſtum S. Trinitatis. | Corpus Chriſti. | Dominica prima Aduentus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1592 | e d | 16 | xxvi | 26 Ianuar. | 12 Febr. | 29 Martij | 7. Maij. | 17 Maij | 24 Maij | 28 Maij | 29 Nouemb. |
| 1593 | c | 17 | xxvii | 14 Februa. | 3 Martij | 18 Aprilis | 27. Maij. | 6 Iunij | 13 Iunij | 17 Iunij | 28 Nouemb. |
| 1594 | b | 18 | viii | 6 Februa. | 23 Febru. | 10 Aprilis | 19. Maij. | 29 Maij | 5 Iunij | 9 Iunij | 27 Decemb. |
| 1595 | A | 19 | xix | 22 Ianuar. | 8 Febru. | 26 Martij | 4. Maij. | 14 Maij | 21 Maij | 25 Maij | 3. Decemb. |
| 1596 | g f | 1 | j | 2 Februa. | 28 Febru. | 14 Aprilis | 23. Maij. | 2 Iunij | 9 Iunij | 13 Iunij | 1 Decemb. |
| 1597 | e | 2 | xii | 11 Februa. | 19 Febru. | 6 Aprilis | 15. Maij. | 25 Maij | 1 Iunij | 5 Iunij | 30 Nouemb. |
| 1598 | d | 3 | xxiii | 18 Ianuar. | 4 Februa. | 22 Martij | 30. April. | 10 Maij | 17 Maij | 21 Maij | 29 Nouemb. |
| 1599 | c | 4 | iiii | 7 Februa. | 24 Febru. | 11 Aprilis | 20. Maij. | 30 Maij | 6 Iunij | 10 Iunij | 28 Nouemb. |
| 1600 | b A | 5 | xv | 30 Ianuar. | 16 Febru. | 2 Aprilis | 11. Maij. | 21 Maij | 28 Maij | 1 Iunij | 3 Decemb. |
| 1601 | g | 6 | xxvi | 18 Februa. | 7 Martij | 22 Aprilis | 31. Maij. | 10 Iunij | 17 Iunij | 21 Iunij | 2 Decemb. |
| 1602 | f | 7 | vii | 3 Februa. | 20 Febru. | 7 Aprilis | 16. Maij. | 26 Maij | 2 Iunij | 6 Iunij | 1 Decemb. |
| 1603 | e | 8 | xviii | 26 Ianua. | 12 Febru. | 30 Martij | 8. Maij. | 18 Maij | 25 Maij | 29 Maij | 30 Nouemb. |
| 1604 | d c | 9 | xxix | 15 Febru. | 3 Martij. | 18 Aprilis | 27. Maij. | 6 Iunij | 13 Iunij | 17 Iunij | 28 Nouemb. |
| 1605 | b | 10 | x | 6 Febru. | 23 Febru. | 10 Aprilis | 19. Maij. | 29 Maij | 5 Iunij | 9 Iunij | 17 Nouemb. |
| 1606 | A | 11 | xxi | 22 Ianua. | 8 Febru. | 26 Martij | 4. Maij | 14 Maij | 21 Maij | 25 Maij | 3 Decemb. |
| 1607 | g | 12 | ii | 11 Febru. | 28 Febru. | 15 Aprilis | 24. Maij. | 3 Iunij | 10 Iunij | 14 Iunij | 2 Decemb. |
| 1608 | f e | 13 | xiii | 3. Febr. | 20. Febru. | 6. Aprilis | 15. Maij. | 25 Maij | 1 Iunij | 5 Iunij | 30 Nouemb. |
| 1609 | d | 14 | xxiiii | 15. Febr. | 4. Martij. | 19. Aprilis | 28. Maij. | 7 Iunij | 14 Iunij | 18 Iunij | 29 Nouemb. |
| 1610 | c | 15 | v | 7. Febr. | 24. Febru. | 11. Aprilis | 20. Maij. | 30 Maij | 6 Iunij | 10 Iunij | 28 Nouemb. |
| 1611 | b | 16 | xvi | 30. Ianua. | 16. Febru. | 3. Aprilis | 12. Maij. | 22 Maij | 29 Maij | 2 Iunij | 27 Nouemb. |
| 1612 | A g | 17 | xxvii | 19. Febr. | 7. Martij | 22. Aprilis | 31. Maij. | 10 Iunij | 17 Iunij | 21 Iunij | 2 Decemb. |
| 1613 | f | 18 | viii | 3. Febr. | 20. Februa. | 7. Aprilis | 16. Maij. | 26 Maij | 2 Iunij | 6 Iunij | 1 Decemb. |
| 1614 | e | 19 | xix | 26. Ianua. | 12. Februa. | 30. Martij | 8. Maij. | 18 Maij | 25 Maij | 29 Maij | 30 Nouemb. |
| 1615 | d | 1 | j | 15. Februa. | 4. Martij. | 19. Aprilis | 28. Maij. | 7 Iunij | 14 Iunij | 18 Iunij | 29 Nouemb. |
| 1616 | c b | 2 | xii | 31. Ianua. | 17. Febru. | 3. Aprilis | 12. Maij. | 22 Maij | 29 Maij | 2 Iunij | 27 Nouemb. |
| 1617 | A | 3 | xxiii | 22. Ianua. | 8. Febru. | 26. Martij | 4. Maij. | 14 Maij | 21 Maij | 25 Maij | 3 Decemb. |
| 1618 | g | 4 | iiij. | 11. Februa. | 28. Februa. | 15. Aprilis | 24. Maij. | 3 Iunij | 10 Iunij | 14 Iunij | 2 Decemb. |
| 1619 | f | 5 | xv. | 27. Ianua. | 13. Februa. | 31. Martij | 9. Maij. | 19 Maij | 26 Maij | 30 Maij | 1 Decemb. |
| 1620 | e d | 6 | xxvj. | 16. Febru. | 4. Martij. | 19. Aprilis | 28. Maij. | 7 Iunij | 14 Iunij | 18 Iunij | 29 Nouemb. |

| | | | Sanctorum feriæ. | Anni Domini. | Principes ſub quibus Sancti fuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | **Menſis I. IANVARIVS** | | **Habet dies XXXI.** | |
| Calēd. | 1 | A | Circumciſio Dñi nři IESV CHRISTI. | 1 | Sub Cæſare Auguſto. | *Luc. 2. verſ. 21.* |
| Non. 4. | 2 | b | Macarij presbyteri Alexandrini. | 314 | Sub Conſtantino magno. | *Trip. hiſt. lib. 7. & 8.* |
| Non. 3. | 3 | c | Antheri papæ & martyris. | 239 | Sub Maximo. | *Euſebius Platina.* |
| Pridie | 4 | d | Titi diſcipuli Pauli epiſcopi Cretenſis. | 94 | Sub Traiano. | *Faſciculus. Petrus de Nat.* |
| Nonis | 5 | e | Teleſphori papæ & martyris. | 139 | Sub Antonio Pio. | *Platina, Ioan. Stella.* |
| Idus 8 | 6 | f | Tres Magi offerunt IESV CHRISTO | 1 | Sub Cæſare Auguſto. | *Matth. 2. verſ. 11. Niceph.* |
| Idus 7 | 7 | g | Cleti papæ & martyris. ( dona. | 80 | Sub Domitiano. | *Euſeb. Niceph. Plat.* |
| Idus 6 | 8 | A | Erhardi epiſcopi Friſingenſis Bauari. | 453 | Tempore Childerici regis Franc. | *Ianuenſ.* |
| Idus 5 | 9 | b | Iuliani monachi Antiocheni. | 358 | Sub Valentiniano. | *Tripart. hiſtor. lib. 8. & 9.* |
| Idus 4 | 10 | c | Pauli eremitæ Thebani. | 260 | Sub Aureliano. | *Hieronymus.* |
| Idus 3 | 11 | d | Iginij papæ & martyris. | 144 | Sub Antonio Pio. | *Ioan. Stella Platin.* |
| Pridie | 12 | e | Nicanoris diaconi martyris Cyprij. | 45 | Sub Claudio. | *Petrus de Natalibus.* |
| Idibus | 13 | f | Hilarij epiſcopi Pictauienſis. | 348 | Claret Poſt Conſtantinum magnum. | *Euſeb. Nicephorus.* |
| Cal. 19 | 14 | g | Fœlicis in Pincis martyris. | 280 | Sub Diocletiano. | *Paulinus. Martyrolog.* |
| Cal. 18 | 15 | A | Mauri abbatis, diſcipuli S. Benedicti. | 536 | Sub Iuſtiniano. | *Palmerius. Florent. Petrus.* |
| Cal. 17 | 16 | b | Marcelli papæ & martyris. | 304 | Sub Maxentio. | *Stella. Platina, Vincentius.* |
| Cal. 16 | 17 | c | Antonij eremitæ Ægyptij. | 314 | Sub Conſtantino magno. | *Athanaſius. Euagrius.* |
| Cal. 15 | 18 | d | Priſcæ virginis & martyris Romanæ. | 45 | Sub Claudio. | *Faſcicul. Temporum, Anton.* |
| Cal. 14 | 19 | e | Pontiani martyris Spoletani. | 154 | Sub Antonino Vero. | *Petrus de Natalibus.* |
| Cal. 13 | 20 | f | Sebaſtiani martyris Narbonenſis. | 284 | Sub Diocletiano. | *Ado. Iſuardus.* |
| Cal. 12 | 21 | g | Agnetis virginis & martyris Romanæ. | 360 | Sub Valentiniano. | *Ambroſius, Ianuenſis.* |
| Cal. 11 | 22 | A | Vincentij martyris Hiſpani. ( manæ. | 300 | Sub Maximiano. | *Contractus, Vincentius.* |
| Cal. 10 | 23 | b | Emerentianæ virginis & martyris Ro- | 360 | Sociatur martyrio Agnetis. | *Ambroſius.* |
| Cal. 9 | 24 | c | Timothei apoſtoli epiſcopi Epheſini. | 50 | Sub Nerone. | *Niceph. Euſeb. Faſciculus.* |
| Cal. 8 | 25 | d | Conuertitur Paulus Tharſus. | 34 | Sub Caio Calligula. | *Hieronymus. Act. 9. v. 4. 5. 22. v. 6. 7.* |
| Cal. 7 | 26 | e | Polycarpi epiſcopi Smyrnēſis martyris. | 150 | Sub Marco Antonino, & Lucio Aurelio. | *Euſeb.* |
| Cal. 6 | 27 | f | Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani. | 400 | Sub Arcadio, & Honor. | *Hiſt. Tripart.* |
| Cal. 5 | 28 | g | Carolus Magnus imperator moritur. | 815 | Sepultus in Aquiſgrano. | *Eginhartus.* |
| Cal. 4 | 29 | A | Valerij epiſcopi Treuerenſis. | 65 | Sub Veſpaſiano. | *Sigibertus, Antoninus, Vincentius.* |
| Cal. 3 | 30 | b | Iuliani epiſcopi Cenomanenſis. | 65 | Sub eodem. | *Petrus de Natalibus, Vincentius.* |
| Pridie | 31 | c | Fabiani martyris Trecaſſini. | 266 | Sub Aureliano. | *Faſcicul. Iſuardus.* |

*****

Sanctorum feriæ.

## Menſis II. FEBRVARIVS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Calen. | 1 | d | Ignatij Epiſcopi Antiocheni martyr. |
| Non.4 | 2 | e | Mariæ purificatio. |
| Non.3 | 3 | f | Blaſij Epiſcopi Sebaſtenſis martyris. |
| Pridie | 4 | g | Phileæ Epiſcopi Thebani martyris. |
| Nonis. | 5 | A | Agathę virginis &martyris Catanę Sicilię. |
| Idus 8 | 6 | b | Dorotheæ virginis, & martyris Cæſareæ Cappadociæ. |
| Idus 7 | 7 | c | Augurij Epiſcopi Hiberniæ. |
| Idus 6 | 8 | d | Quointhæ virginis & mart. Alexandrinæ. |
| Idus 5 | 9 | e | Apolloniæ virginis,& mart. Alexandrinæ. |
| Idus 4 | 10 | f | Scholaſticæ virginis Nurſiæ Italiæ. |
| Idus 3 | 11 | g | Euphroſynæ virginis Alexandrinæ. |
| Pridie | 12 | A | Eulalię virginis & martyris Barſinonenſis. |
| Idibus. | 13 | b | Damaſi Papæ, tempore D. Hieronymi. |
| Cal.16 | 14 | c | Valentini Presbyteri, martyris Romani. |
| Cal.15 | 15 | d | Cratonis martyris Romani. |
| Cal.14 | 16 | e | Iulianę virginis &martyris Nicomediẽſis. |
| Cal.13 | 17 | f | Polychronij Epiſcopi Babylonis martyris |
| Cal.12 | 18 | g | Simeonis Epiſ. Hieroſolymitani martyris. |
| Cal.11 | 19 | A | Regum tria corpora, Coloniæ tranſlata. |
| Cal.10 | 20 | b | Innumerabiles martyres Tyri. |
| Cal. 9 | 21 | c | Hilarij Papæ, poſt Leonem I. |
| Cal. 8 | 22 | d | Petri cathedra Antiochiæ ſedis. |
| Cal. 7 | 23 | e | Papiæ Epiſ. Hierapolitani diſci. S. Ioannis. |
| Cal. 6 | 24 | f | Matthias Apoſtolus martyr in Iudæa. |
| Cal. 5 | 25 | g | Septuaginta duo martyres Syrmij. |
| Cal. 4 | 26 | A | Neſtoris Epiſcopi Pamphiliẽſis martyris. |
| Cal. 3 | 27 | b | Leandri Epi. Hiſpalenſis Gothorũ Apoſt. |
| Pridie | 28 | c | Romani monachi, tempore S. Benedicti. |

*Ann. Biſexti f. & 6. calendas repetes, ſiue geminabis*

| Anni Domini. | Principes ſub quibus Sancti fuerunt. Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|
| | Habet dies XXXI. |
| 101 | Sub Traiano, Rom. *Euſebius lib.3.cap.36.* |
| 1 | Sub Ceſare Auguſto. *Luc.2.v.22.23.* |
| 282 | Sub Diocletiano *Ianuenſis.Petrus de Natalibus.* |
| 240 | Sub Maximiano. *Euſebius lib. 8.cap.10.* |
| 253 | Sub Decio. *Petrus de Natalibus, Iannen. Iſuardus.* |
| 282 | Sub Diocletiano, & Maximiano Imperatore. *Vincentius, Petrus de Natalibus.* |
| 361 | Sub Valentiniano. *Beda, Iſuardus.* |
| 247 | Sub Decio. *Hiſt. Eccleſiaſtica lib.6.cap.31.* |
| 247 | Sub Decio. *Euſebius lib.6.cap.31. Bapt. Man.* |
| 535 | Sub Iuſtiniano. *Gregor.2.dialog.cap.33.34.* |
| | Incerto numero temporis. *Vincentius lib.16.76.* |
| 262 | Sub Daciano. *Hieronymus, Petrus de Natalibus.* |
| 371 | Sub Gratiano. *Nicephorus, Platina, Gennadius.* |
| 46 | Sub Claudio. *Faſciculus, Vincentius* |
| 46 | Sub Eodem. *Iſuardus.* |
| 280 | Sub Maximino. *Petrus de Natalibus.* |
| 253 | Sub Decio. *Iſuardus in Martyrologio.* |
| 94 | Sub Traiano. *Euſebius, Nicephorus, Hieronym. Gennad.* |
| 1174 | Sub Federico I. *Faſciculus, Ioannes Nauclerus.* |
| 281 | Sub Diocletiano. *Euſebius lib.8.cap.7.* |
| 465 | Sub Zenone. *Platina, Ioannes Stella.* |
| 36 | Sub Caio Caligula. *Nicephorus, Antoninus.* |
| 100 | Sub Traiano. *Hieronymus, Ioannes Trith.* |
| 74 | Sub Veſpaſiano. *Anonymus Abdias.* |
| 283 | Sub Maximiano, & Diocletiano *Iſuardus.* |
| 249 | Sub Decio. *Petrus de Natalibus, Vincentius.* |
| 599 | Sub Phoca. *Gregorius, Iſuardus.* |
| 535 | Sub Iuſtiniano. *Gregorius Turonenſis.* |

| Sanctorum feriæ. | | | | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menſis III. | | | MARTIVS. | | Habet dies | XXXI. |
| Calend | 1 | d | Albini Epiſcopi Andegauenſis. | 810 | Sub Carolo Magno. | *Iſuardus,Petrus.* |
| Non.6. | 2 | e | Simplicij Papæ,& Confeſſoris. | 471 | Sub Zenone. | *Ioan.Stella.Petrus Venetus.* |
| Non.5. | 3 | f | Kunegũdis Imperatricis vxoris Hẽrici.1. | 1005 | Sepulta in Bambergenſi Eccleſia. | *Ianuenſis.* |
| Non.4. | 4 | g | Lucij Papæ,& martyris. | 258 | Sub Valeriano. | *Platina.* |
| Non.3. | 5 | A | Euſebij Papæ,& martyris. | 309 | Sub Maxentio. | *Idem.* |
| Pridie | 6 | b | Fridolini confeſſoris,Scoti,Secondini. | 500 | Sub Anaſtaſio. | *Nauclerus.* |
| Nonis. | 7 | c | Perpetuæ, & Felicitatis martyrũ Tibur- | 254 | Sub Valeriano,& Galieno. | *Petrus Venetus.* |
| Idus 8 | 8 | d | Pontij diaconi diui Cypriani. (tinarũ. | 255 | Sub Galieno. | *Hieronymus de viris illuſtribus.* |
| Idus 7 | 9 | e | Quadraginta militũ martyrum Sebaſtæ. | 313 | Sub Licinio. | *Baſilius homil.20.* |
| Idus 6 | 10 | f | Alexandri Papæ,& martyris. | 119 | Sub Adriano Ælio. | *Plaiina.Nicephorus.* |
| Idus 5 | 11 | g | Guilhelmi pueri in Anglia martyris. | 1154 | Sub Friderico primo. | *Faſcic.Vincent.* |
| Idus 4 | 12 | A | Gregorij Papę 1.cognomine Magni. | 590 | Sub Phoca. | *Palm.Florent.Platina.* |
| Idus 3 | 13 | b | Euphraxiæ ſanctimonialis Thebaidenſis | 620 | Sub Theodoſio Catholico. | *Vinc.Pet.Ven.* |
| Pridie | 14 | c | Quadraginta nouem marty.Romanorũ. | 50 | Sub Nerone. | *Nicephor.Euſeb.Vincent.* |
| Idibus. | 15 | d | Longini militis ex prouincia Iſauriæ. | 45 | Sub Claudio. | *Ianuenſis,Vincent.Antonin.* |
| Cal. 17 | 16 | e | Heriberti Epiſcopi Colonienſis. | 1021 | Sub Henrico primo. | *Herm.Contract.* |
| Cal. 16 | 17 | f | Gertrudis virginis Niuelenſis. (Apoſt. | 643 | Sub Conſtante. | *Petrus Venetus.* |
| Cal. 15 | 18 | g | Patricij Epiſcopi Hibernorũ,Scotorum | 431 | Sub Theodoſio ſecundo. | *Beda lib.2.Tom.3.* |
| Cal. 14 | 19 | A | Ioſephi Nazareni nutricij Domini. | 1 | Sub Cæſare Auguſto. | *Matth.1.v.18.Luc.1.v.26.2.v.4.* |
| Cal. 13 | 20 | b | Archippi diſcipuli Pauli Apoſtoli. | 36 | Sub Calligula. | *Coloſſen.4.v.17.Hieronym.* |
| Cal. 12 | 21 | c | Benedicti Nurſienſis Abbatis Caſſinẽſis. | 534 | Sub Iuſtiniano primo. | *Mat.Palm.Gregor.* |
| Cal. 11 | 22 | d | Fr.Nicolaus in Vndetu.obiit. | 1502 | Sub Friderico III. | *Henr.Glarean.Faſciculus.* |
| Cal. 10 | 23 | e | Serapionis Alexandrini Abbatis. | 247 | Sub Decio. | *Euſeb.lib.6.cap.34.Nicephor.* |
| Cal. 9 | 24 | f | Quadrageſimale ieiunium. | | Ex Apoſtolica traditione. | *Aug.Hier.ad Marcel.* |
| Cal. 8 | 25 | g | Mariæ conceptio, filij Dei anunciatio. | | Sub Auguſto Cæſare. | *Luc.1.v.18.19.20.Iuuencus.* |
| Cal. 7 | 26 | A | Ludgeri Epiſ.Monaſterieẽſis Vveſtphaliæ. | 762 | Sub Conſtantino V. | *Faſciculus.* |
| Cal. 6 | 27 | b | Tychici Epiſ.Chalcedonẽſis diſci.Pauli. | 37 | Sub Caligula. | *Coloſſ.4.v.7.Nicephor.Euſeb.* |
| Cal. 5 | 28 | c | Sixti Papæ III. poſt Cæleſtinum. | 436 | Sub Theodoſio II. | *Plat.Ioan.Stella.Venet.* |
| Cal. 4 | 29 | d | Euſtaſij Ab.Luxoniẽſis diſci. Colũbani. | 631 | Sub Eraclio. | *Iſuardus,Beda Tom.3.* |
| Cal. 3 | 30 | e | Ioannis Anachoretæ Ægyptij. | 720 | Sub Theodoſio I. | *Sigib.Tripart.hiſtor.* |
| Pridie | 31 | f | Balbinæ virginis Romanæ. | 119 | Sub Adriano Ælio. | *Petrus Venetus.* |

| Sanctorum Feriæ. | | | | Anni Domini. | Principes ſub quibusfuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menſis III. APRILIS. | | | | Habet dies XXX. | | |
| Calen. | 1 | g | Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani. | 1107 | Sub Henrico IIII. | *Vincentius,Contractus,Naucl.* |
| Non. 4 | 2 | A | Mariæ Ægyptiacæ pœnitentis. | 270 | Sub Claudio. | *Ioannes,Petrus Venetus.* |
| Non. 3 | 3 | b | Agapes,Chionis. Irenes virginũ martyrũ. | 282 | Sub Diocletiano,& Maximiniano. | *Idem.* |
| Pridie | 4 | c | Ambroſij Epiſ.Mediolanenſis.Doct.Eccl. | 364 | Sub Valentino,& Theodoſio I. | *Paulinus.* |
| Nonis. | 5 | d | Vincentij cõfeſſoris ordinis Prædicatorũ. | 1240 | Sub Friderico II. | *Antoninus,Vincentius.* |
| Idus 8 | 6 | e | Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis. | 175 | Sub Marco Antonio. | *Euſebius,Nicephorus.* |
| Idus 7 | 7 | f | Cœleſtini Papæ poſt Bonifacium I. | 428 | Sub Theodoſio II. | *Ioannes,Stella,Venetus.* |
| Idus 6 | 8 | g | Dionyſij Epiſcopi Corinthiorum. | 170 | Sub Marco Antonio,& Lucio Aurel. | *Trit.* |
| Idus 5 | 9 | A | Prochori nepotis S.Stephani protomarty. | 34 | Sub Tiberio. | *Act.6.v.6.Hieronymus,Nicephorus.* |
| Idus 4 | 10 | b | Apollonij martyris Alexandrini. | 174 | Sub Commodo. | *Euſebius,Hieronymus,Nicephorus.* |
| Idus 3 | 11 | c | Philippi Epiſcopi Cretenſis. | 170 | Sub Marco Antonio,& Lucio Aurelio. | *Nicephorus.* |
| Pridie | 12 | d | Iulij Papæ primi,poſt Marcum I. | 344 | Sub Conſtantio Ariano. | *Ioannes,Stella.* |
| Idibus. | 13 | e | Reſurrectio CHRISTI. | 34 | Sub Pilato,& Herode. | *Euangeliſtæ quatuor.* |
| Cal. 18 | 14 | f | Tiburtij,& Valeriani martyrũ Romanorũ. | 174 | Sub Commodo. | *Her.Contract.Vincentius.* |
| Cal. 17 | 15 | g | Olympiadis,& Maximi martyrũ Perſidis. | 253 | Sub Decio. | *Vincentius,* Petrus Venetus. |
| Cal. 16 | 16 | A | Oneſimi mart.Epiſ.Epheſiorũ diſci.Pauli. | 39 | Sub Caligula. | *Coloſ.4.v.9.*Phile.*1.v.10.Vincent.* |
| Cal. 15 | 17 | b | Aniceti Papæ,& mart.poſt Pium I. | 159 | Sub Antonino Pio. | P*latina,Euſebius,*Pro*ſper.* |
| Cal. 14 | 18 | c | Mapplicij martyris. Aphricani. | 240 | Sub Gordiano. | *Cyprianus lib.epiſt.6.* |
| Cal. 13 | 19 | d | Reuelatur caput S.Ioannis Baptiſtæ. | 444 | Sub Valentiniano II. cum Martiano. | *Idem,Vincentius.* |
| Cal. 12 | 20 | e | Sulpitij,& Seueriani martyrũ Romanorũ. | 94 | Sub Traiano. | *Iſuardus,Antonius,Vincentinus.* |
| Cal. 11 | 21 | f | Simeonis Epiſcopi Seleuciæ. | 305 | Sub Conſtantino magno. | *Petrus Venetus.* |
| Cal. 10 | 22 | g | Gaij Papæ, martyris poſt Eutychianum. | 284 | Sub Diocletiano. | P*latina,Ioannes,Stella.* |
| Cal. 9 | 23 | A | Georgij martyris Cappadociæ. | 282 | Sub eodem cum Maximiano. | *Iſuardus.* |
| Cal. 8 | 24 | b | Milleti Epiſcopi Britanniæ. | 600 | Sub Gregorio I. | *Beda in hiſt.Angl.* |
| Cal. 7 | 25 | c | Marci Euangeliſtæ Epiſcopi Alexandrini. | 64 | Octauo Neronis anno. | P*etrus Venetus.* |
| Cal. 6 | 26 | d | Litania maior inſtituitur. | 594 | Per Gregorium magnum. | *Lib.11.reg.cap.2.* |
| Cal. 5 | 27 | e | Anaſtaſij Papæ,poſt Syricium. | 504 | Sub Arcadio. | P*latina,Ioannes,Stella.* |
| Cal. 4 | 28 | f | Vitalis martyris Rauennatis. | 50 | Sub Nerone. | *Ianuenſis,Iſuardus.* |
| Cal. 3 | 29 | g | Petrus Monachus ordinis prędicatorum ab hęreticis martyrio coronatur. | 1252 | Sub Henrico VI.Mediolanẽſis. | *Vincentius,Antoninus.* |
| Pridie | 30 | A | Litania minor inſtituitur in Gallia. | 464 | Sub Zenone,per Mamertum epiſ.Vien. | *Guli.* |

Sub Henr

***** 4 Philipp.

Sanctorum Feriæ.

| Menſis | V. | | MAIVS. | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de his ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Habet dies. XXXI. | |
| Calend. | 1 | b | Philippi,& Iacobi Apoſtoli. Iacobus. | 63 | Sub Nerone. | *Euſeb. Philippus ſub Clau. anno. 54.* |
| Non. 6. | 2 | c | Athanaſij Epiſcopi Alexandrini. | 314 | Sub Conſtantio Imperatore. | *Euſeb. Tripar.* |
| Non. 5. | 3 | d | Crux Domini inuenitur per Helenam. | 326 | Sub Conſtantino magno. | *Ruffinus, Ambroſius.* |
| Non. 4. | 4 | e | Monicæ matris S. Auguſtini Epiſcopi. | 376 | Sub Theodoſio Catholico. | *Auguſt. lib. 9. conf.* |
| Non. 3. | 5 | f | Conuertitur Auguſtinus per Ambroſiũ. | 377 | Sub Gratiano cum Valentiniano. | *Idem.* |
| Pridie | 6 | g | Ioannes ante portam Latinam. | 83 | Sub Domitiano. | *Tertullianus.* |
| Nonis. | 7 | A | Cyriaci Epiſcopi Hieroſolymitani. | 315 | Sub Conſtantino magno. | *Petrus Venet.* |
| Idus 8. | 8 | b | Apparitio S. Michaëlis in Apulia. | 494 | Sub Gelaſio Papa primo. | *Vinc. Anton.* |
| Idus 7. | 9 | c | Gregorij Nazianzeni Epiſcopi. | 390 | Sub Valentino,& Theodoſio. | *Trithem.* |
| Idus 6. | 10 | d | Gordiani,& Epimachi martyrum. | 354 | Sub Iuliano apoſtata. | *Ianuenſ. Vincent.* |
| Idus 5. | 11 | e | Mamerti Epiſcopi Vienenſis Galliæ. | 464 | Sub Zenone. | *Faſciculus, Ianuenſis.* |
| Idus 4. | 12 | f | Pancratij martyris Phrygiæ. | 287 | Sub Diocletiano. | *Ambroſius, Gregorius.* |
| Idus 3. | 13 | g | Gangolfi martyris Burgundiæ. | 680 | Sub Conſtantino IIII. | *Sigib. Otto Epiſc.* |
| Pridie | 14 | A | Epiphanij Epiſcopi Salaminẽſis Cyprij | 390 | Sub Honorio,& Arcadio. | *Trith. Euſeb.* |
| Idibus. | 15 | b | Sophiæ,& filiarum martyrum. | 144 | Sub Antonino Pio. | *Vincentius, Antoninus.* |
| Cal. 17 | 16 | c | Peregrini primi Epiſcopi Antiſſiodorẽſis | 144 | Sub Eodem. | *Faſciculus, Petrus venetus.* |
| Cal. 16 | 17 | d | Iuuenalis Epiſcopi Hieroſolymitani. | 454 | Sub Valentiniano. | *Idem Nicephorus.* |
| Cal. 15 | 18 | e | Torpetis martyris Piſani. | 50 | Sub Nerone. | *Vincentius, Iſuard. Gennad.* |
| Cal. 14 | 19 | f | Pudentianæ virginis Romanæ. | 124 | Poſt Adrianum Ælium. | *Vincent. Sigiber.* |
| Cal. 3 | 20 | g | Babylę Epiſcopi Antiocheni martyris. | 251 | Sub Galieno. | *Euſeb. Tripart. hiſtor. Nicephor.* |
| Cal. 12 | 21 | A | Hoſpitij incluſi,& confeſſoris. | 564 | Sub Childeberto rege. | *Paulus Diac. lib. 3.* |
| Cal. 11 | 22 | b | Caſti, & Æmilij martyrũ Aphricanorũ. | 241 | Sub Gordiano. | *Cyprianus ſerm. de lapſ.* |
| Cal. 10 | 23 | c | Deſiderij Epiſcopi Lingonenſis. | 411 | Sub Honorio. | *Vincent. lib. 20. cap. 1.* |
| Cal. 9 | 24 | d | Ioannæ matronæ, vxoris Chuſæ. | 34 | Sub Tiberio. | *Luc. 8. Iſuardus.* |
| Cal. 8 | 25 | e | Vrbani primi, Papæ & martyris. | 222 | Sub Aurelio Antonino. | *Platina, Ioannes, Stella.* |
| Cal. 7 | 26 | f | Eleutherij Papæ,& martyris. | 177 | Sub Seuero. | *Idem Platina.* |
| Cal. 6 | 27 | g | Quadrati Atheniẽſis diſpuli Apoſtolorũ. | 102 | Poſt Traianum. | *Trithemius.* |
| Cal. 5 | 28 | A | Guilhelmi ducis Aquitaniæ. | 806 | Sub Carolo magno. | *Petrus Venetus, Sigib.* |
| Cal. 4 | 29 | b | Fœlicis Papæ,& martyris. | 272 | Sub Aureliano. | *Ioan. Stella, Platina.* |
| Cal. 3 | 30 | c | Maximi Epiſcopi Aquenſis. | 84 | Poſt Titi temporis obiit. | *Vincentius.* |
| Pridie | 31 | d | Petronillæ virginis Galileæ. | 35 | Sub Tiberio. | *Ianuenſis, Iſuardus.* |

# CALENDARIVM ROMANVM.

Menſis VI. IVNIVS — Habet dies. XXX.

| | | | Sanctorum Feriæ, | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|
| Calẽd. | 1 | c | Nicodemi mart. diſcipuli Petri Apoſt. | 41 | Sub Caudio. *Iſuard.Petr.Ven.Gennad.* |
| Non.4 | 2 | f | Marcellini & Petri martyris Romæ. | 283 | Sub Diocletiano.*Ianuenſis,Vincentius.* |
| Non.3 | 3 | g | Eraſmi epiſcopi & martyris Lucridini. | 283 | Sub eodem.*Petrus Venetus,Antoninus.* |
| Pridie | 4 | A | Chriſti corporis feſtum inſtituitur. | 1264 | Per Vrbanum. IIII. *Stella,Vinc.*D*urandus.* |
| Nonis. | 5 | b | Bonifacij epiſc. Mogunt.mar.Vtricenſis. | 738 | Sub Leone III. *Faſcicul.Iſuard.Guil.Vtel.* |
| Idus 8. | 6 | c | Benigni presbyteri martyris Diuionẽſis. | 171 | Sub Aureliano.*Vinc.*Petrus *Venetus.* |
| Idus 7. | 7 | d | Luciani presbyteri martyris Antiocheni. | 280 | Sub Maximiano.*Hier.de Viris illuſtr.* |
| Idus 6. | 8 | e | Medardi Epiſc.Nouiodunenſis Galliæ. | 537 | Sub Iuſtiniano.P*et.Venet.* O*tto Friſing.* |
| Idus 5. | 9 | f | Primi &Fœliciani martyrũ Romanorum. | 281 | Sub Dioclet.& Maxim.*Vinc.Anton.* |
| Idus 4. | 10 | g | Baſilidis,& ſociorum martyrum. | 273 | Sub Aureliano.*Iſuardus.* |
| Idus 3. | 11 | A | Barnabæ Apoſtoli martyris Cyrij. | 50 | Sub Nerone.*Hieron.Niceph.Euſeb.Gennad.* |
| Pridie. | 12 | b | Baſilidis Cyprini,Nab.mart.Romanorũ. | 282 | Sub Dioclet.& Maximia.*Contr.*Petr.*Ven.* |
| Idibus. | 13 | c | Antonij de Padua Monachi minorũ Ord. | 1221 | Sub Ludouico IIII. *Antoninus.* |
| Cal.18 | 14 | d | Valeriani, & Ruffini martyrũ Remenſiũ. | 284 | Sub Maxim.& Præſide Rictiou. *Sigib.* |
| Cal.17 | 15 | e | Viti Modeſti,Creſcentiæ mart. Siculorũ. | 283 | Sub Diocl. & Maximi. I*anuenſ.Vincent.* |
| Cal.16 | 16 | f | Ferutij Diaconi, diſcipuli Irenæi. | 175 | Sub Marco Antonio. P*et.Venet.*I*ſuard.* |
| Cal.15 | 17 | g | Paulæ virginis,& martyris Hiſpaniæ. | 286 | Sub Diocletiano & Maxim. I*dem.* |
| Cal.14 | 18 | A | Marci,& Marcellianj martyrũ Romanor. | 287 | Sub eiſdem *Vincent. Ambroſ. Antoninus.* |
| Cal.13 | 19 | b | Geruaſij,Protaſij,mart. Mediolanẽſium. | 51 | Sub Nerone. A*mbroſ.Gregor.in Dial.* |
| Cal.12 | 20 | c | Syluerij Papæ & martyris. | 534 | Sub Iuſtiniano I. I*oan.Stella.* P*lat.* |
| Cal.11 | 21 | d | Albani martyris Moguntini. | 424 | Sub Theodoſio I. *Faſc.*O*tto Frinſ.* |
| Cal.10 | 22 | e | Decem millia martyrum Alexandriæ. | 116 | Sub Adriano & Antoni. I*anuenſ.Vinc.* |
| Cal.9 | 23 | f | Paulini Epiſcopi Nolani Campaniæ. | 425 | Sub Theodoſio I. *Anton.*P*roſp.Gennad.* |
| Cal.8 | 24 | g | Ioannes Baptiſta naſcitur ex ſterili. | | Sub Cæſare Auguſto. *Lucæ* 1.*ver.57.58.* |
| Cal.7 | 25 | A | Eligij Epiſcopi Nouiodonenſis Galliæ. | 630 | Sub Heraclio *Herm.Contract.Sigibert.* |
| Cal.6 | 26 | b | Ioannis,& Pauli martyrum Romæ. | 354 | Sub Iuliano Apoſtata. *Adon in Martyr.* |
| Cal.5 | 27 | c | Septem dormientium Epheſinorum. | 53 | Sub Nerone. P*aul.Ven.*I*anuenſis.* |
| Cal.4 | 28 | d | Creſcẽtis diſ.Pauli Apoſt. Moguntinẽſis. | 39 | Moritur ſub Caligula. *Otto Friſ. Sigib.* |
| Cal.3 | 29 | e | Petrus & Paulus martyrum Romæ. | 70 | Sub Nerone.*Abdias* I*ul.*A*phri.Euſeb.* |
| Pridie. | 30 | f | Lucinæ virginis diſcipulæ Petri Apoſtoli. | 70 | Sub eodem.*Vincent.*I*ſuard.*P*etr.Venet.* |

Sub Claud

aut

| Sanctorum Feriæ. | | | | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. Auctores qui de his ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|
| Menſis | VII. | | IVLIVS. | | Habet dies XXXI. |
| Calen. | 1 | g | Theobaldi Epiſcopi Viennenſis. | 1050 | Sub Henrico II. *Naucler.Sigib.G.Vicel.* |
| Non.6 | 2 | A | Mariæ viſitationis feſtum inſtituitur. | 1388 | Sub Vrbano ſexto. *Ianuenſis,Faciſculus.* |
| Non.5 | 3 | b | Proceſſi &Martiniani martyrū Romano. | 53 | Sub Nerone. *Vincentius Iſuard.Petrus Venetus.* |
| Non.4 | 4 | c | Vdalrici Epiſcopi Auguſtani. | 924 | Sub Rege Conrado,& Ioanne X. *Contract.* |
| Non.3 | 5 | d | Anſelmi Epiſcopi Cantuarienſis. | 1090 | Sub Henrico II. *Palmer.Florent.* |
| Pridie | 6 | e | Goaris confeſſoris Aquitanici. | 574 | Sub Mauricio. *Petrus Venetus Vvandelbertus.* |
| Nonis. | 7 | f | Panteni Presby.Alexandrini diſc.Marci. | 39 | Sub Caligula. *Nicephor.Caliſt.Gennadius.* |
| Idus 8 | 8 | g | Kyliani Epiſcopi Herbipolenſis. | 630 | Sub Heraclio. *Herm.Contract.Ioan.Naucl.* |
| Idus 7 | 9 | A | Cyrilli Epiſcopi Alexandrini martyris. | 432 | Sub Theodoſio Catholico. *Ioannes Trithem.* |
| Idus 6 | 10 | b | *S*eptem fratrum martyrū Romanorum. | 145 | Sub Antonio Pio. *Ianuenſis.Petrus Venetus.* |
| Idus 5 | 11 | c | Pij Papæ,& martyris,poſt Hyginum. | 147 | Sub Aurelio Commodo. *Platina,Stella,Venet.* |
| Idus 4 | 12 | d | Hermagorę Epiſc.& mart.Aquilegiēſis. | 53 | Sub Nerone. *Nicephorus,Martyrolog.* |
| Idus 3 | 13 | e | Henrici primi Imperatoris. | 1007 | Sepultus Bambergæ. *Nancler.Vicel.* |
| Pridie | 14 | f | Phocæ Epiſcopi,& martyris in Ponto. | 94 | Sub Traiano. *Vincent.Niceph.Calliſtus.* |
| Idibus | 15 | g | Margaretę virginis,&mart.Antiochenę. | 243 | Sub Decio,& eius præfecto Olibrio. *Ian.* |
| Cal.17 | 16 | A | Caput Io.Bap.ad Ambianēſes trāsfertur. | 747 | Sub Conſtantino V. *In Cyprian.Faſcic.* |
| Cal.16 | 17 | b | Alexius confeſſor Romanus obiit. | 398 | Sub Arcadio & Honorio. *Ianuenſis.* |
| Cal.15 | 18 | c | Materni Epiſc.Treuerenſis diſc.*S.*Petri. | 51 | Sub Nerone. *Sigibertus,G.Vicelius.* |
| Cal.14 | 19 | d | Arſenij Anachoretæ Thebani. | 397 | Sub Arcadio,& Honorio. *Iſuardus.* |
| Cal.13 | 20 | e | Titi Epiſcop.Creten ſis diſcipulus Pauli. | 64 | Sub Galba,& Vitellio. *Euſeb.Nicephorus.* |
| Cal.12 | 21 | f | Arbogaſti Epiſcopi Argentinenſis. | 639 | Sub Dagoberto Rege Francorum. *Palm.Florent.* |
| Cal.11 | 22 | g | Magdalenæ pœnitentis Galileæ. | 84 | Moritur in Maſſilia ſub Tito. *Ianuenſis.* |
| Cal.10 | 23 | A | Apollinaris Epiſc. Rauennatis martyris. | 74 | Sub Veſpaſiano. *Euſeb.Nicephorus,Abdias.* |
| Cal. 9 | 24 | b | Chriſtinæ virginis martyris in Tyro. | 285 | Sub Diocletiano,& Maximiano. *Petr.Venet.* |
| Cal. 8 | 25 | c | Iacobus maior Apo.mar Hieroſolymit. | 36 | Sub Herode Agrip. *Act.12.Anony.Abdias.* |
| Cal. 7 | 26 | d | Chriſtophori martyris Chananæi. | 354 | Sub Iuliano apoſtata. *Petr.Venet.Ianuenſis.* |
| Cal. 6 | 27 | e | Ruffi mart.Capuæ diſc.Apollinaris. | 74 | Sub Veſpaſiano. *Nicephorus,Vincentius.* |
| Cal. 5 | 28 | f | Pantaleonis martyris Nicomedienſis. | 288 | Sub Maximiano. *Herm.Contract.Vincent.* |
| Cal. 4 | 29 | g | Nazarij ſociorúmq;mart.Mediolanēſiū. | 54 | *S*ub Nerone. *Ambr.Vincent.Antoninus.* |
| Cal. 3 | 30 | A | Abdon,&*S*ennen martyrū Romanorum. | 53 | *S*ub Eodem. *Ianuenſis,Iſuardus.* |
| Pridie | 31 | b | Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis. | 422 | *S*ub Catholico Theodoſio. *Otto Friſing.* |

Sub Henr

Theob

| Sanctorum Feriæ. | | | | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menſis VIII. AVGVSTVS. | | | | | Habet dies. XXXI. | |
| Calēd. | 1 | c | Vinculis cingitur S. Petrus Apoſtolus. | 36 | Sub Herode Agripa. | *Actorum* 12. *ver.4.5.* |
| Non. 4 | 2 | d | Stephani papæ & martyris. | 291 | Sub Galieno & Decio. | *Iean. Stella*, Platin. |
| Non. 3 | 3 | e | Inuentio reliquiarum S. Stephani marty. | 417 | Sub Honorio. | *Nicephorus Vincentius* |
| Pridie | 4 | f | Iuſtini philoſophi, & martyris Romani. | 150 | Sub Antonio Pio. | I*aon. Tritem. Hieron.* |
| Nonis. | 5 | g | Oſualdi regis Bernitiorum martyris. | 643 | Sub Conſtantino. III. | *Beda de geſtis Ang. lib.* 3. |
| Idus 8 | 6 | A | Sixti II. papæ & martyris. | 244 | Sub Decio. | *Euſebius*, *Nicephorus*, Platin. |
| Idus 7 | 7 | b | Afræ martyris Auguſtæ Vindelicorum. | 284 | Sub Diocletiano. | P*etrus de Nat. Naucl.* |
| Idus 6 | 8 | c | Cyriaci martyris Romani. | 285 | Sub eodem. | *Iſuardus*, Ianuenſis. |
| Idus 5 | 9 | d | Romani militis & martyris Romani. | 244 | Sub Decio. | *Martyrologium*, *Vincent.* |
| Idus 4 | 10 | e | Laurentij diacon. & martyris Romani. | 244 | Sub eodem. | *Ambroſius lib.* 1. *offic. cap.* 41. *Gregor.* |
| Idus 3 | 11 | f | Tiburtij martyris Romani. | 284 | Sub Diocletiano & Maxim. | Pet. *Venet.* |
| Pridie | 12 | g | Clara virgo canonizatur Aſſiſij | 1254 | Per Alexandrum IIII. | *Faſcic.* Pet. *Venet.* |
| Idibus | 13 | A | Hippolyti martyris Romani. | 244 | Sub Decio. | I*anuenſis*, A*ntoninus*, *Vinc.* |
| Cal. 19 | 14 | b | Euſebij epiſcopi Vercellenſis. | 365 | Sub Valente. | *Hieronym. Nicephor. Vincent.* |
| Cal. 18 | 15 | c | Marie aſſumptionis feſtum inſtituitur. | 364 | Per Damaſum papam. | *Durandus*, *Faſciculus.* |
| Cal. 17 | 16 | d | Theoduli epiſcopi Sedunenſis. | 487 | Sub Clodouæo rege Francorum. | *Sigib.* |
| Cal. 16 | 17 | e | Mametis pueri martyris Cæſ. Cappado. | 171 | Sub Aureliano. | P*etrus de Natalibus.* |
| Cal. 15 | 18 | f | Agapiti martyris Præneſtini. | 271 | Sub eodem. | I*dem*, *Hermanus*, *Contractus Vinc.* |
| Cal. 14 | 19 | g | Ludouici epiſcopi Toloſani. | 1294 | Canonizatur à Ioanne 22. | *Breu. Minorum.* |
| Cal. 13 | 20 | A | Bernardi abbatis Clareuallenſis. | 1154 | Sub Frederico 1. & Eugenio 111. | P*alm.* |
| Cal. 12 | 21 | b | Anaſtaſij martyris, Salonæ. | 172 | Sub Aureliano. | I*ſuardus Vincentius.* |
| Cal. 11 | 22 | c | Symphoriani martyris. | 171 | Sub eodem. | I*anuenſis*, *Hermanus Contractus.* |
| Cal. 10 | 23 | d | Zachæi epiſcopi Hieroſolymitani. | 68 | Sub Galba. | *Euſebius*, *Nicephorus Epiphanius.* |
| Cal. 9 | 24 | e | Bartholomæi Apoſtoli Syris martyris. | 70 | Sub eodem, in India. | A*bd.* I*ul.* A*phrican.* |
| Cal. 8 | 25 | f | Ludouici regis Chriſtianiſſi. Francorum. | 1227 | Sub Innocentio IIII. | P*alm.* O*tto Friſing.* |
| Cal. 7 | 26 | g | Zepherini papæ & martyris. | 208 | Sub Caracalla. | P*latina* N*icephorus.* |
| Cal. 6 | 27 | A | Gebhardi epiſcopi Conſtantienſis. | 995 | Sub Ottone tertio. | *Hermanus*, *Contractus.* |
| Cal. 5 | 28 | b | Auguſtini epiſcopi Hipponenſis Eccleſiæ doctoris illuſtriſſimi. | 400 | Moritur ſub Theod. & Valent. | P*roſper. Poſſidonius*, & *Auguſtinus ipſe ſuis operibus clariſſimus.* |
| Cal. 4 | 29 | c | Decollatur Ioannes Baptiſta. | 31 | Sub Herode Antipa. | M*atth.*14.*ver.*17. *Marc.*6.*ver.*3. |
| Cal. 3 | 30 | d | Fælicis & Adaucti marty. Romanorum. | 284 | Sub Diocletiano & Maxim. | Pet. *Venetus.* |
| Pridie | 31 | e | Paulini epiſcopi Treueris. | 359 | Sub Conſtantio. | *Tripart. lib.* 5. *cap.* 15. 16. |

San

Sanctorum Feriæ.

| Nonus | IX. | | SEPTEMBER. |
|---|---|---|---|
| Calen. | 1 | f | Verenæ virginis, ex Thebaide. |
| Non.4 | 2 | g | Antonini martyris Syri. |
| Non.3 | 3 | A | Phœbæ virginis, diſcipulæ Pauli. |
| Pridie | 4 | b | Theodoſiæ virginis & mar. Cæſ. Paleſt. |
| Nonis | 5 | c | Herculani martyris Romani. |
| Idus 8 | 6 | d | Magni confeſſoris in Sueuia. |
| Idus 7 | 7 | e | Reginæ virginis & martyris Auguſtæ. |
| Idus 6 | 8 | f | Naſcitur virgo Maria. |
| Idus 5 | 9 | g | Gorgonij martyris Nicomedienſis |
| Idus 4 | 10 | A | Hilarij papæ poſt Leonem primum. |
| Idus 3 | 11 | b | Felix & Regula martyres Tigurini. |
| Pridie | 12 | c | Maximi epiſcopi Taurinenſis. |
| Idibus | 13 | d | Pamphili martyris Cæſareæ Paleſtinæ. |
| Cal.18 | 14 | e | Exaltatur ſancta Crux. |
| Cal.17 | 15 | f | Nicomedis martyris diſcip. Pet. apoſt. |
| Cal.16 | 16 | g | Euphemiæ virg. & martyris Chalcedon. |
| Cal.15 | 17 | A | Lamberti epiſ. & martyris Leodienſis. |
| Cal.14 | 18 | b | Ferreoli Martyris Viennenſis. |
| Cal.13 | 19 | c | Ianuarij epiſco. & martyris Beneuent. |
| Cal.12 | 20 | d | Tobiæ epiſcopi Hieroſolymitani. |
| Cal.11 | 21 | e | Matthæus Apoſtolus & Euang. in Aethi. |
| Cal.10 | 22 | f | Mauritius cum ſociis ex Thebis paſſi. |
| Cal. 9 | 23 | g | Lini papæ & martyris I. poſt Petrum. |
| Cal. 8 | 24 | A | Tecla virgo martyrizatur in Iconio. |
| Cal. 7 | 25 | b | Cleophas ex ſeptuaginta diſcipulis. |
| Cal. 6 | 26 | c | Cypriani epiſcopi & mar. Carthaginen. |
| Cal. 5 | 27 | d | Coſmas & Damianus mar. in Aegæa. |
| Cal. 4 | 28 | e | VVenceſlai ducis Bohemiæ martyris. |
| Cal. 3 | 29 | f | Michaelis feſtum inſtituitur. |
| Pridie | 30 | g | Hieronymus doctor & presbyter Eccleſiæ doctiſſimus Stridonien. obiit. |

Ani



| Anni Domini | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de iis fuerunt. |
|---|---|---|
| | Habet dies XXX. | |
| 288 | Sub Diocletiano, & Maximiano. | *Martyrolog.* |
| | Tempus ignoratur. | *Vincentius lib. 14. cap. 35.* |
| 53 | Sub Nerone. | *Rom. 16. ver. 1. Hieronymus, Euſebius.* |
| 284 | Sub Diocletiano. | *Nicephorus.* |
| 172 | Sub Aureliano. | *Petrus Venetus, Iſuardus.* |
| 617 | Sub Heraclio. | *Faſciculus, Martirologium.* |
| 244 | Sub Olibrio præfecto Decij. | *Petrus Venetus.* |
| 5214 | Ab initio mundi. | *Faſciculus temporum.* |
| 283 | Sub Diocletiano. | *Ianuenſis, Iſuardus.* |
| 465 | Sub Zenone. | *Platina, Ioan. Stella, Venetus.* |
| 281 | Sub Diocletiano, & Maxim. | *Nau. Her. Contr.* |
| 420 | Sub Arcadio, & Honorio. | *Ioan. Tritbem.* |
| 240 | Sub Voluſiano. | *Nicephorus, Euſebius, Tritbem.* |
| 614 | Sub Heraclio. | *Faſciculus, Durandus, Ianuenſis.* |
| 85 | Sub Domitiano. | *Petrus Venetus, Antoninus.* |
| 279 | Sub Caro, & Numeriano. | *Idem Iauenſis.* |
| 760 | Sub Pipinio rege Francorum. | *Palm. Piſan.* |
| 282 | Sub Diocletiano, & Maximiano. | *Iſuardus.* |
| 283 | Sub eiſdem. | *Idem Herman. Contractus.* |
| 82 | Sub Veſpaſiano, & Tito. | *Nicephorus, Hegeſip.* |
| 60 | Tempore Vitellij. | *Anony. Abdias, Nicephorus.* |
| 289 | Sub Diocletiano, apud Sedunenſes. | *Sigib. Vin.* |
| 70 | Claret ſub Vitellio, & Galba. | *Abdias, Niceph. Euſeb.* |
| 52 | Ante tempora Neronis. | *Petrus Venetus.* |
| 60 | Sub Nerone. | *Luc 24. Hieronymus, Nicephorus.* |
| 259 | Sub Cornelio Papa. | *Euſebius, Trith. Pontius.* |
| 282 | Sub Diocletiano, & Maximiano. | *Vincentius, Anton.* |
| 974 | Sub Ottone primo. | *Naucler. Georgius Vicel.* |
| 500 | Sub Anaſtaſio. | *Ianuenſis, Durandus.* |
| 425 | Sub Honorio, & Theodoſio. | *Proſp. Trithemius.* |

*****

Remig

# CALENDARIVM ROMANVM.

Menſis X. OCTOBER. — Habet dies. XXXI.

| | | | Sanctorum Feriæ. | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Calēd. | 1 | A | Remigij Epiſcopi Remenſis Francorum. | 475 | Sub Clodouæo rege Francorum. | *Herm.Contract.* |
| Non.6. | 2 | b | Leodegarij Epiſcopi Eduenſis martyris. | 680 | Sub Conſtantino IIII. | *Ianuenſis,Otto Friſ.* |
| Non.5. | 3 | c | Criſpi,&Caij mar.Athenenſiū diſc.Pauli. | 59 | Sub Vitellio apud Corinthum. | *Act.18.v.8.Rom.16.v.13* |
| Non.4 | 4 | d | Frāciſcus monach.Ord.Monē. Italª obiit. | 1226 | Sub Frederico Aſſiſij. | *Regino,abbas.* Prum. |
| Non.3 | 5 | e | Conſtantis,Alexandrini mart.Thebaidin. | 286 | Sub Diocletiano,& Maximiano. | *Vincentius,Ianuenſis.* |
| Pridie | 6 | f | Fidis virginis,& martyris Agennenſis. | 287 | Sub eiſdem pręſide Daciano. | .*Petr.Venet.* |
| Nonis. | 7 | g | Marci Papæ,poſt Sylueſtrum. | 336 | Sub Conſtantino Magno. | *Platina,Stella.* |
| Idus 8 | 8 | A | Pelagij pœnitentis Antiochenæ. | 70 | Sub Caro,Numetiano. | *Faſciculus Martyrolog.* |
| Idus 7 | 9 | b | Dionyſius,Ruſticus Eleutherius Lutetiæ. | 96 | Sub Domitiano. | *Euſebius,Niceph.Ter.Trith.* |
| Idus 6 | 10 | c | Gereonis,ex Thebęorū legione Colonię. | 301 | Sub Diocletiano. | *Vincentius,Iſuardus.* |
| Idus 5 | 11 | d | Burckardi Epiſcopi Vormacienſis. | 1020 | Sub Hunerico I. | *Otto Friſ.Trith.G.Vicel.* |
| Idus 4 | 12 | e | 4976.martyrum,& confeſſorum. | 479 | Sub Henrico Rege. | *Victor.lib.2.perſ.Vuand.* |
| Idus 3 | 13 | f | Carpi diſc.Pauli Apoſt.Troadis martyris. | 59 | Sub Vitellio. | *Dionyſ.Areop.Niceph.Trith.* |
| Pridie | 14 | g | Calixti Papæ,& mart.poſt Zepherinum. | 217 | Sub Alexandro. | *Platina, Stella,Venetus.* |
| Idibus. | 15 | A | Aureliæ virginis Argentinenſis. | 450 | Sub Valentiniano. | *Herm.Contractus,Iſuardus.* |
| Cal. 17 | 16 | b | Galli Abbatis Scoti. | 631 | Sub Heraclio I. | *Herm.Contractus,Nauclerus.* |
| Cal. 16 | 17 | c | Heronis Epiſc. Antiocheni diſci. Ignatij. | 105 | Sub Traiano. | *Euſeb.Niceph.Gennad.* |
| Cal. 15 | 18 | d | Lucæ Euangeliſtæ Syri. | 74 | Moritur ſub Tito Veſpaſiano. | *Euſeb. Niceph.Vincent.* |
| Cal. 14 | 19 | e | Ianuarij ſociorúmq; mar.Neapolitanorū. | 299 | Sub Maximiano. | *Hermanus,Contractus,* Anton. |
| Cal. 13 | 20 | f | Capraſij martyris Agennenſis. | 289 | Sub eodem pręſide Daciano. | *Petrus de Natalibus.* |
| Cal. 12 | 21 | g | Vrſula cum ſodalibus martyrū Coloniæ. | 450 | Sub Valentiniano. | *Otto Friſ.G.Vicel.* |
| Cal. 11 | 22 | A | Seueri Epiſcopi Rauennatis. | 200 | Sub Caracalla. | *Petrus Venetus,Vincentius.* |
| Cal. 10 | 23 | b | Seuerini Epiſcopi Colonienſis. | 384 | Sub Theodoſio Catholico. | *Trith.Otto.Fri.Vicel.* |
| Cal. 9 | 24 | c | Ioannis Damaſceni monachi. | 340 | Sub eodem. | *Trithem.Regino Abbas.* |
| Cal. 8 | 25 | d | Criſpini, & Criſpiniani marty.Sueſſionis. | 285 | Sub Diocletiano. | *Ianuenſis,Iſuardus.* |
| Cal. 7 | 26 | e | Rogatiani,& Fœliciſſimi mar.in Aphrica. | 258 | Sub Decio. | *Cyprianus lib.4.epiſt.1.* |
| Cal. 6 | 27 | f | Demetrij martyr apud Theſſalonicam. | 288 | Sub Maximiano. | *Petrus Venetus,Vincent.* |
| Cal. 5 | 28 | g | Simonis,& Iudæ Apoſtolorum Simon. | 94 | Sub Traiano.Iudas 65.ſub Vitel. | *Abdias.* |
| Cal. 4 | 29 | A | Narciſſi Epi.Hieroſ.Gerūdi,& Auguſtini. | 284 | Sub Diocletiano. | *Herm.Contractus Nauel.* |
| Cal. 3 | 30 | b | Serapionis Epiſcopi Antiocheni. | 182 | Sub Commodo. | *Euſebius,Hieronymus de Vir.illuſtr.* |
| Pridie | 31 | c | Vuolfgangi Epiſcopi Ratiſponenſis. | 984 | Sub Ottone II. | *Ianuenſis Nauclerus,Contractus.* |

| Sanctorum Feriæ. | | | | Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. | Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menſis | XI. | | NOVEMBER. | | Habet dies XXX. | |
| Caled. | 1 | d | Omnium Sanctorum feſtum inſtituitur. | 613 | Per Bonifacium IIII. | *Durandus, Vinc. Stella, Venet.* |
| Non.4. | 2 | e | Animarum commemoratio inſtituta. | 614 | Per eundem. | *Antoninus.* |
| Non.3. | 3 | f | Theophili martyris in Cæſarea. | 243 | Sub Decio. | *Nicephorus, Iſuardus.* |
| Pridie | 4 | g | Quarti Epiſcopi Berythorum Romani. | 94 | Sub Traiano. | *Rom.16.v.23. Nicephorus, Epiph.* |
| Nonis. | 5 | A | Malachiæ Epiſcopi Hiberniæ. | 1143 | Sub Eugenio III. Pontif. | *Bernard. Otto, Friſing.* |
| Idus 8. | 6 | b | Leonardi confeſſoris Aquitani monachi. | 404 | In Bauaria ſub Anaſtaſio. | *Naucl. Ianuenſis.* |
| Idus 7. | 7 | c | Vvillibrordi Epiſcopi Traiectenſis. | 714 | Sub Tiberio III. | *Beda, lib.5. hiſt. Angl. cap.12.* |
| Idus 6. | 8 | d | Quatuor coronatorũ martyrum Romæ. | 285 | Sub Diocletiano, & Maximiano. | *Adon. in mart.* |
| Idus 5. | 9 | e | Theodori martyris Romani. | 287 | Sub eodem. | *Petrus Venetus, Ianuenſis.* |
| Idus 4. | 10 | f | Lebuini confeſſoris Dauentrini Friſiæ. | 734 | Sub Leone III. Pontif. | *Otto Friſ. Beda, Faſciculus.* |
| Idus 3. | 11 | g | Martini Epiſcopi Turonenſis in Gallia. | 282 | Sub Theodoſio. | *Greg. Turon. Iſuar. Otto Friſing.* |
| Pridie | 12 | A | Brixij Epiſcopi ſucceſſoris S. Martini. | 282 | Sub Theodoſio. | *Seue. Sul. Gregorius Turon.* |
| Idibus. | 13 | b | Martini Papæ I. exulis Conſtantinopoli. | 643 | Sub Conſtantio II. | *Pontificale, Platina.* |
| Cal.18 | 14 | c | Verani Epiſcopi Gaualitani Galliæ. | 365 | Sub Valente. | *Petrus de Natalibus. Martyrolog.* |
| Cal.17 | 15 | d | Fœlicis Epiſcopi Nolani Campaniæ. | 287 | Sub Maximino. | *Vincentius. Antoninus.* |
| Cal.16 | 16 | e | Othmari confeſſoris Suæui. | 835 | Moritur in Stain. ſub Leo Papa IIII. | *Herm. Cont.* |
| Cal.15 | 17 | f | Aniani Epiſcopi Aurelianenſis Galli. | 404 | Sub Honorio. | *Faſciculus, Petrus de Natalibus.* |
| Cal.14 | 18 | g | Pontiani Papæ, & martyris. | 231 | Sub Maximino. | *Platina, Ioannes Stella.* |
| Cal.13 | 19 | A | Elizabeth Landgrauiæ Heſſiæ. | 1226 | Moritur ſub Friderico II. | *Ianuenſis, Petrus Venetus.* |
| Cal.12 | 20 | b | Odonis Abbatis Cluniacenſis. | 1043 | Sub Henrico I. & II. | *Faſciculus, Petrus de Natalibus.* |
| Cal.11 | 21 | c | Præſentationis Mariæ feſtum inſtituitur. | 1474 | Paulus II. | *Durandus, Ianuenſis.* |
| Cal.10 | 22 | d | Cęciliæ virginis, & martyris Romanæ. | 224 | Sub Vrbano I. Pontifice. | *Faſciculus, Platina.* |
| Cal. 9 | 23 | e | Clementis Papæ, & martyris. | 92 | Sub Traiano. | *Euſebius, Abd. Egeſip. Nicephorus.* |
| Cal. 8 | 24 | f | Chryſogoni martyris Romani. | 283 | Sub Diocletiano. | *Her. Contractus, Petrus Venetus.* |
| Cal. 7 | 25 | g | Catharinę virginis martyris Alexãdrinę. | 205 | Sub Maxentio. | *Bapt. Mant. Vincentius. Anton.* |
| Cal. 6 | 26 | A | Conradi Epiſcopi Conſtantienſis. | 874 | Sub Ottone I. | *Herm. Contract. Naucler.* |
| Cal. 5 | 27 | b | Petri Epiſcopi Alexandrini martyris. | 279 | Sub Maximino. | *Euſebius lib.9. Nicephorus.* |
| Cal. 4 | 28 | c | Soſthenis Corinthij diſcipuli Pauli. | 52 | Sub Nerone. | *Act.18.v.17. & 1.Cor.1.v.1. Martyrologium.* |
| Cal. 3 | 29 | d | Saturnini martyris Toloſæ. | 93 | Sub Eodem. | *Ianuenſis Vincentius, Petrus Venetus.* |
| Pridie | 30 | e | Andreas Apoſtolus paſſus in Achaia. | 24 | Poſt Tempora Neronis. | *Abd. Anony. Nicephorus.* |

Sanctorum Feriæ.

## Menſis XII. DECEMBER.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Calen. | 1 | f | Chryſanthi, & Dariæ martyrũ Romanorũ |
| Non.6 | 2 | g | Babianæ virginis,& martyris Romanæ. |
| Non.5 | 3 | A | Lucij cõfeſ.regis Britãniæ.diſc.Timothei |
| Non.4 | 4 | b | Barbaræ virginis,& mart.Nicomedienſis. |
| Non.3 | 5 | c | Criſpinæ virginis,& martyris Aphricanæ. |
| Pridie | 6 | d | Nicolai Epiſcopi Myrenſis Lyciæ. |
| Nonis. | 7 | e | Agathonis martyris Alexandrini. |
| Idus 8. | 8 | f | Conceptionis Mariæ feſtum inſtituitur. |
| Idus 7. | 9 | g | Leocadiæ virginis,& mart.Toletan. |
| Idus 6. | 10 | A | Melchiadis Papæ,& martyris. |
| Idus 5. | 11 | b | Damaſi Papæ tempore Hieronymi. |
| Idus 4. | 12 | c | Pauli Epiſcopi Narbonenſis, diſci.Pauli. |
| Idus 3. | 13 | d | Luciæ virginis,& martyris Syracuſanæ. |
| Pridie | 14 | e | Quatuor temporum ieiunia. |
| Idibus. | 15 | f | Valeriani Epiſcopi Aphricani exulis. |
| Cal.17 | 16 | g | Nicaſij Epiſcopi Ramenſis. |
| Cal.16 | 17 | A | Lazari rediuiui Epiſcopi Maſſilienſis. |
| Cal.15 | 18 | b | Gatiani Epiſcopi Turonenſis. |
| Cal.14 | 19 | c | Nemeſij martyris Ægyptij. |
| Cal.13 | 20 | d | Ariſtarchi Epiſcopi,& martyris Apamiæ. |
| Cal.12 | 21 | e | Thomæ Apoſtoli Indorum. |
| Cal.11 | 22 | f | Chræremonis martyris Alexandrini. |
| Cal.10 | 23 | g | Seruuli paralytici Romani. |
| Cal.9 | 24 | A | Gregorij Presbyri Spoletani martyris. |
| Cal.8 | 25 | b | Naſcitur IESVS CHRISTVS in Bethleem. |
| Cal.7 | 26 | c | Stephani protomartyris Diaconi. |
| Cal.6 | 27 | d | Ioannes Euangeliſta in Aſia obiit. |
| Cal.5 | 28 | e | Innocentes pueri in Iudæa trucidati. |
| Cal.4 | 29 | f | Thomę Epiſcopi Cantuarienſis martyris. |
| Cal.3 | 30 | g | Trophimi Epiſc.Arelatenſis diſcip.Pauli. |
| Pridie. | 31 | A | Syluestri Papæ poſt Melchiadem. |

Numer



**Habet dies. XXXI.**

| Anni Domini. | Principes ſub quibus fuerunt. / Auctores qui de iis ſcripſerunt. |
|---|---|
| 283 | Sub Numeriano. *Iſuardus.* |
| 353 | Sub Iuliano Apoſtata. *Petrus Venetus.* |
| 59 | Poſt Neronem, moritur Curiæ apud Rhetios. |
| 283 | Sub Diocletiano,& Maximiniano. *Petrus Venetus.* |
| 281 | Sub eiſdem. *Idem Antoninus.* |
| 343 | Sub Conſtantino. *Ioannes diaconus.* |
| 249 | Sub Decio. *Dion. Alex.6.hiſt.Ecclef.c.31.* |
| 1466 | Sub Sixto IIII. *In extrauagantibus.* |
| 281 | Sub Maximiano. *Petrus Venetus.* |
| 311 | Sub Galerio. *Platina, Ioannes Stella.* |
| 406 | Sub Valentiniano. *Idem, Nicephorus, Durandus.* |
| 51 | Sub Nerone. *Nicephorus,* Petrus *Venetus.* |
| 244 | Sub Decio. *Vincentius, Iſuardus, Ianuenſis.* |
| | Ex Apoſtolica traditione. *Leo ſerm.1.menſ.10.* |
| 353 | Sub Iuliano apoſtata. *Nicephorus, Iſuardus.* |
| 631 | Sub Heraclio. *Idem Sigibertus, Nauclerus.* |
| 84 | Sub Domitiano. *Vincentius, Petrus Venetus, Gregorius, Turon.lib.10.hiſt.Franc.* |
| 252 | Sub Decio. *Lib.6.hiſt.Eccl.c.31.* |
| 60 | Sub Nerone. *Coloſſ.4.diſc.Paul.Gennad.* |
| 63 | Poſt Neronem. *Abdias, Anonymus, Euſebius.* |
| 283 | Sub Decio. *Dion. Alex. 6.Hiſt.Eccleſiaſtica cap.31.* |
| 593 | Sub Phoca. *Gregor.4.Dialogorum,cap.14.* |
| 281 | Sub Diocletiano, & Maximiano. *Martyrolog.* |
| 1 | Sub Cæſare Auguſto. *Luc.2.v.6.7.Matth.2.v.1.* |
| 34 | Sub Tiberio. *Act.7.v.55.56.57.Euſebius, Egeſippus.* |
| 100 | Sub Traiano. *Abdias, Anonymus. Hieronymus.* |
| 1 | Sub Herode Aſcalonita. *Matth.2.v.16.17.* |
| 1159 | Sub Friderico I. *Petrus de Natalibus.* |
| 60 | Sub Nerone. *Act.20.v.4.21.v.29.2.Timoth.4.v.20.* |
| 351 | Claruit ſub Conſtantino magno. *Platina.* |

## ANNI BISEXTILIS REPERIENDI MODVS.

SI de toto anni numero duos priores numeros ſubduxeris, & reliquus fuerit à quaternario diuiduus, annus erit biſextilis, vt:

Ab anno 1580. ſi ſubducantur 1500. reliquus erit 80. qui quoniam à quaternario diuiduus eſt, dicitur Biſextilis. Anni 1581. 1582. 1583. nõ ſunt biſextiles: quia ſubductis ab iis 1500. reliqui ſunt à quaternario indiuidui. Itaque:

Si quaternarius, numerum ab illa ſubductione reliquum non diuidens, reliquerit vnitatem, annus eiuſmodi erit à biſextili primus, ſi binarium, ſecundus, ſi ternarium, tertius.

## DE ANNO ET PARTIBVS EIVS.

*Annus menſes habet duodecim, hedomadas duas, & quinquaginta, & diem vnum, dies verò trecentos ſexagintaquinque, & ſex horas.*

### Ex quot diebus conſtet vnuſquiſque menſis.

*Triginta Aprilis, Iuni, ſeptémque, nouémque.*<br>
*Vno plus alij, viginti Februus octo:*<br>
*At ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus,*<br>
*Et tunc biſſexto Martij conſcribe Calendas.*

### De numero Nonarum ac Iduum ſingulorum menſium.

*Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars:*<br>
*Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.*

Cætera apud Macrob. libr. 1. Sat. c. 14. & 15. & Cenſorinum de die Natali. Sic Græci mẽſem partiuntur in tres partes *ἱϛάμενον inchoatã ſiue inſtantem. μεσοῦντα mediam, vel ἐπὶ δέκα ſupra decem, λήγοντα deſinentem, vel φθίνον.* Vide Pollucem lib. 1. c. 7. & Gazam lib. de Menſibus.

De Æquin

### De Æquinoctiis Anni, & Solſtitiis.

*Lamper, Gregori, nox eſt æquata diei.*<br>
*Vitus, Lucia, ſunt duo Solſtitia.*

### De quatuor anni temporibus.

*Dat Clemens hyemem, dat Petrus Ver cathedratus.*<br>
*Aeſtuat Vrbanus, autumnat Symphorianus.*

### Ieiunia quatuor temporum Anni.

*Poſt Crux, poſt Cineres, poſt Spiritus, atque Luciæ.*<br>
*Sit tibi in Angaria, quarta ſequens feria.*

### Qualitates quatuor partium Anni.

*Aeſtas ſicca, calens, Autumnus ſiccus, & algens.*<br>
*Friget, & humet Hyems, calidum Ver ſentit huménſque.*

### Duodecim ſigna Zodiaci.

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*<br>
*Libráque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.*

## INSTITVTIO CHRISTIANA.

### *Cap. 1. De Fide quæ eſt habitus infuſus, quo credimus reuelatis.*

### Symbolum Apoſtolorum.

CREDO in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in IESVM CHRISTVM Filium eius vnicum Dominũ noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcẽdit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum cõmunionem. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam. Amen.

*Cap. 2. de Spe.*

## ORATIO DOMINICA.

PATER noſter qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo. Amen.

### Salutatio Angelica.

AVE MARIA, gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS.

Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

*Cap. 3. De caritate.*

### Decem Dei præcepta, ſiue Decalogus.

*Exod. 20. v. 1. 2. & Leu. 26. v. 1. & Deu. 5. v. 6. 7. 8. & 9.*

*Præfacio Decalogi, Abben Ezra.*

EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, QVI EDVXI TE DE TERRA ÆGYPTI, DE DOMO SERVITVTIS.

*Præcepta X. octo negantia, duo affirmantia. Abben Ezra.*

1 Nō habebis Deos alienos coram me. Nec facies tibi idolum, & ſculptile, nec vllā ſimilitudinē, vt adores ea. *Sic exponitur iſtud præceptum Leuit. 26. v. 1. & apud Tert. lib. 2. cont. Marcionem, vide quæ Pſal. 273. v. 8. qui annotauimus.*

1 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanū, Non enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.

3 Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices.

### Secunda Tabula.

4 Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene ſit tibi, & longæuus ſis ſuper terram.



5 Non occides.

6 Non mœchaberis.

7 Non furtum facies.

8 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

9 Non concupiſces vxorem proximi tui.

10 Nec deſiderabis domum eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

### Præter Decalogum lex duplex.

*Lex ſcripta, quæ continetur ſacris libris vtriuſque teſtamenti.*

*Lex non ſcripta, quæ traditiones complectitur, vel Apoſtolicas, nempe quod ſemper, quod vbique, quod ab omnibus ferè creditum, obſeruatūmque fuit: vel Eccleſiaſticas, Patrum ſcilicet, & conciliorum decreta, in Eccleſia iam olim relicta.*

### Conſilia Euangelica.

*Virginitas, viduitas, Cælibatus, Paupertas, Obedientia, Euangelizatio gratuita, Abſtinentia voluntaria à carnibus, & vino, vota, & eius generis alia, quorum actio laudabilis, omiſſio ante votum, vel præceptum culpæ expers.*

*Cap. 4. De Sacramentis.*

### Septem Eccleſiæ Sacramenta.

*Baptiſmus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, ſiue Abſolutio, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.*

### Eiuſdem quinque præcepta.

1 *Statutos Eccleſiæ feſtos dies, ab operibus ſeruilibus abſtinendo, celebrare.*

2 *Sacrum Miſſæ officiū diebus ferijs reuerenter audire. Aliqui hæc duo in vnum contrahunt, & pro ſecundo ponunt ſoluere decimas, & primitias.*

3 *Quadrageſima, quatuor anni temporibus, & vigilijs ſecundum morem Eccleſiæ ieiunare: & feria ſexta, & Sabbatho à carnibus abſtinere.*

4 *Peccata Sacerdoti approbato confiteri, & ſacroſanctam Euchariſtiam circa feſtum Paſchæ ſumere, idque ſaltem ſemel in anno.*

5 *Diebus ab Eccleſia interdictis nuptias non celebrare.*

*Cap. 5. De Virtutibus, & vitiis, eorúmque adiunctis.*

Virtutes Theologicæ, ſiue Chriſtianæ 3.

*Fides, Spes, & Caritas.* 1. *Cor.* 13. *v.* 13.

Virtutes Cardinales, ſeu Morales 4.

*Prudentia, Temperantia, Iuſtitia, & Fortitudo. Sap.* 8. *v.* 7.

Dona Spiritus ſancti 7.

*Sapientia, Intellectus, Conſilium, Fortitudo, Sciētia, Pietas & Timor Domini. Iſa.* 11. *v.* 2.

Fructus Spiritus ſancti 12.

*Caritas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, & Caſtitas. Gal.* 5. *v.* 22. 23.

Fructus, ſiue opera carnis in his oppoſita.

*Fornicatio, Immunditia, Impudicitia, Luxuria, Idolorum ſeruitus, Veneficia, Inimicitiæ, Cōtentiones, Aemulationes, Iræ, Rixæ, Diſſentiones, Sectæ, Inuidiæ, Homicidia, Ebrietates, Comeſſationes, & his ſimilia. Gal.* 5. *verſ.* 19. 20. 21.

Præcepta Caritatis duo, in quibus eſt poſita legis plenitudo.

1 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.*

2 *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Deut.* 6. *ver.* 5 *Matth.* 22. *v.* 37. *Luc.* 10. *v.* 27.

Opera miſericordiæ Spiritualia 7.

1 *Docere ignorantem.*

2 *Corrigere peccantem.*

3 *Conſilio iuuare indigentem.*

4 *Conſolari afflictum.*

5 *Ferre patienter iniurias.*

6 *Remitt*



6 *Remittere offenſam.*

7 *Orare pro viuis, & defunctis, & pro perſequentibus.*

Corporalia 7.

1 *Paſcere eſurientem.*

2 *Potare ſitientem.*

3 *Colligere hoſpitem.*

4 *Operire nudum.*

5 *Viſitare infirmum.*

6 *Viſere eos qui ſunt in carcere, captiuum redimere.*

7 *Sepelire mortuum. Matth.* 25. *v.* 35. 36. 37.

Beatitudines 8.

1 *Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorū eſt regnū cœlorū.*

2 *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

3 *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.*

4 *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

5 *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

6 *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

7 *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

8 *Beati qui perſecutonem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Matth.* 5. *v.* 3. 4. 5.

*Vt iis contraria habentur Lucæ,* 6. *v.* 24. 25.

Septem peccata mortalia.

*Superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira, & pigritia.*

Septem virtutes his contrariæ.

*Humilitas, Liberalitas, Caſtitas, Caritas, Abſtinentia, Patientia, Diligentia.*

Tres pœnitentiæ partes.

*Contritio, confeſſio, ſatisfactio. Quam peccati vindictam vocat D. Greg. lib.* 6. *c.* 15. *in primum Regum.*

Confeſſionis formula.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper virgini, beato Michaëli Archangelo, beato

beato Ioanni Baptiſtæ, ſanctis apoſtolis Petro & Paulo,& omnibus ſāctis,&vobis fratres:quia peccaui nimis cogitatione,verbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: ideo precor beatam Mariam ſemper virginem, beatum Michaëlem archangelum, beatum Ioannem Baptiſtam,ſanctos apoſtolos Petrum & Paulum,&omnes ſanctos,&vos fratres orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

Miſereatur noſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus peccatis noſtris, perducat nos ad vitam æternam.Amen.

INdulgentiam,abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum noſtrorumtribuat nobis omnipotens,& miſericors Dominus:Amen.

Satisfactionis opera.

*Oratio,Elemoſyna,*Ieiuniū,R*eſtitutio, & eiuſmodi fructus pœnitentiæ, qui dicuntur ſatisfactorij non per ſe,ſed per Chriſti meritum, quod ſibi quiſque fide, & fidei fructu ſiue opere applicat.*

Sex peccata in Spiritum ſanctum.

*Deſperatio, Inuidere fratri caritatem & virtutes, Impugnare agnitam veritatem, Præſumere de ſalute: & peccatorum remiſſione abſque pœnitentia. Citra metum vllum Dei obſtinatè peccare. Extrema impœnitentia.*

5.peccata in cælum clamantia.

Homicidium,*Geneſ.4.ver.10. Vſura, Exod.22.verſ.27. Scelus contra naturam,Geneſ.*18. *ver. 20. &* 19. *ver.1.* Mercedis *fraudatio,*I*ac.5.ver.4.Viduarum, Pupillorum,* P*eregrinorum, & ſimilium direptio,* E*xod.3.ver.7.8.9.& 22.verſ.23.*

Mod



Modi communicandi cum peccatis alienis 9.

1 *Iuſſio.*
2 *Conſilium.*
3 *Conſenſus.*
4 *Fructus capere ex rebus malè partis.*
5 *Adulari.*
6 *Improborum ſuſcipere patrocinium.*
7 *Conniuere ad peccata.*
8 *Irritare.*
9 *Celare rem ſubductam.*

*Cap.6.De ſtatu alterius ſæculi.*

Nouiſſima memoranda.

*Mors, iudicium extremum, Infernus, Regnum cœlorum. Ad quod purgatorium eſt quidam tranſitus,vel contra Infernum refugij ciuitas.*

Duo Angelorum genera.

1 *Angeli boni in bono obfirmati,qui hominum ſunt ſtudioſi.*
2 *Angeli mali in malo obdurati, qui humani generis hoſtes.*
3 *Illis electi erunt ſimiles,iſtis impij.*

Beatitudo in quo conſiſtat.

*Beatitudo ſita eſt in Dei viſione,fruitione,delectatione.*

Duplex.

*Vna animi,altera corporis.*

Corpus enim per reſurrectionem receptum perficietur quatuor dotibus.

C*laritate, Impatibilitate, Agilitate, Subtilitate. Reliquum nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit, quod Deus præparauit diligentibus ſe, in quorum numero nos habeat,qui eſt Deus benedictus in ſæcula. Amen.*

FINIS.

## G. GENEBRARDVS, THEOLOGVS PARISIENSIS, DIVINARVM ET HEBRAICARVM Literarum profeſſor Regius, Lectori pietatis ſtudioſo.

***

*DVM maiora, & prolixiora in ſacra Scriptura libros paramus (Aduerſaria enim in obſcuriores eius omnes locos animo complectimur) Accipe breuiſſima in ſingulos Pſalmos argumenta, ita opinor, appoſita, vt, ſi ad ea mentem adiicias, & ſingula cuiuſque Pſalmi membra reuoces, tibi eluceſcant auctoris ſenſa, mens, ars etiam tanta, vt non ſcopas diſſolutas, ſed orationem pulcherrimè cohærentem, alia ex aliis artificioſiſſimè contexentem, ſuauiſſima myſteria mirabili ſapientia infundentem legere videaris, niſi fortaſſe quando aliquid, vel imperfectiùs, vel obſcuriùs à noſtris Septuaginta, è quibus hæc noſtra Latina editio deriuata eſt, vertitur: quemadmodum fieri non poteſt, quin in tanta myſteriorum profunditate, hominum quantumuis doctorum, vt noctuæ in ſole, oculus alicubi caliget. Accedit præſtantis eſſe artificis artem, vbi quàm maxima eſt, occultare. Quod in oraculis propheticis Spiritus ſanctus facit, cùm ad ſtudium, & diligentiam noſtram excitandam, quæ ſolet languere, vbi res ardua nimium nudè, & ſimpliciter proponitur, tum propter varios viri ſancti motus, atque affectus, qui dum eos conatur celeriter exprimere, ne vllus excidat, multa abrumpere, & cogitanda relinquere cogitur. Quare loquentis affectus ſunt ei induendi, qui enucleatè cupit vniuerſa percipere, ſiue gratiæ agantur, ſiue querimonia habeatur, ſiue laudatio proferatur, ſiue precatio fundatur. Hæc enim quatuor ſunt præcipuè huius operis partes, è quarum aliqua pro materiæ diuerſitate Pſalmi ſinguli nomen adipiſci poſſunt. Cætera, quæ pertinent ad inſcriptiones, vſum, vocum proprietatem, & energiam, primarium literæ ſenſum, quæ in noſtris prælectionibus anni 1577. & 1578. examinauimus, in hæc commentaria conferimus, vt ſi ea tibi grata, & vtilia fuiſſe cognouerimus, nos excites ad paria in reliquas Scripturæ partes ſuſcipienda, ac intelligas vulgatam Eccleſiæ editionem cæteras Hebraica, Græcáque fide, veritate, doctrina, vt plurimum, ſuperare. Vale, fruere, & Deum pro nobis exora. Ann. 1581. Menſe Februario.*

Pſalmi quid maximè contineanr.



# INDEX PSALMORVM ALPHABETICVS, CVIVS PRIOR NVMERVS PSALMI ordinem, poſterior libri paginam ſignat.

### A


| | | |
|---|---|---|
| AD Dominum cum tribularer. Pſal. 119.fol. | | 843 |
| Ad te Domine leuaui. | 22. | 142 |
| Ad te Domine clamabo. | 24. | 155 |
| Ad te leuaui oculos. | 122. | 857 |
| Afferte Domino filij Dei. | 28. | 157 |
| Attendite populus meus. | 77. | 457 |
| Audite hoc omnes gentes. | 48. | 267 |


### B


| | | |
|---|---|---|
| Beatus vir qui non abiit. | 1. | 1 |
| Beatus vir qui intelligit. | 40. | 227 |
| Beatus vir qui timet Dominum. | 111. | 746 |
| Beati quorum remiſſæ ſunt. | 31. | 173 |
| Beati immaculati in via. | 118. | 785 |
| Beati omnes qui timent Dominum. | 127. | 872 |
| Benedic anima mea Domino. | 102. | 643 |
| Benedic anima mea Domino. | 103. | 651 |
| Benedicam Domino in omni tempore. | 33. | 85 |

| | | |
|---|---|---|
| Benedictus Dominus Deus. | 143. | 957 |
| Benedixiſti Domine terram tuam. | 84. | 520 |
| Bonum eſt confiteri Domino. | 91. | 581 |


## C


| | | |
|---|---|---|
| Cantate Domino canticum. | 95. | 604 |
| Cantate Domino canticum. | 97. | 615 |
| Cantate Domino canticum. | 149. | 997 |
| Cœli enarrant gloriam. | 18. | 106 |
| Confitebor tibi Domine. | 9. | 47 |
| Confitebor tibi Domine. | 110. | 741 |
| Confitebor tibi Domine. | 137. | 919 |
| Confitebimur tibi Deus. | 74. | 441 |
| Confitemini Domino & inuoc. | 104. | 668 |
| Confitemini Domino quoniam. | 105. | 683 |
| Confitemini Domino quoniam. | 106. | 702 |
| Confitemini Domino quoniam. | 117. | 774 |
| Confitemini Domino quoniam. | 135. | 905 |
| Conſerua me Domine. | 15. | 79 |
| Credidi propter quod locutus ſum. | 115. | 769 |
| Cùm inuocarem exaudiuit me. | 4. | 19 |


## D


| | | |
|---|---|---|
| De profundis clamaui. | 126. | 879 |
| Deus, Deus meus reſpice. | 21. | 120 |
| Deus auribus noſtris audiuimus. | 43. | 299 |
| Deus noſter refugium. | 45. | 256 |
| Deus deorum Dominus. | 59. | 276 |
| Deus in nomine tuo ſaluum. | 53. | 300 |
| Deus repuliſti nos. | 59. | 328 |
| Deus Deus meus ad te de. | 62. | 339 |
| Deus miſereatur noſtri. | 66. | 359 |
| Deus in adiutorium meum intende. | 69. | 395 |







| | | |
|---|---|---|
| Deus iudicium tuum regi da. | 71. | 403 |
| Deus venerunt gentes in. | 78. | 487 |
| Deus ſtetit in ſynagoga. | 81. | 504 |
| Deus quis ſimilis erit. | 82. | 508 |
| Deus vltionum Dominus. | 93. | 589 |
| Deus laudem meam ne tacueris. | 108. | 720 |
| Dilexit quoniam exaudiet Dominus. | 114. | 767 |
| Diligam te Domine fortitudo. | 17. | 92 |
| Dixit inſipiens in corde. | 13. | 71 |
| Dixit iniuſtus vt delinquat. | 35. | 196 |
| Dixit cuſtodiam vias meas. | 38. | 215 |
| Dixit inſipiens in corde. | 52. | 297 |
| Dixit Dominus Domino meo. | 109. | 729 |
| Domine quid multiplicati. | 3. | 14 |
| Domine ne in furore tuo. | 6. | 33 |
| Domine deus meus in te ſperaui. | 7. | 36 |
| Domine Dominus noſter quàm. | 8. | 42 |
| Domine quis habitabit in. | 14. | 76 |
| Domine in virtute tua. | 20. | 116 |
| Dominus regit me. | 22. | 133 |
| Domini eſt terra. | 23. | 136 |
| Dominus illuminatio. | 26. | 150 |
| Domine non eſt exaltatum. | 130. | 883 |
| Domine probaſti me. | 138. | 923 |
| Domine clamaui ad te. | 140. | 942 |
| Domine ne in furore tuo. | 37. | 210 |
| Domine Deus ſalutis meæ. | 87. | 538 |
| Dominine refugium tuum. | 89. | 563 |
| Domine exaudi orationem meam. | 101. | 631 |
| Domine exaudi orationem meam. | 142. | 952 |
| Dominus regnauit decorem. | 92. | 586 |
| Dominus regnauit, exultet. | 96. | 611 |
| Dominus regnauit, irraſcantur. | 98. | 618 |

## E


| | | |
|---|---|---|
| Ecce quàm bonum,& quàm. | 132. | 894 |
| Ecce nunc benedicite. | 133. | 899 |
| Eripe me de inimicis meis: | 58. | 722 |
| Eripe me Domine ab homine. | 139. | 937 |
| Eructauit cor meum verbum. | 44. | 245 |
| Exaltabo te Domine. | 29. | 163 |
| Exaltabo te Deus. | 144. | 965 |
| Exaudi Domine iuſtitiam. | 16. | 86 |
| Exaudi Deus orationem meam. | 54. | 302 |
| Exaudi Deus deprecationem. | 60. | 333 |
| Exaudi Domine orationem meam. | 63. | 344 |
| Exaudiat te Dominus. | 19. | 113 |
| Expectans expectaui Dominum. | 39. | 221 |
| Exultate iuſti in Domino. | 32. | 179 |
| Exultate Deo adiutori. | 80. | 497 |
| Exurgat Deus,& diſſipet. | 67. | 362 |


## F


| | | |
|---|---|---|
| Fundamenta eius in montibus. | 86. | 532 |


## I


| | | |
|---|---|---|
| In conuertendo dominus capt. | 125. | 864 |
| In domino confido. | 10. | 60 |
| In exitu Iſrael de Aegypto. | 113. | 755 |
| In te domine ſperaui. | 30. | 163 |
| In te domine ſperaui. | 70. | 39 |
| Inclina domine aurem tuam. | 85. | 527 |
| Iubilate Deo omnis terra. | 65. | 353 |
| Iubilate Deo omnis terra. | 99. | 625 |
| Iudica me Domine, quoniam. | 25. | 147 |
| Iudica Domine nocentes. | 34. | 189 |
| Iudica me Deus,& diſcerne. | 42. | 238. |






## L


| | | |
|---|---|---|
| Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt. | 121. | 850 |
| Lauda anima mea Dominum. | 145. | 972 |
| Lauda Hieruſalem. | 147. | 979 |
| Laudate pueri Dominum. | 112. | 751 |
| Laudate Dominum omnes gentes. | 116. | 773 |
| Laudate nomen Domini. | 134. | 897 |
| Laudate Dominum quoniam bonus. | 146. | 975 |
| Laudate Dominum de cœlis. | 148. | 979 |
| Laudate Dominum in ſanctis. | 150. | 999 |
| Leuaui oculos meos in montes. | 120. | 847 |


## M


| | | |
|---|---|---|
| Magnus Dominus,& laudabilis. | 47. | 262 |
| Memento Domine Dauid. | 131. | 885 |
| Miſerere mei Deus ſecundum. | 50. | 284 |
| Miſerere mei Deus, quoniam. | 55. | 309 |
| Miſerere mei Deus, miſerere mei. | 56. | 314 |
| Miſericordias Domini in æternum. | 88. | 545 |
| Miſericordiam,& iudicium. | 100. | 627 |


## N


| | | |
|---|---|---|
| Niſi quia Dominus erat. | 123. | 859 |
| Niſi Dominus ædificauerit. | 126. | 868 |
| Noli æmulari in malignantibus. | 36. | 201 |
| Nonne Deo ſubiecta erit. | 61. | 335 |
| Notus in Iudæa Deus, in Iſrael. | 75. | 445 |


## O


| | | |
|---|---|---|
| Omnes gentes plaudite. | 46. | 259 |

P

| | | |
|---|---|---|
| Paratum cor meum. | 107. | 716 |

Q

| | | |
|---|---|---|
| Quàm bonus Iſrael Deus. | 72. | 419 |
| Quàm dilecta tabernacula. | 83. | 513 |
| Quare fremuerunt gentes. | 2. | 7 |
| Quemadmodum deſiderat ceruus. | 41. | 232 |
| Qui regis Iſrael intende. | 79. | 490 |
| Qui habitat in adiutorio. | 90. | 575 |
| Qui confidunt in Domino. | 124. | 862 |
| Qui gloriaris in malitia. | 51. | 294 |

S

| | | |
|---|---|---|
| Sæpe expugnauerunt me à iuuentute. | 128. | 876 |
| Saluum me fac Domine. | 11. | 64 |
| Saluum me fac Deus, quoniam. | 68. | 384 |
| Si vere vtique iuſtitiam loq. | 57. | 317 |
| Super flumina Babylonis illic ſed. | 136. | 922 |

T

| | | |
|---|---|---|
| Te decet hymnus Deus in Syon. | 64. | 347 |

V

| | | |
|---|---|---|
| Venite exultemus Domino. | 94. | 546 |
| Verba mea auribus. | 5. | 27 |
| Voce mea ad dominum cl. | 76. | 451 |
| Voce mea ad dominum cl. | 141. | 948 |
| Vſque quo domine obliuiſceris me. | 12. | 68 |
| Vt quid Deus repuliſti. | 73. | 430 |



# VESPERÆ OMNIVM DIERVM CVM COMPLETORIO.

## Feria prima ad veſperas.

*Dixit Dominus Domino meo. Pſal. 109 fol. 729.*
*Confitebor tibi Domine. 110. 741*
*Beatus vir qui timet Dominum. 111. 746*
*Laudate pueri Dominum. 112. 751*
*In exitu Iſrael de Aegypto. 113. 755*

## Feria ſecunda ad veſperas.

*Dilexi quoniam exaudiet Domin. 114. 767*
*Credidi propter quod locutus. 115. 769*
*Laudate Dominum omnes. 116. 773*
*Confitemini Domino quoniam bonus. 117. 774*
*Leuaui oculos meos in montes. 120. 847*

## Feria tertia ad veſperas.

*Lætatus ſum in his quæ dicta. 121. 850*
*Ad te leuaui oculos meos. 122. 857*

| | | |
|---|---|---|
| *Niſi quia dominus erat in nob.* | 123. | 859 |
| *Qui confidunt in Domino.* | 124. | 862 |
| *In conuertendo Dominus captiuitatem.* | 125. | 864 |

## Feria quarta ad veſperas.

| | | |
|---|---|---|
| *Niſi Dominus ædificauerit domum.* | 126. | 868 |
| *Beati omnes qui timent Dominum.* | 127. | 872 |
| *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute.* | 128. | 870 |
| *De profundis clamaui.* | 129. | 879 |
| *Domine non eſt exaltatum.* | 139. | 883 |

## Feria quinta ad veſperas.

| | | |
|---|---|---|
| *Memento Domine Dauid.* | 131. | 885 |
| *Ecce quàm bonum.* | 132. | 894 |
| *Laudate nomen Domini.* | 134. | 899 |
| *Confitemini Domino, quoniam.* | 135. | 905 |
| *Super flumina Babylonis.* | 136. | 914 |

## Feria ſexta ad veſperas.

| | | |
|---|---|---|
| *Confitebor tibi Domine.* | 137. | 919 |
| *Domine probaſti me.* | 138. | 923 |
| *Eripe me Domine ab homine malo.* | 139. | 937 |
| *Domine clamaui ad te.* | 140. | 944 |
| *Voce mea ad Dominum.* | 141. | 948 |

Sabba



## Sabbatho ad veſperas.

| | | |
|---|---|---|
| *Benedictus Dominus Deus meus, qui.* | 143. | 957 |
| *Exaltabo te Deus meus rex.* | 144. | 965 |
| *Lauda anima mea Dominum.* | 145. | 972 |
| *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt.* | 146. | 975 |
| *Lauda Hieruſalem Dominum.* | 147. | 969 |

## Ad completorium.

| | | |
|---|---|---|
| *Cùm inuocarem exaudiuit me.* | 4. | 19 |
| *In te Domine ſperaui non confundar.* | 70. | 397 |
| *Qui habitat in adiutorio.* | 90. | 575 |
| *Ecce nunc benedicite Dominum.* | 133. | 897 |

*FINIS.*

# ORDO
# PSALMORVM
## BIBLICVS.


1 BEATVS vir qui non abiit. fol. 1
2 *Quare fremaerunt gentes.* 7
3 *Domine quid multiplicati.* 14
4 *Cum inuocarem, exaudiuit.* 19
5 *Verba mea auribus percipe.* 27
6 *Domine ne in furore tuo.* 33
7 *Domine Deus meus in te ſperaui.* 36
8 *Domine Dominus noſter.* 42
9 *Confitebor tibi Domine.* 47
10 *In Domino confido.* 60
11 *Saluum me fac Domine.* 64
12 *Vſque quo Domine obliuiſceris me.* 68
13 *Dixit inſipiens in corde ſuo.* 71
14 *Domine quis habitabit in tabernac.* 76
15 *Conſerua me Domine, quoniam.* 79
16 *Exaudi Domine iuſtitiam meam.* 86
17 *Diligam te Domine fortitudo.* 92
18 *Cæli enarrant gloriam Dei.* 106
19 *Exaudiat te Dominus in die.* 113
20 *Domine in virtute tua lætabitur.* 116
21 *Deus Deus meus reſpice in.* 120
22 *Dominus regit me, & nihil.* 133


*Domini*




12 *Domini eſt terra, & plenitudo.* 136
24 *Ad te Domine leuaui animam.* 142
25 *Iudica me Domine, quoniam ego.* 147
16 *Dominus illuminatio mea.* 150
27 *Ad te Domine clamabo.* 155
28 *Afferte Domino filij Dei.* 157
29 *Exaltabo te Domine, quoniam.* 163
30 *In te Domine ſperaui, non confundar.* 167
31 *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* 173
32 *Exultate iuſti in Domino.* 179
33 *Benedicam Dominum in omni tempore.* 186
34 *Iudica Domine nocentes me.* 189
35 *Dixit iniuſtus vt delinquat.* 196
36 *Noli æmulari in malignantibus.* 201
37 *Domine ne in furore tuo.* 210
38 *Dixi cuſtodiam vias meas.* 215
39 *Expectans expectaui Dominum.* 221
40 *Beatus vir qui intelligit.* 227
41 *Quemadmodum deſiderat ceruus.* 232
42 *Iudica me Deus, & diſcerne.* 238
43 *Deus auribus noſtris audiuimus.* 239
44 *Eructauit cor meum verbum.* 245
45 *Deus noſter refugium, & virtus.* 256
46 *Omnes gentes plaudite manibus.* 259
47 *Magnus Dominus, & laudabilis.* 262
48 *Audite hoc omnes gentes.* 262
49 *Deus deorum Dominus.* 276
50 *Miſerere mei Deus ſecundum.* 284
51 *Quid gloriaris in malitia.* 294
52 *Dixit inſipiens in corde ſuo.* 297


*Deus*

| | | |
|---|---|---|
| 53 | *Deus in nomine tuo ſaluum me fac.* | 300 |
| 54 | *Exaudi Deus orationem meam.* | 302 |
| 55 | *Miſerere mei Deus, quoniam concul.* | 309 |
| 56 | *Miſerere mei Deus, miſerere mei.* | 312 |
| 57 | *Si verè vtique iuſtitiam loquimini.* | 317 |
| 58 | *Eripe me de inimicis meis.* | 322 |
| 59 | *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti.* | 328 |
| 60 | *Exaudi Deus deprecationem meam.* | 330 |
| 61 | *Nonne Deo ſubiecta erit anima.* | 335 |
| 62 | *Deus Deus meus ad te de luce.* | 343 |
| 63 | *Exaudi Deus orationem meam.* | 344 |
| 64 | *Te decet Hymnus Deus in Syon.* | 347 |
| 65 | *Iubilate Deo omnis terra.* | 354 |
| 66 | *Deus miſereatur noſtri, & benedicat.* | 359 |
| 67 | *Exurgat Deus, & diſſipentur.* | 361 |
| 68 | *Saluum me fac Deus, quoniam.* | 384 |
| 69 | *Deus in adiutorium meum intende.* | 395 |
| 70 | *In te Domine ſperaui, non confundar.* | 397 |
| 71 | *Deus iudicium tuum regi da.* | 404 |

Superiores Pſalmi explicantur in priore horum Pſalmorum parte, in poſteriore autem, hi qui ſequuntur.

| | | |
|---|---|---|
| 72 | *Quàm bonus Iſrael Deus, his.* | 419 |
| 73 | *Vt quid Deus repuliſti in finem.* | 430 |
| 74 | *Confitebimur tibi Deus, confit.* | 441 |
| 75 | *Notus in Iudæa Deus in Iſrael.* | 445 |
| 76 | *Voce mea ad Dominum clamaui.* | 451 |
| 77 | *Attendite populus meus legem.* | 457 |

Deus



| | | |
|---|---|---|
| 78 | *Deus venerunt gentes in hæredit.* | 487 |
| 79 | *Qui regis Iſrael intende, qui ded.* | 490 |
| 80 | *Exultate Deo adiutori noſtro.* | 497 |
| 81 | *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum.* | 505 |
| 82 | *Deus quis ſimilis erit tibi ne taceas.* | 508 |
| 83 | *Quàm dilecta tabernacula tua.* | 513 |
| 84 | *Benedixiſti Domine terram.* | 520 |
| 85 | *Inclina Domine aurem tuam.* | 527 |
| 86 | *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* | 532 |
| 87 | *Dominus ſalutis meæ, in die.* | 538 |
| 88 | *Miſericordias Domini in æternum.* | 545 |
| 89 | *Domine refugium tu factus es nobis.* | 563 |
| 90 | *Qui habitat in adiutorio altiſſimi.* | 575 |
| 91 | *Bonum eſt confiteri Domino.* | 581 |
| 92 | *Dominus regnauit decorem.* | 586 |
| 93 | *Deus vltionum dominus Deus.* | 589 |
| 94 | *Venite exultemus domino iubilemus.* | 596 |
| 95 | *Cantate domino canticum nouum.* | 604 |
| 96 | *Dominus regnauit, exultet terra.* | 611 |
| 97 | *Cantate domino canticum nouum.* | 615 |
| 98 | *Dominus regnauit, iraſcantur.* | 618 |
| 99 | *Iubilate Deo omnis terra, ſeruite.* | 625 |
| 100 | *Miſericordiam, & iudicium cantabo.* | 628 |
| 101 | *Domine exaudi orationem meam.* | 631 |
| 102 | *Benedic anima mea domino, & omnia.* | 643 |
| 103 | *Benedic anima mea domino, domine.* | 650 |
| 104 | *Confitemini Domino, & inuocate.* | 668 |
| 105 | *Confitemini domino, quoniam bonus.* | 683 |
| 106 | *Confitemini domino, quoniam bonus.* | 702 |

Parat

107 *Paratum cor meum Deus, paratum.* 716
108 *Deus laudem meam ne tacueris.* 720
109 *Dixit dominus domino meo, ſede.* 729
110 *Confitebor tibi domine in toto corde.* 741
111 *Beatus vir qui timet dominum.* 746
112 *Laudate pueri dominum, laudate.* 750
113 *In exitu Iſrael de Aegypto.* 755
114 *Dilexi, quoniam exaudiet dominus.* 767
115 *Credidi propter quod locutus ſum.* 770
116 *Laudate dominum omnes gentes.* 773
117 *Confitemini domino quoniam bonus.* 774
118 *Beati immaculati in via, qui ambul.* 785
119 *Ad dominum cùm tribularer clam.* 843
120 *Leuaui oculos meos in montes, vnde* 847
121 *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.* 850
122 *Ad te leuaui oculos meos.* 857
123 *Niſi quia dominus erat in nobis.* 859
124 *Qui confidunt in Domino, ſicut mons.* 862
125 *In conuertendo dominus captiuitatem.* 864
126 *Niſi dominus ædificauerit domum.* 868
127 *Beati omnes qui timent dominum.* 872
128 *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute.* 876
129 *De profundis clamaui ad te domine.* 879
130 *Domine non eſt exaltatum cor meum.* 883
131 *Memento domine Dauid, & omnis.* 885
132 *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum.* 894
133 *Ecce nunc benedicite domino.* 897
134 *Laudate nomen domini, laudate.* 899
135 *Confitemini domino quoniam bonus.* 905
*Super*
136 *Super flumina Babylonis illic ſedimus.* 905
137 *Confitebor tibi domine in toto corde.* 919
138 *Domine probaſti me, & cognouiſti me.* 923
139 *Eripe me domine ab homine malo.* 937
140 *Domine clamaui ad te, exaudi me.* 942
141 *Voce mea ad dominum clamaui.* 948
142 *Domine exaudi orationem meam.* 952
143 *Benedictus dominus Deus meus.* 957
144 *Exaltabo te Deus meus rex.* 965
145 *Lauda anima mea dominum, laud.* 972
146 *Laudate dominum, quoniam bonus eſt.* 975
147 *Lauda Hieruſalem dominum:* 980
148 *Laudate dominum de cœlis.* 986
149 *Cantate domino canticum nouum.* 919
150 *Laudate dominum in ſanctis.* 998

*FINIS.*





A

# LIBER PSALMORVM.

## ARGVMENTVM.

*Pios beatos, impios contrà eſſe miſeros.*

B

## Psalmvs Davidis Primvs.

BEatvs vir, qui non
âbiit in conſílio im-
piôrum, & in via pec-
catôrum non ſtetit:
& in cáthedra peſti-
léntiæ non ſedit.
2 Sed in lege Dó-
C mini volûntas eius:
& in lege eius medi-
tábitur die ac nocte.
3 Et erit tamquam lignum, quod plantâtum
eſt ſecus decûrſus aquârum: quod fructum ſuum
dabit in témpore ſuo.
4 Et fólium eius non défluet: & omnia quæ-
cûmque faciet, proſperabûntur.
5 Non ſic ímpij, non ſic: ſed tamquam puluis,
D quem prôijcit ventus à fácie terræ.
6 Ideo non reſûrgent ímpij in iudício: neque
peccatôres in concilio iuſtôrum.
7 Quóniam nouit Dóminus viam iuſtôrum:
& iter impiôrum períbit.

---

Inscriptio huius operis vulgata apud Hebręos
eſt, ספר תהלים *Sepher Tehillim*, & contractè תלים *Tillim*

Geneb. in Pſal. A iam

*a Lib. 6. hiſt. c. 23.*

iam ab antiquo apud[a] Euſebium *σέφηρ θιλλὴμ, id eſt, liber laudationum* cum lætitia & iubilo, ſiue, vt rectè interpretatur Hieronymus, *Hymnorum*, à maiori parte Nam & querelas, & lamentationes, & gratiarum actiones, & petitiones, & imprecationes, & narrationes, & prophetias continet. Sic liber Prouerbiorum Salomonis, qui tamen ſententias non prouerbiales continet, ſed & ſcita ſapientum, atque ænigmata.

1 *Beatus vir qui non.* CARET inſcriptione. Sed non deſinit eſſe Dauidis præfantis in librum à ſe partim conditum, partim ex alijs collectum & in hunc ordinem quinque librorum digeſtum. Sic ſecundus eundem habet auctorem, [b] Sic deinceps, qui nõ præferent nomen auctoris, Dauidis erunt, vel iuxta alios, eius, cuius nomen proximè præceſſerit. feruntur enim decem aut vndecim ſacri [c] Pſalmorũ auctores, ex Hieronymo, & Hebræorum Traditionibus, niſi quòd hi loco Salomonis Adamum &, Melchiſedec nominent. Nam in nouem reliquis conueniunt, Moſe, Dauide, tribus filiis Choræ, Aſapho, Ethane, Hemane, & Ieduthun. *Beatus*, ad verbum. *Beatitudines illius viri* (ſunt) id eſt, vir ille multis modis beatus, nẽpè in hoc mundò, & in alterò eſt beatiſſimus & fœliciſſimus, vt eius propriæ eſſe videantur beatitudines, & ad eum ſingulariter pertinere. Nam duplex beatitudo, cœleſtis, & temporaria. *Impiorum*, Impij in Deum. Nam ſic dicuntur contemptores Dei & religionis, qui Deum non colunt, vel plures colũt ex Euthymio רשעים *Raſahim*, inquietos animo & conſcientia, quaſi inconſtantes in fide & religione, Hebræi interpretantur: quales ſunt (inquiunt) omnes auari, rapaces, homicidæ. Aliqui putant eſſe verbum forenſe ſignificans *Reos, ſontes*, Ex [d] Pſal. *cum iudicatur exeat.* רשע *Raſah.* i. *ſons, condemnatus.* vt opponatur. צדיק *Saddic, iuſto.* Peccatores. חטאים *Hattaim*, in homines & in ſemetipſos, nempè qui habitum peccandi contraxerunt, qui conſuetudine vſum prauè agendi, & quaſi facultatem ſibi pepererunt, vt ſponte deinceps magis, quàm iudicio ad peccata ruant. Denique ſcelerati, qui non peccant per imprudentiam, ſed ſponte, etiam ſi veram religionem ore profiteantur. D*eriſores*, quos hîc peſtes, id eſt, peſtilente (Gal. *des peſtes*) Septuaginta appellãt, in Deum & homines

*b Act. 4. verſ. 25.*

*c Pſalmorũ cõditores qui & quot.*

*d Pſ. 108. v. 7.*



nes, vt hæretici, vt Athei. *Abiit*, ambulauit propriè. Eſt autem gradatio, tam in nominibus Conſilij, Viæ, Cathedræ, & fortaſſe impiorum, peccatorum, & peſtilentium, quàm in verbis Ambulandi, Standi, Sedendi. Kimhi tamen cenſet nudam eſſe copiam, ad maiorem perſpicuitatẽ. Metaphoricus eſt verſus de nõ ſequendis impiorum conſiliis. 2. viis, id eſt, actionibus, moribus, viuendi ratione. 3. conſortiis & ſermocinationibus. Qui ſe ab impiis ſeparat, nec ſequitur eorum conſilia, actiones, doctrinam, eſt beatiſſimus. *Peſtilentiæ*: λοιμῶν peſtium, peſtilentium hominum & deriſorum, qui humana diuináque ridẽt. Quod ferè reſtringunt ad Pſeudoprophetas & doctores peſtilentis & impiæ doctrinæ, vt non modò declinandas doceat amicitias & ſocietates impiè conſulentium, & viuentium, verùm etiam docentium. Cathedra pro doctrina ſæpè, vt notat Hieronymus. Soleo ego Scripturã in ſua amplitudine relinquere, vt ad plurima pateat, quemadmodum in Philoſophia propoſitiones vniuerſæ & generales, in Mathematicis Axiomata, & communes ſententiæ. Nec tamen incommodè Barnabæ Apoſtolo apud [a] Clementem Gentes ſunt *conſilium impiorum*, [b] Iudaica opinio, *via peccatorum*, hæreſes, *peſtilentiæ cathedra*: his enim tribus generibus veteres, vt Syneſius, impios omnes præter Atheos concluſerunt.

*a Li. 2. Strõ.*
*b Impiorum tria genera.*

2 *In lege Domini*, in eias præceptis, quorum alia ſunt de fide & religione, alia de actione. Per legem Domini hic aliqui intelligunt vniuerſam Scripturam, alij legem Moſis, quam Deus dedit populo ſuo. At quia illiterati hanc non poſſunt continuò meditari, & beatitudo cõmunis eſt indoctis pariter ac doctis, malo vt hic notet ſimplicia mandata Dei, quæ verſantur circa credenda, colenda, agenda, vitanda. *Voluntas*, voluptas, & delectatio, [c] deſiderium, ſtudium, negotium, חפץ *Hephetz*, hæc omnia ſignificat, vt in Eccleſiaſte ſæpius. *Meditabitur*, ſe exercebit, efficaciter cogitabit, ſollicitus ſcilicet de ea cognoſcenda & perſpicienda, הגה, *Hagá*, vehementiùs, quam, צפה *ẓaphá*, contemplari, ſpeculari. Includit enim iugem quamdam agitationem mentis, & quaſi curam & ſollicitudinem, quæ erumpat ſæpè ad oris motũ & ſummiſ

*c Pſal. XII. verſ. 1.*

miſſam vocem, dum opus eſt etiam ad opus. Hinc il- A
a Pſa. 36. v. 20. b Eſa. 8. ver. 19.
lud, [a] *Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam*, id eſt, loquetur, reſonabit. Et [b] מגנים, *Maghim*, Magi, Philoſophi, Sapientes, qui ſe in diſciplinis exercent atque occupant. Rectè per μελετῶν. Nam μελέτη, vehemens animi cogitatio & diuturna, quæ frequenter exeat in oris murmur, atque adeò opus. *Die ac nocte*, Prouerbialis locutio. Vide prouerbium, *Diéſque, noctéſque*. Hinc Flaccus, *nocturna verſate manu, verſate diurna*. Pro ferè ſemper, omni ſtudio, & conatu, maxima temporis parte, quoad humana induſtria patitur.

3 *Et erit*. Et emphatica particula. Sanè erit ſicut arbor non ſylueſtris, non ſterilis, ſed fructifera & plantata iuxta fluenta & riuos, qualis eſt oliua, palma, &c. B
Aliis *&*, pro *nam*, vt reddat rationem, cur talis ſit beatus. Arborem Hebræi etiã appellant lignum. *Sic* Gallicè, *boys de haute fuſtaye*. i. arbores. *Secus decurſus*, iuxta, ſuper riuos propriè plurali numero, quaſi loquatur de arbore plantata ad plures riuos, quaſi ad diuortia ſiue diuergia aquarũ. vbi aqua in diuerſas partes vergit: nam פלג *Palag* diuidere ſignificat. *Tempore ſuo*. æſtate vel autumno, tempore cuique ſpeciei arborum accommodato & opportuno, tẽpeſtate ſua, dum tempus eſt fructificationis. Arbores enim ad varia ſuas habent tempeſtates. Chald. *ſicut arbor cuius fructus matureſcet*. Quemadmodum arbor fructum ſuum edit, C
quando carpi debet, tempeſtate videlicet meſſis & maturitatis, ſic pius tempore ſuo, id eſt, cùm erit opportunum, proferet fructum ſuæ pietatis, id eſt, virtutes & bona opera, vel ſi malis ſimilitudinem conferre ad ætatem futuri ſæculi & remunerationis, feret fructum pietatis ſuæ vitam æternam ac beatam, *reportabitque* [c] *finẽ fidei propriæ, animæ ſuæ ſalutem*. tẽpore mortis vel conſummationis ſæculi. *ſuo*, æſtiuo,
c (1. Pet. 1. verſic. 7.)
vel autumnali, aut potius ea parte æſtatis, quæ proxima eſt autumno, quãdo viget canicula, ὀπώρα Græcis,
d Tabernaculorum feſtum quod.
Qua anni parte propriè colliguntur fructus. Vnde & D
eam excipiebat feſtũ [d] Tabernaculorũ decimoquinto menſis Tizri ſiue lunationis Septẽbris, quod proinde feſtum חסוף, [e] *Haſſub*, collectionis (fructuum & vuarum) dicebatur. Nam poſt collectos fructus celebrabatur, vt Pentecoſte, poſt collectas fruges ſexto
e Deut. 16. verſ. 13. & 16.

Sinan



A Siuan, ſiue lunationis Maij. Quod Græcis dicitur μετόπωρον, tempus poſt fructus collectos, vt ὀπώρα ſuccorum & fructuum hora ſiue tempus. Hinc fructuum alij æſtiui, alij autumnales, niſi ſint πρωΐμοι, & præcoces quodam artificio, vel cauſa extraordinaria.

4 *Defluet*. decidet, vel marceſcet. [a] *folium eius perpetuo erit viride, nec conſumetur fructus eius*. [b] *Quæcũque faciet*, vir ille ſcilicet pius. Hic enim eſt alius pietatis fructus, 1. pius eſt beatus. 2. Floret, & fructum edit tempore commodo. 3. In omnibus proſperatur. Poſſis ſuperiorem verſum referre ad æternæ, hunc ad præſentis vitæ præmium. [c] *Pietas enim habet promiſſionem vitæ vtriuſ-*
a Ierem. 17. verſ 8.
b Ezec. 47. verſ. 12.
c 1. Tim. 4. v. 8.
B *que*. Vide benedictiones Leui. 26. Deut. 28. Alij minus aptè ad arborem referunt. *Hinc* Chald. *& omne germen eius proficit*.

5 *Non ſic impij*. ſup. ſunt, vel erunt, non ſic proſperabuntur. Antitheſis. Impij celeriter, leuíque negotio, quaſi vento, violenter & infœliciter delebũtur, atque diſparebunt, tamquam puluis, quem ita per aerẽ propellit & raptat ventus, vt breui nuſquam appareat, vt pote in auras euaneſcens. *Non ſic*. Hæc epizeuxis non eſt in Heb. ſed appoſita ad vim fontis exprimendam: vt intelligeremus impios multis modis eſſe miſeros & infœlices etiam in terra, dum non diu eodem ſtatu res eorum permanent, multáque patiuntur. *Puluis*,
C [d] מוץ *Motz*, propriè palea minutiſſima, & leuiſſima, præſertim quæ in altum à vento raptatur & diſpergitur, quaſi emunctio de granis frumenti, ſcobes, quiſquiliæ, gluma, acer, cui impij tamquam inutiles, & ſine aliquo fructu etiam comparantur.
d Eſa. 17. v. 13. & Mat. 3. 12.

6 *Non reſurgent impij in iudicio*. Iuſtorum, ſcilicet per hypozeuma è poſteriore membro. Quando iudicabuntur, abſoluentur, munerabuntur iuſti, impij non conſiſtent præ metu, non ſeſe efferent, non erigent caput, vt nunc, non prodire audebunt coram tribunali
D Dei, vel non conſiſtent cum iuſtis, inter iuſtos locum non habebunt. Perſiſtit autem in ſimilitudine, qua improbos contulit cum puluere. Vt enim puluis à vento diſiicitur, ſic impij in iudicio nõ apparebunt. Aliqui putãt Metaphorã ſumi à foro, in quo qui cauſam amittunt, cadere cauſa dicuntur. Chald. *propterea non*

A 3 con

conſiſtent impij, in die magni iudicij (extremi.) Alij A
referunt ad beatam Reſurrectionem. Non enim ad
eam reſurgent impij, ſed ad pœnas ſempiternas, quæ
*a Apo. 20. v. 15.* *mors ſecunda* dicitur, [a] æterna alibi. Verbum קוּם, *Kum*,
ſurgere & ſtare. Vnde & vſurpatur de viuificatione
*b Pſa. 143.* mortuorum, vt apud Kimhi, quo ſenſu hic videtur
*c Rabbinorũ hæreſis.* accipere. *Improbi* (inquit Kimhi) *non reſurgent; ſed peribit anima ipſorum vnà cum corpore die mortis illorum.* Alludit autem ad hæreſim quorumdam Rabbinorum, qui
negant reprobos reſurrecturos. At Dauid hîc iſtis
minimè patrocinatur. Nam ſubiunxit in iudicio, &
concilio iuſtorum. Aliud eſt aſſerere, Non reſurgent B
in iudicio iuſtorum, aliud non reſurgent ſimpliciter.
*In concilio.* Concilium hîc cœtum & congregationem
ſignificat. Quare debet ſcribi per C, vt Hebræo עדת
*aadath*, reſpondeat. Suprà verò, [d] per S, vt עצת, *aaſath*,
*d verſu. 1.* etſi Græcè ſit eadem vox, ſed ambigua, βουλὴ.

7 *Nouit.* Verbum noſcendi apud Hebræos, pro
curam gerere, recognoſcere, &c. ſumitur. Dominus probat, gratam habet, curat, recognoſcit, id eſt,
bene fortunat, munerat (ſic Gall. *recognoit.*) viam, id
eſt, viuendi rationem, ſtudia, opera iuſtorum. De
notitia, non ſimplicis intelligentiæ, ſed beneuolentiæ C
& approbationis, de qua [e] Apoſtolus, *cognouit Dominus, qui ſunt ſui!* Impij autem cum ſua viuendi ratione peribunt. [f] *Peribit.* infœlicem exitum conſequetur. Abibunt impij in interitum ſempiternum, ad perniciem æternam peruenient, tollentur de medio infœliciter, per Metonymiam. Vel,
*e 2. Tim. 2. verſ. 19.*
*f Sic Pſa. 36. verſ. 20. 67. 3. 96. 5. 128. 6.*
vt nuda ſit Metaphora, *iter*, id eſt, viuendi ratio, modus, actiones, cogitationes, ſtudia, conatus vniuerſi
impiorum peribunt, id eſt, plenè delebuntur, non
modò non perpetuabuntur, non modò ſuos fines
non aſſequentur, non modò euaneſcent ſine
fructu, verùm etiam luctuoſum exitum D
conſequentur. [g] *Omnis enim eorum gloria marceſcet, &c.*
*g Iac. 1. 11.*

***

ARG



A

# ARGVMENTVM.

*Fruſtrà homines, præſertim reges & principes, ſeſe Chriſti regno opponere. Nam eum eſſe vniuerſum regem à Deo Patre conſtitutum, cui ſit parendum, ſi ſalui eſſe velint. Act. 4. Victoria Chriſti contra mundum, mundique principes.*

## PSAL. II.

B QVARE fremuêrunt Gentes, &
pópuli meditâti ſunt inánia.
2 Aſtitêrunt reges terræ, & prín-
cipes conuenêrunt in vnum aduêr-
ſus Dóminum: & aduêrſus Chri-
ſtum eius.
3 Dirumpâmus víncula eôrum: & proiiciâmus
à nobis iugum ipſôrum.
4 Qui hábitat in cœlis irridêbit eos: & Dómi-
C nus ſubſannâbit eos.
5 Tunc loquêtur ad eos in ira ſua: & in furôre
ſuo conturbâbit eos.
6 Ego autem conſtitûtus ſum rex ab eo ſuper
Sion montem ſanctum eius: prædicans præcêp-
tum eius.
7 Dóminus dixit ad me, Fîlius meus es tu: ego
hódie génui te.
D 8 Póſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditâ-
tem tuam: & poſſeſſiônem tuam términos terræ.
9 Reges eos in virga férrea, & tamquam vas
fíguli confrînges eos.
10 Et nunc reges intellígite: erudímini, qui iu-

 dicâ

dicâtis terram. A

11 Seruîte Dómino in timôre: & exultâte ei cum tremôre.

12 Apprehéndite diſciplînam, nequândo iraſcâtur Dóminus: & pereâtis de via iuſta.

13 Cùm exárſerit in breui ira eius: beâti omnes, qui confidunt in eo.

---

a Act. 13. 37 — SECVNDVS Pſalmus [a] Apoſtolo. Quia tamen illic nonnullis in codicibus legitur, *Sicut in Pſalmo primo ſcriptum eſt*, teſte D. Hieronymo in primum Pſ. Beda, Hilario, Oecumenio, nonnulli exiſtimant, eſſe partem primi Pſalmi, *ideóque* (inquiunt) *eadem voce Beati finit, qua primus incipiebat*, & Hieronymus addit eodem loco apud Hebræos primum & ſecundum vnum eſſe Pſalmum, quod in Apoſtolorum quoque actibus comprobetur. In qua ſententia verſari partem veterum Rabbinorum Kimhi com. in hũc docet. Sed hoc puto falſum, primum, quia in vulgatis Hebræis, Græcis, Latinis, Syris, Arabicis, Æthiopicis exemplaribus & interpretibus hic à ſuperiore diſtinguitur. 2. quoniam Paulus illo loco ſecundum emendatos & publicatos codices habet, [b] *Sicut in ſecundo pſalmo ſcriptum eſt*. Huiſcque contextui omnes, ſuperioribus exceptis, ſeorſum Chryſoſtomus, Theophylactus, editio Syriaca conſonãt. 3. quod omnem vincit dubitationem, quoniam vtriuſque argumentũ planè differt. Obſeruandum enim in vniuerſo Scripturarum corpore, maximè in Pſalmis & Canticis ſententiam eſſe cohærentem & connexam, non more Satyrico diſſolutam & diſcinctam, vel fanaticè ab equis ad aſinos delatam, vt indocti ſiue etiam intempeſtiui Allegoriarum ſectatores exiſtimant. Verum de hoc infrà. Nam cuncti de ſumma partitionis [c] Pſalmorum conueniunt, ſed non de modo partiendi.

*b Pſalmus ſecundus diuiſus à primo.*

*c Pſal. 4.*

1 *Quare*, quorſum, ad quid, in quem finem, quo conſilio, vt dicat cauſam finalẽ. q. d. fruſtrà gentes id facient. Alij, quam ob cauſam, quid mouet, quid impellit gentes, vt fremant, vel tumultuentur (רגש *Ragas* vtrumque



A vtrumque ſonat) vt efficientem ſiue mouentem. q. d. ſine cauſa tumultuantur, nullam habent cauſam omninò, cur id faciant. Admiratur hac interrogatione ſtultitiam hominum contra Chriſtũ conſpirantium, cùm ipſorum conatus futuri ſint irriti & inanes. *Inania*, inanes & vanos conatus. Arnobius arctius, inanes ciborum diſtinctiones & Sabbatorum ferias.

2 *Aſtiterunt*, ſeſe ſtatuerunt, propriè in vnum coierunt, conſpirarunt. *Conuenerunt*, conſultarunt ſimul, prop. concilia coëgerunt, deliberarúntque contra Deum & eius Filium. *Chriſtum*, verum Meſſiam etiam B intelligunt Abben Ezra è recentioribus Rabbinis, & vetuſtiores omnes, vt fatetur R. Selomo.

3 *Dirumpamus vincula eorum* μίμησις, Vnde Aug. Hebræi & Chaldæus ſubaudiunt לאמור *leemor* cõuenerunt, inquam, *dicendo, dirumpamus vincula eorum* ideſt, quæ ipſi in nos volunt iniicere, & iugum, cui nos cupiunt ſubiicere. Sic impij legẽ Dei & Chriſti, ſiue Euangelium vocãt, [a] *cùm ſit iugum ſuaue*, & vinculum, *onúſque leue*. q. Excutiamus iugum & imperium Dei & Chriſti eius, neque ei ſubdamur. [b] *Nolumus hunc regnare ſuper nos*. Non ſuſcipiamus vincula & iugum, quibus nos volunt innectere, veluti boues. Metaphora à belluis, quæ vinculis quibuſdam ad cornua ne- C ctuntur. Eorum legibus, quibus ſubditi, tamquam vinculis alligantur, ne pareamns. Non tam rectè alij poſt Tertullianum, Hilarium, Arnobium, Theodoritum, Euthymium, putant eſſe verba piorum, Dirumpamus vincula & iugum (laqueos vertunt, vel funes) infidelitatis ipſorũ. עבות *habóth*, craſſi funes propriè.

*a Matth. 11. verſ. 3.*

*b Luc. 19. v. 14.*

4 *Qui habitat*. Qui ſedet propriè, id eſt, qui præſidet, tamquam iudex pro tribunali ius dicturus. Vel qui habitat, qui permanet in cœlis, vt enarrat Kimhi. Vaticinatur irritos fore conatus Iudæorũ, & Paganorum. ישב *Iaſab*, ſedere, & habitare. [d] Deus eſt vbique actu, & eſſentialiter, nedum per virtutem, & præſen- D tiam: at illic dumtaxat habitat, vbi eſt per gratiam, vt in probis, vel etiam gloriam, vt in cœlis, in quibus ſuam eſſentiam, maieſtatem, gloriam, & potentiam, id eſt, ſe facie ad faciem, & abſque humano medio cernendum præbet. *Irridebit*. Anthropopathia. Nam hi humani affectus in Deo non ſunt, niſi ſecundum effectus,

*d Deus eſt vbique, ſed non vbique habitat.*

effectus, & actiones, & indicant conſiliorum huma- A
norum, & moliminum diſſipationem.
5 *Tunc.* Id eſt, tempore harum conſpirationum, & perſecutionum, ſiue quando tempus ſupplicio opportunum appetiuerit. Aliqui Hebræorum exponunt nouè. Tunc occidet fortes eorum in furore ſuo. Vt

a 1. Par. 22. v. 9. וידבר *iedabber* ſignificatū ſumat à *a* דבר *deber, peſtis*, nō à דבר *dabar, verbum, loquela*, quomodo ſumitur. 2. Par.

b 4. Re. 24. verſ. 15. Et אלימו *elemo* à nomine אלים *elim fortes*, *b* ſimplicior eſt noſtra verſio. Conturbabit, vel terrebit.

6 *Conſtitutus ſum.* Vaticinatur de Chriſti regno, quod ei, vt homini à Patre eſt traditum. Euthym. נסכתי *Naſacti, fuſus ſum*, id eſt, vnctus, inauguratus, præpoſitus ſum. Non deſinit eſſe paſſiuæ ſignificatio- B
nis, & ſi ſit coniug. Kal. Nam Kal propriè eſt inſtituta pro verbis neutris, & abſolutis. Ita nihil neceſſe eſt vertere, vnxi ſiue conſtitui regem meū, regem, quem ego ad regnum prouexi, quaſi ſint verba Patris de Filio. Tranſitio enim ſiue Heteroſis nimis eſſet abrupta, quamuis idem perpetuò maneat ſenſus. Nec mouere debet Iod, in מלכי *Malki*, quaſi ſit affixum primæ perſonæ. Paſſim enim eſt in hoc opere paragogicum. Quin & fortaſſe alluſit ad מלכיצדק *Malckiſedec*, vt ex dimidiato eius nomine colligamus hîc agi de illo Rege, cuius typus eſſet Melkiſedec. *Sion.* Eccleſiam, cuius initium, fundamentum, & mater eſt C
Sion. Erat autem Sion mons Hieruſalem biiugus, in cuius vno colle erat arx Dauidis, in altero tem-

c Vtroque magiſtratu Eccleſia continetur. plū. *c* Vtroque enim magiſtratu, Eccleſiaſtico, & Politico Eccleſia cōtinetur, munitur, & viget. *Eius.* Heb. meum. Idem ſcilicet mons eſt ſacer Patri, & Filio. *Prædicans*, narrabo propriè, vt narrem Dei ſtatutum, & decretū. Vbi obſerua אל *El*, poſſe eſſe nomen Dei, vt à Maſoretis notatum ſit peruersè per ſegol, loco

d Pſal. 109. verſ. 4. tſeri. Vel, ſi ſit præpoſitio Latinè vacare, Narrabo præceptum (eius), (vt) narrem ſtatutum (eius) ſum conſtitutus Rex ab ipſo. Nam non tantùm Rex, ſed D
& Sacerdos. *d*
7 *Ego hodie.* Hoc tuæ è virgine natiuitatis die, quo te primogenitum meum introduxi in orbem terrarum, *genui te.* Naſci feci te, in lucem mirabiliter eduxi te, vel creaui, ex Euthymio: vt hoc pertineat ad Chriſti



A ſti temporariam generationem. *a* Sic gignere non eſt de ſua ſubſtantia producere, ſed in lucem nouo quodam modo proferre, vt Hebræi docent in Deras. Nam ſecundum humanā naturam Deus Filium non genuit, ſed vel creauit ſine humano ſemine de virginis ſubſtantia, vel in lucem extra ordinē communem protulit. Sic *hodie* ſignificat præſentem vitam, & *Gignere*, creare, de aliena ſubſtantia producere, non ſua. Poſſit etiam pertinere ad æternam, vt *Gignere*, propriè ſumatur. Chriſtus enim eſt Filius Dei natura-

a Act. 13. verſ. 33. Hebr. 1. v. 5. & 5. verſ. 5.

b Deus ſecundum humanam naturam Filium non genuit, ſed creauit.

B lis, & conſubſtantialis, eſſentiam eius hodie, id eſt, ab æterno per generationem conſecutus. Tunc *hodie* ſymbolum æternitatis, in qua nulla dierum viciſſitudo, ſed perpetuum hodie, nullo initio incipiens nullo fine concluſum, nullam habens præteriti vel futuri ſucceſſionem, ſed eſſe ſtabile, ſine alia temporis differentia, quaſi momentum vnum perenniter conſiſtens. Quocirca maximè proprius loquēdi modus de æternitate, eſt per præſens, vt ex eius, temporiſque differentiis notum eſt. Tertia explanatio Chryſoſtomi, & Hilarij minus cohæret, vt *Gignere* ſit à mortuis ſuſcitare, & *hodie* notet diem reſurrectionis, ſiue tempus, quo Chriſtus ab inferis reſurrexit:

c vt Heb. 3. v. 13. & Pſal. 94. verſ. 8.

Chriſtus Filius Dei naturalis ab æterno genitus.

C quia in *d* Act. *Deus illum ſuſcitaſſe dicitur, & in pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nam ἀναςήσας illic non *reſuſcitans* ſimpliciter ſignificat, ſed *excitans, in lucē edens, ac ex vtero virgineo proferens. e* Vt, *Quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Deus*, &c. Propriè autem fons habet, *peperi te.* Nam ילד *Ialad* in kal hoc propriè ſonat, in Hiphil autem *f* הוליד *holid* gignere. Quaſi in hoc ſummo myſterio Deus functus ſit officio nō tantùm Patris, ſed etiam Matris. Quoniam Pater genuit è ſua eſſentia diuina tamquàm è vulua & vtero, non aliunde Filium. Ne in hac ſancta generatione matrē,

d Act. 13. ver. 33.

e Act. 3. v. 22. & 7. v. 37. Deut. 18. verſ. 15.

f Ge. 4. v. 1.

D matriſue vuluam prǣter Deum requiras, aut ſomnies. Omnia enim in illa ſimplicia ſunt, pura, & ab omni fluxu libera. Sic interim Cæcilius locutus eſt apud Nonium (ſine myſterio tamen) *Chalcis ait hic vicinus ſe eas peperiſſe nobis*: & Cice. 2. Tuſculan. *Oenei partu edita*, & Homerus ὃν τίκτε Ζεὺς quem peperit Iupiter.

g Vide pſal. 109. verſ. 3.

8 *Dabo tibi.* Secundum humanam *h* naturā, vt Deus enim innatum habet vniuerſorum imperium, vt homo decr

h Theoph. in 1. ad Hebr.

A mo decreto Patris accipit *a hæreditatẽ tuam*. Trãſitiuẽ: Inhæreditatem tuam, pro tua hæreditate; vt ſint tuã hæreditas per fidem, & agnitionem tui.[b] Nam nõ eſt appoſitio; ſed tranſitio ad alterum accuſatiuum. Sic *& poſſeſſionem tuam*, in tuam poſſeſſionem, pro tua poſſeſſione Vocatio Gẽtium prædicitur, ex qua Eccleſia, quæ olim erat Iudaica, deinceps euaſit Catholica, id eſt, omnium Gentium, & Populorum.

9 *Reges eos.* תרעם *Tirrhém*, à רעה *Raghá*; paſces eos propriè, *ποιμανεῖς*, paſtoraliter reges; quam lectionem, & interpretationem ſequitur [d] Ioannes. Maſo-
B retæ aliis punctis legunt תרעם *Therohém* à רעע *Raghagh*. Ex quo vulgò interpretantur. Conteres eos; ob duritiem imperij. *In virga ferrea*; ſceptro ferreo, rigido, duro, inuicto; cuius acri verbere eorum inſolentia conteratur duriter, & rigidè te cum eis geres, crudeliter.[e] Alludit ad pedum ſiue baculum, paſtoralem; vt perſiſtat in Metaphora. Cui minimè poſſint reſiſtere, cui omninò ſit ſuccumbendum. Sic vocat potentem iuſtitiam, & ſupplicium. Incommodè aliqui Verbum Dei accipiunt; ex [f] Eſaia. Etiamſi eius maximam fuiſſe vim compertum ſit è mundi conuerſione. *Vas figuli*, quòd refici
C non poteſt.[g] Regna mundi ſunt ſimilia vaſis figulinis, & non diu duraturis. Regnum autem Domini ſtabit in æternum, vniuerſáque alia conſumet, & diſſipabit.

10 *Nunc.* Tempeſtiuè, maturè, quando opportunum eſt, dum pœnitentiæ locus, & tempus conceditur, quamdiu licet, vel hoc tempore prædicationis Euãgelicæ. *Intelligite*, ſapite, prudẽter agite, reſipiſcite, & agnoſcite hunc regem. *Erudimini*, corrigimini, caſtigate vos, ô terræ iudices. Chal.[h] *recipite eruditionem.*
D Apoſtrophe ad Magiſtratus, quos prius dixit Regi Chriſto ſe opponere; & tacitè eorum conuerſionem vaticinatur.

11 *Exultate ei.* In eo, cum veneratione, & honore debito, cum reuerentia, maxima mentis attentione, cura, ſollicitudine, & obedientia. Timor, & tremor hæc deſignant. Chald.[i] *Orate in tremore.* Nam *ei*, deſideratur, ſed rectè interpoſitum, explicationis gratia.

- a Cyri. li. 11. in Ioan.
- b Theodoretus hic.
- c Eccleſia ex Iudaica, euaſit Catholica.
- d Ap. 2. 27. & 19. 15.
- e Ap. 2. 27. & 19. 15.
- f Eſa. 11. 4.
- g Hie. 19. 11. Dan. 2. 44.
- h De qua Eſ. 49. 7. 23.
- i Phi. 2. 12. Epheſ. 6. 5.





A 12 *Apprehendite diſciplinam.* Ad verbum, *oſculamini puritatem*, quod hîc ſequuntur Septuag. ſed ἐμφατικώτερον *Oſculamini filium*, cõplectimini,[a] adorate in ſubiectionis, & obedientiæ ſignum, id eſt, Meſſiam, vt etiam Abben Ezra docet. Excipite illum honorificè, amanter, cum plauſibus, & acclamationibus, vt ſoletis reges, *ne pereatis de via iuſta*, id eſt, de via, quæ ducit in cœlum: de bonorum præmiis, vel de via recta, plana, æquabili, tuta, & proſpera, è qua excidentes, in certa pericula, & infœlicitates præcipitemini, per loca inuia, & præcipitia oberretis. Eſt autem alluſio
B ad veterẽ adorandi morem. Vnde Hieronymus verterat *Adorate purè.* Quã verſionẽ rectè ipſe defendit[b] Apologia prima contra Ruffinum. Veteres enim ex Apuleio, Minutio Fœlice, Plinio,[b] Hieronymo ipſo,[c] ſolebant deoſculari manum in adorando, & capita ſubmittere, quod ſe beatus Iob elementis, ac Idolis feciſſe negat. *Diſciplinam*, inſtitutionem, & puram doctrinam huius regis, vel Filij, quam verbo docuit, & exemplo confirmauit. Sic ſenſus eodem recidit. *Dominus*, refert Deum Patrem. At quia deeſt in Hebræo, aliqui hoc membrum referunt ad Filium. *Oſculamini*
C *Filium, ne fortè iraſcatur*, ipſe, ſcilicet, Filius. *Iuſta.* Additum ad explicationem, de via vitæ æternæ, de bonorum remuneratione, & fœlicitate, vel de via plana, de fœlici vitę inſtituto, vel de via recta, & gratię. Via vitæ inſtitutum, ratio per Metaphoram paſſim. Aliqui nihil ſubaudiunt, ſed accipiunt *de* pro *in*. Ne pereatis in via, id eſt, ſubitò, ne in media via abſumamini, ne Dei ſubitus furor vos perdat, quando adhuc in itinere conſiſtitis. R. Ioſeph cæcus Chaldæus Metaphraſtes, ne amittatis viam. Gall. *A fin*
D *que ne perdiez le chemin.*

13 *Cùm exarſerit in breui.* EPIPHONEMA, per quod ſolet ſuos Pſalmos cõcludere, loco Epilogi. Cùm pòſt paululum, ſiue cùm vel parũ exarſerit ira eius, ſiue in hoc ſiue in futuro ſæculo, ô quàm beati qui in ipſo fiduciam ſuam conſtituunt. Nam hi ſalutẽ conſequentur. *In breui*, paulò pòſt, citò, celeriter, ſubitò. כמעט, *Kimhát* etiam ad quãtitatem pertinet.[d] Cùm paulùm, cùm vel tantillum exarſerit ira eius. *In eo*, Filio. Alij

- a Filiũ adorari Deus præcipit.
- b lib. 28. c. 2.
- c com. in Iob cap. 31. & com. in Oſee. c. 13. verſ. 27. c. 31
- d Io. 3. 16. 17.

non tam appoſitè ad Deum Patrem referũt. Notatum A
ſemel eſto hoc in opere, paſſim beatitudinem & cæ-
tera dona tribui ſpei, quæ in Pauli Epiſtolis, fidei, ali-
bi caritati aſſignentur. *Nẽpè* a Dauid extollit ſpem,
quoniam ei res erat cum fidelibus, quibus iã ſpes eſt
maximè neceſſaria in his mundi caſibus, ad acquiren-
dam beatitudinem & cæteras promiſſiones. Paulus fi-
dem vrget, quia verba faciebat apud infideles, vel e-
tiam fideles recens conuerſos, qui erant alliciendi ad
fidem, tamquam cæterarum diuinarum virtutum ia-
nuam. Interim quoniam vtrique eadem attribuun- B
tur, argumentum eſt fidem nudam neque beare, ne-
que ſine Spe & Caritate tãta bona ſibi applicare. Item
Spem eſſe neceſſariam, quæ nec fide, nec caritate or-
betur. Denique tria hæc eſſe *συναίτια*, ac ad eundem
beatitudinis, iuſtitiæ, gratiæ effectũ concurrere: verũ
nunc vnam, nunc alteram vrgeri pro inſtituti ratione.

*a Dauid cur ſalutem ſpei tribuerit.*

---

## ARGVMENTVM.

*Deum, vt ſe ab exercitu hoſtili defendat, vti facere conſueuit, precatur.* C
*Congruit Chriſto.*

1 Pſal. Dauid, cùm fugeret à facie
Abſalon filij ſui. 2. Reg. 14. *III.*

DOmine quid multiplicâti ſunt, qui
tríbulant me: multi inſúrgunt ad-
uérſum me.
3 Multi dicunt ánimæ meæ: Non
eſt ſalus ipſi in Deo eius. D
4 Tu autem Dómine ſuſcéptor meus es: gló-
ria mea, & exâltans caput meum.
5 Voce mea ad Dóminum clamâui: & exau-
díuit me de monte ſancto ſuo.

6 Ego



A 6 Ego dormíui, & ſoporâtus ſum, & exurréxi:
quia Dóminus ſuſcépit me.
7 Non timebo míllia pópuli circundántis me:
exúrge Dómine, ſaluum me fac Deus meus.
8 Quóniam tu percuſsíſti omnes aduerſántes
mihi ſine cauſa: dentes peccatôrum contriuíſti.
9 Dómini eſt ſalus: & ſuper pópulum tuum
benedíctio tua.

---

B
1 *Dauid*, Τῷ Δαβίδ, Datiui caſus. Lamed quidẽ apud
Hebræos cum nominibus propriis, & in poſſeſſioni-
bus, indicat genitiuum caſum. Qua in ſignificatione
non eſt dubium inter Rabbinos, quin hîc, & aliis fe-
rè titulis accipiatur, & ſi aliàs ſit articulus Datiui,
vel præpoſitio *Ad*. Tamẽ Septuag. perpetuò reddunt
per datiuũ, vt a doceant ſecus hîc fieri, quàm in hu-
manis. In iſtis enim idem eſt ſcriptor & auctor, in his
verò ſcriptor eſt Dauid, auctor Spiritus Sanctus inte-
riùs illuminãs, ipſique Dauid Pſalmos reuelans *b*. Vt
ergo primo auctori primum locum concederent, Da-
C uidem autem tamquam inſtrumentum, & quaſi illu-
ſtratum, atque edoctum à Deo oſtenderent, *Pſalmus*
(inquiunt) *ipſi Dauid*, non, *ipſius Dauid*. Pſalmus vide-
licet ipſi Dauidi datus, vel dictatus, vel reuelatus à
Dei Spiritu. Qua ratione non Euangelium Matthæi,
ſed *κατὰ τὸν ματθαῖον* dicimus, cuius ſcilicet ſcriptor ſit
Matthæus, non auctor. Auctoritas enim ad Spiritum
Sanctum deferenda eſt, qui locutus eſt per Prophetas
& Apoſtolos, nec modo rem ipſam ſiue doctrinã, ve-
rum etiam verba ipſa dictauit, ſe accommodando ta-
men ſtylo, & modo dicendi ſingulorum. Idcirco e-
nim, alij aliis terſius & efficacius ſcripſerunt, differen-
D tíque ſtylo. Poſſit etiam dici eſſe Hebraiſmum, nem-
pè datiuum pro genitiuo.
2 *Quid*, ad quid, cur. מה *Má* pro למה *lamma*. Vel quàm,
quantùm, pro כמה *Cámma*. O quàm multi ſunt, Do-
mine, qui me arctant, anguſtant, affligunt.
3 *Animæ meæ*. mihi ipſi per Synecdochem. Alij per
Idiotiſmum, de anima mea, de me. *Non eſt*. Mimeſis
hoſt

*a Inter prophanũ & ſacrum Scriptorem quod ſit diſcrimen.*
*b è Pſ. 44. 3*

A hoſtium. *Eius*, in Deo, qui ab ipſo colitur & agnoſcitur, non à nobis. *Hoc* autem pronomen deſideratur in fonte, ſed rectè additum explicationis cauſa, quòd piorum perſecutiones oriantur ex perſequentium atheïſmo, vel certè impietate, Deíque contemptu *Ipſi*. *a* לו ló maſculini generis, & refertur vel ad ſenſum. Nam *animæ meæ*, valet *mihi* aut *de me*. Vel ad Animam. נפש *Nephes* enim interdũ maſculinè vſurpatur. Hunc autem verſum in Heb. primùm claudit *b* סלה *Séla*, deinde verſ. 5. & 9. quouſque ſemel & ſeptuagies in toto opere occurrat, & ter in Abacuk. Mihi videtur nota non tantùm Muſica, verùm etiam exclamationis & B attentionis, vt tunc eleuetur mens & cogitatio. q.d. *c* O magnam blaſphemiam, an ſic licet Dei prouidentiam tam apertam in dubium vertere. Quinta editio vocem Hebræam σέλα retinet. Septuag. Theodotio, Symmachus eam modò prætermittunt, modò διάψαλμα interpretantur, quaſi nihil ad ſententiam conferat, ſed ſit ſimplex nota muſicæ & concentus. Hanc enim ideò Græcam vocem Suidas ἐναλλαγὴν μέλους, alij noſtrorũ cõmutationẽ metri, alij pauſationẽ ſpiritus, alij alterius ſenſus exordiũ alij rhythmi diſtinctionẽ, alij cuiuſdã muſicæ varietatis exordiũ eſſe docuerũt. C *d* Quę omnia quidem Hieronym. ſuggillat. Non minus tamen Hebræi inter ſe variant. R. Kimhi tradit eſſe vocis, deinde mentis ad conſiderandam ſententiam eleuandæ notulam, à סלל *ſalal* eleuauit, quaſi *ſéla* pro *ſélla*, ll, geminata muſicum intendendæ vocis ſignum. Anonymus pauſam, in qua tũc pulſaretur inſtrumentum muſicum: Thalmuditæ, Chaldæus, Hieronymus, Aquila, genus aſſeuerandi, quo iam dicta æterna eſſe pronuncientur, *in æternum, in ſæcula, ſemper*. R. Abraham affirmationem ad confirmanda ſuperiora, *verè, profectò, ita eſt*. Quod hodie Iudæi ferè in ſuis D precibus ſequuntur.

*a Pſ. 13.*

*b vt Eſ. 32. v. 6.*

*c ſela quid ſit.*

*d ad Marcellam, tom. 3.*

4 *Suſceptor*. Adiutor, protector, defenſor. *e* Sic infrà. *Suſcepit*, adiuuit, ſubſtentauit, protexit. Quæ notio eſt feré verbi huius toto hoc Græco & Latino opere. Ad verbum. *Clypeus circum me*. Vbi obſeruandum, *clypeum, ſcutum*, plerumque reddi à Septuaginta per ἀντιλήπτορα, vel ὑπερασπιστὴν, aut ſimile aliquid, quemadmodum, & *Petram* per firmamentum, vel fortitu-

*e verſic. 6.*





A dinem, & alia eiuſmodi, vt Metaphorarum perſpicuitati ſeruiatur. *Gloria mea*, per Auxeſin, glorificator meus, à quo gloriam ſpero, vel qui me glorificat. *Et exaltans*, erigens caput meum, adiuuans, ne ſuccumbam ponderi afflictionis. Alij, ad dignitatem me euehens. Nam à caula ad aulam, deinde à plectro ad principatum, denique à principatu ad ſceptrum fuit ſublatus. Alij, faciẽs vt erecto capite incedam, id eſt, lætus, & hilaris, contra illud; *a Cur concidit facies tua*, id eſt, cur triſti vultu, & demiſſo incedis. Tanta fœcunditas Metaphorarum linguæ.

*a Gen. 4. 6.*

B 5 *De monte ſancto ſuo*. De cœlo ſublimi, & alto ſanctitati eius dicato, de ſublimi throno gloriæ tuæ, in quo inſides in tua maieſtate, & ſanctitate, in Angelorum medio, quem denique tibi ſanctificaſti, & conſecraſti, iuxta illud: *b Peruenitque oratio in habitaculum ſanctitatis in cœlum*. Vbi, Nos *in habitaculum ſanctum cœli*, quaſi dicat, cœlitus miſit auxilium. Alij de templo poſito in monte Moria, quod erat ſymbolum cœli, atq; adeò Eccleſię, *c* de quibus ſolet exaudire. Sed illud nondum erat extructum, vt ad illud manus ſupplices tenderet. Niſi fortaſsè Propheticè. Alij de propitiatorio, quod cum Arca erat in mõte Sion in C tentorio, quod conſtruxerat Dauid, *d*

*b Eſa. 66. 1. 2. Par. 3. v. vlt.*

*c Eſa. 2. 3.*

*d 1. Par. 15. ver. 1.*

6 *Ego dormiui, & ſoporatus*. Accubui, & dormiui ſecurè, ſine metu, & vt Latinè dicitur, *in vtrámque aurem*, donec ſurgerem, tumque ſurrexi placidè. Propter illorum inſidias, & aggreſſiones, non deſij liberè, & intrepidè fungi muniis vitę naturalibus, dormiendo, ſtertendo, expergiſcendo, & ſimilia agẽdo, quando libuit. Et id, *quia Dominus audiuit me*, atque protexit, quaſi dicat, hoc negotium euaſi, atque ſi fuiſſem D extra omne periculum. Continuat exauditionis beneficium. Exaudiuit me deprecantem, ac ſecurè, & confidenter die noctéque verſari dedit. Hæc enim locutio ſummam ſecuritatem ſuauiter quieſcentis deſignat. Alij non tam cohærenter per Antitheſin, Dormitionem, & ſomnum referunt ad tempus calamitatis, & crucis, exurrectionem verò ad tempus liberationis & ſalutis. Ego quidem ſum graui perſecutionum ſomno oppreſſus, at ex illo emerſi, & quaſi euigilaui, quia, &c. Quin & poſt Aug. Iuſtinum contra

Tryph. & Arnobium exiſtimant alluſum ad Chri- A
ſtum dormientem, id eſt, mortuum, & diuina poten-
tia reſurgentem. Eius enim perſonam, & typum paſ-
ſim Dauid gerit. *Suſcepit*, ſuſtentauit prop. Vnde &
Græcè ἀντιλήψεται *ſuſcipiet*, de quo rectè Auguſtinus.
Hoc animaduertendum in vna ſententia, & præteriti
temporis verbum poſuit, & futuri; vt in Prophetis
ſæpè, quo vtrumque ſignificetur. Quia ea, quæ futura
prophetantur, ſecũdum tempus futura ſunt, at ſecun-
dum ſcientiam prophetãtium, iam pro factis haben-
tur. Miſcentur, & præſentis temporis verba, &c. Adde B
hoc fieri ex linguæ vſu ad actus continuitatem, &
promiſſionum certitudinem.

8 *Sine cauſa*. Fruſtrà, vel temerè. Inſcitè recentio-
*a Pſal. 140. verſ. 3.* res vertunt, *in maxilla*. Nam eſt Apocope poëtica,
לחי *lehí*, pro לחינם *lechínam*, vt דל, *dal*, pro דלת, *deleth*,
*b Exod. 17. verſ. 16.* oſtium, *a* & כס, & *kes*, pro כסא, *kiſſé*. Solium. *b* Vide
quid ſit inſcitiam, & temeritatem habere ducem.
Nam etſi eorum interpretatio ferri poſſit, at miſeran-
dum eſt valdè veterum ſapientiam antè damnare,
quàm intelligere. Præterea eſt idem ſenſus. Ita eo- C
rum rabiem cohibuiſti, tam grauem alapam infregi-
ſti, vt eos proſtraueris, nec me potuerint deuorare,
quemadmodum expetebant. *c Dentes*, vires, po-
tentiam, vim, impetum. Metaphora de ſummo
*c 2. Reg. 18. verſ. 10. 11.* ſupplicio, & ictu, à feris ſumpta, quæ in dentibus
ſummum habent robur, ſeque iis tamquam armis
tuentur. Eſt autem Auxeſis. Quid dico percuſſiſti,
imò verò alapa dentes improborum excuſſiſti, &
contriuiſti.

9 *Domini eſt ſalus*. Domini eſt ſaluare, & populo ſuo
benedicere: hoc eius eſt proprium, nõ alterius. *Salus*, D
pro ſaluatione, & præſidio ſalutari: *Benedictio*, fauor,
& omnium bonorum copia. Quam nonnulli aſtrin-
*Benedictio quid apud Hebræos.* gunt ad cœleſtia bona per Chriſtum parta. Pax, & di-
uina beneficia Euthy. Sic autem Hebræi appellant
bonorum multiplicationem diuinitus, Deíque gra-
tia euenientem, vt ex oppoſito: Maledictionem non
bonorum priuationem ſimpliciter, ſed malorũ mul-
tiplicationem diuinitus, Deíque iudicio contingen-
tem, diuinam quamdam vltionem, & νέμεσιν.

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Hoſtes hortatur vt Deum colant, cuius bonis multipli-
cantur, à Deo autem contra ipſos ſibi opem po-
ſcit. Congruit Chriſto.*

## 1 In finem in carminibus. Pſalmus Dauid. IIII.

B

CVM inuocârẽ exaudîuit me Deus
iuſtítiæ meæ: in tribulatiône dila-
tâſti mihi.
3 Miſerére mei: & exaûdi ora-
tiônem meam.
4 Fílij hóminum vſque quo graui corde? vt
quid dilígitis vanitâtem, & quæritis mendá-
cium?
5 Et ſcitôte quóniam mirificâuit Dóminus
C ſanctum ſuum: Dóminus exaudiet me, cùm cla-
máuero ad eum.
6 Iraſcímini, & nolîte peccâre: quæ dícitis in
córdibus veſtris, & in cubílibus veſtris com-
pungímini.
7 Sacrificâte ſacrifícium iuſtítiæ, & ſperate in
Dómino: multi dicunt, Quis oſtêndit nobis
bona?
8 Signâtum eſt ſuper nos lumen vultus tui
Dómine: dedîſti lætítiam in corde meo,
D 9 A fructu frumênti, vini, & ólei ſui: multipli-
câti ſunt.
10 In pace in idîpſum dórmiam & requiêſcam.
11 Quóniam tu Domine ſinguláriter in ſpe
conſtituiſti me.

*a 1. Ioan. 2. 8.*

1 *In finem.* εἰς τὸν τέλος, de iis, quæ ad finem & extremum ſæculorum referuntur, id eſt, ad tempora Chriſtiana, quę [a] nouiſſima appellātur, quòd ijs nulla alia ſint ſucceſſura, ſed duntaxat expectāda ſit ſæculi conſummatio. Sic Septuag. perpetuò ad myſterium reddiderūt, למנצח *Lamnatſeah, Vincenti*: quia hæc inſcriptio, vt è Talmudicis docet R. Kimhi, [b] refertur, לעתיד לבוא *laghathid labo ad futurum venire*. Ita enim loquuntur de Meſſiæ ſæculo. Quibus ſuffragantur Græci, vt Theodori. [c] *In finem* (inquit) *ponitur, quoniam vaticinationem etiam de gentium vocatione, Iudæorúmque abalienatione continet, quæ multis poſt ſæculis euenerunt.* Denique vbi eſt למנצח *lammatſeah*, non propter ſe ſimpliciter, ſed propter Chriſtum, Eccleſiam, alios, vt afflictos, vt ægrotos omnium temporum Pſalmus ſcribitur, ne quis ad inſcriptionem dumtaxat reſpiciat, & accōmodet. Nam in his magis aliorum perſonam gerit, quàm ſuam. Ad literam interim *vincentem* Hebræi appellant Archimuſicum, vel præſulem, corypheum, pręcentorē, cuius eſt, can endi peritia cæteros vincere. Hinc [d] præpoſitum operarum ſignificard. Reliquæ Pſalmorum inſcriptiones, vt ſæpè difficiliores, quàm vt breuibus ſcholiis poſſint repræſentari, à nobis prætermittentur: ſed nec multum faciunt ad literæ argumentum, vt quę ferè ad muſicam antiquam nobis adhuc ignotam pertineant, ſintque tamquam Pſalmorum claues ad modulum cantui præſcribendum, vti noſtrarum Antiphonarum initia, ac declarent modos ſiue tonos, & concentum illius Muſicæ, vel inſtrumenta, ad quæ eſſent decantandi. Rariùs enim, ſiue hiſtoriam, ſiue tempus, ſiue occaſionem indicant. Et cùm id fit, [e] non è titulis huiuſmodi, continua eorum intelligentia perpetuò ſequitur. Nam, vel per digreſſionem poëticam, aut Rhetoricam, aliò ſæpè excurritur, vel per quemdam Spiritus prophetici impetum, & raptum, myſteria, quorum hiſtoria erat typus, obiter monſtrantur. Contra ſciolos, qui ad hiſtoriam omnia torquent, ac ex ieiunis, & ſterilibus titulis vniuerſam ſententiam hauriunt, neque animaduertunt eiuſmodi inſcriptiones, ſæpè non tam materiam exprimere, quàm occaſionē dare, vt com-

*b Præfatio in Pſalmos.*

*c In Pſal. 37.*

*d 2. Par. 2. ver. 18.*

*Pſalmorum inſcriptiones quales.*

*e vt Pſa. 28. 29. 51.*

modus



modus, & ſpontè naſcens tranſitus fiat à temporali re ad ſpiritualem, à typó ad veritatem, à litera ad ſpiritum, à cortice ad myſterium; ſicque omnia optimè cohæreant, nec vlla ſit veluti ſcoparum diſſolutio.

2 *Exaudiuit me.* Reſpondit mihi propriè ענני, *hanáni*, per patath in præterito, vt idem dicat in vtroque hemiſtichio, immutata tantùm perſona per Enallagen. Non incommodè etiam Maſoretæ legunt per Tſeri, *hanéni*, vt ſit imperat. Cùm inuocaro, exaudi me, ſiue, reſponde mihi. *Deus iuſtitiæ meæ*; Deus qui me iuſtificat, & abſoluit, & vindicat ab hoſtium oppugnationibus, Deus mei iuris, meęque cauſæ defenſor, & tutor. *Dilataſti mihi.* Cōſtructio Hebraica, pro, *me*: quo caſu legitur in Romano Pſalterio. Ex anguſtiis, in latitudinem gaudij perduxiſti me. Vel ſubaudiunt viam, locum, id eſt, dum eſſem in loco arcto, anguſto, & periculoſo; mihi feciſti latam viam, per quam facilè, & ſine periculo euaderem, atque ita me mirabiliter liberaſti, & recreaſti. Alij ſubaudiūt cor, vel ſpiritum. Relaxaſti anguſtias cordis mei. In conſolatione, & gaudio, ſpiritus intra ſe dilatatur, & mœrore conſtringitur, & arctatur, ac quaſi in anguſtum cogitur.

3 *Mei.* Relapſi in conſimiles anguſtias, & mala, clamantíſque aduerſus eos, qui me oppugnant, ignominiáque, & contumeliis afficiunt. *Exaudi.* Audi, propriè. Aliud verbū quàm ſuprà. Exaudire apud Sept. duobus Hebraicis conſonat, Reſpondendi, & Audiendi, vt oſtendant hæc humana in Deo dicere non externos affectus, ſed effectus.

4 Conuertit ſermonem ad homines, à quibus præſertim oppugnabatur. *Filij hominum.* איש *Iſch*, virorū. Pauperiores ſolēt magis eſſe pij, & ingenio ad Chriſtum amplectendum promptiore. Vnde pauperes, epithetum piorum paſſim in his Pſalmis, & prophetis. O potentes, ô clari, & nobiles, quouſque obſtinato aduerſum me animo, & voluntate eritis, quouſque pertinaciter me vexabitis, & aduerſabimini? vel in genere, quouſque obtuſo, craſſo, carnali, animali, deorſum ad ſenſum, materiata, & terrena ruente animo eritis, vt ſolent grauiora: non ſpirituali, non ſubtili, non leni, qualis ad cœleſtia, & ſublimia aſpirat?

*Pauperiores magis pij reliquis.*



Gratis

*Graui corde* ſupple eritis. Semel obſeruatum eſto He- A
bræos paſſim loqui cum Eclipſi verbi ſubſtantiui,
vel eius loco, vſurpare pronomina. *Sic cùm ad ver-*
bum vertitur. Vſquequò gloria mea, ignominię, ſub-
*a vt Pſal. 105. ver. 20.*
erit. Vbi gloriam ſuam appellat Deum [a], vel maie-
ſtatem ſuam regiam. Quouſque me contumelia affi-
cere ſtudebitis: vel quouſque Deum decus meũ igno
minia afficietis? Vbi credibile eſt Septuag. כבודי
לבלמה legiſſe, partim aliis punctis partim diuiſo po-
ſteriore vocabulo, *Kebude leb lamma*, *Graues corde, vt
quid*, propter affinitatem. Caph habito pro Beth, quod
id ſequentibus magis congrueret. Nam dum Maſo- B
retæ legunt, כבודי לכלמה, *Kebodi liclimma, Gloria mea
ignominiæ*, in ſequenti membro, *Diligitis vanitatem*, cō-
guntur per Zeugma repetere, *vſquequo*, quouſque de-
lectabimini vana ſpe mei lædendi, vel etiam perden-
*b vt notat Neth. 2. Abbē Ezra. Neth. 2. ver. 14. Exod. 4. verſ. 2. Eſ. 3. verſ. 15.*
di, & fictis mendacibúſque aduerſum me calumniis.
Nec verò ſemper alienum eſt, vnum vocabulum in
duo diuidere. Nam & Maſoretæ partiti ſunt in duas
dictiones, quod in vnicā coaluerat, tribus in locis, [b]
etiamſi in primo res non id videretur requirere. *Vani-
tatem, & mendacium*. terrena, vel idola, & impios, fi-
ctitios, falſos cultus. C

5 *Mirificauit Dominus*. Doctiùs quàm ſeparauit, ſegre-
gauit, ſelegit, etſi ſcribatur per ה, non א, Paſſim enim
literæ אהוי Eheui permutantur inter ſe. Mirificauit
(nā & Plautus mirificandi verbo vtitur ad hunc ſen-
ſum) Mirum fecit, miris affecit beneficiis, admirabi-
lem & celebrem reddidit ſanctū ſuum, id eſt, me Da-
uidem à ſe ſanctificatum & conſecratum. Quin & ſe-
*c Rom. 1. v. 1.*
parauit ad multa præclara munera & functiones, vt
[c] *Segregatus in Euangelium*. Iam de ſe loquitur in tertia
perſona, ídque fortaſſe, quoniam etiā Chriſto, & piis
ſingulis competit. *Sanctum*, חסיד, *haſid*, pius, beneficus, D
bonus. Theodoritus innocentem intelligit, quia ni-
hil criminis admiſerat contra inimicos. ὅσιον ſolent
*d 1. Mac. 7. verſ. 13.*
vertere 70. quoniam ſancti ſe ſolent exercere in cun-
ctis beneficentiæ operibus. Deinde vox חסיד, *Haſid* à
Græca non abludit, à qua Eſſeni Haſidei dicūtur [d] id
eſt, חסידים *Haſidim*, pij, probi. *Suum*, לו, *ló*, ſuum ל, in-
dicare ſolet Genitiuum poſſeſſionis. Poſſet etiam ver-
ti *ſibi*, in ſuum decus & gloriam.

6 Hypoth



A 6 *Iraſcimini*. Hypothetica Hebręorum formula per
Imperatiuū. Si iraſcimini, nolite *peccare*, i. iram perfice
re. In ira ne perſeuerate, *Sol ne occidat ſuper iracundiam* *a Eph. 4. v. 26.*
*veſtram* [a]. רגז *Ragaz* enim etiam iraſci ſignificat, non
tantùm contremiſcere, maximè apud Syros & Chal-
dæos, quorum verba & ſignificationes ſæpè vſurpant
Dauid, Salomon, Iob, & reliqui Hebræorum Poëtæ.
Irato forſan eſtis in me animo, at iræ illius impetum
cohibete, quum nihil vobis nocuerim, ſed prodeſſe
perpetuò paratus ſim. Si mihi iraſcimini, nolite ta-
men peccare, & malum inferre, quin iram compeſci-
B te. *Contremiſcite* etiam congruit. Contremiſcite à Do-
mino, eū pauete, & ne peccetis, præſertim in me, qui
Dei ſum ſeruus & præco. Nō tantùm ira eſt cohiben-
da & moderanda, verùm etiam contremiſcendum ad
Dei voces, pauenda & timenda eius offenſio. *Initium* *b Pſ. 110. v. 10.*
enim *ſapientiæ timor Domini* [b], & *beatus homo, qui ſemper eſt*
*pauidus* [c]. *Quæ dicitis* (De iis,) quæ cogitatis etiam no- *c Prou. 28. v. 14.*
ctu, perperam ſcilicet & contra me & Deum, cōpun-
gimini: Dolete, pœnitentiam agite: ab iis deſiſtite, ea
ne perficite. Nam de poteſtate Relatiui eſt excitan-
C dum Antecedens phraſi Græca & Hebræa. Et autem
expletiua particula in fonte deſideratur, in quo ad
verb. *Dicite in corde veſtro ſuper cubilibus veſtris, & ſilete*, q.
d. Si in corde dixeritis, ſi cogitaueritis in tenebris,
mali aliquid videlicet (Nam talia ſolent eſſe opera
tenebrarum) tacete, deſiſtite, ne ea perficite. Tacita
eſt hypotheſis, qualis initio verſus. Recogitate taciti
apud vos opera veſtra, ea priuatim examinate, & agi-
te pœnitentiam in ſilentio & metu. Chal. *dicite ora-
tionem ore veſtro, & petitionem in corde veſtro, & orate ſuper
cubili veſtro, & mementote diei mortis ſemper*. Aliqui *in cu-*
D *bilibus veſtris* iungunt cum ſequentibus, cum quiete &
otio dolete. Euthym. *in cordibus veſtris*, interdiu, *Et in
cubilibus*, noctu, vel in ſolitudine, & otio. *Compungimini*,
dolete de peccato, ne illud in vobis regnet [d], Tacete, *d Rom. 6. v. 12.*
quieſcite Prop. Nam vt taciti pacatíque reſipiſcant, &
à cœptis deſiſtant hortatur.

7 *Sacrificiū iuſtitiæ*. Iuſtitiā, quæ eſt veluti ſacrificiū. Iu-
ſtitię ſacrificiū appellat iuſtitiā ipſam, ſiue iuſta & ſan
cta opera, quibus nihil Deo gratius offerri poſſit. Vt [e] *e Pſa. 49. v. 14.*
ſacrificiū laudis, ſacrā ipſam Dei laudē, & confeſſio-

 nem

*a Heb. 13. v. 15.* nem, hoſtiam laudis. i. interprete Apoſtolo, *a fructum* A
*labiorum confitentium Deo.* Sicque illud opponit ſacrifi-
cio pecudum, ſiue pecudibus ſacrificio deſtinatis, qui-
bus olim reſipiſcētiam vel pietatem teſtari ſolebant,
quoniam hoc eſt corporale, carnale & extrà poſitum,
iſtud ſpirituale, animi, & intrà poſitum. Iuſtitia enim
& virtus ſunt de bonis animi, non de externis: ſunt de
bonis noſtris, non alienis & fortunæ. Offerte, inquit,
Deo iuſtitiam, ceu ſacrificium quoddam, ceu rem ali-
quam ſacram: illi eam conſecrate & dedicate, ſancta
*Sacrificium iuſtitiæ.* iuſtitiæ & virtutis opera facite. Hinc Chal. *Domate*
*concupiſcentiam veſtram, & reputabitur vobis ſicut ſacrificia* B
*Sacrificium altaris eſt.* *iuſtitiæ: & ſperate in Deo.* Quid ſi etiam de ſacrificio al-
taris iuſtificante & ſalutari? Nam quo Hebraiſmo,
*b verſ. 2.* *b Deus, iuſtitiæ,* eſt Deus iuſtificans, eodem *ſacrificium iu-*
*ſtitiæ,* ſignificare poſſit ſacrificium, non modò in ſe iu-
ſtum, ſed quod etiam iuſtificet, & infundat Spiritum
ſanctum, iuſtitiæ omnis auctorē & cauſam in nobis.
q. d. Offerte ſanctam Euchariſtiam victimā pro pec-
catis, ſæpius ea vtimini, &c. *Multi dicunt.* Per Prole-
pſin occupat impiorum opinionem, qui Deū & mo-
nita de Deo negligunt, niſi promiſſa oculis vſurpent C
& Numinis præſentiam palpent. *c* Multi dubitantes
*c 2. Pet. 3. v. 4.* de Deo, Deique prouidentia, dicunt, Quis oſtendet
nobis bona? (quis videre nos faciet bonū, ad verb.)
quis nobis prouidebit, quis conferet nobis beneficia,
quis fœlicia rependet, vt propterea laboremus de ſa-
crificiis iuſtitiæ faciendis, & ſpe in Domino locanda?
quis illa curabit? Reſpondet ſequentibus verſibus. O-
ſtendit Deus nobis bona duplicia: vnum ſpirituale,
dum ſignauit ſuper nos lumen vultus ſui: alterum ex-
ternum & temporarium, dūm homines frumento, vi-
no, & oleo & ſimilibus ad vitam multiplicauit. D
8 *Signatū eſt ſuper nos lumen.* Tu es Domine apertè, qui
nobis oſtendis bona. Super nos fauor tuus eleuatus
eſt, palàm poſitus, inſtar ſigni erectus, vel etiam im-
preſſus, qui te cognoſcendum exhibeat, qui te bono-
rum omnium auctorē oſtendat, qui nobis ſit dux viæ,
planè demonſtrans quid agere, quid fugere debea-
mus. Valdè iſti impij ſunt, qui ex tuo fauore, gratia &
benignitate, non intelligunt te bonorum omnium
ſuppeditatorem atque cauſam. q. d. Temerè hoc iſti
quærunt



A quærunt, cùm ſignum luciſſimum prouidētiæ tuæ,
tamquam à te ſublatum vexillū, ſint fauor, & benefi-
cia tua quotidiana ergà nos. Præſertim Chriſti miſ-
ſio & Euangeliū. Tacita enim eſt vaticinatio de vo-
catione omnium ad cognitionem Chriſti luminis, ad
reuelationem gentium, & Euangelij tenebras mundi
diſcutientis, per quod oſtendit & exhibuit bona ho-
minibus. Hinc poſtea Dauid ſe gaudere ait, homini-
bus exorta eſſe copioſè frumentum, vinum & oleum, *a orat. in Epiph.*
Sacramentorū ſymbola. Et ſic Nazianzenus *a* partim
de Baptiſmi ſiue Fidei lumine, partim de Spiritus ſan-
B cti gratia intellexit. Noſtri ferè de lumine naturali,
quam rationem appellamus, vel potius imagine Dei
nobis impreſſa, per quam vigemus ratione, intelli-
gentia, conſilio, memoria, & inſitis notionibus ſcien-
tiarum, ac artium ſeminariis. Hæc ſatis oſtendunt
ſummum aliquod eſſe bonum, à quo in nos bona om
nia manent & deriuentur. *Signatum eſt,* נסה *Niſſá,* in
præt. Niphal, ita tamen vt redoleat ſignificatum ſigni,
vexilli, id eſt, נס, *Nes,* Quæ lectio præſtat. Alioqui eſ-
ſet interrogatio ſine reſponſione. Alij tamen legunt
per modum precis in Imp. Kal. נסה *Neſá,* valdè irre-
gulariter. Tum enim Samech ponetur pro ש, & ה pro
C א. Eleua velut vexillum lucem vultus tui & carita-
tem, erige ſuper nos fauorem tuū. Colluſtra nos luce
& ſerenitate vultus tui, vt precetur pro Chriſti aduen-
tu. Signa, propriè, ſuper nos lumen vultus tui. Nam vt
vox Heb. deſcēdat à נשא *Naſá tulit, eleuauit,* mutatis שא
in סה eſt durius, ne ſimul fiat mutatio duarum radica-
liū Lego ergo, נסה *Neſe, ſigna,* vel in preterito Niphal,
*Niſſá* cum Septuag. ἐσημειώθη *ſignatum eſt,* vt נסא & נסס
*Naſſá* & *Naſas* idem polleant. Neque enim eſt inſo-
D lens, vt radix eadem reperiatur in duobus ordinibus.
Signari autem hìc non tam eſt ſigillari, imprimi,
quàm eleuari, & attolli vt ſignum, indicari apparere
clarè, perſpicuum & euidens fieri, vt, *b* Διὰ τῆς ἐπιστολῆς *b 2. Theſ. 3. verſ. 14.*
τοῦτον σημειοῦσθε, *hunc per epiſtolam indicate, manifeſtate.*
8. & 9. *Dediſti lætitiam in corde meo.* Quòd ſupple,
vel quia, vel quando. *A fructu frumenti, vini & olei*
*multiplicati ſunt.* Nam debet hoc hemiſtichium con-
ſtrui cum ſequenti, per Eclipſin particulæ *ſch,* ש vel
*chi* כי vel כאשר *chaaſcher,* *c* Hebræi ſcilicet poëtæ paſ- *c vt Pſal. 56. ver. 6. & 12.*
 ſim

ſim tranſiliunt literas Moſè Vecaleb, & particulas ijs A
æquipollentes. Sanè gaudeo, quòd eis fruges opéſque multas præbeas, vt intelligant tua in ipſos beneficia, neque occaſionem habeant dicendi, *Quis oſtendet nobis bona?* Bonorum enim multiplicatio Deum oſtendit. Ad verb. Dediſti lætitiam in corde meo, à tempore (quo) frumentum eorum & muſtum eorum multiplicata ſunt. Vbi aliqui recentiorum. *A tempore*, interpretantur, præ tẽpore, vt Hebræa Præp. מן *Min*. comparatè accipiatur hoc ſenſu. Mihi lætitiam attuliſti, quæ ſuperat lætitiam temporis meſſis & vindemiæ, B
prouerbiali comparatione, qua vtitur Eſaias *a*, *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in Meſſe*. Sed nouè & aliene. Nam hic eſt ſecũdum reſponſionis membrum. *Olei*. Additum Propheticè à Septuag propter myſterium. Neque enim Deus ſolùm præbet vinũ & frumentum, materiam Euchariſtiæ, ſed & Oleum ſiue Chriſma, cuius vſus eſt maximus in Sacramentis, è Dionyſ. Areopagita *b* & Arnobio. His autem omnibus ritè conſideratis, homines multiplicantur & augentur ſpiritualibus bonis in Eccleſia. Prætereà Iudæa, præſertim Galilæa, oleo & oliuis abundabat, C
ex Ioſepho.

*a Cap. 9. v. 3.*

*Sacramentorum materia à Dauide prædicta.*

*b in Ec. Hierarchia.*

10 *In pace*, ſecurè, ſine metu, & quaſi in vtrámque aurem. *In idipſum*, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, in idem, eodem loco, id eſt, ſimul cum eis *c*. Simul cum eis, quantumuis hoſtibus, pacificè & quietè dormiam, inter eos quamuis impios & atheos, maléque de prouidentia ſentientes, ſecurus Dei defenſione cubabo & dormiam, quoniam, &c. Redit ad vexatores ſuos, à quibus liberari ſe *d* precatus fuerat. q. d. Non meam quietem, non meum ſomnum illi ſuis machinis interturbabunt, non me perdent: quoniam, &c. Alij ſimul, D
pariter. vt & Hebræum יחדו *Iahdau*. Dormiam ſimul & requieſcam tranquilliſſimè, nullis triſtibus inſomniis me inter dormiendũ exercentibus ac terrentibus, quicquid illi contra me & Deũ perſtrepant, & tumultuẽtur. Hebraiſmus de quo ſuprà *e*. Nã nõ omnes qui dormiũt, requieſcunt. Poſſit eſſe Antitheſis τῷ. *Multi dicunt*. q. d. Quantum ad me attinet, non, vt illi, dubitabo de Dei beneuolentia & benignitate, neque anxiè huiuſmodi quæſtionibus agitabor, ſed ſecurè dormiam

*c vt Pſ. 33. 4. & 121. v. 3.*

*d verſ. 3.*

*e Pſ. 3. ver. 6.*



A dormiam in Dei ſpe, placidè in eius prouidentia conquieſcam. Quoniam tu ſolus, cæteris me deſerentibus, in bona ſpe conſtituiſti, præſidentémque, ac ſecurum reddidiſti. Docet ſe Dei præſidio, & prouidentia eſſe æquè ſecurum, ac ſi maximo exercitu & cuſtodibus ſtiparetur.

11 *Quoniã*. Ratio cur quietè & placidè dormiturus ſit. Quoniã, *Singulariter*, ſolũmodo, κατὰ μόνας ſine alio, cæteris me in malis relinquentibus, & ſua ope deſtituentibus, ſolus me in tuto collocaſti, hanc meam re-
B quiem & conſeruationem tibi vni debeo. Spes, ſiue בטח *Bétah*, hîc pro ſecuritate, quam quietem præcedenti v. appellabat. Alij in vulgato ſignificatu, pro certa bonorum expectatione & confidentia.

---

## ARGVMENTVM.

*Deum orat, vt malignos malis, innocentes bonis afficiat.*

C

## 1 In finem, pro ea quę hæreditatem conſequitur, Pſal. Dauid. V.

VErba mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamórem meum.
3 Inténde voci oratiónis meæ: rex meus & Deus meus.
D
4 Quóniam ad te orábo, Dómine, mane exáudies vocem meam.
5 Mane aſtábo tibi & vidébo: quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.
6 Neque habitábit iuxta te malígnus: neque permanébunt iniúſti ante óculos tuos.
7 Odiſti omnes, qui operántur iniquitátem: perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

8 Virum

8 Virum ſánguinum,& dolôſum abominábi- A
tur Dóminus: ego autem in multitúdine miſe-
ricórdiæ tuæ,
9 Introïbo in domum tuam: adorábo ad tem-
plum ſanctum tuum in timóre tuo.
10 Dómine deduc me in iuſtítia tua propter
inimîcos meos, dírige in conſpéctu tuo viam
meam.
11 Quóniam non eſt in ore eorum véritas: cor B
eorum vanum eſt.
12 Sepúlchrum patens eſt guttur eórum: lin-
guis ſuis doloſè agebant, iúdica illos Deus.
13 Décidant à cogitatiónibus ſuis, ſecúndum
multitúdinem impietátum eórum expélle eos:
quóniam irritauérunt te Dómine.
14 Et lætêntur omnes, qui ſperant in te: in ætér-
num exultâbunt, & habitábis in eis.
15 Et gloriabûntur in te omnes, qui díligunt C
nomen tuum: quóniam tu benedîces iuſto.
16 Dómine, vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ: coro-
nâſti nos.

---

1 Periphraſis Eccleſiæ, itémque animæ fidelis &
piæ.
2 *Clamorem* הגיגי, *haghighi*, meditationem meã Prop.
quæ eſt cordis atque adeo orationis, ſiue precis præ- D
cipuus clamor.
3 *Orationis.* Clamoris Prop. *Rex meus*, Chriſte. Nam
Regis nomen ſolet attribui Filio, potius quàm Patri.
Quamuis autem Dauid rex eſſet in terris, Regem ta-
*Rex Chriſtus propriè.* men & Dominum in cœlis ſe habere aſſerit, cuius
poteſtati ſit ſubiectus. Nempè *regem regum & dominum*
*dominantium*.[a]
*a 1. Timot. 6. ver. 15.* 4 *Manè*, maturè, tẽpeſtiuè, citò, primo quoque tem-
pore: vel potius, prima orationis hora, quamprimùm
precatus te fuero, quamprimùm ad precem conuene-
ro.



A ro. Prima orationis hora manè, vnde matutinum ſa- *Miſſa præcipuus religionis cultus.*
crificium quod erat verſpertino ſolemnius, non tan-
tùm quia à Ioue principiũ, verùm etiã quoniam huic
præcipuè ſucceſſura erat Chriſtiana Liturgia, præci-
puus religionis cultus, matutinis horis celebrandus.
5 *Manè aſtabo tibi*, ad precandum ſcilicet, *& videbo*,
(te, per Zeugma) Manè ante alia negotia diuino tuo
conſpectui me per meditationem & precem offeram,
curis purus & liber. Tuæ maieſtati ſpectandæ, tuis di-
uinis rebus contemplandis matutino tempore inſi-
ſtam, interero matutinis ſacris, in quibus res diuina
B fit liberiùs & puriùs. Hinc ad ver. Manè inſtruam ſi-
ue ordinabo tibi (precem) & ſpeculabor (te) quaſi
intentis oculis reſpiciam: contemplabor & videbo
tuum templum, tuum cultũ, te in tuo templo viſam.
Et ſic Eclipſim ſiue Zeugma reſtituit Cyprianus in fi-
ne libri de oratione Dominica. Mane aſtabo tibi &
contemplabor te. Indéque matutinarum vſum elicit,
quod ab Apoſtolicis temporibus repetendum etiam
indicat Plinius ad Traianum [a] *& antelucanas horas* ap- *a li. 10. Epiſt.*
pellat. Tempus autẽ orationis apud Iudæos erat ma- *Matutinarũ precũ vſus ad Apoſtolica tempora referendus.*
ne, meridie & veſperi. Vnde ſacrificium matutinum,
C meridianum ſiue minha, & veſpertinum. Et ſi autem
Deus non videatur, ſiue in myſteriis ſiue alibi oculis
corporis, ſed animi facultatibus & fide: Videndi ta-
men verbum appoſitè docet præſentiam corporalem
eſſe in templis exhibendam Deo, ac illic in re diuina
& ſacris ſolennibus per typos, imagines, ſpecies ex-
ternas, & ſacramenta in oculos incurrentia, Deum
quodammodò videri. Hinc [b] *Comederunt panem cum* *b Ex. 18. 12.*
*eo coram Domino.* i. coram arca vel tabernaculo Domi- *Deus in tẽplo vt videatur.*
ni. Et [c] *venit Deus in caſtra*, id eſt, arca Dei per Meto-
D ny. res pro loco vel ſigno, ſignũ pro re interiùs ſuam *c 1. Re. 4. ver. 12.*
vim exhibente, &c. Adde gratias ſpirituales illic pe-
nè ſenſibiliter percipi. Videre ergo hic, reſpectu Dei,
eſt animo cernere, reſpectu templi & ſacrorũ ſolen-
nium, corpore & oculis corporis. Ob quas cauſas a-
pud Ioſuè legitur [d] *& ſteterũt coram Deo*. i. Dei arca, & *d Ioſ. 24. 1.*
populus è ſacris rediens, ſe vidiſſe ait Deũ apud Au- *e de Geneſi ad literam.*
guſtinum [e]. *Quoniam*. ſubiicit aliquot cauſas cur ſtudeat
pietati, [f] Nempè quoniam Deus pius eſt, purus &c. *f vſque ad ver. 8.*
*Non Deus volens*. Deus non vult mala eſſe, vel fieri, ſed
duntaxat

A dumtaxat permittit, idque ne homo suę naturæ libertatem amittat, ſitque deterioris conditionis, quàm aliæ res, quas ſic ipſe adminiſtrat, vt eas ſinat propriis motibus agi, ducíque: Item propter bonum Vniuerſi, & per accidens, vt inde aliquod bonum exoriatur. Et ſi enim priuatus rector, malum ex iis, quorum gerit curam, quantùm poteſt, debeat excludere, quòd è malo bonum elicere non poſſit: Deus tamen vniuerſalis rector, ſiue prouiſor, qui è ſingulis malis plurima bona poteſt educere, vt ex perſecutione Tyrannorum patientiam Martyrum, ex operibus hæreticorum purgationem ſiue probationem fidei iuſtorum, non debet omnia mala impedire, ne bona plurima deeſſe cótingat Vniuerſo. Exempli gratia, natura ſingularis
B quorumlibet impedit, quoad poteſt, indiuidui ſui damnum & interitum: quare animalia ſingula ſe ab huiuſmodi ſtudent vendicare. At natura vniuerſalis permittit animalia occidi, vt videlicet homines alantur, & in vita conſeruentur: vt & hoc modo Vniuerſi. i. rerum ſpecies perpetuentur.

*Deus nō vult mala fieri ſed permittit, & cur.*

6 *Iuxta te*, tecum. עמך *Himmachá. Malignus.* Hebræa etiam neutrum genus hic patiuntur. Malignum, malignitas, malum. *Permanebunt*, poterunt conſiſtere. Ad ver, non ſe conſtituent, non ſe ſiſtent inſani. q. d. non audebunt comparere ante tuam maieſtatem & tribunal. Inſani verè ſunt ſiue, הוללים, *holelim*, qui ſe dedunt iniuſtitiæ & improbitati.
C
7 *Iniquitatem*. vel, vanitatem. *Mendacium* contra proximum, vt ei noceant. Nam mendacia quæ appellantur officioſa vel iocoſa, vt non ſint ſine culpa, at non cum magna. Lege Aug. a Item Pet. Longobardum b & Gratianum. c

8 *Virum ſanguinum*, ſanguinolentum, ſanguinarium, percuſſorem. *Ego autem*: Hoc hemiſtichium cadit in ſequentem verſum: ideò virgula tantùm debet notari, & in Hebræo verſum inchoat. Vbi quærant aliqui fortaſſe, cur noſtra editio ab Hebraica ſæpius in di-
D ſtinguendo variet. Reſpondeo, quia Maſoretę confuderunt verſus & miſcuerunt, partim nimis ſuorū ſenſorum ſtudioſi, partim ignari metricæ Pſalmorum rationis, quæ proinde perierit, cùm tempore Septuag. eſſe integra & perſpicua, nec viderunt in poëſi aliud ſæpè ſenſum, aliud metrum, ſiue dimenſionem requirere

rere

*a in hūc locū & lib. quæſtionum Gen. c. 44. & 45. & lib. de Mendacio.*
*b 3. ſent. diſt. 38.*
*c 22. q. 2.*
*Vnde ſit varietas diſtinctionum in Hebraica & noſtra editione.*



A rere. Quod olim ita Terentio, Pindaro, & aliis accidit, vt necdum ſciam, an vbique rectè verſus ſint ab Eraſmo, aliiſque reſtituti. Quin & quantum ad ſenſum, Septuag. interdum rectiùs diſtingunt: quare Apoſtolus a in eorum periodo ad Pſalmum 94. totum ſuæ diſputationis pondus conſtituit. Adde ante Maſoretas Scripturam caruiſſe inciſorum, & clauſularum notulis, vt proinde liberius earum conſtituendarum eſſet iudicium, & aliquando rectius. Sed de hoc alibi.

*a Heb. 3. ver. 7. 8. 9. 10.*

9 *Ad templum*. Sic Heb. אל, *El, ad, verſus*, id eſt, in templo tuo, vel ſi ſumus abſentes, verſus templum tuum,
B Vt Daniel b in terra captiuitatis poſitus, *apertis feneſtris cœnaculi ſui contra Hieruſalem*, (i. verſus Hieruſalem, vel ex eius regione) *genua flectebat, & adorabat cōfitens Domino*: vt diſcamus ſuſpirare ad Sanctorum communionem. *In timore*. cum timore, & veneratione tui, reuerenter. Dicendo, ſupple, quod ſequitur, vt & Kimhi notat.

*b cap. 6. verſ. 10.*

10 *In iuſtitia tua*, Per ſemitam iuſtitia tuæ, & rectè viuendi rationes. Erudi me, inſtitue me, iuua me, vt
C ambulem in via iuſtitiæ, & virtutis. Doce me tuam iuſtitiam. Doce me iuſtè viuere, & cum virtute: fac ſim virtutis ſtudioſus. *Propter inimicos*. Inſidiatores Prop. propter inimicorū meorum calumnias, vt nihil mihi poſſint exprobrare, ne me poſſint carpere, & trahere in aliquam perdendi me occaſionem: ne mihi poſſint iuſtam calumniā intendere, & iure criminari, vt infra, c *Ne fortè dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum*. Hęc enim affirmatio vim habet negationis. Qui
D iuſtè viuit, tutus eſt ab inimicorum criminationibus. *In conſpectu tuo viam meam*, ante te, mea cōſilia, & actiones, vt tibi placeam. Obſcuriùs, & per Hypallagen Hebraicè, in conſpectu meo viam tuam, id eſt, dirige me in viam tuam. At ſentētia prorſus vna. Via enim noſtra in conſpectu Dei dirigitur, quando via Dei & lex ante conſpectum noſtrum eſt recta, & æquabilis, vt ab ea minùs aberremus, quaſi dicat, Fac ſequar tua monita, fac inſiſtam tuis legibus, & inſtitutis, dirige viam tuam in conſpectu meo, ſiue ante me, ne labar, ne corruam, vel etiam impingam.

*c Pſal. 12. verſ. 5.*

11 *Quoniam non eſt in*. Nam nihil aliud expetūt, quàm

accuſ

accuſandi,& perdendi anſam. *Veritas*, rectum, rectitudo propriè, vt veritas hîc non tam opponatur falſitati, quàm vanitati,& iniuſtitię, nec tã pertineat ad intelligentiam, quàm ad mores. *Vanum eſt*. Prauitates, vel confractiones propriè. Cor eorum (ſiue in Heb. Medium eorum) eſt prauiſſimum, vel planè intentum confringendis,& vexandis hominibus. Cor pro cogitatione Metonym. A

12 *Patens*. Apertum, Eructans virulentiam, fœtidos, & deteſtandos ſermones proferens, exhalans fœtorem,& halitum ſycophantiæ. Vel guttur per Metonym. pro ſermone. *Doloſè*, blandè, adulatoriè, leniter B Prop. Ad verb. Linguam ſuam leniunt, ad lenitatem. & blanditias componunt, vt per blandas benedictiones faciliùs incautos fallant. Lingua vtuntur ad dolos, ad doloſè decipiendum, & circumſcribendum. *Iudica*. in malam partem, vlciſcere, euerte, diſperde. Eò hoc iudicium ſpectare Hebręa,& Chaldæa declarant, Vaſta, in ſolitudinem redige.

13 *A cogitationibus* A conſultationibus propriè, fruſtrentur ſuis conſiliis. *Expelle*, ſubuerte. *Irritauerunt*, rebellauerunt in te. Prop. Chald. Rebelles fuerunt verbo tuo. *Domine* ad numerum additur à 70. a *Omnes*, interiicitur præter Fontem ad Emphaſim. C

*a hic & ver. 15.*

14 *In eis*. Cum eis in æternum, per Zeug. vt eos protegas. Hinc Heb. obumbrabis eos, obteges. Alluſione ad tabernacula, quæ arcent æſtum, & cæteras aëris iniurias.

15 *Gloriabuntur*. Propriè, geſtient lætitia, mirè lætabuntur. *In te*, de tua benignitate, de tuis beneficiis. *Nomen tuum*, Nomen Dei, aliquando maieſtatem, potentiam, & alia eius epitheta ſignificat, b aliquando Deum ipſum c, *Benedices*, iuſtum fortunabis, replebis omnibus bonis, maximis afficies beneficiis, & D proſperitate.

16 *Domine vt ſcuto*. Veluti ſcuto, & armatura fauoris benignitatíſque tuæ circumdabis, vndique obuallabis,& proteges nos. Spiritũ ſanctũ intelligit Cyril. d Nec immutatur ſententia, ſi vertas ad verb. Vt ſcuto beneplacito (tuo) coronabis nos, vel iuxta Maſoretarum puncta, *eum*, iuſtum ſcilicet. נו, *Nu*, cum daghes hoc poſterius deſignat, at ſine daghes *Nos*.

*b Exod. 33. verſ. 9. Phil. 2. verſ. 19.*
*c Ioel. 2. ver. 32. Rom. 10. ver. 13. Deut. 28. v. 10.*
*d Ciri. lib. 9. c. 48. in Ioan. Spiritus. S. intelligitur.*

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Deum orat, vt ſe, & à morbo, & à peccato ſanet: exauditus autem, inimicis inſultat.*

## 1 In finem in carminibus, Pſalmus Dauid pro octaua. VI.

B DOmine ne in furôre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.
3 Miſerêre mei Dómine, quóniam infirmus ſum: ſana me Dómine, quóniam conturbâta ſunt oſſa mea.
4 Et ánima mea turbâta eſt valde: ſed tu Dómine vſquêquo?
C 5 Conuértere Dómine, & éripe ánimã meam: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam.
6 Quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inférno autem, quis confitébitur tibi?
7 Laborâui in gémitu meo, lauâbo per ſíngulas noctes lectum meum: láchrymis meis ſtratum meum rigâbo.
8 Turbâtus eſt à furôre óculus meus: inueterâui
D inter omnes inimîcos meos.
9 Diſcédite â me omnes qui operâmini iniquitâtem: quóniam exaudîuit Dóminus vocem fletus mei.
10 Exaudîuit Dóminus deprecatiônem meam: Dóminus orationem meam ſuſcêpit.
11 Erubêſcant & conturbêntur vehemênter omnes inimici mei: conuertântur & erubêſcant valde velôciter.

Geneb. in Pſal. C

1 Per *Octauam*,extremam iudicij diem multi accipiunt, A
Arnobius diem dominicum. Hebræi malunt eſſe ge-
nus Odæ,vel inſtrumenti muſici.
2 *Corripias*,caſtiges vt merui, abiiciendo, ſed potius
*a Iere.10.ve, 24.* paternè puniendo *a*, Nã pœna cum furore Domini eſt
intolerabilis:non deprecatur prorſus pœnam, ſed eam
vult paterna caſtigatione mitigari. Auguſt. & Grego-
rius furorem referunt ad inferni, iram ad purgatorij
pœnas. Chald.*ne in furore tuo percutias me*.
3 *Infirmus*, imbecillus, fragilis corpore & animo,ex-
ciſus propriè. *Conturbata ſunt*, territa ſunt, obſtupue-
runt.Sic ſequen.& 11.Adhibe mihi medicinã,quia iam B
dolor ad oſſa vſque peruaſit. Quin & animæ meæ vi-
res &facultates debilitatæ ſunt vehementer,vt iam ni-
hil agere valeam,præcipuum corporis mei robur mihi
ademptum eſt.Vel oſſa pro toto corpore, per Synecdo-
chen.Totum meum corpus commotum eſt & obſtupe-
factum doloris magnitudine & acerbitate, vt alibi,*E-*
*Pſal.50.10.* *xultabunt oſſa humiliata*,id eſt,membris & corpore exul-
tabo.Myſticum eſt illud Theodoreti, *Oſſa eſſe ratiocina-*
*tiones,quòd per oſſa animal dirigatur*.
4 *Valde*,metu iræ tuæ, vel potiùs ſenſu calamitatum
præſentium. *Sed tu Domine vſquequo?*Id patieris,vel quid C
ſimile per Apoſiopeſin ob πάθος. Quouſque ſic me per-
turbatum & miſerum relinques?
5 *Conuertere*.Reconciliare,placare,mihi eſto pacatus,
redi ad me.Eſt etiam hic Apoſiopeſis pathetica,vt ſub-
audiatur *ab ira*,vel *ad me*.
6 *In morte*.In loco & ſtatu mortis,non eſt qui te com-
memoret, qui tui faciat mentionem in bonum, ad te
ſcilicet adorãdum & colendum. Hebræi appellant ſæ-
pe mortem,ſtatum mortuorum in altero ſæculo.Mor-
*Mortui qui ſint apud Hebræos.* tuos autem intelligunt eos,qui ſunt in perditionis ſta-
tu. Nã Sanctos,quorum animæ in manu Dei ſunt,dor- D
mientes vel viuentes appellant,non mortuos: vel hoc
ipſo,quòd officiis multis magnam vtilitatem cõferant
*b 4.Reg.13.20.21.2.Mach.13.14.15.16.* in Eccleſiã *b*. *Quis confitebitur tibi?* Quis palàm & publi-
cè celebrabit,laudabit,efferet te?Idem ſenſus in illo E-
zechiæ *c*. *Quia non infernus confitebitur tibi*. Nam in infer-
no voces ſunt blaſphemantium Deum, non celebran-
*c Eſa.38.18.* tium.Quin etiam ſimpliciter eſt poëticum πάθος, vt *d*
*d Pſ.87.12. & 113.17.* *Non mortui, Domine, laudabunt te, ſed nos qui viuimus*,vt pro-
pter mali acerbitatẽ,tantùm reſpiciat ad ſtatũ mortuo-
rum externum,& vulgò apparentem. Hebræi autẽ Sy-



A necdochicòs iſta ſolent exponere de corporibus, non
de toto homine,quòd anima non moriatur. In morte
ergo non eſt tui memoria. Mortui.i. corpora mortua,
non te confitentur, neque memorant, quia ſenſu ca-
rent nedum intellectu. Auguſt. de ſalutari pœnitentia,
quia in hac vita tantùm eſt conuerſionis tempus, vt
hiſtoria Epulonis & Lazari oſtendit *a*. *a Luc 16.20.21.*
7 *Laboraui*.Laborare hic eſt affligi, fatigari ex Heb.
fatigatus ſum gemendo & ſuſpirando, fatiſco præ ge-
mitibus & ſuſpiriis. *Lauabo*,madefaciam largiter adeò,
vt præ copia lachrymarum lauari poſſit fletu meo. In
Heb, Hyberbole elegans, Vrinabo,mergam, natare
B faciam.id eſt,meo fletu opplebo lectum meum, etiam
noctibus,quod tempus tamen eſt quietis.
8 *Turbatus*.Vox, עששה *Haſeſa* etiam vertitur, caliga-
uit.corroſus eſt,velut à tineis (ab eis enim ſumitur me-
taphora) obtenebratus eſt.detritꝰ eſt.*A furore* tuo,pro-
pter furorem tuum, ſiue propter morbum furore tuo
immiſſum,vt initio Pſalmi,in furore tuo ne arguas me.
Alij ad precantem referunt.Quaſi caligat oculus meus,
præ indignatione mea,præ ira è maximo mœrore à me
concepta.Quod Hieronym.ſic expreſſit,Caligauit præ
C amaritudine oculus meus. Poſſit eſſe hypozeugma, *A*
*furore* inimicorũ meorũ,propter furorẽ inimicorũ meo
rũ turbatus ſum.Eclipſes variis modis cõcipiũtur & ex
plẽtur. *Inueteraui*,quaſi ſenio defeci inter tot inſultan-
tes hoſtes. Hebræa figuratè referuntur ad oculum:illic
enim pars pro toto per Synecdochen. Inueterauit,con
ſenuit( oculus meus) inter omnes meos vexatores,ſiue
cõſumptus eſt,defecit præſentibus,obſeruãtibus,&gau
dentibus inimicis meis.Triſtitia tanta cõfectus ſum,vt
canos cõtraxerim,ante ſenectutis meæ tẽpus, maximo
D inimicorũ meorum gaudio &ſpectaculo.Deinde 9.ſpe
ſe erigit,ſermone ad inimicos conuerſo. *Diſcedite*, &c.
*Inter*.Hebetata eſt acies oculorum meorum præ metu
hoſtium,vel videntibus inimicis meis & conſciis. A-
liqui,propter inimicos meos.
9 *Diſcedite à me omnes*.Per Apoſtrophen ad impios ver- *Precum fructus & finis exaudiri.*
ba exauditæ precis.Diſcedite igitur,&c. *Quoniam exau-*
*diuit*. fructus finiſque precis exaudiri. Quod imitati
ſunt interdum Pagani, in ſuis precationibus,affirman- *lib.2.de Pont. Eleg.1.*
tes exorata,quæ precabantur.Ouid *b*.

A *Quod precor eueniet. Sunt certa oracula vatum,*
*Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.*

Et Horatius in carmine ſæculari, *Hæc Iouem ſentire.* Vbi vetus interpres, *Ego Chorus reporto domum ſpem bonam, certámque, Iouem hæc ſcire, hæc velle, hæc ſentire.* Hic enim finis ſacri carminis, & in hæc verba deuotio ſoluebatur, quando diceret Chorus Iouem preces & vota exaudiuiſſe, & cæteros Deos, atque ſpe certa domum reuerti.

10 *Suſcepit.* Suſcipiet Heb. acceptã habebit & gratam.

11 *Valde velociter*, in momento, ſubitò, repentè, ſimuláτque audierint hoc nuncium. Incommodè recentiores hîc, vt aliis multis in locis, vertunt pronunciatiuè. B *Erubeſcent, conturbabuntur, conuertentur & erubeſcent.* Non enim aduertunt, præterita & futura eſſe omnium modorum pro ſententiæ commoditate & particularum exigentia atque appoſitione, *vt, dum, vtinam*: Futura autem eſſe plurimùm Imperatiui vel Optatiui modi, primò in precationibus, vt in his Pſalmis: ſecundò in mandatis & præceptis, vt, *Non occides*, id eſt, ne occidas: (Exo. 20. ver. 13.) Tertiò, quando expreſſè Imperatiuus præceſſit. Nam poſteriora tempora, & modi à præcedentibus concipiuntur, eorúmque rationem æmulantur. Hæc ex Elia C in Bahur aduerſum Gnoſticos.

---

ARGVMENTVM.

*Pro ſe contra Saulem orat, vt ipſe ob ſuam innocentiam ſeruetur, ille verò ob pertinaciam pœnas luat.*

## 1 Pſal. Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi filij Iemini. VII.

DOmine Deus meus in te ſperâui: ſaluum me fac ex ómnibus perſequentibus me, & libera me. D

3 Nequândo rápiat, vt leo, ánimam meam: dum non eſt qui rédimat, neque qui ſaluum fáciat.

4 Dómine Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt íniquitas in mánibus meis,





A 5 Si réddidi retribuéntibus mihi mala: décidam méritò ab inimícis meis inânis.

6 Perſequâtur inimîcus ánimam meam, & comprehêndat, & concûlcet in terra vitam meam: & glóriam meam in púluerem dedûcat.

7 Exûrge Dómine in ira tua: & exaltâre in finibus inimicôrum meôrum.

B 8 Et exûrge Dómine Deus meus in præcêpto, quod mandâſti: & ſynagôga populôrum circúmdabit te.

9 Et propter hanc in altum regrédere: Dóminus iúdicat pópulos.

10 Iúdica me Dómine ſecûndum iuſtítiã meam: & ſecûndum innocéntiam meam ſuper me.

11 Conſumêtur nequítia peccatorum, & díriges iuſtum: ſcrutans corda, & renes Deus.

12 Iuſtum adiutórium meum à Dómino: qui ſal-
C uos facit rectos corde.

13 Deus iudex iuſtus, fortis, & pátiens: numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

14 Niſi conuérſi fuéritis, gládium ſuum vibrâuit: arcum ſuum tetêndit, & parâuit illum.

15 Et in eo parâuit vaſa mortis: ſagíttas ſuas ardéntibus effêcit.

16 Ecce partúriit iniuſtítiam, concêpit dolôrem: & péperit iniquitâtem.

D 17 Lacum apéruit, & effódit eum: & íncidit in fóueam, quam fecit.

18 Conuertêtur dolor eius in caput eius: & in vérticem ipsîus iníquitas eius deſcêndet.

19 Confitêbor Dómino ſecûndùm iuſtítiam eius: & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

A

1 *Pſalmus*.שִׁגָּיוֹן *Sigaión*,propriè oblectatio,genus carminis ab oblectando.Sic enim ſe conſolabatur in rebus aduerſis. כוּשׁ *Chus*, ſiue כּוּשִׁי *chûſi* Æthiops. & ſic Aquila & Hieronymus vertunt. Sic Saulem Beniaminium obſcurè deſignat,quaſi hominem atrũ & malum, qua locutione poëta Latinus,*Hic niger eſt,hunc tu Romane caueto*,id eſt,prauus,vt cum Callimachus & Naſo ſuum inimicum vocarunt Ibin. Adde *Iemini* fuiſſe tritauum Saulis *a*.

a 2. *Reg*.9. *verſ*.1.

B

2 *Speraui*.Aliqui putant eſſe præteritum pro præſenti *ſpero*.Sed maior eſt vis in præterito.Nam etiam includit præſens,& habitum animi,non actum ſignificat.

3 *Nequando*,ne fortè.*Animam meam*.Me per Synecdochen,vel vitam meam,per Metonym. Vtráque ſignificatio paſſim locum habet in hac lingua.Sic apud Cicer. Catil.4.*anima* pro vita,& *amittere animam*, id eſt,vitam, dixit Saluſtius.

4 *Iſtud*,quod mihi imponitur,quod de me ſpargitur, vt reddar odioſus populo. Apoſiop. Crimen perduellionis ei obiiciebatur.*Iniquitas*, quam de me ſuſpicatur Saul.De innocentia facti loquitur,non perſonæ. Alioqui omnes ſumus peccatores & gratia Dei indigemus.

C

5 *Retribuentibus mihi*,in malum. Nocentibus mihi, lædentibus me.Nam *mala* regitur à verbo *reddidi*: vel cõſtruitur cum vtroque per Zeugma, ne laceſſitus quidẽ, vindictam perſecutus ſum,malum bono vincere conatus. Quia vindictam priuatam prohibuiſti *b*, Hoc vocabulum ſæpe impropriè vſurpatur,pro tribuere.Alioqui, qui malum aut bonum primus infert, is tribuere dicitur,retribuere verò, ſiue reddere, qui datis parem vicem tribuit,quíque beneficiorum aut iniuriarum viciſſitudinem reddit.שָׁלַם *shalam* etiam ſignificat pacifico meo malum(id eſt,habẽti mecum pacem)& oppreſſi anguſtantem me vanè ſiue immeritò, vt hoc Aduerbium *Vanè* conſtruatur cum proximo Participio, non cum Verbo *Decidam*,ne eos comprehendam.Optatiuè. Sim fruſtratus ſpe illos vincendi,ſi feci iſtud *c*,me inimici mei fruſtrentur expectatione mea, bonis, quæ à te ô Domine,expecto.*Inanis*,vacuus,inani ſpe affectus, Ad verb *Etiam premam vel ſtringam vel ſpoliem inimicos meos*

b *Deut*. 32. *verſ*.35.

D

c vt *Pſal*.5. *verſ*.13.





A *inaniter*.Maſoretæ maluerunt ſententiã diuidere,& Vau notare per Camets,vt eſſet conuerſiuum, fierétq; redditio in ſequenti verſu.(*Si*)& oppreſſi vel ſpoliaui inimicum meum fruſtrà,perſequatur ille vitam meã.Alij etiam vertunt (*ſed*) liberaui arctantem me gratis. Vt quando Dauid Saulem ab hoſtibus eripuit, & cum occidere potuiſſet,pepercit *a*.

a 1.*Re*.24.*v*.7.8 & 26.10.11.

6 Se deuouet, ſi teneatur crimine ſibi impoſito, vitæ amiſſione & famæ. *Conculcet*, adimat mihi vitam turpiter.*In terra*,Heb.in terram,ſternat in terram & conculcet. *Gloriam* decus, *honorem*, famam, exiſtimationem meam.Aliqui regij faſtigij ſpem. Alij animam metaphoricè, quod ſit hominis gloria & dignitas. *In puluerem*,deprimat & deiiciat ignominioſiſſimè,velut in nihilum redigat. Puluerem vocat humilem & abiectam

B conditionem *b*,vel ſepulchrum. Primum proſternat in terram,deinde habitare faciat in puluere.

b vt *Pſ*.113. *verſ*.6.

7 *Exaltare*. Sublimem & excelſum te oſtende, potentiã declara in finibus,regionibus,& quaſi tranſitibus inimicorum meorum,eos ſcilicet mihi ſubigendo,ſternendo,& in terram deijciendo,*In finibus*,in tranſitibus, propriè,Dum tranſeunt in nos.Alij non tam appoſitè, in indignationibus. Nam עָבַר *Habar*, & tranſire, & iraſci.

8 *In præcepto*.Pro præcepto quod mandaſti,propter legem,quam poſuiſti,& vt tueare decretum,quod ſanxi-

C ſti, exurge. Tum multi populi ad te confluent; téque ſtipabunt,vt liberatorem, vindicem & patronum, & ſequentur cultum tuum. Vel, ſecundum præceptum & iudicium,quod mandaſti,Præſta quod faciendum aliis præcepiſti,nempè vt neminem ſinant iniuſtè opprimi: Vt ſubaudiatur altera particula *che* כ ſecundum, iuxta. Fac mihi iudicium qui iudicium & iuſtitiam præcepiſti.Chald.*Accelera mihi iudicium,quod mandaſti*. Eclipſes ſcilicet variè implentur.Poſſit *in* ſumi pro *per*.Per præceptum.In adiurationibus & obteſtationibus vtuntur

D præp.*be* ב,in,vt nos Prep.*Per.Synagoga populorum*,è multis populis collecta.Periphraſis Eccleſiæ.

9 *Et propter hanc*, Synagogam, & cœtum fidelium. *In altum*,in tribunal & ſolium iudicij tui redi, vbi,Domine,iudicas populos.Eſt enim mutatio perſonæ.Quamdiu differt ſupplicia impiorum, videtur reliquiſſe

iuſtitiæ ſuæ ſolium. Ad illud reuertitur, quando infert A
10 *Super me*. Quæ ſup. ſuper me eſt, quæ eſt in me, id eſt
qua innocentia & integritate ſum præditus: non ſim-
pliciter, ſed comparatè. Non ſibi (inquiunt Græci) tri-
buit vniuerſalem iuſtitiam, ſed eam dumtaxat, qua ab
ijs, quos numquàm læſerat, violabatur, id eſt, loquitur
*a 1. Reg. 24. ver. 12.* de iuſtitia ſua erga Saulem, dum ei nihil nocuit *a*, non
erga Deũ, in quem omnes ſumus iniuſti & peccatores. *b*
*b Pſ. 142. v. 2.* 11 *Conſumetur*. Peribit iniquitas impiorum, ô Deus, qui
ſcrutaris corda & renes, id eſt, mentes, & animi affectus.
Metonymicè. Nam affectuum & cupiditatum ſedes eſt B
in renibus, vt cogitationum in corde. Optanter in fon-
te. Conſumatur quæſo, & dirigas iuſtum, ſiue ſtabilias,
ô Deus renum & cordium ſcrutator. Sed in futurum in-
dicatiui ſubmutarunt, vt oſtenderent huiuſmodi con-
tra impios preces ſæpe eſſe prædictiones, & prophe-
tias, potius quàm imprecationes, id eſt, pium non ſem-
per imprecari, ſed prædicere euentura inimicis Eccle-
ſiæ, Euthym. paſſim.
12 *Iuſtum*. Maſoretæ iungunt cum fine proximi verſus,
non tam aptè, *Deus iuſte*, deinde verſum ordiuntur, *Ad-
iutorium ſiue ſcutum meum ſuper Domino*. Clypeus meus C
Deo nititur. Clypeus meus Deus eſt, id eſt, protectio,
defenſio, præſidium, ſuprà enim ita locutus eſt. Sed
mutat locutionem, vt fiduciam ſuam, quam in Dei præ-
ſidio habebat, ſimul demonſtraret.
13 *Fortis & patiens*. Periphraſis nominis אל El, vnius è
Decem diuinis. Huic enim vni in Hebræo iſta duo in
noſtra editione Græca & Latina reſpondent. *Numquid*
hanc particulam interpoſuerunt, vt docerent Hebraica
eſſe per interrogationem accipienda. q. d. non. Alij ta-
men enunciantèr. Et Deus iraſcens quotidie (impiis) id
eſt, omnibus tẽporibus. Per iram, pœnas intelligit Eu-
*Ira non eſt in Deo, niſi in effectu.* thy. Ira enim non eſt in Deo, per modum paſſionis, ſiue D
perturbationis, ſed quatenus ab eo in impios manat. Sic
Chald. *Iraſcitur tota die contra impium*. Alij minas. q. d. mi-
natur diu antequam puniat, vt liceat per tempus reſi-
piſcere.
14 *Niſi*. Hypotypoſis Dei irati, Niſi reſipuerit impius,
gladium ſuum acuet Deus ſcilicet. Etſi aliqui referant
ad Saulem. *Vibrauit*, acuet prop. ad vibrãdum videlicet.
15 *In eo*, arcu. Euthymius, in eo ſupplicij genere. Alij
in



A in arcu, gladio & cæteris prædictis. Heb. ולו *Velo*, patitur
alias interpretationes. Nempe ſibi ipſi, apud ſe para-
uit inſtrumenta & tela mortifera. *Vaſa mortis*, tela leta-
lia, inſtrumenta mortifera. *Ardentibus*, ardenter perſe-
quentibus. Sic Virgil. *Inſtant ardentes Tyrij*, Et *ardet
in arma magis*. Ita nihil neceſſe Neotericos vertere,
*Perſequentibus*, cum Chald. *Contra eos, qui ardenter iuſtos per-
ſequuntur, ſagittas fabricabit*. Contra ardentes, violentos,
ira, odio libidine inflãmatos. Sic Paulus ait *a*, *Iuſto lex* *a 1. Ti. 1. v. 9.*
*non eſt poſita*, id eſt, contra iuſtum. Vox Hebræa דלק *Da-
lak* & ardere & perſequi.
B 16 *Parturiit*, cogitauit Euthym. De impio, qui molitur
varia, metaphoram à grauida & fouea ducit. In hac au-
tem Hypotypoſi hominis eſt Hyſterologia. Primum
enim eſt concipere, ſecundum parturire ſiue eniti, po-
ſtremum parere. Eſt ergo ſenſus, quem Hieronymus
expreſſit: Ecce parturijt iniuſtitiam, poſtquàm dolo-
rem ſiue afflictionem de alieno bono concepit, tan-
démque peperit. Qui ordo etiam in agendo ſeruatur.
Nam improbus concipit, primum dolorem (id eſt, af-
flictionem, qua afficiat iuſtum actiuè) inde meditatur,
C ac velut parturit nocendi artes & occaſiones: denique
erumpit in actum, & veluti parit, atque perficit iniqui-
tatem conceptam, indéque diu agitatam & conſtitu-
tam.
17 *Lacum*. Secunda ſimilitudo exitij. *Lacum*. Scrobem &
foſſam excidit quidem, in quam probi labantur: at ip-
ſe iuſto Dei iudicio, probis ſaluis, in eam decidet. Sic
appellat tecta & arcana conſilia Saulis, quæ ſint con-
ſultoribus & auctoribus ſuis pernicioſa, q. d. Studijs,
artibus, conſilijs & operibus ſuis, impius perit. *In fo-
D ueam*, in perditionem, quam aliis ſtruxit.
18 *Dolor*. Actiuè, afflictio, ſtudium & conatus nocendi,
ipſum potius quàm iuſtos lædet: vt Hamã *b*, Perſas Da- *b Eſt. 7. v. 9. 10.*
nielem leonibus obiicientes *c*, Babylonios tres pueros
in fornacem rapientes *d*, *Iniquitas*, violentia, vel iniu- *c Dan. 9. v. 24.*
ria, qua me afficere conatur.
19 CELEBRABO Dominum palàm propter *d Dan. 3. v. 22.*
iuſtitiam, qua impios iuſtè punit, pios libe-
rando, vel gratias agam. Nam
*conſiteri*, & laudare publicè
& agere gratias.

A

## ARGVMENTVM.

*Dei magnitudinem prædicat à miris eius operibus, præſertim hominis, atque adeò Christi exaltatione*, Pſal. eſt Propheticus.

## 1 In finem pro torcularibus, Pſalmus Dauid. VIII.

B

DOmine Dóminus noſter: quàm
admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra.
3 Quóniam eleuâta eſt magnificéntia tua ſuper cœlos.
4 Ex ore infántium & lacténtium perfecîſti laudem propter inimîcos tuos: vt déſtruas inimîcum & vltôrem. C
5 Quóniam vidêbo cœlos tuos, ópera digitórum tuôrum: lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.
6 Quid eſt homo, quòd memor es eius: aut fílius hóminis, quóniam vífitas eum:
7 Minuîſti eum paulóminus ab ángelis, glória & honôre coronaſti eũ: & conſtituîſti eum ſuper ópera mánuum tuârum.
8 Omnia ſubiecîſti ſub pédibus eius, oues & boues vniuérſas: ínſuper & pécora campi. D
9 Vólucres cœli, & piſces maris: qui perámbulant ſémitas maris.
10 Dómine Dóminus noſter: quàm admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra.

1 Torcul



A 1 *Torcularibus.* A forma ſic quoddam Muſicum inſtrumentum vocatum dicunt, Heb. גתית *Gittíth*, à qua vox Gallica, *Guiterne*, non valde abludit. Quamquam in his non admodum anxiè ſe habendum eſt, quoniam tituli, & inſcriptiones Pſalmorum, modum dumtaxat canẽdi oſtendebant. Ad initium Pſalmi 4. ſuprà.

2 *Dominus.* Domini noſtri, pluraliter, ob tres diuinas perſonas. *Nomen tuum*, quàm glorioſa, magnifica, illuſtris memoria tui, gloriæ celebritas, fama, & dignitas. Aliqui, virtus tua, & poteſtas. Nam, *Nomen* Heb. tam latè patet. Poſſit notatio retineri, vſque vocabuli, vt ſit alluſio ad illud a. *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Agnitio nominis tui eſt admiranda. Tu, qui Deus (יהוה *Iehuè*) nominaris, es ſupra modum mirabilis. Dei nomen, & vocabulum includit omnem perfectionem, atque præſtantiam, ſummum bonum, ſupremam cauſam, vniuerſam, alterius non indigam, &c. *Admirabile* autem congruit. Nam inter ea eſt, quę de Deo enunciari natura duce, ſiue naturæ lumine demonſtrat Ariſtoteles 12. Methaphyſic. *Subſtantia prima, æterna, immobilis, ſuapte natura actus, omnis materiæ, & poteſtatis patientis expers, mouens inſtar rei expetendæ, & adamatæ, neceſſaria, ſimpliciter, immutabilis, principium, princépſque cauſa, à qua cœlum & natura vniuerſa dependeant, in optimo ſemper ſtatu manens, omnia ſciens, contemplans, & quidem perfectiſsimè, infinita, omni magnitudine, ſiue mole vacans, diuiſionis expers, denique Deus admirabilis.* Quibus fidei, & Scripturarum lumen præſtantiora, & ſaluti viciniora ſuperſtruit, eſſe Trinum, lumen inacceſſum, omnipotẽtem, fontem omnis boni, & perfecti, creatorem viſibilium omnium, & inuiſibilium, miraculorum effectorem, cauſam rerum liberrimam, non primam modò, ſed & proximam, & immediatam, non vniuerſam tantùm, ſed & propriam, conſeruatricem, proſpectricem, remuneratorem legis, & Euangelij datorem, Scripturarum inſpiratorem, &c. ad quæ Philoſophus naturæ luce pertingere non poteſt diſtinctè.

*Tres perſonæ Diuinæ deſignantur.*

*a Geneſ. 32. verſ. 28.*

*Deus quid ex Ariſt.*

*Quid Deus ſit fidei humanæ cognitus.*

3 *Quoniam eleuata eſt.* Obſcuritatem Hebraicam illuminarunt. Ibi enim eſt Infinitiuus pro Indicatiuo. *Quoniam*, (*vel qui*) ponere, (id eſt, poſuiſti,) *maieſtatem tuam ſuper cœlos*, (ſuperiorem cœlis, vltra cœlos,) id eſt, ſupra modum, ſupra fidem, in immenſum.

Nam

A

Nam quod cœlos excedit, non tam amplum eſt, & vaſtum, quàm immenſum. Tam ampla eſt tua maieſtas, vt omnia vbique repleat, omnia excedat, etiam ipſos cœlos. Sublimior eſt cœlis, extenditur longè latéque extra cœlos. Genus Hyperbolæ Hebraicæ, quæ hanc ſuperat. *It clamor cœlo.* Nam parum congruenter linguæ, *In cœlis*, vt ſit ſententia. Argumenta tuæ gloriæ, & maieſtatis ſunt ea, quæ apparent in cœlis. *Magnificentia*, maieſtas. Non enim hic dicit actionem, ſed qualitatem.

4 *Ex ore.* Aſynthetum (Et) ex ore. Altera ratio, cur Dei nomé mirabile. Vel narrat ſimpliciter, in quibus appareat Dei magnificentia, & virtus, maximè in terra, non

B

certè in potētibus, nō in nobilibus, nō in fortibus, ſed infirmis, ignobilib. contēptibilibus *a*. Tales enim primùm amplexi ſunt Chriſtū confeſſi ſunt, & ad cæteros detulerunt. *Laudem*, tuam, & Chriſti tui aptā confeciſti. Explicant metaphoram Heb. *Fundaſti (tuam) fortitudinem*, id eſt, firmaſti, ſtabilem declaraſti, perfectè laudabilem feciſti potentiam tuam, dum ex ore infantium gloriam tuam exprimis. Nam fortitudo Dei non fundatur, neque ſtabilitur propriè ab aliquo, ſed per infantes, infirmos, & imbecilles, idiotas, & ſimplices eā fundare dicitur, quando per illorum teſtimonia commendat, laudabilem efficit. Eſt enim alioqui eſſen-

C

tialiter, & neceſſariò fortis ac potens. Quare & ſic citatur à Chriſto *b*, vbi ad literā infantes, & lactentes, id eſt, ſugentes vbera materna, videntur intelligi. Totus enim ille Chriſti in Hieruſalem ingreſſus deſcribitur, vt plenus miraculis. Adde laudes à fortitudine, & viribus duci. Alij infantes interpretantur ſimplices, pauperes, & idiotas metaphoricè. Auguſtinus Apoſtolos ipſos, quos cōſtat fuiſſe rudes, & illiteratos. *Vt deſtruas*, vt condemnes, vt pudore, & ignominia afficias, *vt confundas c*. Vel etiam vt perdas, & vlciſcare hoſtes tuos,

D

& qui tuæ gloriæ præcones inſectantur, cuiuſmodi erant Scribæ, & Phariſæi, id eſt, vt iuſtam rationem habeas, haberéque te oſtendas eos delendi, & perdendi. Nam vniuersè id in fonte, *ad ceſſare faciendum*, vt ceſſare facias impugnationes, minas, verba, blaſphemias hoſtis tui, & ſe vlciſcentis. *vltorum*, vlciſcentem ſe prop. Epithetum potentis, & faſtuoſi, qui iracundus eſt, ſuis affect

*a* 2. *Cor.* 1. *verſ.* 26.

*b* *Math.* 21. *verſ.* 11.

*c* 1. *Cor.* 1. 27



A

affectibus, & furoribus indulget, vt brutum ſolo naturę impetu ad rem moleſtam abreptum.

5 *Quoniam videbo*. Cohæret cum conſequenti 6. Quoniam videbo cælos, quoniam intromittar in cœlum, vt illic te, & tua opera propiùs contempler: quanti eſt homo, vt ſic eius memineris, ac in cœlos volueris eum peruenire? Miratur Dei gratiam, qui hominem tam vilem, & abiectum eò dignetur euehere. Recentiores in præſenti, & de mirabili Dei opificio in vſum hominum producto. Quando, quoties video cœlos. *Digitorum*, id eſt, potentiæ per Methaph *a*. Quamquam poſſit eſſe myſterium Filij, & Spiritus Sancti, qui ſunt Dei Patris quaſi digiti, per quos omnia facta ſunt, vt con-

B

ſubſtantiales, & vires naturales. Sic in Eſaia: *Tribus digitis appēdit cœlum Deus*, id eſt, Diuina eſſentia, ſiue Deitas, Patre, Filio, & Spiritu Sancto omnia portat, & continet. *Lunam*, Solem prætermiſit, quoniam noctu ad Lunam, & ſtellas iſta condebat. *Fundaſti*, fixiſti in ſuis cœlis, & orbibus.

6 *Quid*. Per Mioſin quantula res homo. *Filius hominis*. Sic hominem vocant per contemptum. Tamen Auguſ. diſtinguit, vt indicet Chriſtum Filium Virginis factū, *Homo* autem cęteros mortales. *Quoniam viſitas eum*. Quo-

C

niam eū tam ſtudioſè curas, ac tanta prouidentia proſequeris. Aliqui ad excellentiam hominis, in qua initio conditus eſt, vt orbi præeſſet, reſtringunt. *Viſitare*, eſt ornate, affectu complecti, & officiis.

7 *Minuiſti eum paulominus*. Probat à perſona Chriſti in genere, hominis dignitatem, & præſtantiam. *Minuiſti eum*, in perſona, ſcilicet Chriſti, (tranſit enim à ſpecie ad indiuiduum, ſie perſonam *c*,) pauliſper infra Angelorum honorem, & gradum, ἐνδεχέ[illegible], breui, & modico tempore paſſionis *d*. Aliqui, *Modicò minuiſti*,

D

id eſt, re modica, nempè forma ſeruili, & humana, mortali, & patibili. *Paulominùs*, parū minuiſti, parua re. Hoç maximè homo ab Angelo differt, quòd habeat corpus. Detrahe corpus, & erit ſpiritus, ſiue ſpiritalis ſubſtantia. Paulò minorem feciſti eum Angelis, quòd ei corpus vltra Angelos prębueris: vel pauliſper, pauco tempore, nempè vitæ iſtius, quæ breuiſſima eſt comparatione futuræ, in qua perpetuò homo factus erit Angelis æqualis pro ſuo modulo *e*, vel certè ſimilis *f*. Nam

מעט

*Filius, & Spiritus Sanctus digiti Dei Patris.*

*a* *Exo.* 8. 19.

*b* *Eſa.* 40. *verſ.* 12.

*c* *Heb.* 2. 9.

*d* *Heb.* 2. 9.

*Homo ab Angelis in quo differat.*

*e* *Luc.* 20. *verſ.* 36.

*f* *Math.* 22. *verſ.* 30.

מעט, *Mehat*,& ad tempus,& ad qualitatem. *Ab Angelis,* A
infra Angelos. A Diis,ad verb.feciſti eum ſecundum à
Diis,ſiue diuinis Angelis,paulóq; minoré. Sic אלואים,
*Elohim* , ſumi hoc loco Chaldæus , R.Moſes in More,
Kimhi, & reliqui ferè Hæbræi docent, quamuis ſola
auctoritas Septuag.& Pauli ſufficiat. Temerè ergò No-
uatores noſtri *à Deo* interpretantur: maximè cùm non
paululùm,ſed infinitè, homo Deo ſit minor. *Gloria &*
*honore coronaſti* , decoraſti, propriis gratiis, & donis
ſingularibus,imagine,& ſimilitudine tui,filiorum ado-
ptione,vitæ beatæ, & immortalis participatione, pro- B
*a Mat.28.* pri prouidétia, rerumdominio,&c. *Conſtituiſti.* Ad verb.
*verſ.18.* *Dominari feciſti.* Dediſti ei poteſtatem ſuper omnia tua
*b Eph.1.22.* opera *a*.
*c Ioan.17.2* 8 *Omnia.* Electos *b*. Omnem carnem *c*. Quæ ſub terra
*d Phil.2.10.* ſunt *d*. Omnes gentes,& terminos terræ *e*. Omnes po-
*e Pſal.2.8.* teſtates in cœleſtibus *f*. Ita vt nihil excipiatur, quod
*f Eph.1.20.* ipſi non ſit ſubiectum *g*. Niſi ille,qui ſubiecit ipſi om-
*1.Petr.3.* nia *h*. Idque ſecundum humanã formam. Nam ſecun-
*verſ.22.* dum Verbi potentiam indifferenter omnia, quæ habet
*g Heb.2.8.* Pater,etiam habet Filius, *Sub pedibus eius*, ſub dominatu
*h Cor.15.27* humanitatis eius. Sedul. *Oues*, per diſtributionem ſupe- C
riorem Prolepſim illuſtrat. *Et pecora.* quinetiam anima-
lia fera, & agreſtia, in campis,& agris, non domi,& in
ſtabulis verſantia: quæ cicurari non poſſunt,aut ferita-
tem abiicere. *Oues,& boues*, beſtias cicures,& domeſti-
cas, Synecdochicõs.
9 *Qui perambulant.* (Quorum vnuſquiſque) tranſit pro-
priè è R. Selomo. de omnibus, quæ in aquis degunt.
Aeria etiam, & aquatilia ei ſubiecit, ad quorum loca,
& elementa natura conditionéque ſui corporis, non
videbantur poſſe peruenire.
10 *Domine Dominus.* Eodem Epiphonemate concludit, D
quo cœperat, præ benignitatis Dei erga hominem ſtu-
pore, ſiue ad Chriſtum, ſiue ad vniuerſum humanum
genus reſpicias.

---

ARGVMENTVM.

*Gratias agit Deo, quòd ſe, & alios afflictos ab hoſtium iniu-*
*ria tueatur, orat vt id perpetuò faciat, impios euertens, & pios*
*inopes defendens. Quare hic Pſalmus in duos apud Heb. ſecatur.*

1 In



A

# 1 In finem pro occultis filij, Pſalmus Dauid. IX.

CONFITEBOR tibi Dómine in to-
to corde meo: narrâbo ómnia mira-
bília tua.
3 Letâbor,& exultâbo in te: pſallam
nómini tuo Altíſſime.
B 4 In conuertêndo inimîcum meum retrórſum:
infirmabûntur,& peribunt à fácie tua.
5 Quóniam feciſti iudícium meum, & cauſam
meam: ſediſti ſuper thronum, qui iúdicas iuſtî-
tiam.
6 Increpâſti Gentes, & périit ímpius, nomen
eôrum deléſti in ætêrnum, & in ſæculum ſæ-
culi.
7 Inimíci defecêrunt frámeæ in finem: & ciuitâ-
C tes eôrum deſtruxîſti.
8 Périit memória eôrum cum ſónitu: & Dómi-
nus in ætêrnum pérmanet.
9 Parâuit in iudício thronum ſuum, & ipſe iudi-
câbit orbem terræ in æquitâte: iudicâbit pópulos
in iuſtítia.
10 Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi; ad-
iútor in opportunitátibus, in tribulatióne.
D 11 Et ſperent in te, qui nouêrunt nomen tuum:
quóniam non dereliquîſti quærêntes te Dó-
mine.
12 Pſállite Dómino, qui hábitat in Sion: annun-
ciâte inter Gentes ſtudia eius.
13 Quóniam requîrens ſánguinem, eôrum re-
cordâtus eſt: non eſt oblitus clamórem paû-
perum.

Miſerêre

14 Miſerére mei Dómine: vide humilitátem A
meam de inimícis meis.
15 Qui exáltas me de portis mortis: vt annún-
ciem omnes laudatiónes tuas, in portis filiæ Sion.
16 Exultabo in ſalutári tuo: infixę ſunt Gentes
in intéritu, quem fecêrunt.
17 In láqueo iſto, quem abſcondêrunt: compre-
hênſus eſt pes eôrum.
18 Cognoſcêtur Dóminus iudícia faciens: in
opéribus mánuum ſuárum comprehênſus eſt B
peccator.
19 Conuertântur peccatôres in inférnum: om-
nes gentes, quæ obliuiſcûntur Deum.
20 Quóniam non in finem oblíuio erit páuperis:
patiéntia páuperum non perîbit in finem.
21 Exûrge Dómine, non confortêtur homo:
iudicêntur Gentes in conſpêctu tuo.
22 Conſtítue Dómine legiſlatôrem ſuper eos:
ſciant Gentes, quoniam homines ſunt.
C

*Pſal. 10. ſecundum Hebræos.*

23 Vt quid Dómine receſsîſti longè: déſpicis in
opportunitátibus, in tribulatióne?
24 Dum ſupêrbit impius, incénditur pauper:
comprehendûntur in conſiliis, quibus cógitant.
25 Quóniam laudâtur peccâtor in deſideriis áni-
mæ ſuæ: & iníquus benedícitur.
26 Exacerbâuit Dóminum peccâtor: ſecûndum
multitúdinem iræ ſuæ non quęret.
27 Non eſt Deus in conſpêctu eius: inquinâtę D
ſunt viæ illius, in omni témpore.
28 Auferûntur iudícia tua à fácie eius: ómnium
inimicôrum ſuôrum dominábitur.
29 Dixit enim in corde ſuo: Non mouêbor à
genera



A generatióne in generatiónem, ſine malo.
30 Cuius maledictióne os plenum eſt, & amari-
túdine & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.
31 Sedet in inſídiis cum diuítibus: in occûltis, vt
interfíciat innocêntem.
32 Oculi eius in paúperem reſpíciunt: inſidiâtur
in abſcóndito, quaſi leo in ſpelûnca ſua.
33 Inſidiâtur, vt rápiat paúperem: rápere paúpe-
rem, dum áttrahit eum.
B 34 In láqueo ſuo humiliâbit eum: inclinâbit ſe, &
cadet, cùm dominâtus fúerit paúperum.
35 Dixit enim in corde ſuo, oblítus eſt Deus: a-
uêrtit faciem ſuam, ne vídeat in finem.
36 Exúrge Dómine Deus, & exaltêtur manus
tua: ne obliuiſcâris paúperum.
37 Propter quid irritâuit ímpius Deum: dixit e-
nim in corde ſuo, Non requîret.
C 38 Vides, quóniam tu labôrem & dolôrem con-
ſíderas: vt tradas eos in manus tuas.
39 Tibi derelíctus eſt pauper: órphano tu eris
adiûtor.
40 Cóntere bráchiū peccatôris & malîgni, quæ-
rêtur peccâtum illíus, & non inueniêtur.
41 Dóminus regnâbit in ætêrnum, & in ſæcu-
lum ſæculi: perîbitis Gentes de terra illîus.
42 Deſidérium paúperum exaudîuit Dómi-
nus: præparatiônem cordis eôrum audîuit auris
tua.
D 43 Iudicâre pupíllo & húmili: vt non appônat
vltrà magnificâre ſe homo ſuper terram.

1 *Pro occultis.* Rectè,ſi vnica dictione legatur, עלמות, A
*haalmuth*.vt & legunt R. Selomo, R. Kimhi, Aquila,
Theodotio, At in nonnullis exemplaribus legitur dua-
bus,על-מות *hal-Muth*. vnde veteres Hebræi, Chaldæus,
Symmachus, Hieronymus interpretantur, *ſuper morte fi-
lij*, quò Chriſtus intelligatur. Alij initium fuiſſe carmi-
nis, ad cuius melodiam & conſonantiam fuerit decan-
tandus Pſalmus, Alij certum inſtrumentum muſicum.
2 *Confitebor tibi Domine.* Palàm & publicè celebrabo
te, vel, gratias tibi agam, Cõfiteri, in publico profiteri, B
celebrare, gratias palam agere. *Mirabilia*, miracula om-
nipotentiæ tuæ, bonitatis ſymbola, vel admirabiles
tuas erga me actiones & ſtudia.
3 *Lætabor & exultabo in te.* Non ſolùm animo lætabor,
ſed & corpore geſtiam. *In te*, in tua clementia, benigni-
tate, ope. *Pſallam*, fidibus canam tuum nomen, tuám-
que maieſtatem carminibus celebrabo, id eſt, te. *Altiſ-
ſime.* Vocandi caſus. Eſt enim, עליון, Helion, vnum è de-
cem diuinis nominibus. O celſiſſime, ô ſupreme Deus.
4 *In conuertendo inimicum.* Quando retrò verteris caput C
& principem inimicorum meorum, ( Saulem, Satha-
nam, &c.) reliqui debilitabuntur, imò verò peribunt
ante te. Auxeſis. *Infirmabuntur*, corruent propriè. reliqui
ſcilicet. Ideo enim mutat numerum. Et ſi alij putẽt, *ini-
micum*, ſingulariter dictum per Synecdochen pro inimi-
cis. *A facie tua*, ne amplius à te videãtur, & ante te impia
gerant, Alij, tua potentia & viribus, non meis.
5 *Quoniam feciſti iudicium.* Quoniam me es vltus, nunc
pro iuſti iudicis tribunali ſediſti, ac iuſti iudicis partes
es executus. *Cauſam meam*, vindictam meam, דין *Din*, iu-
dicium, quo quis abſoluitur, vel damnatur. Sic, *Dinu*, &
cauſa, & vindicta. *Qui iudicas iuſtitiam*, iuſta, vel iuſtè, in D
iuſtitia, ſecundum iuſtitiam. Paſſim apud Heb. Subſtan-
tiua pro Aduerbiis.
6 *Increpaſti*, perdidiſti, per Metalepſin. Deus increpat
& obiurgat immiſſione grauium pœnarum & terro-
rum.
7 *Inimici.* In Septuag. eſt Genitiui caſus, vt cõſtruatur
cum ſequenti Subſtant. & ſic etiam aliqui Rabbinorum
intelligunt. Frameæ ſiue gladij inimici mei in perpe-
tuum periêre. Iux ta Hebræo, poſſit etiam eſſe Vocati-
ui. O hoſtis, deſiêre ( tuæ ) vaſtationes, tandem finem
accep



A accepêre. De diabolo intelligit Athanaſius. *Frameæ*, ge-
nus gladij, חרבות *Horaboth*, quidem per Hateph camets,
ſolet ſignificare deſerta, vaſtitates & ſolitudines, ſed
rectiùs hîc gladios, idem quod, חרבות, *Haraboth* per Ha
teph pathah. Quo puncto etiam legit Ionas Labrati, &
ita reperiſſe ſe in libro peruetuſto ſcribit. *Ciuitates*. non
tantùm hoſtis gladios & arma, omnémque nocẽdi po-
teſtatem, verùm etiam ciuitates, quibus cõfidebant, de-
ſtruxiſti, vt memoria illorum, cum ipſis perierit. *In fi-
nem*, in perpetuum, vt de reſtitutione nulla ſit ſpes, &
ſic Heb. *Eorum*, eius. Enallage Numeri poëtica.
B 8 *Cum ſonitu*, celerrimè & citiſſimè. Sic explicarunt
Emphaſim fontis, Periit memoria eorum, ipſorum, ſiue
( & ) ipſi, id eſt, cum ipſiſmet, tam ipſi, quàm ipſorum
memoria & veſtigia. Quamquam המה, *hama*, legi poſſit,
non, המה *Hemma ipſi* à rad. המה *hama hamitha. ſonuit*, cum
Eclipſi Præp. ( cum ) ſono, ( cum ) fremitu.
9 *In iudicio.* Præpoſ. *In* Latinè redundat, vt ſæpè aliâs.
Adornauit, aptauit, firmauit, & muniuit iudicio, iure &
iuſtitia ſuum ſolium & tribunal, ne quis putet ſe iudi- *Deus iudex*
cem poſſe corrumpere, & à recto auertere: aut Deum *incorruptiſ-*
poſſe, niſi quod æquum & iuſtum eſt, ſemper iudicare. *ſimus.*
Thronus enim Dei ex iuſtitia conſtat. Baſil. Vel ל deſi-
C gnat motum, vt ſæpè aliâs, ad iudicium, ſiue ad iudican-
dum, vt vertit Hieronym. ſtabiliuit thronum ſuum. *In
æquitate*, æquè & iuſtè. Sic Aduerbia qualitatis repræ-
ſentant.
10 *Refugium*, משגב *Miſgab*, locus editus & munitus, in
quẽ cõfugitur. Ideo Hiero. vertit exaltationẽ. *Pauperi*,
attenuato, oppreſſo. *In opportunitatibus*, opportuno tem-
pore & neceſſario, nempè ( nam ſe exponit ) in tribula-
tionibus & afflictionibus eorum. Opportunè Symma-
chus vel tẽpore neceſſitatis. Tunc enim opportuniſſimũ
& gratiſſimum ſolet eſſe liberantis auxiliũ. Sic infrà *a*. *a* 23.
11 *Nomen.* Nominis Dei notatione intelliguntur cun-
D ctæ eius proprietates, bonitas, iuſtitia, potentia, miſeri-
cordia, &c. *Quærentes*, inuocantes.
12 *Pſallite*, pſalmos canite. *In Sion*, non ſolùm, quia illic
colitur, verũetiã quia illic cõmunicat ſuas gratias, per
Sacramenta, ſacrificia, verbum Dei, & oracula. Vel Siõ, *In Eccleſia*
intellige Eccleſiã fidelium, neque enim Deus loco in- *Deus habi-*
cluditur. Euthy. Deus habitare dicitur in Sion, quia in *tat.*
Eccleſia per gratiã, ſéque fruendum præbet, extra non
D 2 item.

item. *Studia*, עלילות *Haliloth*, ſtudia, adinuētiones, opera, A
diſpenſationes, voluntatem, & geſta eius inſignia.
13 *Requirens*, vlciſcens, vt in Geneſi, *ſanguinem veſtrum*
*requiram*. Quoniam Deus, qui requirit & vindicat ſan-
*Gen. 9. 5.* guinem. i. cædes & neces, vindictam expoſcendo, re-
cordatus eſt eorum, id eſt, quærentium ipſum, vt ordo
ſit inuerſus. *Pauperum*, afflictorum, humilium.
14 *Humilitatem meam*, afflictionem meam (quæ eſt) *de*
*inimicis meis, ἐκ τῶν ἐχθρῶν*, quam ab inimicis meis patior,
quæ humilitas eſt ab inimicis meis, quā mihi afferunt
inimici mei. In huiuſmodi ſubaudiunt Relatiuum.
15 *Portis mortis*. Qui retrahis me de ingreſſu mortis & B
limine, de periculis morti proximis, è mortis faucibus.
Porta mortis, articulus & ianua lethi, extremum peri-
culum, ad quod introitus, ingreſſúſve ad mortem pro-
tinus ſequitur. *Omnes*, quibus ſcilicet te apud me lauda-
bilem præbuiſti, id eſt, omnia tua erga me laudanda o-
pera. Nam alioqui *a*. *Quis auditas faciet omnes laudes eius*.
*a Pſ. 105. v. 2.* Dei benefacta omnia erga humanum genus & ſingulos
nemo narrare poſſit, at quiſque accepta à Deo beneficia
omnia, & id vniuerſè tamen & imperfectè narrare for-
taſſe poſſit. Vt has duas Scripturas Chaldæus conciliet,
maullt vertere in datiuo, *Omnibus*. ſatis eſt, vt dicas eſſe C
hyperbolen, de qua infra *b*, *Laudationes*. Metonymicè
facta tua laudanda. *In portis Sion*, In conuentu Eccleſiæ
*b Pſ. 72. v. vlt.* frequentiſſimæ. Elegans Antitheſis, in ingreſſu. in pu-
blico cœtu & conuentu, palàm & publicè, quia in por-
tis publica iudicia & conuentus fieri ſolebant. Chald.
*Narrabo omnibus miracula tua in ingreſsibus portarum Eccleſiæ*
*Sion*. Eſt autē Antitheſis ad portas mortis. *Filiæ Sion*, po-
puli vel ciuitatis Siō: Populū enim, habitatores & ciui-
tatem, appellant filiam, Metaphoricè, quaſi fœtum loci.
16 *Tuo*. à te mihi præſtita ſalute. In hoc probi dūtaxat
vitam ſibi prorogari optant & expetunt, vt Deum co-
*Pij cur viuere optent.* lant ac laudent. Exultabo in tua ſeruatione & tutela. D
Demerſæ ſunt gentes in foueam à ſe factam, in perni-
ciem, quam mihi parabant, impulſæ ſunt, & ceciderunt.
Vox שחת, *Sabbath*, & foueam & interitum ſignificat.
17 *Quem abſconderunt*, quem clàm tetenderunt, quo inſi-
diabantur. Metaphora à venatoribus, qui lupis foueas
fodiunt, vel ab aucupibus, qui auibus laqueos tendunt.
18 *Iudicia faciens*, vltiones, impios puniens. Cognoſce-
tur in vltionibus, quas fecerit. Doctè Eclipſin reddide-
runt.



A runt. Cognoſcitur Dominus (כאשר *caaſcher quando*) iu-
dicia fecit, innocentes ſeruando, peſtilentes perdendo.
*Comprehenſus*, illaqueatus eſt propriè impius in peccatis
ſuis. Mox autem tranſilierunt duas voculas הגיון סלה,
*Higgaion Sela*, quaſi indices concentus, vel attentionis.
Nam abſque illis ſenſus eſt perfectus, maximè abſque
*Sela*, quæ paſſim ſpargitur per hoc opus, & ab illis ſolet
verti *διάψαλμα a*. Vulgò tamen vertunt, *Meditatio in ſæ-* *a Vide Pſ. 3.*
*culum*, id eſt, quiſque meditabitur & loquetur de hac a-
perta Dei vltione & iudicio. Vel, Res in perpetuū di-
gna eſt meditatu de interitu impij, & Domini iudiciis.
Chaldæus autem, *Gaudebunt iuſti in æternum*.
B 19 *Conuertantur peccatores*. Non tantùm luant pœnas in
hoc mundo, ſed & in infernum deſcendant. Sic impre-
catur zelo iuſtitiæ, non amore vindictæ, vt cognoſca-
tur Dominus iudicia faciens. Nec iſtud opponitur ca-
ritati Chriſtianæ: nam Caritas reſpicit bonum publi- *Caritas reſpicit bonum publicum.*
cum & commune, non vnius vel paucorum. Itē Deum,
cui iſti implacabiliter aduerſantur. q. d. quotquot non
conuertuntur, neque reſipiſcunt, æternùm pereāt. Cæ-
tera pſ. 12. Hîc שאולה Seôla in *Deras* exponitur גהנון,
*Gehinnon*. i. Gehenna. Talmudici dicunt ה fini addi-
tū, ad ſignificandū, quod non ſolùm ad infernū deſcēdunt.
i. Gehēnā, ſed etiā ad infimū inferni gradū. Hęc contra
C Nouatores, qui שאול *Seol*, pro ſepulcro ſolēt exponere.
20 *Patientia*, Spes afflictorum & humilium non erit
inanis in perpetuum. Spes eſt ſpecies expectationis ad
patientiam inducentis.
21 *Confortetur*, præualeat. *Homo*, ad Antichriſtum re-
ſtringunt Auguſt. & Euſeb. de Demonſt. Euang. *Iudicen-*
*tur*, pœnas luant, puniantur in tuo tribunali.
22 *Conſtitue domine*. Impone tyrānum eorum ceruicibus,
cuius ſæuitia ſe homines eſſe, & multis ærumnis calа-
mitatibúſque obnoxias Gentes intelligant. *Legiſlato-*
*rem*, Aliqui in bonum, *Spiritum ſanctum*, eos erudientem
de ſua miſeria. Vel ſecundum Euthymium & Theodo-
ritum, *Chriſtum*. Aptius in malum Tyrannum, vel cala-
D mitatem, quæ homines docet Deum, & virtutem cole-
re. Vnde Aug. & Hiero. Antichriſtum interpretantur.
מורה, *Moré* per Segol, Doctor, Magiſter. Impone eis
rectorem, qui eos plagis & acerbis legibus doceat hu-
militer de ſe ſentire, & ſuam miſeriam agnoſcere. Ma-


lunt

A lunt alij cum Chaldæo, *timorem*, legendo per Camets,
מרא *Morá*, & ה vſurpando pro א. Incute eis timorem.
*Homines*, infinitis modis miſerabiles אנוש *Enos*, Homi-
nem miſerum & ærumnoſum, laboribus & miſeriis ob-
noxium ſignificat. Sciant ergo gentes ſe eſſe miſeras &
infœlices, mortales, bullas, res nihili. *Sela*, vt conſi-
derent homines, quo ſint in ſtatu.
23 *Pſalm. 10. ſecundum Hebræos. Vt quid domine.* Hîc incipit
decimus Pſalmus iuxta recentiores Hebræos, non ve-
teres. Nondum enim id certo conſtitutum erat tem-
B pore R. Dauid Kimhi, id eſt, ante annos 300. Primùm
quòd aliqui Pſalmi carentes titulo, qui argumento eſ-
ſent iidem cum ſuperiore, ab aliquibus appendices ſu-
periorum perpetuò exiſtimati ſint. Secundò, quia Ma-
ſoretæ, hic in inueſtigando cẽtum quinquaginta Pſal-
morum numero & diſtributione, vt in multis aliis re-
bus, inter ſe diſſenſerunt, ac vt in Decalogo conſenſe-
runt omnes decem Dei præcepta extare, illum tamen
denarium numerum variè inueſtigarunt & conſtitue-
runt, vt adhuc lis maneat ſub iudice, quemadmodum
docet R. Abraham Abben Ezra *a*, ita & hîc agnoſcunt
C omnes centum & quinquaginta Pſalmos, de ſumma
partitionis conuenientes, ſed de modo partiendi diffe-
runt, nec ante illud tempus quicquam certè definie-
runt, ne ſupra antiquitatem iudicium ſibi ſumerẽt, vel
ſaperent, néve rationibus & argumentis Doctorum in
vtrámque partem derogarent. Nam apertè R. Dauid
Kimhi, partem Rabbinorũ docuiſſe ſcribit. *Beatus Vir b*,
& *Quare fremuerunt c*, vnicum eſſe pſalmum, ac ad illud
illuſtrandum obſeruaſſe veteres cunctas ſectiones Da-
uidi caras incipere à beatitudine, deſineréque in beati-
D tudinẽ, qualis hic Pſalmus, qui incipit, *Beatus vir*, & finit
*Beati omnes qui confidunt in eo.* Rurſum Pſalmum *d. Non no-
bis Domine*, ait in quibuſdam exemplaribus eſſe partem
ſuperioris. *In exitu Iſrael*, nec Pſalmum per ſe conſtitue-
re, quod hodie iſti magno ſupercilio inficiantur. Et
Lyranus natione Iudæus, Pſalmum *e. Iudica me Deus.*
non diſtingui apud Hebræos à Pſal. 41. neque nume-
rũ per ſe efficere. Quod nec ipſius æmulus Paulus Bur-
genſis, è Iudaiſmo ſimiliter conuerſus, reprehendit, qui
leuiora multò in eo ſolet carpere. Nempè illis tem-
poribus variabant Arithmeticæ exemplarium notæ,
vt, & hodie in plurimis Iudæorum manuſcriptis. Ne
igitur

a *in 20. Ex. & Deut. 5.*
*De diuiſione Pſalmorum lis apud Hebræos eſt & controuerſia.*
b *Pſal. 1.*
c *Pſal. 2.*
d 115.
c 42.



A igitur prudens temerè ab iſtis, de noſtrorum diſtribu-
tione ſe abripi patiatur, cum nec Maſoretæ, nec Rab-
bini nobis aduerſentur vſpiam. Sed nec moueatur
Pſalterio, quod D. Hieronymo tribuitur. Nam eſt cor-
ruptum infinitis additionibus, mutationibus, detra-
ctionibus alicuius Nouatoris in Iudaïzantium noſtri
temporis gratiam, & ſic Frobenio exhibitum *a*, quam-
uis minimè cum vetuſtis Hieronymi codicibus con-
ueniret, à Brunone Amarbachio adiectis etiam aliis
corruptelis industria Conradi Pelicani (tunc quidem
Franciſcani, ſed iam proximam excucullationem o-
B lentis) vti ipſe Bruno in præfatione confitetur. Hæc
autem diſſentio excurrit vſque ad pſ. 147. in quo rur-
ſum conuenitur, etſi pſ. 114. & 117. iterum varietur. *Vt
quid*, ad Verb. Quare ſtas in longinquo, cur occultas te
tempore opportuno. Sic deſpicere, eſt diſſimulare, non
videre, & quaſi deorſum aſpicere, & non ad rem illam,
quæ ante oculos poſita eſt.
24 *Dum ſuperbit impius.* Dum ſuperbè agit impius, in-
cenditur, vritur, torquetur pauper. Impij ſuperbè ve-
xant inopes, & affligunt. Metaphora ab iis qui vrun-
C tur. Vel perſecutionem patitur. Vtrumque ſonat דלק,
*Dalak*, Sic ignis pro afflictione & perſecutione *b*, *Quis
ſcandalizatur, & ego non vror*, i. affligor, mœrore afficior.
& apud Comicum *Vro hominem*, i. vexo crucióque. *Com-
prehenduntur.* confuſio ſiue Enallage numeri. Compre-
henduntur pauperes in conſiliis, quibus cogitant, im-
pij, ſcilicet, eos lædere. Vel potius, Dum ſuperbit im-
pius, cruciatur quidem pauper, at cõprehenduntur (im-
pij) in ſuis conſiliis. Impiorum conſilia ſunt ipſis perni-
cioſa. Hebræi etiam deprecanter exponunt. Compre-
hendantur (impij) in conſiliis, quæ cogitant aduerſus
D probos, ſuis fraudibus iuſto Dei iudicio pereãt. Ita hîc
*quibus* pro *quæ*, ſumi poſſit: Vt hîc vſum Græci ſermonis
noſter interpres ſeruarit, Nam Græci ſæpè Relatiuum
ponunt in caſu Antecedentis. Hinc Pſal. Roman. *In co-
gitationibus, quas cogitant.*
25 *Laudatur*, gloriatur, laudat deſideria, ſtudia, & affectus
ſuos prauos. *Benedicitur*, in deſideriis animæ ſuæ, per
Zeugma. Heb. Laudat impius deſideriũ animę ſuæ, & a-
uarus benedicit (ſuam cupiditatẽ). Idem dicit per ἐπεξή-
γησιν, Se beatum prædicat & fœlicẽ. Nec ſonti tam con-
gruẽter Neutropaſſiuè, *laudetur & benedicetur*, ab aliis vi-
D 4 delic

a *ann. 1516.*
*Ignis pro afflictione.*
b *Pſ. 16. v. 3. & 2. Cor. 11. verſ. 19.*

delicet. Auarũ iniquum expoſuerũt 70. quoniam *auaritia eſt iniquitatis radix*. & *δαιμόνων κακίστον*, vt ait Euripides A

a 1. *Tim.* 6. *verſ.* 10.

26 *Quoniã laudatur*. Præ multa & tumida ira ſua *nõ quæret* (Dominum per Zeugma,) Quare Chald. *in arrogantia ſpiritus ſui non requiret Deum, dicens in corde ſuo, Non ſunt manifeſtæ ante Deum omnes cogitationes meæ*. Aliquibus eſt Mimeſis, vt impius dicat. Nõ quæret (Deus ſcilicet) vt puniat. Sic Quærere erit vindicare, vlciſci, vt Requirere ſup. *b*. Eſt clemens, non eſt tam iracundus, quàm vulgò putatur. *Multitudinem*. Altitudinẽ naſi, propriè. Præ ſuperbia naſi nõ curat (Deum) præ arrogantia, quam motu naſi oſtẽdit. Superbia, vt Latinè dicitur Supercilium B Metaph. ab oculorum ſuperioribus pilis, ita hîc altitudo naſi, à naſi eleuatione & motu. Palàm & externis ſignis ſuam contra Deum imprudentiam oſtendit.

b *verſ.* 13.

*Superbia altitudo naſi dicitur.*

27 *Non eſt Deus*. Dei prouidentia, vel metus. Ad verb. Non Deus omnes cogitationes eius. Cogitat perpetuò nõ eſſe Deum ſpectatorem, vel vindicem humanarum actionum. *Inquinatæ ſunt*, turpes. Praua, polluta, fœda, profana ſunt omnia eorum opera. Perpetuò turpiter agunt, & improbè contra probos, יחילו *Iahhilu* pro *Iahellu* ab חלל *hhalal* polluit, profanauit. Nam Quieſ. Ain & C duplicantia ſæpe confunduntur præſertim apud Prophetas & Poëtas. Alij יחילו *Iahhilu*, in modum parientium tortæ ſunt & verſatæ: Tũ enim viſcera omnia mulieris non ſolùm diſcruciantur, ſed & fœdantur. Alij actiuè torquent, (alios ſcilicet) eorum viæ & opera. Idem ſenſus. Malo in inquinandi & profanandi ſignificatu, iuxta illud Pauli *c*. *Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum mens & conſcientia*. Et mox, ſunt abominabiles & increduli & ad omne opus bonum reprobi. *Impius* inquinat vias & actiones ſuas quouis tempore. Nã nihil boni agit, non quòd omnia opera impiorum vel infidelium peccata ſint, ſi quando præſtent aliquid operis moraliter boni. ſed quòd ne hoc quidem agant aut vix agant. Sunt enim ſæui pauperibus, iniuſti, rapaces, &c. D

c *Tit.* 1. *v.* 15

*Opera omnia impiorũ non ſunt peccata.*

28 *Auferũtur iudici*. Iura, præcepta & leges tuas negligit, neq; cõſiderat, quin & omnes inimicos ſuos tyrãnide premit. Hîc etiã dũtaxat ſenſum exprimũt. Ad verb. Altitudo (ſunt) iudicia tua. i. ſunt altę & remotæ ab eius conſpectu leges tuæ, quas faciẽdas iudicaſti: vel, prę altitudine & interuallo eas neſciunt cernere & conſiderare.



A rare, lõgius à ſe remota tua iudicia putat, quàm vt de eo ſumas ſuppliciũ. Aliqui putãt מרום *Marom* eſſe epithetum Dei. O altitudo, ô Deus, qui in altis habitas, ô excelſe, iudicia tua ſunt ex aduerſo cõſpectus eius, ea non intuetur, neque cernit. *Omniũ*. Cõſtructio Græca, pro *a*, omnibus inimicis ſuis. *In* fonte eſt metaphora à vẽtis, qui cùm flant, dominantur in aëre. In omnes inimicos ſuos flabit, eos flatu proſternet, vel ſufflabit, id eſt, deſpuet, & contemnet. a vt ver. 34.

29 *Non mouebor*, ab hac poteſtate mea numquam ero miſer & calamitoſus. Maior ſum, quàm cui poſſit fortuna B nocere. *Sine malo*, ſup. ero, perſiſtam, vel quid affine. q. d. non continget mihi malum & noxa, ero in perpetua fœlicitate, Sibi pollicetur perpetuam proſperitatem. Poſſit regi à ſubintellecto Pronomine *Ego*, ex parte anteriore. Ego qui ſum ſine malo, qui ſum fœlix & florẽs rebus proſperis, numquam mouebor & deiiciar ab eiuſmodi. Quare Heb. interponitur אשר *aſher*, qui ſine malo ſum, Græci videntur aliter diſtinguere, *Non mouebor*, deinde *à generatione in generationem ſine malo* (ero.)

30 *Cuius maledictione os*. Non ſolum eorum opera ſunt ſcelerata, ſed & os ſiue oratio. *Maledictione* vel ex fonte iuramento, propriè enim אלה *Ala* id ſignificat. In ore C fert iuramentum, perpetuò iurat & Dei nomen in vanum aſſumit. Blaſphemiam mauult Chal. At Eut. *Maledictione* cum omnibus maledicit, *amaritudine*, cum iracũdè ad omnes loquitur, *dolo*, cum non ex corde *ſub lingua*, Subeſt eius linguæ labor & dolor, quibus alios vexat, Actiuè. Habet hæc perpetuò in ore, hoc vnum loquitur, hoc vnum meditatur. De lædendis, labore, doloréque afficiendis viris bonis & quietis ſemper agitat. *Sub* pro *in*. Qui vim præp. retinent Cor interpretantur, D quod ſitum eſt ſub lingua.

31 *Sedet in inſidijs*. Sedere ſolet in angulis pagorum, vnde ex latibulis obſeruet pauperem. Nam Heb. habetur, In inſidiis villarum ſiue pagorum, id eſt, clàm in villis & pagis diuitum atque nobilium. *In occultis*, in locis occultis & deſertis. Pertinet ad ſequentia, vt & Hieronymus vertit, & Auguſtinus diſtinxit.

32 *In pauperem*, in perniciem pauperis.

33 *Pauperem*. afflictum. *Rapere*, vt rapiat, inquam, pauperem, quando attrahit eum in rete ſuum. Eſt anaphora, & regitur à verbo. *Inſidiatur*.

34 *In laqueo ſuo.* Hypotypoſis ſiue deſcriptio inſidiato- A
tis, laqueo ſuo vel intra laqueum ſuum (ſi præp. *In* Lati-
nè non abundet) humiliare ſolent pauperem & miſe-
rum. Inclinare verò & incuruare ſe, ſe humilem exhi-
bere pauperi, vel ab eo diuertere, vt *cadat*, pauper, quan-
do venerit in ipſius dominatum. Maſoretæ non neceſ-
ſariò iungunt præcedentibus. Dum attrahit eum la-
queo ſuo, vel in laqueum ſuum. Nam Hebraica vtrum-
que patiuntur. Deinde per ſe legunt ſequentia, *Humilia-
bit eum.* Hîc autem dumtaxat. 70. ſecuti ſunt ſenſum. In
fonte enim eſt poetica hypotypoſis inſidiatoris. *In la-
queum ſuum eum pertrahet: deprimet ſe, incuruabit ſe, & veluti* B
*procidet humi, ne videatur, quo tempore pauperes habebit in ma-
nu & poteſtate.* i. Quando pauperes propè attigerint e-
ius caſſes & venabula, ne retrò cedant, néve ab ipſo ca-
ueant, latitabit, nec ante ſe proferet, quàm eos ex im-
prouiſo teneat oppreſſos. Metaphora à venatoribus,
qui dum feras capere ſtudēt, ſe comprimūt, incuruántque,
vt violentiùs & certiùs inſiliendo prædam capiāt.
Ad verb. Humiliabit (impius) incuruabit ſe, & cadet in
fortia eius (fortes eius caſſes) exercitus attritorum (tur-
ba miſerorum.) *Pauperum.* Mutat numerum per enalla-
gen, pro *Pauperis.* Nam dixerat *Eum*, & *Cadet* ſingulari- C
ter, Heb. חלכאים *Hhelcaim* pauperes, vel exercitus, con-
gregatio pauperum, ſiue attritorum, ſi nomen ſit com-
poſitum è duobus חל *Hhel* & כא *Cae*.
35 *Dixit enim in corde.* Impius impunitatem inficiando
prouidentiam Dei, ſibi promittit. *Oblitus eſt*, omnium
eorum, quæ fecimus. *Auertit* (aut) auertit, epanorthoſis.
Se veluti corrigit. Oblitus eſt Deus, aut certè auertit
faciem ſuam, ne noſtra malefacta in finem, id eſt, vm-
a verſ. 20. quam, videat, Sic *a* ſuprà. *In finem*, in perpetuum.
36 *Exaltetur manus tua*, ad feriendum. Vnde Hebr. Eleua D
manum tuam, feri & percute manu extenta & eleua-
ta, vt plaga ſit durior. Geſtus ferientis. Manum pro po-
tentia accipit Euthymius.
37 *Propter quid*, quam ob cauſam, cur, πάθος, ex rei indig-
nitate *Non requiret*, ſup. noſtra malefacta, id eſt, non vl-
ciſcetur, vt ſup. *b*. Alij, non curabit opera noſtra. Nam
b verſ. 13. exiſtimant Deum negligere, quæ in mundo geruntur.
38 *Vides quoniam tu.* Hyſterologia ſiue cōſtructio inuer-
ſa, vt, *Quoniam tu laborem & dolorem conſideras*, fit per mo-
dū Parentheſis. Vides, proſpicis, vt tradas eos in manus
tuas,



A tuas, quoniam tu laborem, &c. Quoniam iſtos cernis
labore, & dolore cruciare probos, vides te ipſos tradi-
turum in tuam manum, & poteſtatem, vt conficias, &
vlciſcare. Tradere in manus ſuas, & ad iudicium trahe-
re, & ſuo tribunali exhibere iudicandos. Vel, quadam
antitheſi. *Quoniam*, ritu Græco, & Hebraico continua-
tiua erit particula, non cauſalis. Vides quòd tu laborem
& dolorem (quem aliis inferunt, actiuè,) cōſideras. Iſti
dicunt te non requiſiturum ipſorum opera. Atqui vi-
des, id eſt, ſcis, te conſiderare, & contemplari eorum la-
borem (de quo ſuprà *a*, *Sub lingua eius labor, & dolor,*) *a verſ. 30.*
B vt ſupplicium de illis ſumas. Iſti exiſtimāt te non cer-
nere ſua peccata, atqui vides ea, vt vindictam ſumas
ſuo tempore. Antitheſis etiam reſpicere poteſt verſum
illum 30. perpetuò loquuntur vexationem aliorum, tu
viciſſim conſideras, quomodo illos vexes, labore dolo-
réque afficias. Vt *labor, & dolor*, vtroque verſu actiuè ac-
cipiantur.
39 *Tibi.* Tuæ fidei, & tutelæ dimiſſus ac reſeruatus, vt
ei ſis adiutor.
40 *Brachium.* Vires, & poteſtatem eius frange. *Quæretur.*
Tum eorum peccatum, & improbitas ſi quæratur, non
C extabit. Funditus enim extirpabitur impius. Tum ſi
quis illa quærat, non inuenietur, quia iam perierit im-
pius, te conterente. Ad verb. *quæres peccatum illius, & non
inuenies*, (impium ſcilicet, vel peccatum impij.) Aliqui
parum aptè, inquires in impietates illius, quoad nulla
ſit impunita.
41 *Gentes.* ô impij, ô increduli. Quos prophanos, vel bar
baros Latini appellant, incredulos, & alios à Dei reli-
gione, hos Scriptura Gentium nomine deſignat.
42 *Deſiderium.* Preces, quibus deſiderat auxilium, vel
D vota, & pios motus animi. *Præparationem*, ad precem ſci-
licet, & gratiam Dei. Vox כון *kon*, etiam notat firmita-
tem, & conſtantiam, qua ſcilicet, duratur in aduerſis,
id eſt, patientiam. Actio porrò in fonte tribuitur Deo, à
quo eſt velle, & perficere. *Præparaſti*, (vel *firmaſti*) *cor eo-
rum, auſcultauit auris tua.* Nam futura fontis pro præteri- *b verſ. vlt.*
tis per regulam Pſal. 6 *b*. Non ſolùm autem gratia, re-
miſſio peccatorum, iuſtificatio ſunt à Deo, ſed & præ- *Iuſtificatio,*
paratio, ſiue diſpoſitio, iuxta illud Proſperi: *Sine gratia* *& præpara-*
*non curritur ad gratiam.* Quare iuſtificatio rectè gratuita *tio ad eum à*
prædicatur, etſi præcedentem requirat ex parte noſtri *Deo ſunt.*
præpar

præparationem, quoniam etiam ipſa præparatio gra- A
tuita eſt, gratis enim, & Dei gratia, dono, & munere in-
fun ditur.
43 *Iudicare.* Infinitiui modi, Heb. & Græcè, id eſt, ad
iudicandum, vt iudices pupillum, & oppreſſum, vt eis
ius dicas, & patrocineris. Sic *a*: *Illuminare his, qui in*
*tenebris*, id eſt, ad illuminandum, vt illuminet, & ſplen- *a Luc. 1. verſ. 79.*
deat his, &c. *Magnificare*, rectiùs quàm conterere, terre-
facere, percutere. Et ſi ארץ *Arats* vtrumq; ſignificet. Vt
deinceps deſinat magnificare ſe, ſuperbire, & contem-
ptim perſequi probos. *Super terrã.* Eclipſis relatiui. Ho- B
mo (qui eſt) ſuper terram, homo terrenus, homo de ter-
ra natus. Hinc Hebr. homo de terra. Parum Habraicè
Euthymius, Inter homines.

## ARGVMENTVM.

*Se, ſuique ſimiles, quòd Deo fidant, in tuto eſſe: impios autem, & peccatores, malè perituros.*

## 1 In finem. Pſalmus Dauid. X. Hebr. 11. C

2 In Dómino confido: quómodo dícitis ánimæ meæ, trãſmigra in montem, ſicut paſſer?
3 Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum: parauérunt ſagíttas ſuas in phárẽtra, vt ſagíttent in obſcúro rectos corde. D
4 Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: iuſtus autem quid fecit?
5 Dóminus in templo ſancto ſuo: Dóminus in cœlo ſedes eius.
6 Oculi eius in páuperem reſpíciunt: pálpebræ eius interrogant filios hóminum.
7 Dóminus intérrogat iuſtũ, & impium: qui autem díligit iniquitatem, odit ánimam ſuam.
Pluet



A 8 Pluet ſuper peccatóres láqueos: ignis & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.
9 Quóniam iuſtus Dóminus, & iuſtítias diléxit: æquitátem vidit vultus eius.

2 *Tranſmigra in montem.* In locum montoſum, tutum,
excelſum, & munitum, è quo te retrahere nequeat ho-
ſtis, ſiue ille ſit Saul, ſiue alius. Fuge, & quære tuta auxi-
lia. Eſt autem μίμησις amicorum, quæ totis duobus ſe-
B quentibus verſibus cõtinuabitur. Nam quinto his Da-
uid reſpondere incipiet. *Sicut.* Doctè reſoluerunt הרכם
*Har Kem*, in duo vocabula, הרכמו *Har Kemó*, vt Abben
Ezra in ſuo Mozné. Abſurdè enim recentiores, כם
*Kém*, putãt ſumi in vulgata ſignificatione, *veſtrum*. Nam
qualis interpretatio, Immigra montem veſtrum paſſer.
*Paſſer* צפר *Tſippor*, quamlibet auiculam notat. Sicut
auicula latebras quærens ab aucupibus, vel auibus ra-
pacibus petita.
3 *Quoniam ecce.* Ætiologia conſilij. Prima autem ratio,
C cur ei fugiendum ſit, quoniam ei iam iam paratum eſt
exitium. Eodem reddit, ſi per ſubiectionẽ reſpondeant.
Quæris, ô Dauid, qua ratione tibi fugam conſulamus?
Reſpõdemus primùm, quia ecce iam peccatores apta-
uerunt ſagittas ſuas neruis arcuum, ad te transfigẽdum,
ſicubi occurras, deinde, quoniam, quę perfeciſti deſtru-
xerunt, ſe tibi paratos nocere palam demonſtrantes,
denique, quia nihil tale commeruiſti, quale tibi mo-
liuntur. *In pharetra.* Heb. *Super neruum.* Sententia eodem
reuertitur. *In obſcuro*, ex proditione, & inſidiis. Græcè
ἐν σκοτομήνῃ in obſcurilunio, quando Luna obſcura eſt.
4 *Quoniam quæ.* Altera, quia palàm cum ipſo exercent
D inimicitias deſtructis iis quæ ipſe confecerat. Quę per-
feciſti, ô Dauid, quæ rectè egiſti, quæ fundamenta po-
ſuiſti tuæ potentiæ, & dignitatis in aula regia, euerte-
runt; firmamenta, & præſidia, quibus nitebare, tua in
Regem, & Remp. officia labefactarunt, tibi ſuis artibus
regem infeſtum reddiderunt. Tu autem, qui iuſtus es, *a 1. Reg. 26.*
quid tale commeruiſti? Fuge ergò. Sic *a* Dauid ad Sau- *verſ. 18.*
lem. *Quid feci, aut quod eſt malum in manu mea? Quæ perfeciſti*,
ad verb. Poſitiones (ea quæ poſuiſti) deſtruuntur. Paſſi-
ua enunciatio non immutat intelligentiã. Per השתות
*Haſſatoth*

*Haſſatoth* autem,ſiue poſitiones,alij fundamenta,alij re- A
tia accipiunt: Symmachus, & Hierony. leges, quibus
extinctis nulla eſt poteſtas reſiſtendi impiorum ſtudiis,
q.d. Sunt legum violatores. *Iuſtus autem*. Dauidem al-
loquuntur,in tertia perſona. Tu autem, qui es iuſtus,
quid mali feciſti,quid admiſiſti, vt te ſic perſequantur?
quaſi dicat.Nihil.
5 *Dominus*.Per ſubiectionem reſpondet,innocẽtes bo-
no,& forti animo eſſe debere,quòd Deus rebus huma-
nis prouideat, vt probos ſubleuet, improbos puniat.
*Dominus*.ſup.eſt.Eſt in cœlo,ſancto ſuo domicilio,vn-
de omnia tuetur,& proſpicit. *Dominus in cœlo*. Hebraiſ-
mus, quo nominatiuus abſolutè pro genitiuo *Domini*,
ponitur. Cadit enim in ſequens relatiuum *eius*: cuiuſ- B
modi multa reperias in Scriptura.
6 *In pauperem*. In afflictum, & miſerum, in eum, qui
perſequutionem patitur. Hoc addiderunt ad apertiùs
cõnectendam ſubiectionem interrogationi. *Interrogãt*,
diligenter reſpiciunt,attendunt,examinãt,ſciunt,qua-
*a Sap.6.4.* ſi exploratos norunt, vt *a*: *Altiſſimus interrogabit ope-*
*ra veſtra* (attendet, & examinabit,) *& cogitationes veſtras*
*b 1.Pet.3.21* *ſcrutabitur*, Sic *b*: *Nunc ſaluos vos facit non carnis depoſitio*
*ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio*. (examinatio.) In
fonte *Probant*, eadem notatione,explorant,examinant,
id eſt,pernoſcunt,perfectè ſciunt.Anthropopathœs,per
oculos, & palpebras Dei vim cuncta intelligentem ex- C
primit,quaſi eis fixis,& à ſua natura mutatis firmiter v-
numquemque ſpectet. עפעפו *Aphahpé* enim dicuntur
à continua velitatione.Interrogare autem,& vt in He-
bræo eſt,probare per Methalepſim ſignificat liquidò,&
penitùs ſcire,& vt Latini etiam loquũtur, exploratum
habere,perueſtigare:quoniam diligens interrogatio,&
exploratio fit,vt rem pernoſcamus. Metaphora à iudi-
cibus, qui per examinationem, & interrogationem ea
quæ ſunt in homine cognoſcunt.Hinc ſæpè Deus *pro-*
*bans corda,& renes*,id eſt,liquidò ea cognoſcens, perue-
ſtigans,ſcrutans.Sic ſequenti verſu: D
7 *Dominus interrogat*.Probat,exploratum habet,perno-
ſcit iuſtum,& impium,& eorũ opera. Nouit planè qui
*c Proue.29.* ſint iuſti,qui iniuſti:inquirit diligẽter,quo ſint animo
*verſ.24.* & vita, ne quis ſe putet poſſe eius notitiam effugere.
*d Sap.1.15.* *Animam ſuam*,id eſt,ſalutem animę ſuæ *c*.Metonymicè.
*Nã iniuſtitia eſt mortis acquiſitio d.& Stimulus ſiue cẽtrum mor-*
*tis eſt*



A *tis eſt peccatum a*, id eſt, peccatum eſt id, quod pungit,& *a 1.Cor.15.*
infigit mortem.Relinquit enim mortẽ pro punctionis, *verſ.56.*
& aculei impreſſi ſigno. Hebræi interpretantur in No-
minatiuo *anima ſua*,ſiue ipſius Dei,odit(eum)qui diligit
iniquitatem. Sed ſententia reciprocatur. Anima enim
Dei(id eſt,Deus ipſe)odit eum qui diligit iniquitatem,
& qui diligit iniquitatem,odit animã ſuam, id eſt,ani-
mæ ſuæ ſalutem. Voluerunt autem Septuag.explicare *Odij diuini*
effectum odij diuini,quæ eſt animarum pernicies:item *effectus per-*
docere in Deo nõ eſſe propriè animã.Sicut enim nõ eſt *nicies anima-*
corpus,corporiſue particeps,ita neque animam habet, *rum.*
ſed totus eſt actus,totus anima,totus mens, totus ocu-
lus, &c.
B
8 *Pluet*.Tamquam pluuiã magna vi, & abũdantia de-
mittet. Cùm Scriptura grauiſſimam pœnam ſignificare
vult, exemplum ducit è Sodoma, & Gomorrha, quæ
ſulphure,& igne cœleſti deflagrarunt *b*. Alludit etiam
ad Ægyptiorum tempeſtates, & Chananæorum *c*. *Pars* *b Geneſ.19.*
*calicis eorum* ſunt.Hæc ſunt eorum ſors,hæc portio,quę *verſ.24.*
illis debetur.Hæc veluti hæreditate cõſequentur.Me- *c Ioſ.10.11.*
taphora à Sympoſiarchis,& modificatoribus, qui partẽ *Exod.19.*
vini vnicuique conuiuæ aſſignabant. Aliqui pro mer- *verſ.22.23.*
D cede meritis debita. Ignis, & ſulphur ignem alens, &
ſpiritus procelloſus,ſiue ventus atrox eum exuſcitans,
illis erunt pro mercede.Nam Hebræis calix metapho-
ricè ſignificat præmium,vel ſuppliciũ, id eſt,quicquid
boni aut mali à Deo hominibus contingit.Pars autem
ſiue portio,non particulam hæreditatis, vel mercedis,
ſed totam hæreditatem,& mercedẽ, ſiue hæreditariam
ipſam ſortitionẽ,vt Pſ.15.5.141.6.118.57.Hinc illud *d*: *d Deut. 32.*
*Pars Domini populus meus*.i.hæreditas,&poſſeſſio Domini, *verſ.9.*
9 *Quoniam iuſtus*.Epiphonema. *Iuſtitias*, iuſtos, & iuſta
eorum opera.*Aequitatem*,vel ęquum,rectum hominem. *Myſterium*
C *Vidit*, amat. Hinc vultum dicitur auertere ab iis, quos *Sanctiſſimæ*
odit. *Eius*. Hebr.*Eorum*. Patris ſcilicet,Filij, & Spiritus *Trinitatis*
Sancti. Eſt enim perſpicuum myſterium S.Trinitatis, *perſpicuum.*
ad quod obducendum fruſtra aiunt, מו *Mó*, etiam eſſe
ſingularis numeri. Nam alibi ſing.numeri, niſi ob hoc
myſterium, notari non poſſit. Rectè itaque R. Iap-
het citante Abben Ezra, myſterium indicari ait, quod
Abraham *e* inſinuauit his verbis: *Eduxerunt me Dij*, *e Geneſ.20.*
(id eſt, tres Diuinæ perſonæ) *de Domo Patris mei*. *verſ.13.*
Nam ad verbum: *Rectum viderunt facies eorum*, id eſt,
perſ

*Perſonæ nomen ad declarandas diuinas hypoſtaſes vnde ſumptum.*

perſonæ corũ, vt Græcè τὰ πρόσωπα, quæ nomina, nẽpè A
פנים *Panim*, He: πρόσωπον Græcè, perſona Latinè, inde poſteà transferuntur ad diuina ſuppoſita, χιτὰυφιϛαμλνα.

ARGVMENTVM.

*Petit, vt ſeruetur, quòd impiorum regnum omnia occupet. Idem precatur piis cæteris, Dei promiſſum vrgens.* B

## 1 In finem pro octaua. Pſal. Dauid. XI. Heb. 12.

SAluum me fac Dómine, quoniam defêcit ſanctus: quôniam diminûtæ ſunt veritâtes à fíliis hóminum. C
3 Vana locûti ſunt vnuſquíſque ad próximum ſuum: lábia dolôſa, in corde, & corde locúti ſunt.
4 Diſpêrdat Dóminus vniuêrſa lábia dolôſa: & linguam magníloquam.
5 Qui dixêrunt, Linguam noſtram magnificábimus: lábia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt:
6 Propter miſériam ínopum & gémitum paúperum: nunc exúrgam, dicit Dóminus.
7 Ponam in ſalutâri, fiducialiter agam in eo. D
8 Elóquia Dómini, elóquia caſta: argêntum igne examinâtum, probatum terræ, purgâtum ſeptuplum.
9 Tu Dómine ſeruâbis nos: & cuſtôdies nos à generatiône hac in æternum.
10 In circúitu ímpij ámbulant: ſecúndum altitúdinem tuam multiplicâſti filios hóminum.

1 Pro



A
1 *Pro octaua*, recurre ad initium Pſal. 6.
2 *Diminutæ ſunt*. ὀλιγώθησαν paucæ ſunt. Sed maior vis in fonte, פסו, *paſſu*, deſierunt, defecerunt. *Veritates*, fidelitates. Nulla eſt fides ſiue fidelitas inter homines. Veraces, Adiectiuè nonnulli. Deſierunt veraces inter homines. Omnes falſitati, dolis, mendaciis & imposturis ſtudent *a*. *a Oſeæ. 4. 1. 2.*
3 *Labia*. Verba labiis prolata, ſermones adulatorios & fallaces. metonym. inſtrumentum pro re. *Doloſa*. Blanditiarum propriè. Sic infra *b*, quæ lenibus & blandis verbis ſe inſinuant ad fallendum & circumueniendum. *b v. 4.*
B *Corde, & corde*, fictè, duplici corde, ficto & ſimulato. Aliud habent in ore, aliud in pectore, vt cor duplex habere videantur, vnum interiùs latens, peruerſum, alterum foris apparens, & verbis oſtentatum quaſi rectum. *Cor & cor quid deſignat.*
4 *Et*, deeſt in Heb. & Græco. Sed rectè interponitur ad explicandum Aſyntheton, quod in hac lingua inter duo eſt creberrimum, ne videretur Appoſitio. Deus non ſolum perdit loquentes ſuperbè, verũ & loquentes humiliter, & blãdè, quando animus cõparatus eſt ad fraudem, de quibus illud Eccleſiaſtici, *eſt qui nequiter ſe hu-* *Eccl. 19. 23.*
C *miliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Magniloquam*, loquentem ſuperbè, inſolenter ſe efferentem contra probos, ſuperba iactantem, gloriantem de ſuis rebus, factis, potentia, cum Dei contemptu, proferentem impunè blaſphemias, exſcindat, propriè. Gallicè. *Couper la langue.*
5 *Magnific*, roborabimus, inualeſcere faciemus. *Labia noſtra a nobis* Sermo noſter eſt in noſtra poteſtate & liber. vt neque de dictis, neque de factis alicui nobis reddenda ſit ratio. *Quis noſter.* Quis nobis dictare & imperare poſſit ſilentium, quis prohibere, ne in illos linguas
D laxemus? Cur ergo non loquamur, quicquid nobis viſum fuerit. Indicat ſibi nocentiores fuiſſe linguas, quàm ſpicula. Ad verb. *Nobiſcum* (ſunt). *labia noſtra habemus in promptu*. Ea exercere & laxare poſſumus pro arbitrio, nemine coërcente, & ad ſilentium cogente. Sic ſe improbi confirmare & cohortari ad malũ ſolent, vt ſine metu peccent. Perſtringit etiam literatos & eruditos, qui putant ſua eloquentia & ſcientia poſſe legem Dei & Eccleſiam obliterare, quales hæretici, Catholicos pro illiteratis habentes, & ſpem victoriæ in ſua facundia, vel potius garrulitate & loquacitate cõſtituentes. *Litertai & facundi contra Deum & Eccleſiam perſtringuntur.*

A q.d. habemus labia, quibus obſcuremus, & diſiiciamus religionem, &c. Myſterium Apoſtolorum, & aliorum idiotarum, qui ſuperbiam Philoſophorum & Rhetorum vicerũt verbi, & prædicationis ſtultitia *a*, Quare de infidelibus & atheis hæc Chald. interpretatur. Hos enim per, *Negantes radicem*, intelligit, denique hæc quadrãt in Tyrãnos, ſuperbos Dominos, & hæreticos.

*a* 1. Cor. 1. vers. 2.3.4. & 1. 27.28.

6 *Miſeriam*, deſolationem, vaſtitatem, vaſtationẽ Prop. *Nunc*, de repentè. Notula repentinæ accelerationis ad auxilium. Cùm tempus opportunum fuerit Euthy. Chal. *Nunc exurgam ad iudicium.*

B 7 *Ponam in ſalutari.* In ſalute eum conſtituam, ſaluum eum faciam, παρρησιάσομαι, liberè & confidenter loquar cum eo, familiariter me ipſi communicans. Hebraicam perſonæ Enallagen in ſimplicem locutionem verterunt, *Fiducialiter aget cum eo*. Et magis ad verbum, *afflabit illi*, vt Latinè *afflare, & reflare fortunam*, fauebit ei, vel, loquetur ei familiariter, eum ſuauiter conſolabitur. Vbi iam de pauperibus ſingulariter loquitur, per Heteroſin. Poſſit etiam æquipollere, τῷ *Dicit Dominus*, *Nunc exurgam, dicit Dominus*, nunc ponam eum in ſalute, inquiet ei.

C 8 *Eloquia Domini.* Eloquia Dei, hæc, & huiuſmodi promiſſa vera certáque ſunt, infallibilia, & ab omni falſitatis labe pura, argento diligentiùs excocto & repurgato ſimilia. Proinde quis ei iſta promittenti tutò poſſit credere. Se conſolatur à promiſſorum Dei, quæ eloquia appellat, conſtantia. *Probatum terræ*, τῇ γῇ, Datiui caſus, pro ἐν τῇ γῇ, in vaſe vel camino terreo, in fornace argillacea. Metonymicè. Vnde Heb. *conflatum in opere terræ, id eſt*, vaſe chymico, infundibulo, vt Chald. interpretatur, בעליל *Bahalil*, à עלל *halal.* operari. Alienius quibuſdam ב *eſt*, radicale, vt ſonet Dominũ. *Conflatum*, (à) *Domino terræ*. D *Caſta*, pura, ſancta, irreprehenſibilia, munda, quaſi argentum igne excoctum, abiectis ſcoriis & fæcibus De certitudiue diuinarũ Promiſſionum. Ne quis caſtitatem hîc accipiat, quæ luxuriæ, & voluptati opponitur. Vel excellentiſſima, pretioſiſſima, vt argentum diligentiſſimè expurgatum & excoctum. Nam quò eſt purius, eò excellentius. *Septuplum.* Sæpiùs, quouſque ad purum conflatum ſit: nihílque alienæ commixtionis habuerit. Numerus certus pro incerto. Ex hoc loco ineptè Melancthon Alchymiam vaniſſimam artem commendare conatus eſt.

*Melancthon vaniſsimè Alchymiam laudat.*



A 9 *Nos.* Rectè ad perſpicuitatem, Nam affixum, הם *hem*, *Eos*, refert pauperes & inopes verſus ſexti, vt indicat Chaldæus. Poſteriore, loco, *Nos*, Hebraicè legitur, *Eum*, id eſt, me pauperem, vt de ſe loquatur in tertia perſona. Quamquam נו, *Nu*, etiam cum Daghes interdum reſpõdeat Pronomini *Nos*, *A generatione hac*, ab hominibus hui⁹ peruerſę ętatis, Meton. Chal. *ab ætate hac praua.*

10 *In circuitu*, ad nocendum vndique circundant probos. *Secundum altitudinem*, ſecũdum alta & profunda tua iudicia, *Multiplicaſti*, multos & potentes eſſe pateris homines impios, à quibus innocentes oppugnentur. Secundum alta tua iudicia augentur impij. Quos proxi- B mè impios vocabat, nunc appellat filios hominum, & opponit filiis Dei *a*. Multitudo & potentia impiorum (nam Græcè eſt ἐπολυώρησας, & opponitur τῷ ὀλιγωρεῖν contemnere) referenda eſt ad iudiciorum Dei abyſſos, Sic *b altitudines Satanæ*, alta & profunda eius conſilia & aſtus. Non alienè aliqui in bonum, vt filios hominum probos appellet. Impij quidem omnia circumquaque obtinent ad innocentes opprimendos. At tu multiplicaſti filios hominum, qui tibi curę ſunt, neque ſinis opprimi ſecundum tuam altitudinem, pro tua maieſtate, C Gall. *ſelon ton alteſſe & grandeur.* ſic aliis verbis idẽ, quod proximè, enunciabit. Ad verb. *ſecundum altitudinem*, (tuam) *epulatio filiis hominum* (eſt) id eſt, pro altis & profundis tuis conſiliis & decretis ſuppetunt impiis epulæ, & opes ad indulgendum genio & voluptatibus. Senſus hic ſimpliciſſimus eſt, à noſtris etiam Septuag. expreſſus. Alienius alij, *ſecundum exaltari viliſsimos filiorum hominum*. vel, *ſecundum exaltari opprobria filiis hominum*, vel, *cùm exaltati fuerint, vilitas eſt filiis hominum.* vel denique, *cùm exaltati fuerint epulones filiis hominum.* זלות *Zulloth*, de- D ſpectus, epulationes. Septuag. legere potuerunt verbaliter, זלות, *Zallotha*, epulas inſtruxiſti, & paraſti. Quæ notatio eſt fortaſſè rectior, quàm Maſorectarum. poetæ breuiùs loquendo, multas gignunt interpretationes & difficultates.

*a* vt Gẽ. 6. 2.

*b* Apo. 2. 24.

## ARGVMENTVM.

*A Deo petit, vt ſe ab inimico defendat, vt à morte liberatus, eius beneficentiam cantet.*

# 1 In finem, Pſalmus Dauid, XII. Heb. 13. A

VSquêquo Dómine obliuiſcêris me in finem? vſquêquo auêrtis fâciem tuam à me?
3 Quâmdiu ponam conſilia in ánima mea: dolôrem in corde meo per diem? B
4 Vſquêquo exaltâbitur inimîcus meus ſuper me? réſpice, & exaûdi me, Dómine Deus meus.
5 Illumina óculos meos, ne vmquam obdórmiam in morte: nequando dicat inimîcus meus, Præuálui aduerſus eum.
6 Qui tríbulant me, exultâbunt, ſi motus fúero: ego autem in miſericórdia tua ſperâui.
7 Exultâbit cor meum in ſalutâri tuo, cantâbo Dómino, qui bona tríbuit mihi, & pſallam nómi- C
ni Dómini altiſſimi.

---

2 *Vſquequo*, quãdiu, vſque ad quod tempus in hac mea perſecutione. Sic mox, vbi habemus *Quamdiu*, eadem eſt vox, עד אנה *Aad ana*. Quam quater Hebræorum magiſtri repetitam per Anaphoram tradunt, propter quatuor imperia, quæ præcipuè diuexarunt Eccleſiam, & delere conati ſunt. Babylonicum, Perſicum, Græcum, Romanum, è quibus ſe ſeruari petat. *In finem*, in perpetuũ, prop. vt & paſſim hoc opere. Perpètuóne Domine, quouſque tandem &c. *Auertis*, abſcondes, propriè. D

*Imperia quatuor quæ Eccleſiam diuexarunt.*

3 *Conſilia*. Curas & ſollicitudines varias, anxias cogitationes & ancipites. Vnde per ἐπεξήγησιν, ſubiicit. Quãdiu ponam dolorem in corde meo per diem, quamdiu mens mœrebit, & fatigabitur animus ob hoſtiles inſultationes *Dolorem*, (&) dolorem. Aſyntheton apud Hebræos inter duo crebrum. Sic autem appellat anxietatem & anguſtiam animi ob perſecutionis grauitatem, & diuinæ conſolationis abſentiam. *Per diem*, interdiu, vel, per ſingulos dies.

4 *Super*



A 4 *Super me*, contra me. Vſquequo torquebit & deprimet me. Quouſque ſe efferet & extollet aduerſum me, ſibimet ſubiiciet. Vel, pluſquam ego; ſupra me; quouſque me erit ſublimior, & potentior *a*. עַל *hal*, *Supra* & *contra*, id eſt; nunc in bonum, nunc in malum. *Reſpice*. Antitheta ſuperiorum. Nã *Reſpice*, refertur ad *Auertis faciem*. *Exaudi* ad *Vſquequo obliuiſceris*, *Illumina* ad *conſilia*, quæ cruciabant & tenebant dubium & ancipitem. Auguſt.

*a Vt Pſ. 16. ver. 22.*

5 *Illumina*, à malorum tenebris. Luce perfunde me, fulgore tuo diſſipa, & fuga oculorum meorum mala & tenebras, méque his calamitatibus eripe. Spiritum meum B redde vigilantem & circumſpectum, vel *Oculos meos*. ideſt mentis meæ illumina, vt contempler te, vt ſpectent ſalutis meæ neceſſaria, quando mihi erit moriendum. *Ne vmquam obdormiam in morte*. Pergit in metaphora: Ne ſuccumbam mortis angoribus; ne in mortis agonia ſim ſine tui deſiderio, cogitatione & ſenſu: ne vmquam miſerè & infœliciter moriar. Alij, ne ab inimicis interficiar. Malo ne ſim, velut mortuus; ſine ſenſu, cogitatione & agnitione tui. *Beati*, enim *mortui, qui in Domino moriuntur*, id eſt, in Domini agnitione, fide, confeſſione, & in conſideratione rerum ad ſalutem pertinentium. Ob- C dormire in morte, eſt ſecurè mori, citra Dei metum & cogitationem: in ea, veluti grauiveterno corripi, vt nihil pij cogites. Vnde ad verb. *Dormiam mortem*. Chald. *ne fortè peccem & dormiam cum his, qui meruerunt mortẽ* æternam ſcilicet. Mors dicitur obdormitio & ſomnus ob futuram carnis reſurrectionem. Nam reſurgentes veluti è ſomno excitantur. Aliqui frigidiùs. faue mihi, ne vmquã moriar, vel potius enecer aut interficiar. Chaldæus Hebraica ſic intellexit, ne dormiam mortem, ideſt, mortis ſomnum, ſomnum æternum, de quo & illud. D *Inebriabo Babylonios, vt ſopiantur & dormiant ſomnum ſæculi* (ſempiternum) *& non conſurgant, dicit Dominus*. Nam circumſcriptio eſt perpetui exitij. Quam non agnoſcunt, qui putant huiuſmodi phraſi dumtaxat *Moriendi*, verbum circumſcribi, & quidem citantes illud Poëtæ. *Nox eſt perpetua vna dormienda*. Plus enim ſignificatur, nempè mors æterna, ſiue gehennæ *Inimicus*. Tyrannus R. Kimhi. Fomes peccati, vel peccatum. R. Hataia, Ego Satanam, qui in mortis puncto ſæuiùs nos oppugnat, intelligo. q. d ne fortè me poſſit ante tuum tribunal iuſtè criminari, accuſare, & cauſa eſſe ſuperior. Sic paſ-

*Apo. 14. 13.*

*Mors cur ſomnus dicatur.*

*Hier. 51. 39.*

*Catullus.*

ſim multa precatur contra inimicos; quod vt ferè acci- A
piatur de viſibilibus & externis, pro Pſalmi argumento & occaſione: precando tamen ad inuiſibiles animum præcipuè debemus conuertere, vel viſibiles quidem, ſed qui hoſtes non ſint priuati, ſed publici, qui non tam ſint noſtri, quàm Dei inimici, ex profeſſo inimicitias cum eo, eius regno & fide exercentes *a*, ſiue quia pro noſtris externis ſecundum Chriſtianam inſtitutionem orandum ſit *b*, ſiue quoniam inuiſibiles ſunt illorum incentores, inuiſibilibúſque labefactatis viſibilium exigua ſit vis ac poteſtas, ſiue quia cum iſtis nobis lucta ſit perpetua, inteſtina, & perículoſiſſima. Adde duo eſſe
B genera imprecationum. Aliæ enim ſunt vniuerſæ, aliæ propriæ & perſonales. Illæ ſunt omnium aduerſus peccati corpus, hæ ſolorum Prophetarum, qui Dei Spiritu reguntur, & ſciunt, quínam peccati corpus foueant, ac tales diras mereantur. Sic Noé maledixit Chanaan nepoti *c*. Sic Eliſeus 40. pueris *d*, qui ipſum habebant ludibrio. Arnob. *e*. & alibi paulò aliter, *non ſolum* (inquit) *non maledicere, verum etiam pro inimicis orare iubémur. Vnde iſta, Iudica Deus nocentes me*, &c. *non contra carnem & ſanguinem* (id eſt contra homines) *ſed contra ſpiritus aëris huius, qui quotidie bella committunt*, competere
C putes. Chald. *Illumina oculos meos in lege tua, ne vnquam peccem, & dormiam cum his, qui meruerunt mortem, & non dicat fomes prauus, Dominatus ſum ei.*

a *Gal.* 5. *ver.* 12.
b *Matth.* 5. *verſ.* 44.
*Imprecationum duo genera & quæ.*
c *Gen.* 9. *v.* 25.
b 4. *Reg.* 2, *verſ.* 24.
e *in* 54. *pſal.*

6 *Si motus fuero*. Si deiectus fuero de meo ſtatu, de mea conſtantia & virtute, de tua gratia & auxilio. Ad verb. Si nutauero, ſi vel tantillum me ad lapſum declinantem viderint, ſi vel lapſui propinquum ſenſerint, nedum prolapſum. Poſſit etiam exponi, Si lapſus fuero, ſi cecidero, ſi periero. Chald. *ſi declinauero à ſemitis tuis.*

7 *In ſalutari tuo*. In ſalute & præſidio tuo, propter tuam ſalutationem, liberationem in Chriſto. Arnob. qui eſt
D ſalus noſtra & ſalutaris, id eſt, ſaluator, *Qui bona tribuit mihi*. Eclipſin fontis repleuerunt. Quoniam retribuit ſuper me (beneficia). Sic Chald. *Laudes dicam coram Deo, quia mecum magnificè egit*. Quæ ſequuntur, per appendicem appoſita ſunt præter fontem, vt doceremur iſta non modò dici de oris cantu, ſed etiam inſtrumentorum muſicorum pulſatione. *Nomini Domini altiſſimi*. Domino altiſſimo. Nã ſic loquuntur de Deo, honoris cauſa, per circumlocutionem. Adde nomen Dei, & Deum poni



A poni pro eodem, quòd Deus propter ſimplicitatem eſſentiæ ſit nomẽ ſuum, & nomen ipſius ipſe, vt loquuntur Cabbalici.

---

## ARGVMENTVM.

*Quòd impiorum plena ſint omnia, optat Chriſti aduentum, velut bonis ſalutem allaturum.*

## 1 *In finem* Pſalmus Dauid. XIII. Heb. 14.

DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt
B Deus:
3 Corrûpti ſunt, & abominábiles
facti ſunt in ſtúdiis ſuis: non eſt qui
fáciat bonum: nõ eſt vſque ad vnum.
4 Dóminus de cœlo proſpêxit ſuper fílios hó-
minum: vt vídeat ſi eſt intélligens, aut requîrens
Deum.
5 Omnes declinauêrunt, ſimul inútiles facti ſunt:
non eſt qui fáciat bonum, non eſt vſque ad vnum.
C 6 Sepûlchrum patens eſt guttur eórum: linguis
ſuis dolôsè agébant, venênum áſpidum ſub lábiis
eórum.
7 Quorum os maledictiône & amaritúdine ple-
num eſt: velóces pedes eôrum ad effundêndum
ſánguinem.
8 Contrítio & infœlícitas in viis eôrum, & viam
pacis non cognouêrunt: non eſt timor Dei ante
óculos eôrum.
D 9 Nónne cognôſcent omnes, qui operântur ini-
quitâtem: qui dêuorant plebem meam, ſicut eſ-
cam panis?
10 Dóminum non inuocauêrunt: illic trepida-
uêrunt timôre, vbi non erat timor.

A 11 Quóniam Dóminus in generatiône iuſta eſt, conſilium ínopis confudiſtis,quóniam Dóminus ſpes eius eſt.
12 Quis dabit ex Sion ſalutâre Iſraël;cùm auérterit Dóminus captiuitâtem plebis ſuæ:exultâbit Iacob,& lætábitur Iſraël.

---

2 *Inſipiens*, ἄφρων mente carens,amens.Heb.נבל *Nabal*,à *deſluendo, decidendo, vacando*, nebulo, qui mente, virtute B omni & ſapientia vacat,ratione& cerebro vacuus,non inſipiēs propriè,ſed ſceleratus,qui ſtultitiam cum improbitate habet coniunctam,vanus in rebus omnibus, cui omnia defluunt.Nequam,vnde נבלה *Nebala* nefas, de ſcelere ſtupri *a*.*Non eſt Deus*.Non eſt qui prouideat, non eſt Dei prouidentia. אלהים *Elohim* enim Iudicem ſonat,ac prouidentiam reſpicit,non eſſentiam, id eſt, non Deum ſignificat, quatenus eſt primum ens,rerum opifex,& cauſa,ſed quatenus iudex,moderator, prouidens.Quare & iudices,rectores,magiſtratus,etiam hoc inſcribuntur nomine *b*,&c.*I*am nomen tetragrammaton pertinet ad Dei eſſentiam.Eſt ergo ſenſus. C Apud ſe cogitat, etiam ſi non loquatur, ſentit, diſſerit impius non eſſe Deum,qui iudicet quemquam ex ſuis factis, Deum qui attendat, conſideret, curet hominum res,actiones,opera,Deum qui præmiis pœniſue benè maléue agentes afficiat. Quare ruit ad omnia flagitia ſecurus de ſupplicio,Hinc ſequitur,*Corrupti ſunt*, &c. longa enumeratione eorum, quibus impij ſe commaculant propter iudicij,prouidentiæque Dei inficiationem.Sic Chald.*Non eſt poteſtas Dei in terra.* Pauci enim ſunt, qui putent nullum prorſus eſſe Deum, id eſt, nullam primam cauſam,nullum primum ens, quíque cum Dei D prouidentia,eius etiam eſſentiam negent. Nam illud eſt de communibus naturæ notionibus.vt *c* indicat Ariſtoteles,& *c* Cicero.

a Gen.34.v.17.

*Nomen* אלהים *quid ſignificet.*

b Exod.22.ver.28.

*Deum eſſe pauci ſunt qui neſciant.*

b 12. *Metap.*

c 1. *de Nat. deorum.*

3 *Corrupti ſunt*.intellectu,& volũtate.Mutat numerum, vt & collectiuè & diſtributiuè doceat omnes eſſe corruptos,peccaſſe,& egere gratia Dei.Sic tractat hunc locum Paulus *d*.*In ſtudijs*, conſiliis & actionibus,dum à nullo ſcelerum genere abſtinent Actiuè in *Heb*.corruperunt abominabile fecerunt ſtudium (ſuum) ſiue opus

d Rom.3.v.12.



A pus. Chald: *corruperunt opera ſua & execrati ſunt bonum. Non eſt vſque*. Ad Auxeſin hoc repetiuerunt à verſ.5.Hîc autem incipit enumerare fructus Atheiſmi, qui valdè ſunt probis & quietis noxij,vtcontrà fidei fructus ſunt actiones virtutis,pietatis & iuſtitiæ *a*, cuique publicè & priuatim vtiles.

a Gal.5.v.22.

4 *De cælo*,tamquam è ſpecula,quid agant homines proſpexit,& deprehendit omnes eſſe peruerſos. *Proſpexit*, quaſi ex eminenti loco & longinquo aſpexit. Anthropopathæs.Diligenter nunc conſiderat, vt rependat ſuo tempore, & pro cuiuſque fide ac factis.*Si eſt intelligens*. B Deum,per Hypozeugma, An ſit Deum intelligens & cognoſcens,vt ei obediat.In genere docet impios deſtitutos eſſe ratione & iudicio.*Requirens Deum*,Dei mãdata, leges, iuſtitiam. Chald. *quærens eruditionem à conſpectu Dei.* (à Deo) Diligenter Deus proſpicit an ſit intelligens quiſpiam, ſéque requirens,vt ei adſit, faueat, bona & gratiam tribuat. Nam *videre* iuſtos dicitur Deus, vt *noſſe b*, quatenus eos beneficijs cumulat.

b pſalmo 1. verſ.6.

5 *Declinauerunt*. Receſſerunt,propriè à Deo ſcilicet. In C fonte ſingulariter. *Omnis receſſit*. quod aliqui nimiùm ſubtiliter expendunt,vt ſit metaphora a vino, quando in vappam reſoluitur,vt *c receſſit vinum eorum*.Sic ſubtiliùs, quod ſequitur vertunt, R*ancidi facti ſunt*, vt iam hoc ſit à cibis tranſlatum. Nam verba Hebraica hanc non habent vim.*Inutiles*, abominabiles ſunt propriè, computruerunt, fœtuerunt, ſine fructibus fidei, ſine bonis operibus.*Non eſt vſque ad vnum*.Ne vnus quidem. Hebraicè.Eſt autem Hyperbole quoniam Deus ſingulis ætatibus ſuos habet electos,à quibus colatur & in- D uocetur.Vel loquitur de inſipientibus illis, de quibus inſtituerat,qui omnes à maximo vſque ad minimum in operibus ſuis corrupti ſunt, de quibus Paulus ait *d*, *deſperantes*(id eſt,fide & ſpe deſtituti)*tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ, ad operationem omnis immunditiæ.* Sola enim fides & Dei timor,veluti virtutis retinacula,à peccando homines cohibent *e*.Ad hũc Idiotiſmum non ſatis attendens Auguſtinus exponit.*Vnum*,*Chriſtum*.q.d. Omnes peccauerunt, vſque ad vnum Chriſtum, ſiuè vno Chriſto excepto.Verè quidem,ſed non appoſitè.

c & Hoſ.4.

*Deus ſingulis ætatibus pios habet, à quibus colatur,*

d Epheſ.4.verſ.14.

e Prou.15.verſ.27.

6 *Iſti* tres verſus ſequentes nec ſunt in Hebræo,nec in Græco,nec in carmine Apollinaris: interiecti autem

 ſunt

*a Rom.3. v. 13.14.*
*b in hunc locũ,& Proœmio in 16. Com. Eſaiæ.*
*c Eſ.59.v.7.*

A ſunt in Latinis codicibus ex Paulo *a*, *qui* ( inquit Hieronym.*b*.) *de variis Scripturarum locis hoc teſtimonium texuerat*. Nempe primus verſus eſt à Pſ.5. ver.11. & 139. ver. 4. Alter è Pſal.9. verſ.7.& Eſa.59.verſ. 7. vel Prouer. 1.verſ.16. Tertius ex eodem Eſ.loco,& Pſ.35.ver.2. Ne propterea putet aliquid de Hebraicis vel Græcis codicibus fuiſſe detractũ. *Doloſè agebant*. ad dolos vtebãtur.

8 *Contritio & infœlicitas*. Actiuè *c*, Toti ſunt in conterendis & infœlicitate ſiue calamitate afficiendis vexandíſque hominibus. Aliqui paſſiuè,ſed alieniùs, de contritione, qua conteruntur & confringuntur, non qua B conterunt,& de infœlicitate,qua ſunt infœlices, non quam inducunt. *In viis eorum*. In eorum vitæ inſtituto eſt, vt confringant & vexent. *Via pacis*, vitam pacificam, quietã & pacatam oderunt. Nõ norunt pacificè viuere.

9 *Nónne cognoſcent*, me irámque meam aduerſum peccata, vel diuinam vltionem, Nónne ſentient vim & poteſtatem meam. Eſt enim apoſiopeſis. q.d. ſentient ſuo tempore, ſuo magno malo. *Qui deuorant*. De magnatibus loquitur, qui opprimunt populum. *Plebem meam*, עמי *hammi* populum meũ, pauperes, pios preſertim tenuiores. Apertè *d*, in Exodo. *Si pecuniam mutuam dederis* עמי C את העני *hammi eth ani populo meo* (nempè) *pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum*. Nam אתהעני *ethani* expoſitiuè ſubiicitur cum articulo. Ita in Scripturis Deus agnoſcit pro populo ſuo pauperes,& ſic eos appellat, non diuites, quaſi illorum proprius ſit rex tutor, pater, defenſor, docet autem in tanta peccantium multitudine & turba ſe ſibi perpetuo ſeruare reliquias, ſed quæ crucibus & prædæ potentiorũ ſubiaceant. *Sicut eſcam*. id eſt, auidè, cupidè. Quanta auiditate, voluptate, impunitate ſolet deuorari fruſtum panis à famelicis. Quare pro nihilo ducunt pauperes deuorare, neque magis commouen- D tur, quàm ſi cibum ſumerent. Alij ſimilitudinem referunt ad quotidianas & aſſiduas populi deprædationes, quemadmodum panis quotidie editur. In Heb. ſubaudienda eſt particula. (ſicut) comedunt panem. ( perinde ac ſi) comederent panem.

*d Exod. 22. v.25.*

*Pauperes Deus agnoſcit pro ſuo populo.*

10 *Vbi non erat timor*, timoris cauſa & occaſio. Metonyvte, infra vbi nullum eſt periculum. Hoc doctè ſupplẽdum exiſtimarunt, vt & Chald. *Ibi timuerunt timere mendaci, quod non decebat timere*. Neque enim agitur de quolibet timore, ſed vano.

*e Pſ.50.ver. 15.*

11 *Quon*



A 11 *Quoniam Dominus*. Ratio, cur timeant vbi nulla cauſa timẽdi. Quia vident Deum bonis adeſſe, vnde prius hemiſtichium huius verſus eſt appendix præcedentis, vt appareat ex fonte. *In generatione iuſta*. Fauet ætati iuſtę, cum hominibus iuſtis verſatur, eis adeſt. Generatio toto hoc opere ferè ſignificat ſæculum, & homines alicuius ſæculi, & ætatis, non nationem, & cœtum. Aliqui vertunt, in generatione iuſtorum, iuſtos autem fideles, & pios intelligit Euthy. *Conſilium inopis*. Initium verſus in fonte. & eſt apoſtrophe ad impios. Conſilium, quo videlicet Dei opem, in quo vno confidit, patienter inops expectat: propoſitum eius de benè agendo, piéque B viuendo illuſiſtis, *vituperaſtis*, vt habet Chald. ſtultum, ridiculum, pudendũ exiſtimatis, hoc ſolo nomine, quia in Deo ſperat. *Quoniam*, eò quòd poſuerit in Deo ſpem ſuam: ac in eo conſiliorum ſuorum fundamenta collocarit Sic *a*: Impij ſuæ irriſionis cauſam hauriunt è ſimplici piorum in Deum confidentia. *Confidit in Deo, liberet nunc eum, ſi vult.*

*a Matth.27. verſ 43. & Sap.2.18*

12 *Quis dabit*. Modus optandi Hebraicus, per Epiphonema, vtinam ab his malis ſaluetur Iſraël. Cùm omnia C ſint corrupta, vtinam prodeat ex Sion ſalus Iſraël promiſſa, vel Saluator Iſraëlis Chriſtus. Eius enim aduentum optat ex Sion *b*, vt per eum deprauata natura, vel mundus reſtituatur. Nam Apoſtolus non tantùm ad Iudæos, ſed etiam ad omnes homines refert *c*. *Salutare τὸ σωτήριον*, aliqui putant Sept. vſurpaſſe adiectiuum neutrum pro ſubſtantiuo *σωτηρία*. Ego cenſeo de induſtria Propheticè ſic paſſim vertiſſe, vt intelligeremus illa pertinere ad perſonam Chriſti, non ad nudam Dei actionem, & conſeruationem. Nam adiectiua ſignificant D ſubiecta cum accidentibus, vt abſtracta, ipſa dumtaxat accidentia. Id colligo ex Paulo qui ſic loquitur *d*: *Notum ergò ſit vobis, quoniam gentibus miſſum eſt hoc ſalutare* Dei, & Simeon *e*: *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*. Chriſtum, non tantùm ſalutem, ſed & ſalutarem atque ſalutiferum. Quare & Hebræi verſum iſtum interpretantur de diebus Meſſiæ. *Cum auerterit*, vel tranquillauerit. שב *Shab*, vtrumque ſonat. Reſpondet interrogationi. Eueniet, quod opto, quando populus Iſraël, captiuitate & ſeruitute per Chriſtum liberatus, exultabit ac lætabitur. Vel potius eſt ętiologia, ſiue ratio ſui optati. Vtinam ex Sion exiſtat ſalus Iſraëlis. (Nam) cùm eam reſtituerit

*b Eſa.2.3.*
*c Rom.3.10*
*d Acto.vlt. verſ.28.*
*e Luc.2 30*

ſtituerit Dominus,excuſſa populi ſui captiuitate,exul- A
tabit Iacob, &c. *Captiuitatem*, qua populus eius premi-
tur ab huiuſmodi impiis eum vt eſcam panis deuoran-
*a verſ.9.* tibus *a*. Ita appellat miſeram cõditionem noſtri exilij,
& peregrinationis in vita pręſenti. Vel peccati,& mor-
tis æternæ. Eſt enim duplex captiuitas, cuius vtriuſ-
que liberator eſt Chriſtus. A priore liberat, cùm è mi-
ſeria, vel ſeruitute temporaria eruit, perfectè autem
quando etiam ad libertatem gloriæ filiorum Dei per-
*Duplex captiuitas à qua chriſtianos liberat.* ducit,è qua modò exulamus. A poſteriore quando nos
à peccatis,& tyrannide Satanæ aſſerit in ſtatum gratię,
& filiorum Dei adoptionem,per fidem, baptiſmum, &
reliqua fidei ſacramenta. Sumus enim alioqui ob pec- B
catum captiui Satanæ,inferni,mortis,peccati ipſius.

ARGVMENTVM.

*Puros,& innocuos terra ſancta,vel potius cœlo, & æterna quiete,potituros.*

## 1 Pſalmus Dauid. XIIII.
## Hebr. 15.

DOMINE quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo?
C
3 Qui ingréditur ſine mácula: & operátur iuſtitiam.
4 Qui loquitur veritátem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.
5 Nec fecit próximo ſuo malũ: & opprobrium non accépit aduerſus próximos ſuos.
6 Ad níhilum dedúctus eſt in conſpéctu eius malìgnus: timêntes autem Dóminum glorificat. D
7 Qui iurat próximo ſuo, & non décipit,qui pecúniam ſuam non dedit ad vſuram: & múnera ſuper innocêntes non accêpit.
8 Qui facit hæc:non mouébitur in ætêrnum.

Domine



2 *Domine quis habitabit.* Per tabernaculum Dei,& mon-
A tem ſanctum, Iudæam recentiores intelligunt. Tu ad
literam accommodatiùs montem illum cœleſtem, &
tabernaculum, ceu domicilium Dei ſempiternum:ſiue
quianõ tantùm eſt beneficium permanere in terra ali-
qua,ſiue quia ad ea fruendũ non opus eſt tanta virtutė.
Non alienè etiam accommodant ad Eccleſiam,quæ eſt *a Eſa. 2.2.*
tabernaculum Dei viuentis,& mons eius ſanctus *a*, vt is
dicatur futurus ciuis Eccleſiæ, qui probitati ſtuduerit.
Nam tales ad eam vocari ſolent, ac in ea retineri,ne ad
hæreſes,& impias alias religiones tranſeant. Nonnulli
B item diuidunt, ac intelligunt per tabernaculum mili-
tantem Eccleſiam, vti illud erat templum caſtrenſe, &
quaſi temporarium,per montem ſanctum,fixum,&im-
mobilem, Eccleſiam triumphantem, & cœleſtem, ſed
ſimpliciùs,vt dixi.vt pro eodem.i.cœlo vtrumque ac-
cipiatur. *Quis*, Chald. *quis dignus eſt,vt habitet*, quis dignus
vt requieſcat. *In monte ſancto tuo*, in cœlo tibi ſacrato.
Ad verb.ſanctitatis tuæ,id eſt,tuo,qui es ſanctiſſimus.
3 *Qui ingreditur.* Superiori interrogationi reſpondet,
vt Chriſtus *a*: *ſi vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.* Nam *b Matth.19.*
vt gratis nos iuſtificauerit, & ad vitam æternam voca- *verſ.17.*
C uerit,ſtipulatus eſt tamen, vt ſimus integri. *Beati ſi hæc*
*feceritis,&c c. Sine macula*.perfectè,integrè.prop.qui per- *Iuſtificati*
fectè viuit perfectione viæ, non patriæ i.quãtum ferre *gratis integrè*
poteſt humana imbecillitas. Alioqui nullus ſine pecca- *viuere debet.*
ti macula in hac via.i.vita mortali. Hoc autem aliqui
referunt ad Dei interdicta, vt quod ſequitur de opera-
tione iuſtitiæ ad præcepta, ſed rectiùs, vt hic verſus *c Ioan.13.*
cum prima parte ſequentis ſit de virtutibus, & officiis, *verſ.17.*
quæ præſtare debeat, aſcenſurus in cœlum, deindè ſe- *Iac.1.26.*
quentur vitia,quibus carere debeat. Duæ enim ſunt iu-
D ſtitiæ partes,*facere bonum, & declinare à malo d.* *d Pſal.37.*
4 *In corde ſuo.* Apud ſe non ore tantùm,ſed ex animo, *verſ.27.*
non fucatè *e*, vt *veritatem vnuſquiſque loquatur cum proxi-* *e Eph.4.25.*
*mo ſuo. Qui non.* Iam vitia enumerat à quibus cauendum
ſit. *Egit dolum*,qui non doloſè loquitur,qui nõ detraxit,
detulit,traduxit,ad verb. Cordis primo meminit,dein-
de linguæ,poſtremò actionum,Euthym.
5 *Nec fecit.* Alterum non lęſit opere,nec verbis. Priore
loco Hebraicè eſt,רעה *Reá*,proximus,ſocius,poſteriore
קרוב *Karob*,propinquus. *Sed 70.non diſtinxerunt,vt nec Ki-*
*mhi,*

*mhi, qui proinde hic proximus inquit, & propinquus* (ſiue ירע *Rehab*, & חרף *Karop*, ) *appellantur omnes, quibuſcum nobis eſt negotium*. Latinè alter. Hinc illud fontis *a. Regnum eius tradat rex ſociæ eius meliori illa*. Non doctè tranſtulit. *Regnum illius altera, quæ melior ſit illa, accipiat*, ſecutus Ioſephum, qui dixerat pro ſocia eius, ſiue proxima ἑτέραν γυναῖκα. Quò pertinet illud Moſis *b*: *Non dices falſum teſtimonium aduerſus* רעך *Rebecha, ſocium ſiue proximum tuum*, id eſt, aduerſus alterum, ſiue is amicus ſit, ſiue non, ſiue notus, ſiue ignotus. Atque ita contra Phariſæos Chriſtus expoſuit *c* locum Moſis: *Diliges proximũ tuum*, id eſt, alterum in genere, quod ſecutus Paulus ait *d* ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκεν. *Et opprobrium*. Dedecus proximis ſuis non imponit, neque imponi patitur. *Non accepit*, non audit. Ad verb. non ſuſtinuit, non tulit, non paſſus eſt proximum opprobrio affici. Hebraicè על *hal contra & ſuper*, vt duplex ſit ſenſus, qui neque cōtra proximum tollit probrum, neque ſuper eo accipit, id eſt, neque ſuſtinet ei fieri probrum.

*a* *Eſther. 1. verſ. 19.*
*b* *Exod. 20. verſ. 14.*
*c* *Math. 5. verſ. 44.*
*d* *Rom. 13. verſ. 8.*

6 *Ad nihilum*. In cuius conſpectu nihili factus, & deſpectus eſt malignus: quantumuis potens ſit, & diues, reuerentes autem Dominum, etiam ſi mundo ſint contemptui, honore afficit. *Malignus*, abominabilis, reiectus propriè, reprobus.

*Fides cuicum que data fallenda non eſt.*

7 *Qui iurat*. Qui iurat proximo ſuo, & iuramẽtum non reuocat, neque mutat Fides, cuicum que data fuerit, nō eſt fallenda, maximè quãdo iuramento eſt confirmata. Tanta debet eſſe Numinis religio, & reuerentia. Nec allegandum illud Comici, *iurauit lingua*. Mentem iniuratam gero. Si quid excipiendum Ambroſius docet *e*. *Proximo* הרע *hareah*, ſocius, proximus. Habet autem hic, ה *He, Haiediá*, poſt ל præter leges, carminis cauſa, vt alibi interdum contingit, teſte Kimhi. Quod cùm minus aduerterẽt Recentiores, ſubtiliùs, atque adeò alieniùs vertunt in infinitiuo Hiphil, *malefacere, vel conterere*, vt de firmitate voti. & iuramenti ſancti *f*, hæc per Eclipſin dicantur, Qui iurat (ſe) cōtriturum (ſeipſum, vel corpus ſuum) qui iurat ſe malefacturum (ſibi ipſi, vel ſuo corpori,) & non mutat (id eſt, neque reuocat iuramentum) in cœlo quieſcet. Nam iuriſiurandi, & voti religio non violanda. Quod ſumpſerunt è Chaldæo. *Qui iurat, vt ſe affligat, & nō mutat. Ad vſurã* ſumptũ è Deut *f*. & Nehem. ſuper contra, & ſic alibi *g*. *Maledictus, qui* accipit

*e* *Offic. li. 3. cap. 10.*
*f* *de qua Num. 6.*
*g* *Deut. 23. verſ. 20. Eſd 5. 6. 7. 6. 8. verſ. 25*



*accipit munera.*

8 *Non mouebitur in æternum*. Numquam labetur, vel numquam peribit è monte ſancto. Numquam deiicietur de Dei tabernaculo, ſemper monte ſancto perfruetur. Hæc principio Pſalmi reſpondent.

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus Deum Patrem orat, vt ſe piorum ſtudioſum, & impiorum oſorem conſeruet. Gratias deinde agit, quòd ab eo ſit è mortuis excitandus, & perpetua fœlicitate donandus.*

## 1 Tituli inſcriptio ipſi Dauid. XV. Heb. 16.

CONSERVA me Dómine, quóniã
ſperâui in te: dixi Dómino, Deus
meus es tu, quóniam bonôrũ meôrum non eges.
3 Sanctis qui ſunt in terra eius:
mirificâuit omnes voluntâtes meas in eis.
4 Multiplicâtæ ſunt infirmitâtes eôrum: poſteà accelerauêrunt.
6 Non congregâbo conuentícula eôrum de ſanguínibus: nec memor ero nóminum eórum per labía mea.
6 Dóminus, pars hęreditâtis meę, & cálicis mei: tu es qui reſtítues hæreditâtem meam mihi.
7 Funes cecidêrunt mihi in præclaris: étenim hæréditas mea præclara eſt mihi.
8 Benedícam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper, & vſque ad noctem increpuêrunt me renes mei.
9 Prouidêbam Dóminum in conſpêctu meo ſemper: quóniam à dextris eſt mihi, ne cõmouear.

10 Prop

10 Propter hoc lætâtum eſt cor meum, & exultâuit lingua mea ínſuper,& caro mea requiêſcet in ſpe. A

11 Quóniam non derelînques ánimam meam in inférno: nec dabis ſanctum tuum vidêre corruptiônem.

12 Notas mihi fecîſti vias vitæ, adimplêbis me lætítia cum vultu tuo; delectatiônes in déxtera tua vſque in finem.

B

---

2 *Conſerua me*, ab inimicis meis. *Quoniam* (&) quòd. Aſyntheton. Dixi apud me Domino hæc duo, *Deus meus es tu*, (&) *quòd non eges meis bonis*, id eſt,ſacrificiis, rebus, muneribus, operibus, vel iuxta alios, meritis, probiſque actionibus, quibus etſi Deus delectetur, & præmium det,non indiget tamen:vt proinde ob meam dumtaxat ſpem,rogem conſeruari.InHeb.eſt Apoſtrophe ad animam ſuam, id eſt, ſeipſum,vt infra,& Eclipſis Coniunctionis &Verb.*Dixiſti*( *ô amima mea* ) *Domino*, *Deus meus es tu* (&) *bonum meum non ſuper te cadit*, aut quid ſimile. Vel bonum meum haud quaquam pro te. Id eſt,vt doctè Septuag Intellexerunt, dixi ego apud me *Τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις*. Bonū meum tibi nihil confert,non eſt in tuum vſum, vt proinde eius non indigeas,ſed contrà potiùs bona tua ſuper me,mihi conferunt plurimùm,eorúmque valdè egeo. Lucretius *b* etſi Epicureus deDei natura.*Ipſa ſuis pollens opibus nihil indiga noſtri*. Vnde שדי *Saddai*.q. *αὐτάρκης*,& ſeipſo contentus. Quod Apoſtoli *c* ita expreſſerunt,*οὐ γὰρ θυσιῶν δεῖται θεὸς ἀνενδεὴς ὑπάρχων τῇ φύσει*. A nobis Deus in precatione requirit præcipuè fiduciam,res noſtras non niſi ſecundariò. Hinc primùm legitur reſpexiſſe *ad Abelem*, i. Abelis pietatem & fidem,deinde *ad eius munera d*. Alij ſubtiliùs, Bonum meum non (niſi) ſuper te (eſt) vt Chald. *Bonum meum non procedit niſi à te*. & Hieronymus,*Benè non eſt mihi ſine te*. Kimhi, *Bonum meum ſuper te nequaquam eſt*. id eſt, nequaquam te obligat & deuincit. Itaque quod boni mihi facis,gratuitò facis.

*Deus non indiget noſtris bonis, eis tamen delectatur.*

*a Pſal. 41.7*

C

*b lib.1.*

*c lib.6.conſtit.c.20.*

*Deus ſeipſo contentus.*

*d Geneſ.4, ver.4*

D

3 *Sanctis qui ſunt in terra*. Tranſpoſitio Hebraica.In ipſis ſanctis,qui in terra verſantur, omnes meas voluntates



A tes mirificauit,miram fecit meam erga ipſos beneuolentiam & caritatem.Eos vnicè diligo,omnis mea voluptas in eis eſt *a*. Vnde Sanctis,qui erant in cœlo,relictis,ad hos in terram deſcendit *b*. *Mirificauit*. Hebraicè eſt Nomē.ואדירי *veaddide*,( in) *mirificis & præclaris voluntas mea eſt*.Sed docere voluerūt vnde iſta claritas & admirabilitas proficiſceretur,nempe à Deo,non ab ipſis.

*a Prou.8. 17.*

*b Luc. 15.4*

4. *Infirmitates eorum*. Inimicorum ſcilicet. Relatiuum ſine Antecedente,vſu linguæ. Infirmitates autem vócat vitia,peccata,errores. Sic Gallicè, *Leurs pauuretez ſont augmentees*.ideſt,*leurs abus,leurs pechez*..Hebræi per Liptoten,vt tenuiter loquatur de re graui, reſtringunt ad Idola & impietates,quas ſolent variis nominibus contemptim & inuidioſè appellare, *Poſt ea*. Duobus vocabulis *κατὰ ταῦτα*,poſt eas res,poſt ea peccata & impios cultus accelerauerunt & cucurrerūt: magno ardore ad ea exequenda properant.Rectiùs autē אחר per Pathah, *Ahar,poſt*,quàm Maſoretæ per Tſeri,אחר *Aher,alius*.Nā cunctæ interpretationes,quæ ad iſtorum lectionem retinendam excogitantur,ſunt coactæ,& nimis Eclipticæ.Vt( Poſt)alium, Deum,accelerauerunt. Item, Alieno, Deo, donadederunt, ideſt, obtulerunt oblationes. Item ( Qui ad ) alterum, Deum,accelerant,&c.

B

C

5 *Non congregabo conuen*. Non tibi libabo ſacrificia legalia,nec libanda docebo *c*,*Eorum conuenticula,συναγωγὰς*, eorum ad ſacra cōuentus & coitiones,quæ ſunt de ſanguinibus,ideſt ad libandum ſacrificia cruenta, non cogam.Abſtinebo ab his cogendis ad talia Moſaica ſacrificia. Non hoc eos docebo,ſed vitæ & ſacrorū puritatem.Hinc Heb. *Non libabo libamina eorū de ſanguinibus* ideſt,ſanguinea & cruenta.Nam præpoſitio,De,מן *min*, inſeruit Genitiuis poſſeſſionis.Sic de abrogatione cultuum legis loquetur.Ex quo rectè Aug. & eum ſecuti interpretes,de carnalibus ſacrificiis & ſanguinibus pecorum. Sanguines etiam poſſunt ſignificare cædem. q.d.Eorum cōuenticula dumtaxat inſtituuntur de cæde,de me & aliis interficiendis: hæc eorum ſunt libamina,hæ hoſtiæ.Ea igitur non colligam, non ero auctor,vt colligantur,vt quæ ſint cruenta & ſanguinaria parricidia. Pronomen,*Eorum*,aliqui referunt ad idola, quæ infirmitates appellabat. Eorum cruenta libamina non conficiam.Septuag.tropum expoſuerunt. Nam ad libandum conuenire ſolent homines. *Nec ero memor no-*

*c Pſ.49.v.13*

D

Geneb.in Pſal. F

*minum eorum*,conuenticulorum,idololatrarũ,vel inimi- A
corum meorum.Neutros dignos exiſtimabo mea com
memoratione & memoria.Euthym. *non eos amplius vo-*
*cabo populum Dei , vel vineam aut hæreditatem.* Iuxta eos,
qui Pronomen referunt ad idola , ne quidem Ido-
lorum nomen vſurpabo, quæ inuocant, & per quæ iu-
rant. Ad verb.neque tollam nomina eorum ſuper labia
a Eph. 5.3. mea,ideſt,non accipiam , ſed abſtinebo ab eorum no-
Exod.20.7. minibus penitùs vſurpandis. Sic Paulus *a* , *fornicatio ne*
*quidem nominetur in vobis. Tollere*,etiam, *nomen* , apud He-
bræos eſt iurare,vt in decalogo,*non tolles nomen Dei tui in*
*vanum*,id eſt,iuxta veteres Rabbinos nõ iurabis,quam-
uis generaliùs interpretetur R. Moſe,*non vſurpabis , non* B
*commemorabis , non in ore habebis nomen Dei vanè , & perpe-*
*ram.* Quo ſenſu hic Dauid , vel potius Chriſtus inquit,
non iurabo per Deos ipſorum.
6 *Dominus*,eſt mihi pro diuitiis &bonis omnibus,pro
legitima poſſeſſione & cõditione.Cætera repudio. An-
titheſis.Oſtendit ſibi vnum Deum ſufficere,ſéque præ-
ter eum nihil quærere.*Pars hæreditatis*,pars mea hæredi-
taria.Sic duo Subſtantiua vſurpantur pro Subſtantiuo
& Adiectiuo. Eodem Hebraiſmo , *Pars calicis mei*, pars
mea calicea,& pocillaris,pars,quam bibam , vt meam.
b vt Pſ.10. ideſt,retributio mea.Calix pro retributione & merce-
6. Apoc.14. de paſſim *b*, *Tu es,qui reſtitues*, compoſitum pro ſimplici,
10. vt retribuere pro tribuere,qui ſtatues, ſtabilies , firma- C
bis,ne quis mihi eam poſſit eripere,ſuſtentabis,fulcies
propriè. Tu,qui te mihi poſſidendum & fruendum de-
diſti,non patieris,vt me quis hac poſſeſſione deturbet.
Græci hæreditate Eccleſiam intelligunt. Eam veluti
perditam &profligatam inter gentes,reſtitues mihi.A-
lij,regnum Dei,ſiue regni Dei poſſeſſionem.
7 *Funes*.Sors,ſiue hæreditas accidit mihi , *In præclaris*,
in Deo,cuius poſſeſſione & ſorte nihil contingere poſ-
ſit præclarius.q.d.In partem hæreditariam mihi obue-
nit,quod eſt omnium præſtantiſſimũ,quod nolim cum D
vlla alia re commutare.Nempè Deus, Dei gratia , eiúſ-
que regni poſſeſſio,cùm alij opes,alij honores,alij hu-
*Deo eiuſque* manam ſapientiam,alij delicias,alij eiuſmodi alias va-
*religione ni-* nitates ſoleant ſibi pro hæreditate & ſummo bono eli-
*hil ſuauius* gere.Vel in excellẽtibus,& vniuerſi humanigeneris flo
*& amabi-* re.In dulcibus,in ſuauibus propriè. Nihil autem Deo,
*lius.* Deíque religione ſuauius & amabilius. At mox , *Præ-*
*cla*



A *clara*,pulchra,ſpecioſa.Hinc Chald. *Sed & hæreditas mea*
*complacuit mihi.* Funes vocat hæreditatem & portionem,
Metaphora ab agris, qui funibus vel perticis menſu- a Ioſ.10.
rantur *a*. Hinc inferius *b*, *funiculus diſtributionis* , Alluſio- b Pſal. 77.
ne ad Ioſue 13.& ſequentibus capitibus.vbi terra Cha- 55.
naan per ſortes in ſingulas tribus diuiditur. Harum au-
tem vocum congeries,partis,portionis,ſortis , poſſeſ-
ſionis,hæreditatis,funium,eodem ferè tendentium , &
Deum verum deſignantium,ad Auxeſim pertinet. *Ete-*
*nim*,& quidem mihi,vel & quidem quantùm ad me at-
B tinet,quicquid aliis illa ſit,mihi eſt pręclara.Scio mul-
tos non huius fore ſententiæ & animi,at mihi interim
eſt præclara & cunctis bonis carior.
8 *Intellectum*,cõſilium.Vnde Heb. qui conſuluit mihi
( vt hanc hæreditatem eligerem) *& vſque ad noctem* , e-
tiam noctu me erudit,ideſt,ſuam erga me beneuolen-
tiam & fauorem omni tempore, etiam aduerſo perpe-
tuat.Vel potius,celebrabo Dominum,qui me ſuo con-
ſilio regit, qui mihi ſua ſapientia adeſt , die noctéque,
qui me docet,hanc hæreditatem perpetuo eligere. *Vſ-*
*que*,non tollit noctem.i.non excluſiuè ſumitur, ſed in-
C cluſiuè vt loquuntur , vt nec Gallicè , *iuſques au feu illa*
*maintenu celà*.ideſt, etiam in igne , per medium ignem;
q.d.etiam noctu , etiam per noctem, quo tempore vi-
deor oppreſſus ſomno , & à cogitatione alienus. Et ſic
habetur in fonte , *Noctibus*. quo Hebraiſmo,& Gallici-
ſmo explicantur multa,quæ videntur obſcura , vt, *Do-* Pſal.109.2.
*nec ponam ſcabellum pedum tuorum,& donec peperit filium ſuum* Mat.1.25.
*primogenitum* ( incluſiuè,non excluſiuè ) ideſt poſtquam
poſuero,poſtquam peperit. *Increpuerunt*,ἐπαίδευσαν,eru-
dierunt me renes mei,nocte me ad pietatem incitarũt.
Admonitio vel inſpiratio Spiritus ſancti ſæpius fit no-
ctu,quo tẽpore diuinæ viſiones plerunque factæ ſunt *c*. *c Spiritus S.*
D Laudabo Dominum,qui mihi benè ſolet conſulere, vt *inſpirationes*
etiam noctibus,quando vaco è negotiis , & me quieti *noctu ſæpe*
trado,renes mei erudiant me,& doceant,quid ſit ſuſci- *fiunt.*
piendum,quid faciendum:qui me illuminat Spiritu ſuo Gen.26.24.
ſancto,qui me docet arcanis inſpirationibus.Significat & 32.23.&
Patrẽ ſibi numquã defuiſſe Spiritu ſuo,noctibus etiam 46.2. Dan.
ſuggeſſiſſe optima cõſilia,cogitationes, affectus.Renes 2.1.& 7.1.
Scriptura in pręcipuis animi inſtrumẽtis numerat: vn- Pſal.7.&
de Metonymicôs eos vſurpat pro mẽte, & eius affecti- 77.
bus:increpare autem,pro erudire,admonere, dirigere.

9 Dominum mihi iugiter proponebam, cum habebam ob oculos tamquam ſcopũ. προωρώμην Per Dominum aliqui Metonymicè intelligunt mandatum Domini de Euangelio prædicando, & moriendo pro peccatis hominum *a*. *A dextris*, A dextris eſſe, vſu Scripturæ eſt paratum eſſe ad auxilium, aſſiſtere, vt inferius *b*, *Ne commouear*, ne maneã in morte, vel vt me iuuet & defendat.

*a Ioan. 6. 12. 14. 17. 18.*
*b Pſal. 108. ver. 5. & 109. ver. 6.*

10 *Propter hoc lætatum eſt*. De Chriſti reſurrectione *c*, *Exultauit*, præ gaudio immenſo cantat. *Lingua mea*. Ad verb. gloria mea, Epithetum animæ & mentis, quæ eſt corporis humani gloria *d*, hominîſque pars melior ac honoratior. Vel linguæ, vt declaret non tantùm ſe intus lætari, ſed linguam quoque ſuam, adeò vt in hymnos erumpat. Et ſanè Apoſtoli, *Linguam*, citant *e*, quòd tranſlationem 70, penè ſemper complecterentur. *Caro*. Corpus meũ requieſcet in ſpe, reſurrectionis ſcilicet, glorificationis, & ſeſſionis ad dexteram. Vel, *In ſpe*, confidenter, citra metum corruptionis.

*c Act. 2. ve. 35. & 13.*
*d pſ. 29. ver. vlt.*
*e Act. 2. ve. 25. & 13. ver. 35.*

11 *Animam meam*. Nam Chriſtus anima deſcendit ad inferos, præcipuè ad eam partem, quam Sinum Abrahæ Euangelium vocat ad ſoluendos inferni Patrũ dolores, *f* eóſque liberandos. Nempè vt victor, non vt debitor. Vnde duo hîc ſunt inſignia recentiorum errata. primum, quòd שאול, *Seol*, pro ſepulchro, cùm propriè infernum animarum ſignificet, vt 3. de Trinitate è Talmudicis & Rabbinis docui. Secundum, quod animam pro corpore, & vt impurius *Beza* loquitur, pro cadauere accipiant, in doctè, allegantes Leuit *g*. Nam illic & ſimilibus locis paucis, נפש, *nepheſh*, i. anima non pro corpore, ſed per ſynecdochen pro homine mortuo, vel potius per Metonymiã pro hominis mortui funere ſumitur, pro cuius anima fiebat ſupremum illud officium, vbi eſt myſterium curæ antiquæ viuorum pro mortuis, & mortuorum animabus. Moſes enim animam appellat officium ſupremum peractum pro mortuo, neque reſpicit corpus ſiue cadauer, quoniam eius cauſa, illa parentalia non tã ſolenniter fuiſſent peracta. *Ob animam*, inquit *h*, *ne contaminetur ſacerdos*, ideſt, ob hominis mortui funus & exequias, in quibus pro anima eius parentabatur, & iterum *i*, *Inciſionem ob animam non facietis in carne veſtra*, vbi Onkelos, *læſionem pro mortuo ne faciatis in carne veſtra*: & Noſter, *ſuper mortuo ne incidatis carnes veſtras*, id eſt, pro mortui anima. Nam his locis, vti dixi, anima non ſimpliciter ſignificat mortuum, ſed animã mortui, pro qua iſta peragebantur. Nam & Amorrhæi pro requie animarum ſe incidebant, putãtes id ipſis prodeſſe: quẽadmodum & Romani pro iiſdem februabant, & diem animarum celebrabant apud Ioſephum in Antiq. & Feſtum. Sic *a Pollutus anima*, id eſt, tactu hominis mortui, cuius funus inſtituitur. Vnde non reperitur in hac notione, niſi quando agitur de funeribus & exequiis, quaſi illa fierent propriè propter animam, & in fauorem animæ, non corporis. Quod pluribus explicare libuit, vt illuminarem ſententiam Moſis paucis perſpectam, & ab iſtis corruptam, ac nefariè ad ſanctiſſimum Chriſti corpus tranſlatã, quod proinde *Cadauer*, auſi ſunt per ſuum Bezam nominare, citatis his locis nihil cum hoc commercij habentibus, *Videre*, ſentire metaphoricè per explicationem ſenſuum experiri, pati. Non modo autem corpus Chriſti in ſepulchro corruptelam non ſenſit, ſed nec ſentire potuit, vt cæteris corporibus ſolet accidere, ob Verbum hypoſtaticè in ipſo habitans *b*. In morte enim hypoſtaſis non eſt diſſoluta, dum quod ſemel aſſumpſit natura Chriſti diuina, numquam id dimiſit. *Corruptionem*. Vocem שחת, *Sahath*, ſic ſolent interpretari R. Abraham & Hebræi doctiores. Non patieris, vt ego, quem ſanctificaſti, ſentiam corruptionem, vt meum corpus in ſepulchro corrumpatur, putreſcat, & in puluerem redigatur. Hoc non competit Dauidi, cùm eius corpus in ſepulchro corruptum ſit *c*, Chriſto igitur, quẽ prius reſurgere oportuit. Hinc in Midras Tillim *etiam caro eius habitabit tutò*. Ait R. Iſaac, quod nõ dominabitur in eum poſt mortem ſcolex aut vermis. Qui *Foueam*, vertunt, pugnant cum euentu. Nã Chriſtus ſanctus Dei foueam vidit, dum in ea hæſit circiter triduum corpore. Hinc articuli fidei, *Sepultus eſt* (corpore) *deſcendit ad inferos* (anima.)

*f Act. 2. ver. 24.*
*g c. 21. v. 1.*
*Duo errata Bezæ & Caluiniſtarum.*
*Officium pro defunctis in veteri lege celebrari ſolitum.*
*h Leu. 21. ver. 1.*
*i Leu. 19. ver. 28.*



*a Aggei 2. ver. 14.*
*b Athan. apud Theod. lib. 3. Polymorphi pag. 72.*
*Hypoſtaſis Chriſti in morte Chriſti non eſt diſſoluta.*
*c Act. 2. ver. 29.*

12 *Notas mihi feciſti*. Id eſt, me ad vitam reuocaſti. Vias enim vitæ appellat reſurrectionem & glorificationem corporis mortui, quòd his progrediamur ad vitam perfectam, æternam, & beatam. *Cum vultu tuo*, cum tuo aſpectu & iucundiſſima præſentia, cum aſpectu faciei tuæ ſiue eſſentiæ, in cuius viſione conſiſtit præcipua beatitudinis ratio. Illic enim eſt ſatietas perfecta, & plena

F 3 iucund

iucunditas. *Delectationes* ſunt, vel erunt in dextera tua A
ſemper. In dextera tua ſunt perennes voluptates, in qua me collocabis. Christus enim ſedet ad dexteram Patris, id eſt, potiora eius bona, opes & incomprehenſibilem maieſtatem. Nam hæc locutio metaphorica eſt. Aliis, in dextera tua, id eſt, in promptu. Sed *dextera* vſu Scripturæ ſymbolum bonorum & fœlicitatis.

---

## ARGVMENTVM.

*Obſecrat ne perſecutionibus obruatur. Inimicos quidem in hac vita fortunari, ſe verò gloriam æternam expectare.* B

## 1 Oratio Dauid. XVI. Hebr. 17.

EXâudi Dómine iuſtítiam meam: intênde deprecatiônem meam.
3 Aúribus pércipe oratiônem C
meam, non in lábiis dolôſis.
4 De vultu tuo iudícium meum
pródeat: óculi tui vídeant æquitâtes.
5 Probâſti cor meum: & viſitâſti nocte: igne
me examinâſti, & non eſt inuênta in me íniquitas.
6 Vt non loquâtur os meum ópera hôminum:
propter verba labiôrum tuôrum, ego cuſtodîui
vias duras. D
7 Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, vt non
moueântur veſtígia mea.
8 Ego clamaui, quóniam exaudîſti me Deus:
inclîna aurem tuam mihi, & exâudi verba
mea.
9 Mirîfica miſericórdias tuas: qui ſaluos facis
ſperântes in te.

10 A



A 10 A reſiſténtibus déxteræ tuæ: cuſtôdi me, vt
pupîllam óculi.
11 Sub vmbra alârum tuârum prótege me: à fácie impiôrum, qui me afflixêrunt.
12 Inimîci mei ánimam meam circundedêrunt:
ádipem ſuum concluſêrunt, os eórum locûtum
eſt ſupérbiam.
13 Proiiciêntes me, nunc circundedêrunt me:
óculos ſuos ſtatuêrunt declináre in terram.
B 14 Suſcepêrunt me ſicut leo parâtus ad prædam:
& ſicut cátulus leônis hábitans in ábditis.
15 Exûrge Dómine, præueni eum, & ſupplánta
eum: éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam
tuam ab inimîcis manus tuæ.
16 Dómine, à paucis de terra díuide eos in vita
eôrum: de abſcónditis tuis adimplêtus eſt venter
eôrum.
C 17 Saturâti ſunt fíliis: & dimiſêrunt relíquias ſuas
páruulis ſuis.
18 Ego autem in iuſtítia apparêbo conſpéctui
tuo: ſatiâbor cùm apparúerit glória tua.

---

2 *Iuſtitiam meam*, iuſtam petitionem, vel iuſtam cauſam erga meos aduerſarios, de qua infrà *a*, bonã meam cauſam & precem exaudi, attende clamori meo. a *verſ. 5.*

D 3 *Non in labiis*, ab omni dolo alieniſſimam orationem, non doloſam, & fictam. Relatiuum more Hebraico ſubauditur: quæ non fictis & fallacibus labiis profertur, quam fundo ſerio, & ex intimo pectore, vt cor labiis reſpondeat, animo ſincero, & citra hypocriſim.

4 *De vultu tuo*, à conſpectu tuo, à te, ſic circumloquuntur. *Iudicium meum*, Ius meũ, iuſtæ meę cauſę diſceptatio & defenſio. Meam cauſam æquam vultu placido diſcepta. Me tuere à meis oppugnatoribus, *Iudicium* pro vltione & defenſione ſępius in hac lingua. A te iudice ius meum, vel vltio mea exeat, me de meis hoſtibus vlciſ-

F 4 cere &

cere & defende. *Videant*, faueant iis, quæ æqua ſunt, æ- A
quæ meæ cauſæ & iuri.
5 *Probaſti cor meum.* Metaphora. Vt aurum igne perſpi-
ciũt, ſic tentationibus & rebus aduerſis me explorasti,
& me ſine fuco & ſimulatione deprehendiſti cognita
meæ cauſæ bonitate. *Probaſti*, cordis affectus peruouiſti.
Prouocat ad Deum. Noctis autẽ meminit, quia illa eſt
commodior ad ſcelera agitanda & molienda, quando
vacui ſumus negotiis, ſoli, & ab hominibus ſemoti. q.
d. Etiam nocte periculum feciſti de mea innocentia,
quo tempore promptiores ſumus ad mala. Quod alij B
tamen poſt Auguſtinum interpretantur de viſitatione
afflictionum. Nam nox earum eſt Symbolum, quòd
obſcuritas omnia mala augere ſoleat, & tenebræ for-
midabiles ſint. *Igne*, cruce & rebus aduerſis, quæ piis
ſunt, ſicut auro ignis. Senſus eſt fidè expreſſus. Ad
verb. *Conflaſti me, non inueniſti malignitatem* (prauam cogi-
tationem, prop.) *meã. Non tranſibit, vel, ne tranſeat, os meum
ad opera hominum. In verbum labiorum tuorum ſeruaui vias per-
ruptoris, Non eſt in me iniquitas.* Non ſimpliciter, ſed com-
paratè ad aduerſarios, vt Saulem, Abſalom, &c. Docet
enim ſe nihil nocuiſſe illis, vt ab eis debeat perſecu- C
tionem ſuſtinere.
6 *Vt non loquatur*, Ab operibus hominum (nomen ge-
neris ad deteriorem partem) & à via peruerſorum ego
mihi tempero propter verbum tuum. Vt non loquar
humana opera, carnalia, carnem ſapientia, ego cuſtodi-
ui vias duras & peruerſas, ne eas facerem. i. euitaui, ca-
ui, ob tuorum verborum ſententiam, & quia illud præ-
cepiſti. Vel, repreſſi vias duras & violentorum hominũ,
Metaphora à cuſtodiis & preſidiis militum. Annectun-
tur fini ſuperioris verſus in Heb. Nõ eſt inuenta in me D
iniquitas, ita vt ne loquar quidem opera hominum. i.
vitia & peccata, quibus obnoxij ſunt homines. i. carna-
a 1. *Cor.* 3. v. 4. les, vt *a* illud Pauli. *Nónne homines eſtis?* Ac ſic connectit
Euthymius. Ideo me examinaſti, vt ego ad te cõuerſus,
non humana opera, ſed tua commemorem beneficia. Si
in vulgata notatione intelligis verbum *Cuſtodiendi*, vias
duras: vocabit arduas, difficiles & laborioſas, quales
ſunt virtutis, cùm vitij ſint faciles, iucũdæ, & delicatæ.
Hinc litera Pythagoræ, & Heb. *vias perruptoris & violẽti:*
*Matt.* 11. v. 12. vt in Euang. *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiũt
illud.* Rabbinis ferè, *cuſtodiui*. i. caui, vias latronis, & ſtu-
dia



A dia, eius qui me à recto trahere conabatur.
7 *Perfice.* ſuſtenta prop. tene. *Vt non moueantur.* Vt non
excidant à tuis præceptis, vt non ſequantur quæ dete-
riora ſunt. Euthym. Greſſus, metaphoricè conſilia, & a-
ctiones. q. d. Ne me labi ſinas.
8 *Quoniam exaudiſti me.* Quoniam exaudire iamolim me
es ſolitus. Præteritum pro præſenti.
9 *Mirifica*, mirabiliter oſtende, miris vtere miſeratio-
nibus tuis ad me eruendum. Hîc opus eſt eximia miſe-
ricordia, quia periculum eſt maximum.
10 *Dexteræ tuæ.* potentiæ tuæ. i. ab impiis. Ad verb. abin-
B ſurgentibus in dexteram tuam. i. potentiam & robur.
Maſoretæ annectunt præcedentibus. *Vt pupillam*, vtrem
longè cariſſimam. Hebr. vt nigrum puppæ oculi. בת
*Bath*, filia puppa. Sic autem appellatur pupilla, quaſi te-
nera & cara, vt filia vel puella. Cuſtodi me tenerrimè,
& maximè ſollicitè.
11 *Alarum* Alæ Dei ſunt potentia, miſericordia, & pre-
ſidium. Metaphora ab auibus. Sub protectionem tuam
me recipe, vt gallina pullos ſuos,
12 *Inimici mei.* Conſtructionem Hebraicam ad Græcam
reuocarunt, Inimici mei in (ſiue pro) anima circũdede-
runt ſuper me. *Adipem ſuum concluſerunt*, præ pinguedine
C corporis ſenſus & meatus præcluſerunt, vel pinguedi-
nẽ in ſua cute, intra ſe continuerunt, ſe pinguefecerũt,
ſe ita molliter curarunt, vt maxima pinguedo in ipſo-
rum corpore incluſa ſit. Sunt voluptatibus & vẽtri de-
diti. Euthymius autem, *adipem intra ſeipſos clauſerunt, ne
trãſmitterent miſericordiam.* Miſericordia enim à corde & *Miſericor-*
viſceribus dicitur deſcendere. Nodũ in ſcirpo querunt, *dia vnde deſ-*
qui vertunt, cum Eclipſi: Adipe ſuo concluſerunt (cor- *cendat.*
pus ſuum:) vel mutata diſtinctione, Adipe eorum con-
D cluſerunt os ſuum, locuti ſunt cum ſuperbia. Simplici-
tas enim fontis noſtra tãtùm patitur, *Os eorum*, Alij iun-
gunt cum precedentibus, Adipe concluſerunt os ſuum,
Tam benè paſti ſunt, vt ora non appareant, præ faciei
pinguedine.
13 *Proiicientes me.* Exponunt illud fontis, in greſſibus no-
ſtris circundederunt me, greſſibus noſtris obſeruatis
obſederunt me, præcluſerunt omnem viam euadẽdi.
Machinantur meum exitium. Ad illud appellunt om-
nes ſuas cogitationes, ſtudia, & conatus, *Declinare*, de-
flectere ad diligenter obſeruandos, vel etiam euerten-
 dos

dos greſſus meos:vel potius, ne videant meam miſe- A
riam & plagas,ſicque ad miſerationem commouean-
tur. Vſurpat noſter interpres hoc verbum ſæpiùs acti-
uè. Statuerunt & compoſuerunt oculos ſuos ad me in
*Praui aſpectu ſunt illiberali.* terram deiiciendum & proſternendum. Vel, oculos ita
compoſuerunt,vt ad terram declinent,& niueant, ritu
prauorum,qui aſpectu ſolent eſſe illiberali, & in ter-
ram defixo,neque volunt miſereri, aut redire in gra-
tiam:Vt ſit geſtus hominum inhumanorum, qui nolũt
ad miſerum oculos conuertere,ne fortè cõmoueantur.
14 *Suſceperunt*.Etiam hîc per. Verbum vim Nominum B
expreſſerunt,& contrà. Et ſimilitudo eius ſicut leonis
(qui)appetit prædari.*In abditis*,în latibulis,ad ouiculis
inſidiandum.
15 *Præueni eum*, occupa conatus eius, eóſque impedi.
*Supplanta*.Supplantare,pede ſuppoſito in terrã deiicere.
Gall.*faire trebuſcher*.Aliâs,decipere.Plantis pedum ſub-
iice, ſterne eum,incurua & deiice.*Frameam tuam*.Aſyn-
theton.(&)frameam tuam.i.gladiũ, quo protegis tuos,
eripe.Ille enim opprimitur,circũſidetur, arctatur ab i-
nimicis manus tuæ. i. ab inimicis tuæ potentiæ & ro-
boris. Hebræi malunt eſſe hîc aliquot Appoſitiones: C
quarum prima ſit,*Ab impio framea tua*.ab impio, qui eſt
a *vt Iob*.19. tua framea,& gladius *a*:hinc apud Eſaiam *b*, Aſſyrij di-
b *c*.10.*v*.29 cuntur *virga furoris Domini*, *baculus ipſe eſt*.*In manu eorum*
*indignatio mea*. His enim velut vltore gladio vtitur ad
puniendos ſceleratos, vel exercendos probos. Sic &
Hierony.enarrauit.*Framea* interpretantur in Ablatiuo,
quòd ipſorũ nomina ſint indeclinabilia. Sed congruit,
vt frameam & gladium Dei,tutelam & opem diuinam
vocet, vel in ablatiuo eripe me ab impio framea tua,
id eſt.per tuam frameã,quę tua eſt potentia &defenſio. D
Sic & Symmachus ἐν τῇ ῥομφαίᾳ. Deinde in, *Ab inimicis*
*manus tuæ*,ſecundam appoſitionem faciunt,ac legunt in
Ablatiuo,ab inimicis manu tua,qui tibi ſunt vice ma-
nus,& quorum opera vteris ad caſtigandos alios.
16 *Domine à paucis*. Prius hoc hemiſtichium Maſoretæ
ſatis temerè obſcurarunt propter duo duntaxat puncta,
vt vix vnus interpretum ſentiat cum altero.Nã ſi חלקם
notaſſent in Piel per Pathah & Dages cum Sept. legiſ-
ſéntq; *Hallekém,diuide eos*.nõ nominaliter:חלקם *Helkam,*
*diuiſio,portio eorum*,excluſiſſent infinita Rabbinorũ com-
menta.Ergo iuxta Sept.atque adeò ſimplicem litoram.
A pau



A paucis terræ hominibus, & mundanis, qui iſtos ful-
ciunt,& ſuſtentant,diuide eos,& ſepara,dum adhuc vi-
A uunt:illos terræ potentes,ſcilicet de vita tollendo,vel
ab iſtorum partibus abalienando. Impij, ne firmentur
paucorum terræ potentium præſidio, & opibus, vel
ſunt debiles, & imbecilli, ac celeriter pereunt. Rogat
igitur,vt iſthæc præſidia tollat, Heb. *Ab hominibus pau-*
*cis ſæculi,vel de ſæculo,id eſt,* in mundo potẽtibus,vel mun-
do addictis.(מתים *Methim*,non ſignificat homines ſim- *a Gen*.34.
pliciter, ſed homines paucos numero *a*, iuxta Rabbi- *verſ.penult.*
nos autem,*Portio illorum vita eorum* (eſt)vt Antitheſis in-
cipiat. Alij per paucos de terra intelligunt electos, &
B iuſtos, qui pauci ſunt comparatione reproborum, vt
Chald.qui ſic vertit:*Et iuſtorum,qui deuouerunt animas ſuas*
*propter te in mortem*, *de terra pars in vita æterna*. Et Euthy-
mius:*A probis qui pauci ſint,diſtingue eos,ne cum eis cõuerſen-*
*tur*.*In vita eorum*.Aliqui iungunt cum ſequentibus.*Et de*
*abſconditis*.Antitheſis.Illi theſauris tuis,& opibus reple-
ti ſunt,ſatiati ſunt, & contenti prole,& bonis, quæ ei
relinquant,plura non requirunt. At ego per iuſtitiam
expecto videre faciem tuam, & ſatiari gloria tua. Ab-
ſcondita opes,& bona appellat, quæ ſolent abſcondi.
Dicuntur verò Domini, quia dantur à Domino. Ven-
C trem verò deſiderium eorum, quod explet Deus opi-
bus,quæ ab ipſo proficiſcũtur.& in theſauro ipſius ab-
ſcondũtur,vt eas promat,quibus volet& quãdo volet.
17 *Saturati ſunt filijs*.Multos habent liberos,& hæredi-
tatem, ſiue opes ſuas relinquunt liberis. *Paruulis*. ne-
potibus ac poſteris,
18 *Ego autem*. Antitheſis.*In iuſtitia*,per iuſtitiam,& vir-
tutem,per iuſta,& ſancta opera.*Apparebo*, videbo faciẽ
tuam propriè, & ſatiabor in euigilare ſimilitudinem
tuam (imaginem, ſpeciem) id eſt, per ſimpliciſſimam
D noſtrorum reſolutionem,cùm euigilauerit, emerſerit,
apparuerit pulchritudo,ſpecies, & gloria tua, quæ ho-
die ſopita eſt, & obſcura. Summa fœlicitas eſt videre *Fœlicitas ſumma videre faciem Dei.*
faciem Dei,& ſatiari cœleſtibus bonis. Similitudinem
dixit,quia non plenè comprehendetur Dei gloria pro-
pter eius infinitam maieſtatem. Vſurpatur interim eui-
gilandi verbum,vt non tantùm reſpiciatur ad gloriam
animi,verùm etiam ad corporis reſurrectionem. Alij,
cùm exurrexerit ſimilitudo tua,id eſt, homo ad ſimili-
tudinem tuam creatus,Metonimicè.Lõgius Chaldęus,
& Hier

& Hieronymus reſoluunt per primam perſonam. Cúm euigilauero in ſimilitudine tua, vel in gloria ſimilitudinis tuæ, id eſt, cum glorioſè, & tui ſimilis reſurrexero. *Erimus enim illi ſimiles a, & apparebimus etiam nos cum illo in gloria b, facie ad faciem c.* A

*a* 1. *Ioan.* 3. *verſ.* 2.
*b* *Colloſſ.* 3. *verſ.* 4
*c* 1. *Cor.* 13. *verſ.* 12.

---

## ARGVMENTVM.

*Gratias agit, quòd ex maxima rerum deſperatione, opem, quam poeticè deſcribit, victoriam, & regnum in ſe, & ſemine ſuo ſit conſequutus. Multa hîc ſoli Christo conueniunt.* B

## 1 In finem puero Domini Dauid, qui loquutus eſt Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit. 2. Reg. 22. a. 2. XVII. Heb. 18. C

DILIGAM te Dómine fortitûdo mea: Dóminus firmamêntum meum: & refúgium meum, & liberâtor meus.
3 Deus meus adiûtor meus: & ſperâbo in eum.
4 Protêctor meus, & cornu ſalûtis meæ: & ſuſcêptor meus. D
5 Laudans inuocâbo Dóminum: & ab inimîcis meis ſaluus ero.
6 Circumdedêrunt me dolôres mortis: & torrêntes iniquitâtis conturbauêrunt me.
7 Dolôres infêrni circumdedêrunt me: præoccupauêrunt me láquei mortis.
8 In tribulatiône mea inuocâui Dóminum: & ad Deum



A ad Deum meum clamâui.
9 Et exaudîuit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpêctu eius, introîuit in aures eius.
10 Commôta eſt, & contrêmuit terra: & fundaménta móntium conturbâta ſunt, & commôta ſunt: quóniam irâtus eſt eis.
11 Aſcêndit fumûs in ira eius, & ignis à fácie eius exârſit, carbones ſuccênſi ſunt ab eo.
12 Inclinâuit cœlos, & deſcêndit: & calîgo ſub
B pédibus eius.
13 Et aſcêndit ſuper Cherubim, & volâuit: volâuit ſuper pennas ventôrum.
14 Et pôſuit ténebras latíbulũ ſu: in circúitu ei⁹, tabernáculũ eius tenebrôſa aqua in núbibus áëris.
15 Præ fulgôre in cōſpêctu eius nubes tranſiêrunt: grando, & carbônes ignis.
16 Et intónuit de cœlo Dôminus, & Altíſſimus
C dedit vocem ſuam: grando, & carbônes ignis.
17 Et miſit ſagîttas ſuas, & diſſipâuit eos: fúlgura multiplicâuit, & conturbauit eos.
18 Et apparuêrunt fontes aquârum: & reuelâta ſunt fundamênta orbis terrârum.
19 Ab increpatiône tua Dómine: ab inſpiratiône ſpíritus iræ tuæ.
20 Miſit de ſummo, & accêpit me: & aſſûmpſit me de aquis multis.
D 21 Erípuit me de inimîcis meis fortíſſimis, & ab his, qui odêrunt me: quóniam confortâti ſunt ſuper me.
22 Præuenêrunt me in die afflictiônis meæ: & factus eſt Dóminus protêctor meus.
23 Et edûxit me in latitûdinem: ſaluum me fecit, quóniam vóluit me.

24 Et

24 Et retríbuet mihi Dóminus ſecûndùm iuſtítiam meam: & ſecûndùm puritâtem mânuum meârum retríbuet mihi. A

25 Quia cuſtodíui vias Dómini: nec ímpiè geſſi à Deo meo.

26 Quóniam ómnia iudícia eius in conſpêctu meo:& iuſtítias eius non répuli à me.

27 Et ero immaculâtus cum eo: & obſeruâbo me ab iniquitâte mea.

28 Et retríbuet mihi Dóminus ſecûndùm iuſtítiam meam, & ſecûndùm puritâtem mánuum mearum, in conſpêctu oculôrum eius. B

29 Cum ſancto ſanctus eris: & cũ viro innocênte ínnocens eris.

30 Et cum elêcto elêctus eris: & cum peruêrſo peruertêris.

31 Quóniam tu pópulum húmilem ſaluum fâcies:& óculos ſuperbôrum humiliâbis.

32 Quóniam tu illúminas lucêrnam meam Dómine: Deus meus illúmina ténebras meas.

33 Quóniam in te erípiar à tẽtatiône:& in Deo meo tranſgrédiar murum. C

34 Deus meus impollûta via eius, elóquia Dómini igne examinâta: protéctor eſt ómnium ſperántium in ſe.

35 Quóniam quis Deus præter Dóminum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?

36 Deus, qui præcînxit me virtûte:& póſuit immaculâtam viam meam.

37 Qui perfêcit pedes meos tamquam ceruôrum:& ſuper excêlſa ſtâtuens me. D

38 Qui docet manus meas ad prælium:& poſuîſti vt arcum æreum bráchia mea.

39 Et dedîſti mihi protectiônem ſalûtis tuæ:& déxtera tua ſuſcêpit me.

40 Et



A 40 Et diſciplîna tua corrêxit me in finem: & diſciplîna tua ipſa me docêbit.

41 Dilatâſti greſſus meos ſubtus me:& non ſunt infirmâta veſtígia mea.

42 Pérſequar inimîcos meos,&comprehêndam illos:& non conuêrtar, donec defíciant.

43 Confríngam illos, nec poterunt ſtare: & cadent ſubtus pedes meos.

44 Et præcinxîſti me virtûte ad bellum: & ſupplantâſti inſurgêntes in me ſubtus me. B

45 Et inimîcos meos dedîſti mihi dorſum: & odiêntes me diſperdidîſti.

46 Clamauêrunt, nec erat, qui ſaluos fáceret: ad Dóminum, nec exaudîuit eos.

47 Et commínuam eos, vt púluerẽ ante fáciem venti, vt lutum plateârum delêbo eos.

48 Erípies me de contradictiónibus pópuli: conſtítues me in caput Géntium.

C 49 Pópulus quem non cognóui, ſeruîuit mihi: in audîtu auris obedîuit mihi.

50 Fílij aliêni mentîti ſunt mihi, fílij alieni inueterâti ſunt:& claudicauêrunt à ſémitis ſuis.

51 Viuit Dóminus, & benedíctus Deus meus: & exaltêtur Deus ſalûtis meæ.

52 Deus, qui das vindíctas mihi,& ſubdis pópulos ſub me: liberâtor meus de inimîcis meis iracûndis. D

53 Et ab inſurgéntibus in me exaltâbis me: à viro inîquo erípies me.

54 Proptérea confitêbor tibi in natiónibus Dómine:& nómini tuo pſalmum dicam.

55 Magníficans ſalútes regis eius, & fáciens miſericórdiam Chriſto ſuo Dauid, & ſémini eius vſque in ſæculum.

Dilig

2 *Diligam* רחם *Raham*, diligere, ſed magis Caldaicè, quàm Hebraicè. Nempè, vt alibi docuimus contra indoctos vetuſtatis correctores, poëtę vicinas dialectos vſurpant metri cauſa, vel emphaſeos, & aliquando Prophetę ob aliud myſterium. Nouè ergo vertunt aliqui, De miſericordia exquiram te, vel miſericordiam quęram tuam, maximè cùm hîc ſit coniugationis Kal, non Piel, *Firmamentum*, ſaxum ceu propugnaculum, in quo tutus ſum. Suauia in hoc prœmio multa epitheta vſque ad verſ. 5. ad captandam Dei beneuolentiam, & ſe in ſpe confirmandum. A B

3 Hęc Dei eptheta in Hebræo Metaphoricè enunciātur, pro. *Refugium*, munitio, turris, *adiutor*, petra, rupes, *Protector*, clypeus, *ſuſceptor*, munimentum, locus eleuatus & tutus. Sic amplificat eleganti congerie Dei in ſe beneficia.

4 *Cornu ſalutis*, cornu ſalutiferum, firmitas & robur inuictum ad me ſaluandum. Metaphora ab animalibus cornutis, quæ in cornibus robur habent. *Suſceptor*, adiutor, protector. C

5 *Laudans*. Paraſceue ad Narrationem. Porrò ſiue legas מהלל *Mehallel* in Benoni Piel, *laudans*, ſiue מהלל *Mehullal* in Paul, *laudatus* cum Maſoretis, idem perpetuò eſt ſenſus. Nam laudatum inuocabo te Domine, id eſt, cum laude, precibus laude mixtis implorabo tuam opem. Vnde hic liber תהלים, *Tehillim*. q. laudum à magna parte.

6 C*ircundederunt me*. Narratio periculorum allegorica. *Dolores mortis*, maximi, quales ſolent eſſe in morte חבלי *Heble* ſunt, maximè cum Segol, etiam funes, vincula. Immutabitur Metaphora, ſed non ſenſus. Funes, qui trahunt ad mortem, *Torrentes iniquitatis*, impetus & violentiæ iniquorum, iniqui eorum concurſus. Subitæ, temporariæ & impetuoſæ improborum incurſiones, Euthym. Inundationi aquarum confert, vehementiorem impetum perſequentium. Alij congregationes, turmæ improborum. בליעל *Belial*, non iniquitatem, ſiue iniquum hominem aliqui interpretantur, ſed Diabolum, qui ſic nominatur à Paulo *a*. D

a 2. Cor. 6. verſ. 15.

7 *Dolores inferni*, dolores maximi & vehementiſſimi, quales ſolent eſſe in inferno, Funes, gehennæ eodem ſenſu. Vt proxim. v. *laquei mortis*, inſidiæ mortiferæ. Periculorũ magnitudine exaggerat liberationis glo-

riam &



A riam & beneficium.

9 *De templo ſancto ſuo*, de cœlo *a*, & ſic Kimhi. Non enim manufactum dicit, quia tunc temporis non erat erectum. Poſtea enim Salomon ipſum condidit. Theod. Ad hoc denotandum, præter fontem interpoſuerunt Epithetum *Sancto*, *Introiuit*, peruenit.

*a vt Deut.* 33. 27.

10 *Commota eſt*. Poëtica hypotypoſis vehementiſſimæ & valdè horribilis tempeſtatis, per verſus duodecim, ad impetum & vim iræ diuinæ exprimendum, & exaggerandum. Celeriter, & ex improuiſo aduenit in meam C opem Deus, vectus Cherubim, alatis veluti animalibus, cũ terræ motibus, nimbis, fulguribus, tonitrubus, grandinibus, ventis, imbribus, tempeſtatibus, cæteriſque telis ſuis, quibus vti ſolet ad concutiendos, vel etiã perdendos mortales. Sic Deũ deſcribit iratum ſuis aduerſariis, omnia perturbando, miſcendo, fulminando, aliáque ſigna ſuæ indignationis exhibendo. q. d. Comparauit ſe ad me fortiter liberandum ex ipſorum manibus, ac ſequentes motus excitauit, qui etſi ad literam omni ex parte non contigerunt, tamen docent Deum & propter Dauidem viſibiliter apparuiſſe, euidentibus B ſignis ſuam demonſtrando præſentiam, & veluti armis corporalibus occurrẽdo. Vt pro Ioſuè contra Chananæos *b*, pro Iſraële contra eoſdem *c*. & Ægyptios *d*, pro ipſo Dauide contra Philiſtæos *e*, vt cùm iratus populo, quòd regem petiiſſet, ex improuiſo tonat *f*. *Terra*, Metaphoricè. Commoti ſunt hoſtes Dauidis ad conſpectum furentis Dei, etiamſi eſſent fortes, inſtar terræ & montium, *conturbata*, concuſſa, *eſt*, erat.

*b* Ioſ. cap. 10. 11.
*c* 1. *Reg.* 7. 10.
*d Exod.* 14. 20.
*e* 2. *Reg.* 5. 24.
*f* 1. *Reg.* 12. 18.

11 *Aſcendit fumus*. Spirauit fumum & ignem è naribus præ iræ contra hoſtes meos vehementia. Nam fumum ignis ſequi ſolet. *Exarſit*, deuorat prop. abſumit, omnià D ſcilicet, *ab eo*, igne. Hyperbole. Tantus ignis emanauit è Dei naribus, vt ab eo carbones extincti potuerint ſuccendi & igneſcere. Vel, *ab eo*, Deo inflammato & excandeſcente. Carbones, fulgura aliqui interpretantur. Omnipotentiam ſuam in Meteoris declarat, fulgura eiaculans in impios *g*.

*g* Pſ. 139. 11

12 *Inclinauit*, demiſit, depreſſit. Gall; *Il a abaiſſé les cieux*, Vt celeriùs adeſſet, cœlos veluti contraxit verſus terrã. Celeritatis ſtudio nõ eos aperuit ad deſcendẽdum, ſed inclinauit ſecum, & in terras traxit. Sic & inclinari cœli videntur cum apparent nubes terræ viciniores.

A Talis Dei inclinatio & deſcenſus ad prouidentiam eius pertinet, tempeſtiuè bonos tuentem, improbos vlciſcentem *a*, Sic apud Homerum & Ariſtophanem Iupiter, *καταβάτης*, quaſi quoties intonaret, ad nubes, ſuum currũ agitans, deſcẽderet, atque inde fulmina in mortales iacularetur. *Caligo*, caliginoſus aër & nimbus, fuit ſcilicet. Alludit ad Dei aduentũ in mõtẽ Sinai. Nã in eũ deſcẽdit caligine circũfuſus, ne ſui ſplendor perſtringeret Iſraelitas in montis radicibus hærentes *b*.

*a* vt Geneſ. 11. 5.

*b* Exod. 19. 18. 19.

*c* Ezech. 1. 5. 6. 7.

13 *Et aſcendit*. Tribuit currum & quadrigam Deo, cum Ezechiele *c*, Volatum item ſuper alas ventorum, & aſcenſum ſuper Cherubim pennigeros, ad celerrimam B Dei tutelã & præſentiſſimam opem repræſentandum. Sic Poëtæ fragorem citum nubiũ, qui dum æther intonuit, ſentitur, curru Iouis excitari cecinêre. *Aſcendit*, vt celeriter adeſſet, equitauit prop. vexit ſe ſuper *cherubim*, non ſuper vnum Cherub. ſed plures, vt pernicior & volucrior eſſet vectio. *ζῶα πτηνὰ* vocat Ioſeph. כרוב, *Cherub*. ſing. כרובים, *Cerubim*, Plurale. *& volauit*, quaſi ventum pro alis habens. Item Cherubim, vt animalia pennigera, in Ezechiele & Apocalypſi deſcribuntur, quibus Dei quadriga agitetur. Sic Iridi & Mercurio C Deorum nuntiis Poetæ alas aſſignant. Porrò 70. Aquila, & alij interpretes, immò & ipſe Paulus *d*, *τὰ*, *χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα*, neutro genere & plurali numero tranſtulerunt, nõ quòd eius ſint generis apud Hebræos, aut quòd Hebræi genus neutrum habeant, ſed quia in Angelis non eſt ſexus. Item iuxta linguæ Græcæ proprietatem, quæ propria vocabula terminationis præſertim ſibi inuſitatæ diuerſis appellat generibus, & præſertim neutris, vt docet Hier *e*. Idem eſto iudicium de Latina. Hinc rectè *f*, *Cherubim gloriæ obũbrantia propitiatorium*, & in Eccleſiaſtica Sacris Canonis præfatione, *Beata* D *Cherubim & Seraphim*. Nam ridiculum eſt, quod aliqui excuſant Græcos, quôd ſubaudiant *πνεύματα*, Latinos percellant, quod commodum ſubſtantiuum neutris generis ſubaudire non poſſint, niſi *ζῶα*, *animalia*. Quidni enim, *Flamina*, ſubaudirent. Flamen enim pro ſpiritu eſt neutri generis. Verùm nulla ſubauditione opus eſt, ideſt, quia huiuſmodi nomina Cherubim, Seraphim, ſunt per ſe ſubſtantiua, itẽ quia hoc eſt vtrique linguæ proprium, vt peregrina ſexu carẽtia præſertim indeclinabilia neutro enunciet, vt Talmud, Targum. quo modo Deum appellãt neutro. Numẽ, *τὸ θεῖον*, *τὸ δαιμόνιον*, & An-

*d* Heb. 9. 5.

*Cherubim cur ſint neutrius generis apud latinos & Græcos*

*e* Ezech. 9.

*f* Heb. 9. 5.



A gelos Flamina, *πνεύματα*, *τὰ νοερὰ*, *τὰ νοητά*.

14 *Et poſuit tenebras*, In hoc deſcenſu latuit in denſis & obſcuris tenebris: circum ſe in modum tugurij habens aquas tenebroſiſſimas & dẽſiſſimas nubes (has enim per tenebras intelligit.) Rurſum circum eum tabernaculum eius (fuit) tenebroſa aqua, nubes denſa & obſcura. Nempè cœlum obduxit nubibus, obſcurauit aquis, pluit, tonauit, fulminauit, grandinauit, ninxit. Hæc autem caligo & tenebroſa aqua tabernaculo Dei circumfuſa, eius eſſentiam, gloriam, potentiam, maieſtatẽ, nulla ratione aut cogitatione poſſe comprehendi ſignifi- B cat. Venit ergo tectus tenebris, ne videretur, ſicque ſecuriùs feriret, & circumfuſus denſa nubium aqua, quæ tamen non potuit concludere, & cohibere eius fulgorem. Vnde Verſ. 15.

15 *Præ fulgore*. Præ fulgore Dei effuſo ex illa aqua tenebroſa, & per illam tranſparente, *nubes tranſierunt*, id eſt, per aërem ierunt, diſcuſſæ ſunt, celeriter motæ, & velut tela contra hoſtes directæ propter eius fulgorem ipſas huc illuc diſiicientem: ſimul & *grando & carbones ignis*, diſſipati ſunt, & diſiecti in eius conſpectu & præſentia, aduerſus eos, in modum ſagittarum. Periphraſis fulmi- C nis. Nam præ fulgurum micantiũ ſplendore obſcuritas nubiũ diſcutitur, & igniti carbones grandine permixti contra hoſtes apparuerunt. *Eius*. conſtruitur cũ *Nubes*, è fonte, non cum *in conſpectu*. *Nubes eius*, id eſt, ab ipſo excitatæ & productæ præ ſplendore maieſtatis eis pellucent & micant (per aërem) *Carbones ignis*. fulmina & meteora ignita tranſierunt, emicuerunt, ſcilicet per Zeug. vel diſſipata ſunt per Eclipſim.

16 *Et intonuit*. Tonitru terret & fugat eos. *Vocẽ ſuam*, terribilia tonitrua de ſupernis illis nubibus, è quibus ſibi tabernaculũ, & cœlũ quoddã conſtituerat. *Grando & car-* D *bones ignis*, Intonuerunt, vel dederũt vocẽ per Zeugma. Hæc omnia ſcribũtur poëticè. Nubes, grãdo, carbones igniti, tonitru, fulgura, & reliquæ ſagittæ, pœnæ ſunt & ſupplicia grauiſſima, quæ Deus ſceleratis infligit.

*Pœnæ & ſupplicia Dei poeticè deſcripta.*

17 *Et miſit ſagittas*.[g] Crebris ſagittis ſuis & fulguribus attonitos reddidit hoſtes meos. Vt apud Claudianum, è *cœlo tibi militat æther*. Tonitrua, grandines, fulgura, pluuiæ extraordinariæ ſunt ſigna potentis & irati Dei. *conturbauit*, perdidit deiecit.

18 *Et apparuerunt*. Harum tempeſtatum vi apertæ,

G 2 confra

confractæque ſunt fontium ſcatebræ, quæ ſolent latere A in montium, collium, & rupium concauitatibus & *retecta mundi fundamenta*, id eſt, ſubterranea profundè in terræ viſceribus defixa ad vſque mundi centrum, per hiatum & apertionẽ terræ denudata ſunt, & aperta, vt occultiſſima quæque terrarum paterent, harum tempeſtatum vi, vt ſequitur. Eſt hyperbole maximæ rerum confuſionis & exundationis. *Fontes*, אפיקי, *Aphike*, effuſiones, decurſus. At Kimhi, *valles plenæ aquis*.

19 *Ab*, id eſt, per, vel propter, vt ſæpè aliàs hoc opere. Per increpationem & minas tuas Domine, per flatum B ventorum ira tua excitatorum. *Ab inſpiratione*, flatu venti vehementis à te immiſſi.

20 *Miſit de ſummo* Ita de ſublimi cœlo, quod inhabitat, miſit opem, & cœlitùs *aſſumpſit me*, quaſi manu porrecta extraxit propriè, *de aquis*, id eſt, calamitatibus periculiſque *multis*, tamquam malorum vndis. Vel, iuxta Chald. *de populis plurimis*.

21 *Quoniã cõfortati ſunt ſuper me*, plus quàm ego, præ me, quoniam fortiores me erant multò, *Super*, paſſim inſeruit comparationibus. Iam loquitur abſque figura & ſimpliciter, ſe liberatum à multis hoſtibus qui fuerint velut aquæ inundantes. C

22 *Præuenerunt*, priuſquam cogitarem talia, adorti ſunt, dolis comprehenderunt, præoccupando in me imparatum inſurrexerunt: inuaſerunt me nihil tale cogitantem. *Et factus eſt*. At, verũ factus eſt. *Et*, particula paſſim aduerſatiua. *Protector*, ſuſtentaculum, fulcrum prop *a*.

*a* 2. *Reg*, 22. *verſ*. 19. *Iſa*. 3. *ver*. 1.

23 *In latitudinem*, in latum & ſecurum locum: ex animi anguſtiis in magnum gaudium, quaſi locum ſpacioſiſſimum. *Me voluit*, dilexit, me habuit acceptum, mihi fauit, me eſt gratia fauore, & beneuolentia proſecutus. Chald. *Quoniam voluntas eius fuit in me*. Ad verb. deſiderauit me. D

24 *Iuſtitiam*, integritatem, iuſtam cauſam.

25 *A Deo meo*, contra Deum meum.

26 *Iudicia*, mandata. *Iuſtitias*, præcepta, quaſi eis parere nollem, minimè ſum aduerſatus. חקות, *Hukkoth*. leges Dei ceremoniales prop.

27 *Cum eo*, apud eum, erga eum. Immaculatè & integrè me cum eo geram. *Et obſeruabo me*. i. cauebo, abſtinebo. Sic Gall. *Ie me garderay*. *Mea*, quam cõmiſi. Vitabo peccata ante commiſſa, vel quibus ſum obnoxius, & ad





A quę ſum procliuis. Cauebo ne deinceps peccẽ, & iniqua, vt olim, agã. Ero deinceps cautior in meis peccatis.

28 *In conſpectu*, quæ ſub. Rependet mihi pro puritate actionum mearum, quæ nota eſt illi. Repetit verſum 24. vt conſideremus attentiùs, vnumquemque à Deo recipere ſecundum ſua opera, non fidem tantùm.

29 *Cum ſancto*, Apoſtrophe ad Deum per Epiphonema. Ita ô Domine, cum piis, integris & ſimplicibus eſſe ſoles ſimplex, benignus & integer. Ad verb. Cum pio ſiue benefico pius eris & miſericors; cum perfecto ſiue integro perfectus, cum puro purus, & cum tortuoſo peruerſum te facies.

*Deus talis in homines quales ſunt in ſeipſum homines.*

B 30 *Cum electo*, Cum vulpe eſt vulpinandum, cum Crete cretizandum. Malo nodo malus parandus eſt cuneus. Ita, ô Domine, *cum electo*. i. puro & bono, & purus & bonus eris, *cum peruerſo*, & vafro, te velut peruerſè & vafrè geres. Iuxta illud Apoſtoli, *Apprehendes aſtutos in aſtutia ipſorum*. i deſt, diſſipabis & perdes eos cum ſuis conſiliis. *Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ciciderunt, ſeueritatem, in probos autem bonitatem, ſi permanſerint in bonitate a*. *Peruerteris*, peruerſus eris, peruerſum te præbebis. i. ſeuerum vltorem & durum vindi-
C cẽ, vt peruerſitas eius meretur *b*. Ad verb. תתפתל *Tithpattal*, peruertes tete, peruerſum luctatorem te facies. Vnde, נפתול, *Náphtul*, lucta. Metaph. ſumpta à luctatoribus qui flectunt, obliquant, & variè torquent corpus, vt alterum ſubuertant.

2. *Cor*. 3. 19.

*a Rom*. 11. 22.

*b Leu*. 26. 14. 15. 16.

31 *Quoniam tu populum humilem*. Pulchra Antitheſis.

32 *Quoniam tu illuminas lucernam*. Quoniã res meas proſperas lumine tuo, tua præſentia & fauore illuſtras, illuſtra eodem fauore & gratia *tenebras*. i. calamitates & aduerſa mea. Hęc omnia ſunt poëtica. Lumen, lucerna, D lampas, ſymbola gloriæ, rerum proſperarum & fœlicium: caligo, tenebræ, vmbra mortis, aduerſarum & infœlicium. Euthymius, Lucernam intellectum exponit, quod ſit animæ oculus, & lucerna hominem dirigens. *Illuminas*, proſperas, fœlicitate afficis.

33 *In te*, per te, tuo præſidio & fauore. *In Deo meo*, per Deum. Ad verb. In Deo meo curram, vel rumpam antemurale. ideſt, confringam, perrumpam, ſiue percurram abſque noxa, vincendo vel exiliendo murum, qui mihi obiicitur ad ſalutẽ intercludendã. חיל, *Hel*, ſignificat etiam exercitum. Currã vel rumpã exercitũ. i. rumpam

aciem quantumuis inſtructam. A

a Pſ.10.v.5. 34 *Deus meus impolluta.* Emphaſis linguę, de qua ſuprà *a*, pro, Impolluta eſt via Dei mei, aut, Deus meus impollutã (integram) habet viam. Integrũ eſt eius conſilium. Abſolutè enim vtuntur Nominatiuis, vt poſtea cadant in pronomen ſequens. Sic Gall. *Mon Dieu, ſa voye eſt pure & entiere, Eloquia.* Promiſſa Domini ſunt certiſſima, puriſſima, ſine fallacia & fraude, veluti purgata ab omni fæce doli, ab omni labe falſitatis. Confer cum Pſal.11. Vel excellentia, pretioſáque, quale eſt aurum puriſſimum & exquiſitiſſimè igne purgatum.

35 *Præter Dominum.* In fonte ponitur nomen tetragrammaton, quod Dei cenſetur propriũ, eiúſque eſſentiam B & eſſentiales proprietates includere, יהוה *Iehuéh*, *Quis Deus.* Primo loco אלוה *Elóah*, iudex, ſecundo, צור *Tſur*, petra, vel formator, diuina quidem nomina, ſed appellatiua. Ad extremum, *præter* אלוהנו *Elohenu*, Deos ſiue iudices noſtros. i. Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, quorum vnuſquiſque Deus eſt, & iudex noſter. Nam אלוהים *Elohim* eſt etiam Appellatiuum, vt proinde & de Angelis, & de Magiſtratibus enuncietur. Ita in hoc verſu ſunt quatuor diuina nomina, vnum proprium, tria appellatiua.

*Pater Filius, & Spiritus S. vnuſquiſque Deus eſt & iudex noſter.*

36 *Deus qui præcinxit me virtute.* Explicat qualis, quantúſque ſit Deus ſuus. Deus eſt, qui me viribus accinxit, & C qui meos mores, vitam, facta pura, & integra reddidit. Alijs *Præcinxit.* i. virtute bellica roborauit. Quia de prælijs hoſtilibus agebatur. *Virtute*, fortitudine, qui me fortem reddidit.

37 *Perfecit.* Poſuit prop. Qui effecit pedes meos ceruinos. i. celeres, agiles & veloces, tamquam ceruorum ad euadendum de periculis & perſecutionibus. *Et ſuper excelſa*, rupes, ne canes eò poſſent conſcendere. Sic ſolet ceruus, vt tutò ſibi eſſe liceat.

38 *Qui docet manus meas.* Qui brachia mea fortiſſima reddidiſti ad feriendũ hoſtes meos. Vel quibus arcum æ- D reum confringere poſſem. Pugnandi excellẽtiam & facultatem Deo acceptam fert. Mutat autem perſonã per Enallagen. *Aureum* fortiſſimum. Calybeum interpretatur Kimhi, ꝙ arcus hodie ex Calybe fiant, prȩduro ferro & aliquoties recocto. Sed obſeruandum antiquitùs omnia ferè ex ære fuiſſe fabricata, ſiue propter ferri penuriam, ſiue ad elegantiam. Nam & Athenæus enſium & tibialium ex ære effectorum, citato Alcæo, meminit,



A & apud Homerum & Hedoſium χάλκια τεύχια *ærea arma.* μέλας δ᾽ οὐκ ἔσκε σίδηρος. *Nigrum enim non erat ferrum*, inquit Heſiodus. Vbi interpretes Tzetzes & Proclus in armorũ fabricatione ære vſos, adhibito ad id ſolidandum temperamento, quod temperamentum cùm defeciſſet, ad ferrum tandẽ deuentum eſſe docent. Quò pertinet tabernaculum Moſis, & templum Salomonis, in quorum rebus nulla erat ferrea, ne quidem claui, paxilli, mallei, &c. ſed omnis ærea, vbi alioqui vtendum erat ferro *a*. *Malleus & ſecuris & vllum ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur.* Faceſſat igitur emendatio B cuiuſdam Geneuẽſis Ceuallerij, *Arcus calybeus*, vt נחושה *Nehoſeth* non æs ſignificet, ſed calybem, genus ferri, vaniſſimis contra antiquitatem rationibus.

a 3. Reg.6.v. 7.

39 *Suſcepit me.* adiuuit me, tutata eſt, fulſit propriè, ſuſtentauit. Toto hoc libro Suſcipere & Aſſumere, ſignificant adiuuare, protegere, defendere.

40 *Et diſciplina tua.* Integer hic verſus paraphraſim continet breuis huius hemiſtichij, *Et mãſuetudo tua multiplicauit me.* Manſueta tua diſciplina & inſtitutio me in perpetuum erexit, rectum, probum, ſapientem cumulatè reddidit. ענוה *Hanaua*, humiliationem etiam ſignificat. C Cùm me humiliaſti, cùm affeciſti malis, & crucibus, auxiſti me, rectitudine ſcilicet & doctrina. Hoc poſterius magis ſecuti ſunt Septuag.

41 *Subtus me*, in loco meo. In quocumq; ſim loco & ſede, in lato ſpatio & ſecuro poſuiſti pedes meos, ne impingerent. *Dilataſti*, latũ locum & ſpacioſum feciſti greſſibus meis. Effeciſti, vt quocúmq; irem, & liberè & ſine metu pateret mihi iter latũ & inoffenſum. *Nõ ſunt infirmata veſtigia mea:* non nutarunt tali mei propriè, non lapſa ſunt crura.

D 42 *Et non conuertar*, non pedem referam, donec eos conſumam: non redibo ab illis perſequendis, donec deficiant. Hîc incipit canere victorias ſuas per poſteros, maximè per Chriſtum, qui hoſtes ſuos Iudæos ac Gentiles ſubegit, partim perdendo, partim conuertendo.

43 *Confringam*, cædam, percutiam prop. & non poterunt ſurgere. Sic Chriſtus fregit Satanam, mortem, inferos, mundũ, vt nullã habeant vim recuperandæ poteſtatis.

44 *Supplantaſti.* plãtis pedũ meorũ ſuppoſuiſti, ſupra *b*. b Pſal.16.v. 15.

45 *Dediſti.* in fugã vertiſti. Nã fugientes terga vertunt.

46 Ad *Dominum.* Conſtruendum cũ verbo, *Clamauerunt.*

47 *Vt puluerem.* de extrema hoſtium calamitate. *Delebo eos.* Chald. *Conculcabo eos.* Túmque aperta eſt metaphora. Heb. *Exinaniam, euacuabo, effundam eos.* q.d. Cadauera eorum in cumulos eijciam & diſpergam. Metaph. à luto, quod in aceruos congeritur, & extra viam eijcitur, ſiue effunditur. A

48 *De contradictionibus*, ſeditionibus, contentionibus, rixis, rebellionibus, iniurijs. Nam Chriſto his cunctis modis reſtitit populus Iudaïcus.

*Chriſti facta canuntur.*

49 *Populus quem non cognoui* Periphraſis Gentium. *In auditu auris*, ad primum auditum, ad ſolum nominis mei rumorem, ſtatim poſtquàm audijt Euangelij prædicationem. Sibi tribuit, quod erat implendum in ſuo ſemine, qui eſt Chriſtus. Vnde ad finem vſque de Chriſto, vt de ſe loquitur. Facta filiorum ſuorum, ad ſe patres pertinere non immeritò putant. Qui ad Dauidis hiſtoriam reſpiciunt, interpretantur de rebellione Iſraëlitici populi, & ſubactione Moabitarum, Ammonitarum, Philiſtæorum, Syrorum, Meſopotamiorum, quibus domitis princeps Gentibus conſtitutus ſit, quas non cognouerat. B

50 *Filij alieni*, Sic appellant Hebræi ſpurios & nothos, apud quos *Alieni*, eſt Genitiui caſus, cum Eclipſi. Filij alieni viri. i. viri, qui non eſt verus maritus, vel pater. Filij (inquit) meretricij, id eſt, Iudæi, qui & generatio adultera dicuntur in Euangelijs, ob improbitatem fidei & morum, *mentiti ſunt mihi*, negarunt mihi fidem & obedientiam, me renunciarunt. Fidem mihi datam ſolenniter, fregerunt. Sanctè promiſerant, in mea vnctione regia ſe me & poſteros meos ſemper habituros pro regibus. Atqui, Nolumus, dixerunt, *hunc regnare ſuper nos:* &, *Non habemus regem niſi Cæſarem* a. *Inueterati ſunt*, in veteri ſtatu, in veteribus moribus & opinionibus pertinaciter manſerunt, ſenuerunt in prauitatibus ſuis, in vetere homine remanſerunt, vt Aug. vel ad interitum properarunt. *Nam quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt* b. Hebræi legunt ijſdem quidem literis, ſed diuerſis punctis. Defluxerunt, conciderunt, vel defluent, concident, à נבל *Nabal.* Lectio Septuag. præſtat, à בלה, *Balá*, inueterauit. *claudicauerunt à ſemitis.* errauerunt de via à Patribus vſurpata, & per manus ad ſe tranſmiſſa, dum Chriſtum promiſſum reiecerunt. Rabbini referunt ad pœnam, non ad errorem fidei & relig- C D

*Mat.* 12. 39. *Luc.* 11. 29.

a *Luc.* 19. v. 14. *Ioan.* 19. v. 15.

b *Hebr.* 8. v. 13.

relig



A religionis, quia ad verbum, *Et timuerunt*, ſiue, *& timebunt à clauſuris ſuis*, id eſt, è locis, in quibus ſe abſconderant, vt eſſent in tuto. Vt חרג, *Harag*, ſit timere, pauere. At cùm alibi non legatur, & ſententia ſit rectior, non video, cur non potius ſignificet claudicare.

51 *Viuit Dominus & benedictus Deus meus*, eſt Formula. q. interiectio benedictionis & gratiarum actionis. q.d, Deus meus non eſt vitæ expers, ſicut idola. Deus meus benedictus eſt beatus & fœlix. Alijs pia eſt acclamatio. Viuat dominus, benedictus ſit & laudatus, exaltetur, id eſt, colatur palam ab omnibus. *Deus meus*, petra mea

B prop. *Exaltetur.* celebretur ab omnibus.

52 *Qui das vindictas*, vt vindicem inimicos meos, qui tribuis poteſtatem vlciſcendi. *Iracundis.* Propheticè. Epithetum præter fontem ob furioſum hoſtium animum, quem perſecutionibus multis teſtati ſunt vſque ad Conſtantinum.

52 *Exaltabis me*, ſuperiorem me facies. Aliqui, euehes me ad dexteram tuam,

54 *Propterea confitebor tibi.* Confitetur Deum Dauid inter Gẽtes per ſuos Pſalmos, qui ab eis religioſè canuntur:

C item per Chriſtum filium ſuum, qui Gentium rex, inter eas Deum Patrem canit, & celebrat, & celebrandum docet.

55 *Magnificans*, ô Domine, qui magnificas ſalutem regis tui, qui ſaluas & liberas regem tuum magnificè. Sic & Euthy. *Faciens*, ô qui facis miſericordiam Chriſto tuo. Pendet enim è ſuperiori. *Et ſemini eius*, Chriſto a. Fecit autem Deus miſericordiam Chriſto dum eum mirabiliter eripuit de perſecutionibus Iudæorum & Gẽtium, illiſque fruſtrà nitentibus regem conſtituit, eiúſque

D regnum, id eſt, Eccleſiam, in terra firmauit. Ita miſericordias Dauidi vncto ſuo factas continuauit in poſteros eius, & in Chriſto perfecit. *Sui & ſuo.* pro *tui & tuo.* Nam cum vocandi formulis ſæpè in hac lingua eſt Enallage & confuſio perſonarum.

a *Gala.* 3. v. 16.

ARGVMENTVM.

*Deum, cùm ex cœleſtium rerum opificio, tùm è diuina lege cognoſci: cognitum precatur, vt ſibi omnia per errorem vel conſcientiam commiſſa remittat.*

Pſalmus inſignis contra Atheos.

# 1 In finem Pſalm. Dauid XVIII. Hebr. XIX.

CÆli enârrant glóriam Dei:& ópera mánuum eius annúnciat firmamêntum. A
3 Dies diéi erúctat verbum: & nox nocti índicat ſciéntiam, B
4 Non ſunt loquêlæ, neque ſermônes: quorum non audiántur voces eôrum.
5 In omnem terram exîuit ſonus eôrum: & in fines orbis terræ verba eôrum.
6 In ſole póſuit tabernáculum ſuum: & ipſe tamquam ſponſus procêdens de thálamo ſuo.
7 Exultâuit, vt gigas ad currêndam viam: à ſummo cœlo egréſſio eius.
8 Et occûrſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt, qui ſe abſcôndat à calôre eius. C
9 Lex Dómini immaculâta conuêrtens ánimas, teſtimónium Dómini fidêle, ſapiêntiam præſtans pâruulis.
10 Iuſtítiæ Dómini rectæ, lætificântes corda: præcêptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.
11 Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſæculum ſæculi: iudícia Dómini vera, iuſtificâta in ſemetípſa. D
12 Deſiderabília ſuper aurum, & lápidem pretióſum multum: & dulciôra ſuper mel, & fauum.
13 Etenim ſeruus tuus cuſtôdit ea: in cuſtodiêndis illis retribútio multa.
14 Delícta quis intélligit? ab occûltis meis munda me: & ab aliênis parce ſeruo tuo.

15 Si



15 Si mei non fúerint dominâti, tunc immaculâtus ero:& emundâbor à delícto máximo. A
16 Et erunt, vt compláceant éloquia oris mei:& meditátio cordis mei in conſpéctu tuo ſemper.
17 Dómine adiútor meus:& redêmptor meus.

---

2 *cœli enarrant gloriam.* Cœleſtium rerum contemplatione facilè peruenitur ad Dei notitiam *a*. Hinc Aug *b*. & D. Thom. *c* cognitio, inquiunt, Dei, quæ ex natura habetur nos tria docet. 1. Deum eſſe aliquem. 2. eum eſſe primam cauſam. 3. differre à rebus aliis illiſque cunctis infinitè ſupereminere. Eſt autem Proſopopœia. Nam cœli non enarrant propriè, neque oratione ſua exponunt, cùm non ſint animati, vt falsò R. Moſe, & nonnulli Philoſophi putant, ſed enarrare homines faciunt Dei maieſtatem, potentiam, ſapientiam ex ſuo motu perpetuo, eleganti ſtructura, potentibus influxibus, aliiſque rebus, & effectis. Sic reliqua. Nam ordine docet nullam eſſe rem, nullum tempus, nullam linguã, nullum locum, nullam deniq; ſanctę legis particulam, in qua non luceat Dei maieſtas. *Opera.* Firmamentum, cœlum, æther, docet quanta, & quàm inſignis ſit operatio, & fabrica eius. Docet Deum rerum eſſe opificem, res eius eſſe opera. Nam ordo eſt inuerſus, & *opera* reguntur à parte poſteriore. Vnde cùm in Heb. ſit ſingularis numeri, מעשה *mahaſhih. Opus eius* ad conſtructionẽ indicãdam numeri mutatio à noſtris interpretibus facta eſt. *Firmamentum*, expanſio propriè. Vaſtus cœlorum ambitus, & extenſio. Aërem exponit Chaldæus, qui inter cœlum, & terram latiſſimè eſt expanſus. In illo mirabilia meteora cernuntur, quæ & ipſa docent, & prædicant Dei opera, & effectus admirandos. Sic multi *d*: Firmamentum ſiue expãſionem. (Nam illic quoque eſt רקיע *Rakíah*) ſeparantem aquas ſupériores ab inferioribus, accipiũt pro aëre, qui ſeparat nubes à mari, fluuiis, & reliquis aquis inferis. 70. magis putarũt eſſe cœlum. Nã στερέωμα nõ dici poteſt de aëre, vt qui ſit fluxiſſimus, infirmiſſim⁹ minimè στερεός, ſolidus, & fixus, de cœlo optimè quippè, quod ſit ſolidũ ſubſtãtia, & ſitu *e*. His aſſentiuntur veteres Rabbini, apud quos רקיע *Rakíah*, epithetum cœli, non aëris. Allegoricè *f* cœli Apoſtoli, ſol Chriſtus

*a Sic Rom. 1. verſ. 20.*
*b Serm. 55. in Ioan.*
*c 1. par. q. 12. art. 12.*
*Tria de Deo naturali cognitione ſcire poſſumus.*
*d Gen. 1. 6.*
*e Iob. 37. 18*
*f Roma. 10. verſ. 18.*

Chriſtus, tabernaculum Dei Eccleſia, lex Euange- A
lium, &c.

*Dei cognitio traditione maximè propagatur.*

3 *Dies diei eructat.* Altera Proſopopœia. Singulis die-
bus, & noctibus innoteſcere Deum, & annunciari, ac
viciſſitudinem dierum, & noctium, tam ratam & con-
ſtantem declarare Dei vim; & poteſtatem. Dies vnus
diei alteri, nempè ſubſequenti, loquitur verbum Dei,
& nox præcedens nocti ſequenti indicat ſcientiam, &
cognitionem eius: ita vt quaſi de die in diem, & de no-
cte in noctem, de Deo verbum, & ſcientia propagari, &
in omne æuum continuè tranſmitti videantur. Nam
*r zi*, in vtroque hemyſtichio per Zeugma repetẽdum:
idque paſſiuè, verbum ſiue ſermonem de Deo, ſcientiã B
Dei (de Deo) q.d. Dies diebus aliis fundit, ad dies alios
perenniter tranſmittit ſermonem de Deo, loquitur in
ſæcula de Deo, Deúmque eſſe, qui omnia condiderit, &
moderetur. Metonymia etiam quadrat. Ea, quæ diebus,
& noctibus contingunt, vt proſpera, & aduerſa, variá-
que alia Dei iudicia, verbum Dei declarant, & de eo
ſermonem faciunt. Sublimiùs aliqui de Filio Dei, &
Verbo increato. q.d. Dei λόγος operatorius, & cognitio
habetur per dierum, & noctium viciſſitudinem, tam ra-
to ordine, & conſtãtia decurrentem, vt tantorum ope-
rum laus non poſſit tribui, vel temeritati, vel naturæ.
vel alij cauſæ. Perpetuæ viciſſitudinis dierũ, & noctiũ C
cõtemplatione, Deus cum ſuo Verbo, quo omnia pro-
creauit, cognoſcitur. Iuxta alios etiam, Verbum Dei
vocat, quo dixit, & facta ſunt *a*: Dei ergò Verbo, &
mandato intelligitur cœlos eſſe effectos, ex illa dierũ,
& noctium viciſſitudine, & ſucceſſione. *Scientiam*, noti-
tiam Dei, vel ſapientiam.

*a Gen. 1. v. 3*

4 *Quorum*. Deſideratur in Heb. ſed eſt ſubaudiendum.
Ponitur autem pro ablatiuo *quibus*, per quos ſermones:
vel ſecundum alios pro datiuo *quibus*, id eſt, à quibus.
Per Antiptoſin poëticam caſus pro caſu. Non ſunt lin-
guæ, neque ſermones, quibus non audiantur voces cœ- D
lorum. Nulla natio tam eſt barbara, quæ cœlum con-
templans, ad opificis eius notitiam, & prædicationem
non poſſit perduci. Metonymia. Loquelæ, & ſermones,
pro hominibus cuiuſque linguæ, & ſermonis. Vel po-
tius eſt Hebraiſmus, quo poſteriùs relatiuorum redun-
dat, priore *quorum*, in illud *eorum*, cadente. Hæc quæ di-
cimus de cœlorum, & huiuſmodi aliarum rerum eru-
ctatione,



ctatione, non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum
voces non audiantur, id eſt, nõ ſunt ſermones obſcuri.
A & ſubmiſſi, ſed clari, & aperti, id eſt, apertè, & intelligẽ-
ter cœli, dies item ac noctes enunciant Deum, apertam
de eo emittunt vocem, clarè eum confitentur vbique
terrarum è ſuis effectis, mirabilíque fabrica, ac opifi-
cio. Cuius ſententiæ mox ratio ſubiicitur. Quoniam
eorum ſermonum ſonus in omnem terram pertingit,
in terrarum omnium oras, & fines verba eorum perue-
niunt. Tam fortes, & cõtentæ ſunt illæ loquelæ, vſque
adeò ſublimes, & acuti ſunt illi ſermones. Sic paſſim
apud Hebræos occurrunt duo relatiua pro vno, poſte-
B riore vel redundante, vel emphatico.

5 *Sonus eorum*. Per Proſopopœiam loquuntur ſuo mo-
do cœli Deum vbiq; terrarum. Hebraicè, linea eorum,
& ſtructura (ad lineam confecta.) Qua metaphora cœli
moles ad amuſſim fabrefacta indicare dicitur infinitam
opificis præſtantiam. Sed Sept. more ſuo ad ſenſum re-
ſpiciunt. & locutionem emolliunt ſecuti ſententiã pro- *a Rom. 10.*
ximi verſus, vt Dauid more ſuo ſe explicet, qualem in- *verſ. 18.*
ſinuat Apoſtolus *a*, de prædicatione Apoſtolorum. Vel
קו *Kau*, pro קול *Kol*, per apocopen poëticam. Chald. *In*
*omnem terram extenſi ſunt effectus eorum.*

C 6 *In ſole* Hypallage. Solem poſuit in tabernaculo ſuo,
id eſt, in cœlis. Vnde Heb. *Soli poſuit tentorium in eis.* Sed
reſpexerunt ad myſterium, quo *in Chriſto* vero ſole *Deus*
*erat*, ac veluti domicilium ſuum habebat, *mundum recon-*
*cilians ſibi b*. In ſole, inquit, Deus habitat, ſuum domici- *b 2. Cor. 5.*
lium habet, vnde glorioſè illuſtris, maieſtate plenus *verſ. 19.*
apparet. q.d. ſol, in quo Deus inſidet, ſiue per quem ex-
currit per totum mundum, ipſum loquitur, oſtẽdit, &c.
Vbi nota tria præcipuè hîc conſideranda proponi de
ſole, formoſitatem, celeritatem, & caloris vehemẽtiam.
Solis deinde pulchritudinem comparat ſponſo, vim, & *De ſole tria*
impetum giganti, ſiue forti viro: thalamo hemiſphæ- *proponũtur.*
rium inferius, è quo ab occaſu rediens in ortum, iubar
ſuum ſplendidè refundit, & pulcher ad nos reuertitur.

7 *A ſummo cœlo*. Ab extremo cœlorum exoritur, ab
D vltimo Orientis puncto. Alieniùs, à maxima eleuatio-
ne, id eſt, meridiei puncto.

8 *Occurſus*. Compoſitum pro ſimplici, curſus, conuer-
ſio. Circuitus ſolis eſt vſque alterum eius extremum,
id eſt, vltimum Occidentis punctum. *Nec eſt qui ſe*. Nul-
lus mort

lus mortalium, vbicumque habitet, expers eſt caloris A eius ſalutaris. Etiamſi agat ſub axibus gelidiſſimis, & ab ipſius curriculo remotiſſimis, vim & fomenta tam ipſius in ſe, quàm in ſua regione, & rebus ſentit. Generaliùs genus, id eſt, neutrum etiam fons patitur. *Nec eſt ſe abſcondens*, nec eſt, quod ſe abſcondat. Nec quicquam eſt, qnod non eius calidam efficacémque virtutem perſentiat. Omnia enim ſui caloris virtute contingit, licet alia minus, ſuáque calefaciendi fouendíque vi penetrat abditiſſima quæque, etiam terrarum profundiſſima, in quibus infinita pretiosè, & mirificè generet ac B producat. Effectus ſolis illic ſunt pretioſi, & mirabiles.

8 *Lex Domini*. Altera Pſalmi pars, in qua lex Domini, teſtimonium, iuſtitiæ, præceptum, timor, iudicia ſunt re idem, etſi ratione differant, vt audies infra *a*. Per legem autem aliqui intelligunt totam Scripturam ſacram, non eam Scripturæ partem, quæ eſt de agendis, cauendis, vel etiam credendis. *Immaculata*, perfecta propriè. Docens non tantùm facienda, verùm & credenda, colenda, &c. *Conuertens*, à malo, & erroribus, reuocans in viam, corrigens, reducens. Vox משיבת *Maſibath*, etiam *Tranquillans*. Nam & lex Domini conſcientiam trãquillat, pacat, recreat, & reficit animam, & ſic loquitur in- C ferius *b*, vbi nos: *Reſtitue animam meam à malignitate eorum*. *Fidele*, certum, verax, non fallens. Deus enim certò ſtat promiſſis. *Paruulis*. Docens pueros, & ex Paulo ſtultos *c*. Ex paruulis homines reddit ſapiẽtes. Paruulos vocat ſimplices, & idiotas, vt *d Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti paruulis*. Hebraicè פתי *Pethi*, ſimplex, docilis, credulus. Commendat legem Dei ab effectibus, quod ſit irreprehenſibilis, veram ſapientiam præſtet, &c.

*a Pſal. 118*
*b Pſal. 34. verſ. 21.*
*c 1. Cor. 1. verſ. 27.*
*d Matth. 11. verſ. 25.*

10 *Iuſtitiæ* Mandata. *Rectæ*, rectum iter ad vitã docentes. *Lucidum*, purum, mundum propriè. *Oculos*, cordis, id eſt, intellectum: mentes hominum cæcas Dei ignora- D tione. Quin & boni, & mali diſcrimen patefacit *e*.

11 *Timor*. Metonymia. Præcepta Domini docentia Dei timorem, caſta ſunt, & pura, quorum fructus eſt perpetuus. Nam durat in cælo, & migrantem è corpore hominem ſequitur. *Sanctus* ἅγιος legit noſter interpres. At rectiùs Clemens Alexand *f*. ἁγνὸς *Caſtus, ſincerus*. Nam Hebraicè טהרה *Teora* mundus, purus, *Permanet*. עומדת *Homedeth*, לעד *labad*, in participio, ſtans in æternit

*e Rom. 7. verſ. 7. 8.*
*f Strom. li. 7.*



A æternitatem. Vnde in quibuſdã exemplis. *Permanens*, vt ſint duo fructus timoris Domini. Primus eſt, vt purum hominem, & peccatis vacuum reddat, alter, vt fœlicem in perpetuum. *In ſæculum ſæculi*. Periphraſis æternitatis, quæ nihil aliud eſt, quàm ſæculorum perpetuatus ordo, & ſeries. Hinc in fonte לעד *Labad* in æternitatem. *Iudicia*, accipi poſſunt non pro præceptis, quibus oſtendit, quid iudicet agẽdum, ſed pro decretis, & actis Domini, & exemplis miſericordiæ, & iræ, quibus punit ſcelera, & virtutes compẽſat. Quicquid gerit, quicquid iudicat, & decernit, id eſt, opera prouidentiæ, quæ continentur præmiis, & pœnis, proſperitatibus, & calami-
B tatibus, ſunt vera ſimul ac iuſta. *In ſemetipſa*, per ſe, & ſua ptè natura. Hebraicè יחדו *Iahdau*. *Pariter*, id eſt, ad vnũ omnia, nullo dempto: à maximo ad minimum vſque citra exceptionem recta ſunt, & iuſta. Sept. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, in idem, ſimiliter: ſunt ſimul æqua, & iuſta. Porro faſciculi myrrhæ auctor *a* notat tres hos verſus *b* de lege legíſque præceptis perfici decem dictionibus, pro numero decem præceptorum, ſiue decalogi, & decem rationum, quibus Deus omnia adminiſtrat (ספירות *Sephi-*
C *roth* vocant,) & decem dictorum, quibus omnia *c* condidit, & inſtituit.

*Aeternitas quid.*
*a Gen. 11.*
*b 9. 10. 11.*
*c Gene. 1.*

12 *Super*. Vltra aurum, pluſquam mel, &c. *Lapidem pretioſum*. פז *paz*, obryſum, aurum recoctum, & puriſſimum. Gemmas item pretioſas. *Multum* πολὺν. רב *Rab*. Adiectiuè, nõ aduerbialiter. *Et fauum*. Hebraicè ונפת *venopheth*, *& ſuccum*, ſiue diſtillationem fauorum. Repetitio ſuperiorum: nam mel eſt fauorum liquor.

13 *Seruus tuus*. Ego, qui ſum ſeruus tuus. Loquitur de ſe
D in tertia perſona, ſuo exẽplo probans diuinæ legis effectus. *Cuſtodit ea*, נזהר בהם *Nizhar bahem*. Clarus fit, cautus, ſedulus in illis (obſeruãdis.) Chal. *Diligẽs in eis*. Poſſit verti, illuminatur per ea, admonetúrque, vt ſciat quid agendum, credendum, ſperandum, amandum. *Retributio*.
14 merces, præmium æternum. Etſi enim credentibus in Chriſtum gratis remiſſio peccatorum, & iuſtitia concedatur, tamen vita æterna non gratis ſolùm, ſed etiam ex operibus primã illã iuſtificationem gratuitã ſubſequẽtibus tribuitur, & nihilominùs gratuita eſſe, & dici nõ deſinit. *Gratia enim Dei vita æterna d*: quoniã illa opera iuſtificationẽ ſequẽtia nõ ſufficiũt, itẽ quia ſunt longè infrà retributiones. *Nõ enim ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis*

*Vita æterna, & gratia, & meritũ bonorum operum dicitur, & cur.*
*d Rom. 6. verſ. 23.*

a Rom. 8.18 *poris ad futuram gloriam a*. Denique quia illorum operum radix eſt gratia. Nam citra eam non ſunt merita, & propter eam merita ſunt. Vnde cùm ex meritis dari dicitur, ex gratia dari affirmatur, meritum enim ſpecies eſt gratiæ, videlicet, *opus ex & in gratia factum*. Cæterùm ne concurrere videamur ad vocantis & monentis gratiam, ſiue ad adeptionem vitæ æternæ, Scriptura etiam aſſerit, vitam æternam eſſe retributionem, & alibi tribui ſecundum opera, reddi ex operibus, ex iuſtitia, &c. nempè quoniam opera ex pacto conuento Dei operantis cum operariis ex denario diurno rationẽ quamdam habet iuſtitiæ b.

*Meritũ quid* — A — *b Mat. 20. 2.* — B

14 *Delicta*, errores propriè, qui committuntur in legem, quis poteſt enumerare, cùm tot & tanti ſint? Hac exclamatione declarat miſericordiam Dei neceſſariam eſſe, quęcumque fuerit hominum virtus & obedientia. *Ab occultis*, ab iis quæ me latent, ab occultis delictis, vel erroribus. *Ab alienis*, maſculinè. Ab alienis hominibus, id eſt, prauis atque peruerſis, quorum alieni ſunt mores, parce mihi, libera & ſerua me. Alienos appellat tyrannos, & inſignitè improbos. Gall. *Estranges, d'eſtrangeſaçon.* vt infrà c vel etiã infideles, alienæ & peregrinæ religionis Vulgò, ab alienorum hominum peccatis. Si quid (ait) cùm aliorum peccatis communicaui, parce. Vnde D. Auguſtinus neutro genere accipit, Hebræi legunt per זדים ד *Zedim*, non זרים ר *Zarim*. A ſuperbis prohibe ſeruum tuum, ſiue libera. In neutro *Aliena*, appellare etiam poſſit Crimina, quaſi res alienas & ſtupendas. A peccatis mihi parce, méque libera aliquanto grauioribus, & extraordinariis. Tria peccatorum genera attingit, quæ ſibi remitti velit, infirmitatis, ignorationis, malitiæ ſiue præſumptionis, quæ Rabbini vocant דומזב *Demezib*, per ſuperbiam.

c Pſ 53. v. 3. — C

15 *Mei*, mihi, in me, *ὡς* Genitiui caſus, non Nominatiui. Et eſt Græciſmus, quo verba Dominandi regũt Genitiuum. Si alieni iſti, ſiuẽ ſuperbi, non fuerint in me dominati, ſi mihi non præualuerint, ſi pro ſuo imperio & magnitudine me non induxerint ad aliquid contra Deum agendum, ſi ad eorum gratiam, vel ad eorũ imperium & dominatum nihil peccaui commiſerim: tunc integer ero, & mundus veniam à maximis & multis peccatis & delictis. Eſt enim ſingulare pro plurali per Synecdochen. Apud D. Auguſtinũ ſublata ambiguitate legitur,

D



legitur, *Dominata*, neutro genere, vt ſuprà. Nam quando improbi imperant, coguntur probi multa facere per impatientiam, exemplum, adulationem, &c. Ne grauiùs ab eis vexentur. Orat ne ſe ſubiiciat infidelibus regibus & tyrannis, ſub quibus cogatur multa cõmittere contra Deum, & religionis puritatem. Hinc Hebraicè per אל, *Al* particulam prohibentis: Ne quæſo mihi dominentur, tunc integer ero. Peccata autem dominari dicuntur, cùm præualent, & hominem ex vno flagitio in alterum detrudunt a. ſiue peccandi nimis frequẽti conſuetudine, ſiue nimis cæco deſideriorum carnis impetu. Quali locutione peccatum regnare in carnalium mẽbris Paulus dixit. *Maximo*, multo רב, *Rab*, vt, ſuprà b, Eſtque Synecdoche numeri. Etſi Aug. reſtringat ad ſuperbiam, peccatorum maximum, & fontem.

A — *a Rom. 6.14.* — B — *Verſ. 12. & 13.*

16 *Eloquia oris mei*, oratio mea tibi erit grata & accepta. Sic & cogitatio mentis meæ. Eam enim gratè exaudies, ô Domine adiutor meus, &c. Vel deprecanter, Sint, vt complaceant eloquia, &c.

17 *Adiutor*, In fonte per Metaphoram, *petra mea*, id eſt fortitudo.

---

## ARGVMENTVM.

*Precatio ſiue votum pro pio principe ad bellum proficiſcente, vt Deum habeat propitium*. Chriſto tribuitur contra Satanam

C

## 1 In finem. Pſal. Dauid. XIX. Heb. 20.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis, prótegat te nomen Dei Iacob.

3 Mittat tibi auxílium de ſancto: & de Sion tueâtur te.

D

4 Memor ſit omnis ſacrifícij tui, & holocaûſtum tuum pingue fiat.

5 Tribuat tibi ſecúndum cor tuum: & omne conſílium tuum confirmet.

6 Lætábimur in ſalutâri tuo : & in nómine Dei A
noſtri magnificábimur.
7 Impleat Dóminus omnes petitiônes tuas :
nunc cognôui, quóniam ſaluum fecit Dóminus
Chriſtum ſuum.
8 Exaúdiat illum de cœlo ſancto ſuo, in poten-
tátibus ſalus déxteræ eius.
9 Hi in cúrribus, & hi in equis: nos autem in nó-
mine Dómini Dei noſtri inuocábimus. B
10 Ipſi obligâti ſunt, & cecidêrunt : nos autem
ſurr éximus & erêcti ſumus.
11 Dómine ſaluum fac regem : & exaûdi nos in
die, qua inuocauérimus te.

---

2 *Protegat.* eleuet te prop. In tuto conſtituat, in loco edito & altè ſummoto à periculis collocet. *Nomen Dei Iacob*, id eſt, Deus nominatus & inuocatus à Iacob : vt nomẽ ſignificet nominationem. Significare etiam poſſit virtutem & poteſtatem. Virtus Dei Iacob te protegat. C Vtroque modo exponitur illud Chriſti *a*, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti*, id eſt, inuocatione, vel virtute. Aliqui Hebræorũ, nomen Dei Iacob, nomẽ Dei tetragrammaton, cuius vi olim fiebant miracula. Alij, Deus ipſe Iacob : quia (inquiunt) Deus eſt nomen ſuum, & nomen ſuum eſt Deus ipſe, propter ſummam & perfectam ſimplicitatẽ. Hæc obſerua, quoniam variè nominis Dei fit in his Pſalmis mentio.

*Matth. 28. 19.*

3 *De ſancto*, loco ſcilicet: de ſanctuario, de loco arcæ. Abben Ezra. *de Eccleſia*, in qua exaudit, & non extrà. Aliqui, de cœlo *a*, *Tueatur*, fulciat prop. ſuſtentet.

*a Vt verſ. 8.*

4 *Sacrificij*, oblationis tuæ farinaceæ & incruẽtę prop. D Duo enim erant genera ſacrificiorum in lege. Vnum incruentum adumbrans altaris noſtri ſacrificium, alterum cruentum corporis Chriſti in cruce oblationem delineãs. *Pingue.* Habeatur pro pingui ſacrificio. ſit gratum, acceptum, efficax; quo denique placetur. Eodem ſenſu Heb. ידשנה *iedaſcheneh, Incineret*, quamquam etiam, דשן, *Daſan*, denſum & pingue eſſe ſignificet. In cinerem redigat Deus, alluſione ad ignem cœlitus aliquoties miſſum, vt deuoraret holocauſta, & in cinerem cõuerteret *c*. vel ad ritũ, quo hoſtiæ cõburebantur ſuper

*Oblationum duo genera cruenta vna incruenta altera.*

*c Geneſ. 4. 45. 15. 17. & Iud. 13. & 3. Reg. 81. 38.*



A altare cũ Dei acceptatione q. d. faciat ex eo cinerem, non reſpuat, ſed conſumat igne ſuo ſacro ſupra altare, vt ſolet ſacrificia *a*. *Sela.*

*a Abben Ezra Exod. 27.*

5 *Secundum cor tuum*, quæcumque deſideras. *Confirmet*, impleat, perficiat.

6 *In ſalutari tuo*, in defenſione tua, in ſalute, quam attuleris. *In nomine*, in inuocatione, vt ſup. *b*. *Magnificabimur*, triumphabimus. Ad verb. vexillabimus, vexillum erigemus ſiue explicabimus, Metaph. à victoribus, vel glorioſis ducibus. vel putarunt eſſe metatheſim poëticam נדגל, pro, נגדל, *Nedaggel*, pro *Negaddel*. B

*b verſ. 2.*

7 *Nũc cognoui.* Sacerdos ſiue Eccleſia inter ſolẽnia ſacra vaticinatur, vel ſaltẽ ſperat regẽ bello ſuperiorẽ fore.

8 *In potentatibus*, potentia & viribus Dei ſalus (ſit) dexteræ eius. Regis ſcilicet. Vel dextera eius ſaluet eũ potentiſſimè, Vt *Eius*, referatur ad Deum. Saluatio dexteræ Dei ſit potens. Defenſio eius ſit cum potentia & fortitudine. Cui Rabbini magis fauent. Nam iũgunt reciprocè cum præcedentibus. Exaudiat illum in potentiis ſalutis dexteræ ſuæ. i. potenti ſua dextera. Poſſit pronunciatiuè per Eclipſin, *Eſt*, non autem *Sit*. cum viribus, C potentia & fortitudine (eſt) ſalus dexteræ eius, ſalus per dexteram eius contingens.

9 *Hi in curribus.* Verba Inuocandi & Memorandi apud Heb. conſtruuntur cum Præpoſitione. Latinè ſic, Hi currus, & hi equos, nos autem nomen Dei inuocabimus atque memorabimus. (In Heb. enim verbum Memorandi ſiue Recordandi ponitur) Curribus & equis hoſtes confidũt, eos inclamant, de eis mẽtionẽ omnẽ, vel præcipuã faciũt: nos cõtrà Dei inuocatione nitimur *c*.

10 *Obligati*, vincti, inflexi, conſtricti, proſtrati, viribus deſtituti ſunt. Heb. כרעו *charehu, incuruati ſunt*, ſuccubuerunt, eodẽ ſenſu. Hinc quidã putat legendum, *Obliquati*.

*c vt 1. Mac. 3. & 4. Iud. 7. 2. Par. 14.*

D 11 *Regem.* Rectè in Accuſatiuo. Nam Athnah non perpetuò diſtinguit, præſertim in hoc libro, Prouerbiis & Iob. 2. quia hic currit ad Reuia vocis ſequentis המלך, *Hammelech*. 3. Appoſuerunt accentus Maſoretæ pro libito. Itaque non obligant. 4. Conſequentia orationis hîc eſſe precationem pro rege docet. Tamen Recentiores ſic diſtinguunt, per Zeugma. *Domine ſaluũ fac*, (nos). *Rex exaudiat nos in die qua inuocabimus.* Sic Chald. *Verbum Dei* (nota myſterium de Dei λόγῳ) *redime nos, Rex fortis excipe precem noſtram in die inuocationis noſtræ.*

*Verbum Dei redemit nos.*

A

## ARGVMENTVM.

*Gratias agit, quòd Chriſtum regem multa gloria affecerit, eiúſque hoſtes ſit tandem perditurus.*

## 1 In finem, Pſalmus Dauid XX. Heb. 21.

DOmine in virtûte tua lætâbitur rex: B
&ſuper ſalutâre tuum exultâbit ve-
hemênter.
3 Deſidérium cordis eius tribuíſti
ei: & voluntáte labiôrum non fraudâſti eum.
4 Quóniam præueníſti eum in benedictiónibus
dulcédinis: poſuîſti in cápite eius corônam de lá-
pide pretióſo.
5 Vitam pétiit à te, & tribuîſti ei: longitúdinem
diêrum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
6 Magna eſt glória eius in ſalutâri tuo: glóriam, C
& magnum decôrem impônes ſuper eum.
7 Quóniam dabis eum in benedictiônem in ſæ-
culum ſæculi: lætificâbis eum in gaúdio cum vul-
tu tuo.
8 Quóniam rex ſperat ín Dómino: & in miſeri-
córdia Altíſſimi non commouébitur.
9 Inueniâtur manus tua ómnibus inimícis tuis:
déxtera tua inuéniat omnes, qui te odêrunt. D
10 Pones eos, vt clíbanum ignis, in témpore vul-
tus tui: Dóminus in ira ſua conturbâbit eos, &
deuorâbit eos ignis.
11 Fructum eôrum de terra perdes: & ſemen eô-
rum à filiis hóminum.

Quó



A 12 Quóniam declinauêrunt in te mala: cogita-
uêrunt conſília, quæ non potuêrunt ſtabilîre.
13 Quóniam pones eos dorſum: in relíquiis tuis
præparâbis vultum eôrum.
14 Exaltâre Dómine in virtûte tua: cantábimus,
& pſallêmus virtûtes tuas.

---

2 *Virtute tua*, tua potentia & ope. *Super ſalutare.* in ſalu-
B te ſiue defenſione tua.
3 *Voluntate labiorum*, Sic apud Ioannē *a*, *Scio Pater, quia
ſemper me audis.* Quicquid enim Chriſtus corde deſide- *a Ioan.* 11,
rauit, vel ore rogauit, Deus impleuit cumulatè, hodié- 42.
que implet. Quare *Sela*, ad finem Verſus in Heb. poni-
tur. Ad Verb. prolationem labiorum ipſius non prohi-
buiſti ei. Séla.
4 *Præueniſti*, promptè & liberaliter cumulaſti eum lar-
gis & prolixis beneficiis, priùs dediſti ei, quàm peteret:
nempè ab ipſo primo conceptus puncto, benedictiones
& gratias ſuauiſſimas & excellentiſſimas. *Dulcedinis.*
C Gratiæ. Ad verb: *boni ſiue bonitatis.* Benedictionibus o-
ptimis; vel largiſſimis & ampliſſimis. *Poſuiſti*; conſti-
tuiſti eum regem & iudicem cœli & terræ, atque in
throno gloriæ collocaſti, vt ſedeat ad dexterā tuæ ma-
ieſtatis. *Coronam*, regium diadema. Sic inſcribit glorio-
ſam humanæ formæ maieſtatem, & potentiam. Chriſto
enim data eſt corona diuina *b*. in qua ſcriptum eſt, *Rex
regum & Dominus dominantium c. De lapide pretioſo.* Alij, de *b Phil.* 2. 6.
obrizo, de auro puriſſimo. vt, פז, *Paz*, ſit aurū pretioſiſ- *Pſa* 8. 9.
ſimum & præſtantiſſimum. q. d. regnum à te conſecutus *c Apoc.* 19.
eſt excellentiſſimum. Eiuſmodi enim corona eſt Regni 16.
nota & inſigne. Videtur alludere ad coronam victi re-
D gis Ammonitarum auream, & lapide pretioſo mirabi-
lem ad Dauidem delatam *d*. *d* 1. *Par.* 20.
5 *Vitam petiit*, vt reuocaretur ſcilicet à morte ad vitam 2. & 2. *Reg.*
immortalem. Quod ſequitur, eſt Periphraſis vitæ æter- 12. 30.
næ. *Chriſtus enim reſurgens à mortuis iam non moritur e, &c.*
6 *In ſalutari tuo*; quando eum ſaluaſti, & pro hac corpo- *e Rom.* 6. 9.
rata vita, æternam in throno diuinæ maieſtatis ei præ-
buiſti.
7 *In benedictionem*, vt ſit benedictus in ſeſe, aliis autem

H 3 bened

benedictionis & fœlicitatis omnis auctor ac cauſa. i. vt A
ſit aliis benedictioni. Quare reſpectū putat Kimhi ad il
lud *a, In ſemine tuo benedicētur omnes gētes*. q. d. conſtitues,
vt ſit benedictio & fœlicitas hominum, vt per eum cæ-
teri benedicantur, ac beentur. Ieiunè, qui interpretan-
tur, Pones eum in benedictiones, cumulabis eum om-
ni benedictionum genere. Nam non vult hunc regem
tantùm fore benedictum & beatum, verùm etiam be-
nedictionem cæteris allaturū. Alioqui *Benedicendi* ver-
bo more ſuo vſus eſſet, non *ponendi* ſiue *dandi in benedi-
ctiones*. Poſſeſſiuè Euthymius, vt benedictionibus affluat
& ſanctitate participet. Aliàs paſſiuè, vt ſit benedictio- B
ni, vt ab hominibus benedicatur, & collaudetur. *Cum
vultu tuo*. Aſpectu vultus tui magnam lætitiam capiet.
Nā clariſſima tui viſione vltra cæteros perfruetur, quā
etiam homo. Alij, fauorabilem vultum ei præbebis.
8 *Et*, etiam, ſanè. *In miſericordia*, per miſericordiam &
auxilium Dei non dimouebitur deſuo throno, regióq;
ſtatu, non decidet ſua ſpe, neque ea fruſtrabitur. Sic *Et*,
expletiuū eſt, vel emphaticum. Simplicius copulat ſu-
perioribus ſequentia. Quoniam rex ſperat in Domino,
inque eius miſericordia, ideò nō commouebitur. Nam
Athnah non exactè diſtinguit in hoc libro. C
9 *Inueniatur manus tua*. Inueniat manus tua omnes ini-
micos tuos, eos, quantumuis ſe ipſi abſcondāt, aſſequa-
tur & cædat. De Iudæorum abiectione. *Inimicis*, Datiuus
reſoluendus per Ablatiuum cum Præpoſ. Ab inimicis
tuís. Inimici tui inueniant manum tuam, potentiā, vel
plagam manus tuæ. Curioſius aliqui, *Sufficiet manus tua
inimicis tuis, dextera tua ſufficiet odio habentibus te*. Nam, vt
commodus ſit ſenſus, nempè hic, Manus tua ſatis erit
potens & valida ad puniendos hoſtes tuos: tamen מצא
*Matſá*, inuenire propriè ſignificat. Rectiùs ergo vel
Chaldæo teſte, *Apprehendat plaga manus tuæ cunctos ini-* D
*micos tuos, & vltio dexteræ tua contingat omnibus, qui te ode-
runt*. *Tuis*, qui tuo regi obedire detrectant. *Manus*, Sini-
ſtra tua. Nomen generis reſtringitur ad deteriorem
partem, maximè quando commemoratur præſtantior.
q. d. Siniſtra ſimul ac dextera eos cæde, vtrâque manu
percute, vt citiùs & grauiùs conficiantur.
10 *Pones eos, vt clibanum*, inflammabis eos, exures & cre-
mabis, vti incenditur clibanus, ſiue fornax ardens. Per-
des eos vt ligna, quæ in ignem coniiciuntur, *Vultus tui*.
Vultus

*a Geneſ. 22. 18.*



A Vultus Metonymicè, pro ira. Nā ira in vultu cernitur.
Eos, quando iraſcêris, veluti igne conſumes. *Conturba-
bit*, deglutiet propriè. Hinc Chal. *Deus igni inflammabit
eos, & conſumet eos incendio gehennæ*. *Ignis*. Vehemens tua
indignatio *a*, Ardor tuæ vindictæ. De igne inferni, vel
de conflagratione Hieruſalem & templi.
11 *Fructum*. Fructum & ſemen eorum, filios & totam
progeniem appellat. Significat Iudæos cum ſua poſte-
ritate perituros. *A filiis*, ex numero hominum.
12 *Declinauerunt*, Actiuè, vt ſuprà *b*, inclinauerunt, im-
poſuerunt, intenderunt in te mala: conati ſunt te malis
B onerare, atque adeò obruere. Metaphora ab iis, qui ba-
iulis onera imponūt. *Te*, id eſt, tuos, Tribuit Deo, quod
Dei cultoribus competit. Sic in Actis *c*, *Saule, Saule, quid
me perſequeris*. id eſt, meos. *Stabilire*, perficere praua & do-
loſa ſua conſilia.
13 *Quoniam pones eos dorſum*. Humerum propriè Fugabis
eos, in fugam vertes, humeros obiicere, terga dare co-
ges, vt à dorſo vulnera excipiant. *In reliquiis tuis*, in his
quos tu reliqueris, & reſiduos feceris è tanta ſtrage.
Gall, *de tes reſtes*. q. d. Deus vltionem ſuam diriget in re-
liquias, id eſt, poſteros eorum, veluti liberos & nepo-
tes, Vox Hebræa מיתר *methar* non tantùm reſiduum, re-
C liquias *d*, ſed etiam neruos & chordas arcuum ſignificat,
vt ſupra *e*. *Præparabis vultum eorum*, ſub. ad ſagittas, vel ad
plagas. Eſt enim Eclipſis, vt docet R Kimhi. q. d. Dor-
ſum & vultum eorum ita compones & aptabis, vt feri-
re & impetere iaculis tam à dorſo, quàm à fronte va-
leas. Reliquias telis iaculíſque perſequêris, & rectâ in
eorum vultum collineabis. Ad verb. *In neruis* (ſiue reli-
quiis) *tuis aptabis in vultum eorum* (ſup. ſagittas) Sagittas
tuas tendes contra vultum eorum. A tergo & à fronte
D contra eos laxabis tela tua.
14 *In virtute*, in fortitudine tua, miſſo ſcilicet Filio. Sic
*Virtutes*, potentiam.

*a vt Pſa. 77. verſ. 26.*
*b Pſ. 16. ver. 13.*
*c Act. 9. 4.*
*d vt Ioſ. 13. ver. 16.*
*e Pſ. 10. ve. 3.*

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus Patrem in cruce obſecrat, enumeratis ſuæ per-
peſſionis appendicibus, vt ſibi adſit. Seſe inuitam re-
uocatum, eius laudes toto mundo propagaturum.
Congruit morbo deſperatis.*

1 In finem, pro ſuſceptione matuti- A
na, Pſal. Dauid. XXI. Heb. 22.

DEus Deus meus réſpice in me: qua-
re me dereliquîſti? longè à ſalute
mea verba delictôrum meôrum.
3 Deus meus clamâbo per diem,
& non exaúdies: & nocte, & non ad
inſipiéntiam mihi.
4 Tu autem in ſancto hábitas, Laus Iſraël. B
5 In te ſperauêrunt patres noſtri: ſperauêrunt,
& liberâſti eos.
6 Ad te clamauêrunt, & ſalui facti ſunt: in te ſpe-
rauêrunt, & non ſunt confúſi.
7 Ego autem ſum vermis, & non homo: oppró-
brium hóminum, & abiéctio plebis.
8 Omnes vidêntes me, deriſêrunt me: locûti ſunt
lábiis, & mouêrunt caput.
9 Sperâuit in Dómino, erípiat eum: ſaluum fá- C
ciat eum, quóníam vult eum.
10 Quóniam tu es, qui extraxîſti me de ventre:
ſpes mea ab vbéribus matris meæ, in te proiêctus
ſum ex vtero.
11 De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne
diſcéſſeris à me.
12 Quóniam tribulátio próxima eſt: quóniam
non eſt, qui ádiuuet. D
13 Circundedêrunt me vítuli multi: tauri pín-
gues obſedêrunt me.
14 Aperuêrunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rá-
piens & rúgiens.
15 Sicut aqua effúſus ſum: & diſpérſa ſunt ómnia
oſſa mea.
16 Factum eſt cor meum tamquam cera liquê-
ſcens: in médio ventris mei.





A 17 Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea
adhæſit faúcibus meis, & in púluerem mortis de-
duxîſti me.
18 Quóniam circundedêrunt me canes multi:
concílium malignántium obſêdit me.
19 Fodêrunt manus meas, & pedes meos: dinu-
merauêrunt ómnia oſſa mea.
20 Ipſi verò conſiderauêrunt, & inſpexêrunt me:
diuiſêrunt ſibi veſtimênta mea, & ſuper veſtem
B meam miſêrunt ſortem.
21 Tu autem Dómine ne elongáueris auxílium
tuum à me: ad defenſiônem meam cónſpice.
22 Erue à framea Deus ánimam meam: & de ma-
nu canis únicam meam.
23 Salua me ex ore leônis: & à córnibus vnicór-
nium humilitâtem meam.
24 Narrâbo nomen tuum frátribus meis: & in
C médio Eccléſiæ laudâbo te.
25 Qui timêtis Dóminum laudâte eum: vniuêr-
ſum ſemen Iacob glorificâte eum.
26 Tímeat eum omne ſemen Iſraël: quóniam
non ſpreuit, neque deſpêxit deprecatiônem paú-
peris.
27 Nec auêrtit fáciem ſuam à me: & cùm clamâ-
rem ad eum, exaudîuit me.
28 Apud te laus mea in Eccléſia magna: vota mea
D reddam in conſpêctu timéntium eum.
29 Edent paúperes, & ſaturabûntur: & laudâ-
bunt Dóminum, qui requîrunt eum: viuent cor-
da eôrum in ſæculum ſæculi.
30 Reminiſcêntur, & conuertêntur ad Dómi-
num: vniuérſi fines terræ.
31 Et adorâbunt in conſpêctu eius: vniuerſæ fa-
míliæ Géntium.

A
32 Quóniam Dómini eſt regnum: & ipſe dominábitur Géntium.
33 Manducauêrunt & adorauêrunt omnes pingues terræ: in conſpéctu eius cadent omnes, qui deſcéndunt in terram.
34 Et ánima mea illi viuet: & ſemen meum ſéruiet ipſi.
35 Annunciábitur Dómino generátio ventûra: & annunciabûnt cœli iuſtítiam eius pópulo, qui naſcétur, quem fecit Dóminus. B

---

1 *Pro ſuſceptione*, pro Chriſti exceptione matutina, quo pacto ſcilicet exceptus, & oppugnatus ſit à Iudæis manè, vt ἀντίληψις hìc contradictionem, oppugnationem ſignificet. Rectiùs in vulgatiore ſignificatu, *pro auxilio matutino*, Precatur enim cõtra Iudæos pro auxilio, quod non eſt conſecutus, niſi ipſo Reſurrectionis mane, Mane enim reſurrexit. Hinc Heb. pro robore auroræ, pro C matutino. אילת *Aiieleth*, etiam ceruam ſignificat. Quare vulgò vertunt, *Super cerua auroræ*, Sic Ceruam Chriſtum vocabit, quod cum Iudæi tamquam feram à ſummo mane exagitarint, & infeſtarint Vnde canum, leonum, vnicornium meminit *a*. Totum enim hunc Pſalmum ad Chriſtum pertinere etiam docet antiquiſſima Hebræorum Gloſſa, ante 2000. annos ferè ſcripta.

a ver. 14. 18. 22. 23.

2 *Reſpice in me.* Interpoſitum à Septuag. ad perficiẽdum πάθος. *Quare dereliquiſti me*, meæ humanitatis tutelam & propugnationem, meæ carnis defenſionem & auxilium. q. d. cur deſtituiſti me auxilio, tuum influxum, D vim & actionem ſuſpendens, ac ſi eſſem diuinitate orbatus, purúſque homo? Cur me meis humanis viribus, quæ admodum ſunt imbecillæ, relinquis? In Chriſto enim tempore paſſionis nulla fuit redundantia cõſolationis ſuperiorum virium ad inferiores *b*. Quin & eſt paſſus quieſcente Verbo, quod propterea tamen non fuit otioſum, quoniam affuit naturæ patienti, vt in paſſionem cõſentiens, & ſuſtentans hypoſtaticè humanam naturã. Eſt autẽ querimonia de magnitudine doloris, non diffidentiam, ſed crucis acerbitatem & vehementiam

*Chriſti paſsio quanta.*

b *Carthuſianus de Orth. fide. Art.* 56



A hementiam exprimens, vt humanæ naturæ ſtatum, & conditionem explanet, vtque non ſe, ac res ſuas à Deo negligi, ſed auxilium paternũ differri ſignificet. Hinc Hierony. *Hic* (inquit) *humanitas loquitur. Nam in paſsione Chriſtus derelictus pro parte carnis.* Quod repetit Auguſt. *a* contra blaſphemias Caluinitarum, hinc colligentium Chriſtum in cruce deſperaſſe, vel deſperantis vocem emiſiſſe, & ad deſparationem vſque terrores mortis, & dolores inferni, flammáſque, & ſupplicium infernale poſt mortem ſuſtinuiſſe. tot enim in hunc locum locutionibus delirant. *Verba delictorum meorum*, παραπτωμάτων, quæ fundo pro delictis meis. Putauerunt Sept. in He- B bręo eſſe Metatheſin poëticã שאג *Shaág, rugiit*, pro שגא *Shagá, errauit*, cùm Hebræi hodie ſimpliciter interpretentur, *verba rugitus mei*. q. d. quamtumuis clamem, & rugiam, non liberor, non ſaluor, ſed maneo derelictus. Non videor impetraturus liberationem, quamuis eam petam multis clamoribus, & rugitibus. Sed Metatheſis etiam congruit. Salus remota eſt à verbis, quæ fundo propter delicta mea, id eſt, quæ mihi cauſa totius generis humani imputantur. Noſtra enim peccata ſibi propria, ſuáque fecit, eorum vt pœnas penderet. Hæc & ſimilia de Chriſto dicuntur κατ' οἰκείωσιν, καὶ ἀναφοράν. Hîc enim perſonam noſtrã vſurpat, & in noſtrum ordinem C aggregat, qui delictis ſumus conſtricti. Damaſc. *b* poſt Iuſtinum Mart. Theodoritum, Athanaſium, Nazianzenum, Cyrillum, Ambroſium, Hieronymum. Quò pertinet illud Auguſt. *c Totum hunc verſum dici partim ex perſona Chriſti, quòd ad formam Chriſti attinet, partim ex perſona ſui corporis*, quod eſt Eccleſia, vt ſit vox Eccleſię in Chriſto patientis vel in quo patitur noſtra infirmitas. *Meorum*, quæ ego expienda ſuſcepi: apud Eſaiam *d*, decies repetitur Chriſtum peccata aliena expiaſſe, ſuáque feciſſe.

a *De gratia noui teſt. c.* 6.

*Caluinitarũ blaſphemiæ in Chriſtum horribiles.*

b *Li.* 4 *Orthodox. c.* 20.

c *De gratia noui teſt. c.* 6

d *Eſa.* 53. *verſ.* 4. 5.

3 *Et nocte* (clamabo) *& non ad inſipientiam mihi* Idque non propter meam ſtultitiam, & inſipientiam, idque D non propter mea peccata, ſed aliorum, atque adeò totius generis humani. Sic quæritur *e*: *Quæ non rapui, tunc exoluebam*, & ſic alibi *g*: *Irruerunt in me fortes, neque iniquitas mea, neque peccatum meum*, id eſt, nulla mea iniquitate, & culpa. Si me clamantem propter meam ſtultitiam, & culpam non exaudires, equidem minimè quererer

e *Pſa.* 68.

f *Pſal.* 58. *verſ.* 4. 5.

quererer. Nunc cùm clamem, non propter vllam meam A
inſipientiam, ſed alienam; cur Domine non exaudies?
Gall. infra: *Et de nuict; & ce n'eſt pour ma folie*. *Ad* ergò pro
*a Pſal. 129. verſ. 3.* *ob; propter*, vt infrà *a*. Frigidè alij: Et non ad ſtultitiam
mihi erit, vel reputabitur hic clamor, vt me omninò
deſertum deſperem: me nõ ſtultitiæ propterea arguẽt,
&c. *Mihi*, quæ in me eſt. Vel eſt datiuus poſſeſſionis Hebraicus,
pro genitiuo, vt in Græcis Pſalmorum inſcriptionibus,
Pſalmus Dauidi, id eſt, Dauidis, vel Dauidicus.
Faciliùs verſum fuiſſet, ſed non fortaſſe efficaciùs.
*Et non eſt ſilentium mihi*. Ne quidem nocte ſileo, & deſiſto B
à te inuocandò. Vel, *& non eſt exciſio, ſiue ſtupor mihi*; vel
meus, vt ל indicet genitiuum: idq; non propter meum
ſtuporẽ. Quod poſtremũ ſunt hîc ſequuti Septuaginta.
4 *Tu autem*. Et tamen tu *in ſancto* (in cœlis) *habitas*, vnde
cunctos proſpicere, & te inclamãtes exaudire ſoles,
atque adeò ad iuuandum proſilire: in cœlo ſancto loco
ſedes, nec deſcendis ſiue accurris (*Gall. Et tu y demeures.*)
nec quicquam videris curare mala; quæ patior. Illic
nunc præter morem deſides, permanes, ſecurus quieſcis,
nec te moues ad opitulandum, nec progrederis ad
exaudiendum, nihil veluti curans, & ſollicitus de meis C
malis, neque inde pedem efferens, vt me liberes, ô *laus
Iſrael*, (Dupliciter) ô Deus, quem Iſraëlitæ laudant, cõlunt,
ac celebrant. Item paſſiuè, in quo laudatur, gloria,
& honore afficitur Iſraël, fideliſque populus, eius decus,
& ornamentum. Nam poſthabitis reliquis gentibus;
addixit ſe populo Iſraëlitico; ac illum multis mi-
*b Rom. 9. 4.* raculis, & beneficiis exornauit *b*. Habitare eſt morari,
tardare, deſidere, non prodire, nõ ſeſe mouere propter
alicuius clamorem. Vnde ישב *Iaſhab*, etiam ſedere ſignificat,
permanere.
5 *Liberaſti eos*. Externo, & admirando modo. D
6 *Non ſunt confuſi* Sunt enim exauditi, & liberati. Con-
fundi eſt rem ſperatam, vel petitam non impetrare.
7 *Vermis*. Abiectiſſimus, & contemptiſſimus coram
*c Eſa. 53. 2.* mortalibus, imbecillimus, & plenè expoſitus hominũ
*Pſal. 108. 16.* proculcationi. Vermi ſimilis, abiectus, & contemptus,
*ſine ſpecie & decore* *c*. *Et non homo*. איש *Is*, vir. Quam Emphaſim
Chaldæus expreſſit. *Ego autem ſum vermis & debilis,
& non fortis, portans vituperia hominum. Abiectio plebis*,
contemptus populi.
8 *Locuti ſunt labijs*. Blaſphemias ſcilicet. Aperuerunt
contra



A contra me labia. Ad verbum: *Dimiſerunt ſiue laxarunt labium*
(ad blaſphemias.) Eclipſim agnoſcit Chaldæus,
*Garriunt malum labijs ſuis*. *Mouerunt caput*, præ contemptu.
Nutu capitis me illuſerunt, contemptim, & effuſè irri-
ſerunt, dicendo ſupp. *a*. *a Matth. 27. verſ. 40.*
9 *Sperauit, &c.* Ad verbum: *Deuoluit ſe in Dominum*, ſe
totum ei commiſit. Mimeſis blaſphema. Exprobrant
enim non peccata, ſed pietatem. Sic Satan omnem in
Deum ſpem excutere, & Dei promiſſa in ludibria con-
uertere conatur. *Quoniam vultum*, quoniam eum diligit,
& beneuolentia proſequitur, quoniam in ipſo complacuit.
Poſtquàm eius eſt tam cupidus, vt ipſe iactat *b*. *b Matt. 27. verſ. 43.*
10 *Extraxiſti*. Vt vnicus meæ humanæ originis Pater
B atque auctor, me citra humanam opem, & concurſum
eduxiſti è materno vtero, miro item modo, ſaluis videlicet
clauſtris virginalibus. Alij propugnaſti, de periculis
eruiſti, & liberaſti ab ipſamet vulua. E præteritis
beneficiis benè ſperat de futuris. *Spes mea*. Ad verb. *Sperare
me feciſti ſuper vbera matris meæ*. *In te*, ἐπὶ σε ſuper te, vt
& Heb. In tuam fidem, & tutelam proiectus ſum. q. d.
tuæ tutelæ ab vtero commiſſus ſum, ab infantia, tuæ
curæ demãdatus. Nam *te*, hoc loco eſt accuſatiui caſus. *c 1. Pet. 5. 7.*
C Sic loquitur Petrus *c*. *Omnem ſollicitudinem proiicit in ipſum*.
Metaphora fortaſſe ab obſtetricibus. Super tuas manus
prodiens ex vtero eiectus ſum, ita vt me eis ſuſceperis
obſtetricis loco. Nonnulli tranſlationem deducunt
à pueris proiectitiis, ſiue expoſititiis. Proiicere enim
ſignificat exponere etiã apud prophanos, vt Plautum
in Ciſtellaria: *Ego proieci eam, alia mulier ſuſtulit*. Aliqui,
*in te*, per te, tua virtute eductus ſum ex vtero materno,
non humana. Nam niſi Deus ſeruaret, & aleret infantulos
in ventre, mille modis perirent, & ſuffocaren- *d Iob 10. 12.*
tur. Hinc illud Iob *d*: *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meũ*.
D Sic Chal. *In tuo robore leuaui me à viſceribus ventris matris meæ*.
11 *Ne diſceſſeris*. Ne elongaueris te.
12 *Quoniam tribulatio*. Hypotypoſis paſſionis Domini
poëtica, vt nos eius magnitudo à peccatis deterreat.
13 *Vituli, tauri pingues*. Iudæi, & milites inſtar iſtorum *e ver. 18.*
animalium petulantes, & efferati. Canes mox *e*. Vni- *f verſ. 23.*
cornes, qui manſuefieri nequeunt *f*. *Pingues*, בשן *Baſchan*,
Hebraicè, in qua regione ob bonitatem paſtionis armẽ
ta erant pinguiſſima, & præualida. Quæritur de multitudine,
& ſæuitia hoſtium, ſignificãs Iudæos & pontifi-
ces ping

ces pingues,& efferatos ventres. A

14 *Aperuerunt*. Aperto, & hiante ore ſicut leo in me irruerunt, vt me laniarẽt. Nam non ſolùm leo aſpectu, verùm etiam oris rictu,& rugitu formidabilis *a*.

*a Amos 3. verſ. 8.*

15 *Sicut aqua*. Ob ſanguinis effuſionem, qui confoſſo multis vulneribus corpore totus penè effluxerat. Vires corporis ſicut aqua effuſa diffluxerunt,& reſolutę ſunt. Humore viſcido ſum deſtitutus, qui reliquos humores conglutinat, *effuſus ſum*, id eſt, liquefactus penè in aquam. *Diſperſa ſunt*, ſeparata ſunt, ab inuicem diuiſa, in opia ſucci, & humoris viſcoſi vix ſibi cohærentia, vel diſtracta à ſe inuicem, & è ſuis locis mota prętormentorum acerbitate.

16 *Liqueſcens*. Nihil refert vtrum conſtruatur cũ *cera*, an cum *cor*. Nam in Hebræo, vt in Latino, cum vtroque conuenit genere,& Athnah non diſtinguit. *Ventris*, viſcerũ meorũ propriè. Nec venter hîc ſumi debet arctè, pro illa parte, in qua ſunt cibi,& ſtercora. Nam in eius medio cor non eſt, ſed pro parte corporis ſuperiore vſque ad collum. B

17 *Tamquam teſta*. Quæ ſolis calori expoſita exareſcit. *Virtus mea*, vitalis vigor, & ſuccus, per quẽ vita ſuſtinetur. robur meũ, vt quod ſit defectũ ſanguine, & omni vitali ſucco. *faucibus meis*. Palato, vt loqui nequeam pręſiti, præ nimia ſiccitate, quæ ex natiui humoris defectu oritur. *In puluerem mortis*, in mortẽ,& ſepulchrũ. q. d. ex tãta calamitate, nihil aliud expecto, quã mortẽ. Hyperbole. Alioqui ſup. *b Non dabis ſanctũ tuũ ſentire corruptionẽ*: nẽpè vt in ſepulchro in pulueris corruptelã redigatur. C

18 *Canes*. Impuri homnes,& impudẽtes, vt apud Apoſtolũ *c*, *Videte canes*,&in Euang. *d*. *Non eſt ſanctũ dandũ canibus*, ſic infrà *e*, & apud Comicum, *Ain verò canis*? Vnde apud Homerũ grauı contumelia hoſtis dicitur κυνῶπις. *Concilium*, congregatio malè agentium, per עדת *aadáth*.

*b Pſal. 15. 10*
*c Phili. 3. 2.*
*d Matt. 7. 6.*
*e verſ. 22.*

19 *Foderunt*. Hebraicè gemina eſt lectio, כארו *Caarú*, *foderunt*,& כארי *Caari*, *ſicut leo*. Locus quidẽ in poſteriore eſt corrupus, ſed αὐτομάτως, fortuitò, & caſu, quaſi per ſe,& ſponte propter nimiam affinitatem duarũ literarũ Iod & Vau, quę adhuc olim erat maior in manuſcriptis, dum inter ſe dumtaxat parua lõgitudine differũt. Alioqui Iudæi locũ non corruperunt de induſtria, ſed variè lecti,& ſcripti, alterã ſiue lectionẽ ſiue ſcripturã, id eſt, noſtram agnoſcunt,& interpretãtur, alterã verò, id eſt, deter D



deteriorem, vt quæ ſuam ipſorum perfidiam prætegat, ſequuntur. Nam quòd noſtram agnoſcant, apparet è
A magna Maſora, quam in Epitomen cõtraxit R. Iaacob Ben Haim *a*. בקצת ספרים מדוייקים כתוב כארו וקרי כארי *Biktſath Sepharim meduiakim cathub cabaru vkari caari*.

*In aliquibus* (inquit) *libris emendatis ſcribitur Caarú, & legitur Caari*. Deinde è Gloſſa Hebręa ad illud capitis 23. Numero כארי *ſicut leo*, quæ notat in exemplaribus correctis hîc ſcribi *Caarú*, *non Caari*, & quando ſcribitur *Caari*, legi tamen *Caaru*. Denique è vetuſtis Pſalteriis Hebraicis. imò & recentioribus emẽdatis, vt Gerardus Veltuyckus *b* docet, cuiuſmodi vnum auum ſuum ha-
B buiſſe, ſe fida cõſcientia teſtari profitetur Ioannes Iſaac è Iudaiſmo conuerſus *c*. Qui norunt Maſoretarum formulas de קרי וכתוב *Kerí, & Ketib*, iſta intelligunt. Nempe, vt pingui minerua loquamur, ſcriptũ quidẽ eſſe *foderunt*, à Dauide videlicet, ſed legi *ſicut leo*, puta à Iudęis, propter affinitatem vocabulorũ, quæ in fonte cernitur. Item in emendatis codicibus ſcribi *foderunt*, in margine autem, *ſicut leo*. Ex quo intelligitur vnum relicto altero irrepſiſſe è margine in contextũ, magno Iudęorum ſuffragio, vt longiùs à crucifixionis myſterio abſcederẽt. Nec tamen propterea locum corruptum dixerim, ſed
D variæ eſſe lectionis, quod ipſi appellant, קרי וכתוב *Keri vktib*, vt quæ contigerit, non ex hominum malitia, verùm caſu, & legitima occaſione, dum fieri non poteſt, quin interdum propter literarum, dictionũ, ſententiarum rationem, conſequentiã, ſimilitudinem, & conuenientiam aliqua varietas per temporum interualla, & tranſcribentium diuerſitates influat. Alioqui nouum teſtamentum in pleríſque locis, tam Græcè, quàm Latinè, dicas eſſe corruptum, nedum omnes auctores, dum aliqua exẽplaria, verbi cauſa *d*: habent, τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, vt legit noſter, alia eáque plura καιρῷ. Et ſic in infi-
D nitis aliis, quorũ cauſa Typographi notas varię lectionis vna cũ contextu coguntur, vel ad marginem, vel ad calcem emittere Etſi enim vna ſit aduẽtitia, vel potius irreptitia, altera natiua,& germana. tamẽ quia ſæpè dubitatur, vtra ſit genuina, cogimur iudicium noſtrum ſuſpendere, & vtramque recipere, ac interpretari. Quod tamen hoc loco non ſit. Nam citra controuerſiam genuina lectio eſt כארו *Caarú*, ſiue *Carú*, *foderunt*, ὤρυξαν Septuag. *foderunt, & finxerunt*, Hieronym. irrep

*a In exẽplaribus Venetianis pagin. 898. colo. 4. tomo vltimo. Meſſecheth, Aleph.*

*b In appendice libri Sebile Tõbu.*

*c Lib. 2. Defenſionis veritatis Hebraicæ.*

*d Rom. 12. verſ 11.*

irreptitia כארי *Caari*, *ſicut leo*. Quare & illa plana eſt ac A
facilis, hæc obſcura & Ecliptica, *Sicut leo, circundederunt*,
ſup. per zeugma, *manus meas & pedes meos*: vel iuxta Chal-
dæā paraphraſim, *Mordēt* (per Eclipſim) ſicut *leones manus
meas & pedes meos*. ſenſu interim eodem recidente, niſi
quòd fixionis & clauorum myſterium non tam apertè
patet. Corruptam autem non conceſſerim, quia Maſo-
retæ religione tacti, & Dei numine atque prouidentia, B
literas nuſquam attigerunt, ſiue alterarunt, in punctis
dumtaxat & aliis notulis ſuum iudicium & inuenta ſe-
cuti. Omitto nonnullos docere hoc mendum non eſſe
Maſoreticum, ſed quorundam indoctorum Iudæorum
à 600. annis, qui cùm in Maſoreth eſſent exercitati, &
*Keti* & *Kerib* propter varia & dubia confectum neſci-
rent, vocabulum in margine notatum textui inſerue-
rint, ſiue quia vtrum legerent, parui intereſſe exiſtima-
bant, ſiue quia magis vrgebantur voce *Caarû*, quàm
*Caari*, nihil interim in margine relinquentes, quod ve-
ram germanam, & primigeniam lectionem oſtenderet.
Præterea, vt quis mordicùs retineat *Caari*, nihil tamen C
effecerit aduerſus noſtrum ὤρυξαν. Nam etiam parua
Maſora in hunc locum, vocem כארי, *caari*, per Camets
reperiri hic dumtaxat, & *a* in Ezechiæ Cantico, & id
*Bithré liſſanaiá*, id eſt, duabus gloſſis & ſignificationibus
docet. Itaque cùm in Eſaia ſignificet *Sicut leo*, oportet
hic aliud ſignificare. Quid verò aliud obſecro, quàm
*foderunt*, ne ſententia ſit imperfecta & ecliptica, néue
à ſua radice extirpetur? Etſi enim res Grammatica non
id videatur pati, at multò ab eius regulis alieniores
ſunt pleræque aliæ voces, quę proinde זרות *Zaroth* (ex-
traneæ) appellantur, de quibus integros tractatus ſcrip
ſerunt R. Abraham & Helias Leuita. *Dinumerauerunt*, di-
numerare poſſunt extenſa, δυνητικῶς. In prima perſona D
*Dinumero, dinumerauerim, dinumerare poſſim*. Ita in cruce
ſum diſtentus, vt omnia mea oſſa dinumerem, ſi ve-
lim, per Eclipſin particulæ ש, (vt) numerem. Sed actio-
nem tribuerunt ſpectatoribus 70. Quoniam Chriſtus
hac diſtenſione & diſtractionę artuum tantū cruciatum
ſentiebat, vt ipſi non vacaret oſſa ſua numerare.

20 *Conſiderauerunt*, me, per hypozeugma. Me, ſcilicet, ſic
manibus & pedibus confoſſum, & oſſibus luxatū, cum
contemptu cōtemplati ſunt, oculos paſcentes tali ſpe-
ctaculo *b* Niſi malis repetere pręcedentia, manus, pedes,
oſſa

*a Eſa.38.13.*

*b Luc.23.35*



A oſſa. Heb. conſiderabunt, reſpicient, diuident, mittent.
Sed Sept. Propheticè verterunt per præterita, ac ſi paſſio
Chriſti iam fuiſſet ob rei certitudinem. Item quia præ-
ceſſerant preterita. Sic enim in hac lingua præcedentia
tempora dant ſignificationem ſequentibus. *Inſpexerunt*,
toruè reſpexerunt: vel ſpectarunt meum malum cum
voluptate. ἐπιδεῖν ſic accipitur in Abdia. *Diuiſerunt*, Mi-
lites Chriſti crucifixores partiti ſunt inter ſe veſtimen-
ta Chriſti ſuperiora, id eſt, בגדים, *Begadim*, & pro tuni-
ca interiore, id eſt, לבוש, lebus, quæ ſic contexta erat, vt
ſcindi poſſet, diſſui non poſſet, ſortiti ſunt *a*.

B 21 *Conſpice* Heb. Feſtina. Hactenus cruciatuum deſcri-
ptio. Petit iam liberari.

22 *Framea*, à gladio, id eſt, morte violēta Metonymi-
cè: *De manu*, de poteſtate rabidorum meorum hoſtium.
*Canis*, enim per Synecdochen ſing. pro plurali. *Vnicam
meam*, id eſt, animam, quam habeo vnicam, non multas
(vt in Baſilienſi Concilio definitum eſt.) Ita R. Kim-
hi, vt ſit epithetum poeticum animę. Græcè τὴν μονογενῆ,
vnigenitam meam. Aliqui *vnicam*, id eſt, ſolitariam, om-
ni ope deſtitutam, ab hominibus deſertam. Alij, vnicè
C caram, vel vitam meam.

23 *Leonis*. Synecdoche, ſingulare pro plurali. Leonum,
Iudæorum crudelium. Aliqui Caiphā intelligūt, quem
conſtat primas tenuiſſe in hoc ſcelere. Nonnulli Dia-
bolum, vt caput & principem huius crucis. Sed propriè
ab eo non ſibi timebat Chriſtus, quia illum ſciebat in
ſe non habere quicquam *b*. *A cornibus vnicornium*, id eſt,
à cruce. Nam cornu vnicornis, crucis ſolius figurā re-
fert. Iuſtinus Martyr cōtra Tryphonem. Quod innuere
videtur Ælianus, dum ſcribit animal eſſe ferocia indo-
mabile, equi magnitudine, iubis & pilis fuluis, pedibus
D inarticulatis, aprina cauda, voce abſona, cornu vno
in fronte, nigro, verſuris conſtante, nō leni, in mucro-
nem deſinente, duriſſimo. Nam per verſuras tranſuer-
ſum crucis fortaſſis intelligit. Precatur autem, vt ſe ad
vitam mortalem per reſurrectionem reuocet. *Humilita-
tem meam*, ענותני, *Hanithani*, afflictionem meam, & miſe-
riam. Vulgò putant eſſe præteritum, *Reſpondiſti mihi*. Sed
ſententia minùs cohæret, & affixum, ני, *Ni* etiam iungi-
tur cum nominibus, maximè imperfectis.

24 *Fratribus meis*, Apoſtolis iuxta illud *c*, *Nunciate fratri-
bus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt*. Vel homini-
bus

*Ab.1.v.12.*

*a Mat.27.35. Ioan.19.18.*

*Anima vnica eſt in ſingulis hominibus.*

*b Ioa.14.30.*

*Cornu vnicornis Crucis figurā gerit.*

*c Mat.28.10.*

*a Heb.2.12.* bus in genere. Hinc enim Apoſtolus *a*, colligit eiuſ A
*Chriſtus noſter frater eſt.* dem naturæ nobiſcum cõſortem Chriſtum fuiſſe, quos
fratres appellet, non tantùm ſpirituali cognatione con-
iunctos, verũ etiam propinquitate carnali. *In medio Ec-*
*b Act.1.3.* *cleſiæ* iuxta illud *b*. *Per dies quadraginta apparuit eis, loquẽs de*
*regno Dei. Laudabo te.* Dicẽdo ſ. quod ſequitur. Nã Hebræi
*c verſ.8. & Pſ.2.verſ.2.* in ſuis μιμησεσιν, illam vocem ſubaudiunt. Sic, ſup *c*.
25 *Qui timetis dominũ.* Hinc etiã deinceps Chriſtus loqui-
tur de ſua reſurrectione, Patris glorificatione, populorũ
cõuerſione, Eccleſiæ ædificatione, Apoſtolorũ prędica-
tione, Sacramentis, &c. Non tã appoſitè aliqui putant
iã deinceps Dauidẽ loqui, & ſermonẽ Chriſti excipere. B
26 *De precationem.* ענות, *Henuth*, etiã ſonat afflictionem,
humiliationem, vt ענית, *Hanith d*, *Pauperis*, meã, qui ſum
*d verſ.23.* pauper, miſer, & omni humano auxilio deſtitutus, qui
me exinaniui, forma ſerui & mortali aſſumpta *e*.
*e Phil.2.7.* 27 *Faciem ſuam. A me.* Immutarunt Heteroſin ad perſpi-
cuitatem. Ab eo, ſcilicet paupere, dum clamaret ipſe, e-
xaudiuit eum. Nec contempſit me, qui ſum pauper. Fa-
*Facies Dei quid.* cies Dei hic deſignat fauorem & gratiam, iucundum &
ſerenum Dei conſpectum, Anthropopathẽs, nõ imper-
ſcrutabilem eius eſſentiam & gloriam *f*, aut irã aduer-
*f vt Exod.33.ver.13.* ſus peccata *g*, *Exaudiuit*, liberando à morte per reſurre- C
ctionem & collocationem ad dexterã *h*. Nam etſi Chri-
*g vt Pſ.37.4. & 50.ver.10.* ſtus non fuerit exauditus, quantum ad euaſionem cru-
cis, martyrij, mortis, calamitatum, pro quibus videba-
tur deprecari, fuit tamen, quantum ad æqualitatem, vel
*h Phil.2.v.8.9.* etiam effectũ potiorẽ. Docemur in genere precari Deũ,
vt nobis adſit, ſuccurrat, liberet, &c. at modum liberan-
di & opitulãdi, relinquere ipſius prouidẽtiæ & iudicio.
28 *Apud te*, παρὰ σοῦ, à te. Et ſic Hebraicè interpretatur
*Precandus Deus à nobis quaratione.* R. Dauid. A te hoc habeo, vt te laudem in magna & fre-
quenti Eccleſia. Quòd metam miſericorditer ſaluaue-
ris, dediſti mihi materiam laudandi te in magno cœtu D
& frequentia, palàm & publicè. Noſter legit σοὶ, *apud te*
*eſt laus mea*, eodem ſenſu, id eſt, laudis meæ materia, Me
tonymicè. Vt te laudẽ publicè, eſt in te poſitũ, & in ſa-
lute, quam mihi afferes. Te laudabo, *in Eccleſia magna*, id-
eſt, *Iudæorum & Gentium*. Eccleſia parua eſt Synagoga
vetus, vt quæ conſtaret ſolis ferè Iudæis: Magna recẽs,
vt quæ ſit Catholica, id eſt, ex vniuerſis gentibus. Sim-
pliciùs verteretur, de te laus mea in Eccleſia multa. רב,
*Rab*, & multum & magnum. *Vota mea*, vt diuulgationem
Euang



A Euangelij. Aug. ſacrificium Euchariſtiæ corporis & ſan
guinis Domini. *Eum* te. ſecundæ perſonæ in tertiam
mutatio ob reuerentiam.
29 *Edent*, de ſacramento altaris loquitur. *Pauperes.* Epi-
thetum fidelid paſſim, Vnde Chromatius *a*, coniungit *a in 5. Mat.*
cũ, *Beati pauperes ſpiritu.* ענוים, *haneuim* etiã modeſtos &
humiles notat. *Corda*, animi eorum beata immortalita-
te immortales erunt. vt *b*, *Qui ex hoc pane manducauerit, vi-* *b Ioan.6.58.*
*uet in æternum. Eorum.* Etiam hic ſeruierunt perſpicuita-
ti. Nam Heb. *cor veſtrum, cor veſtrum viuet*, id eſt, immor-
talitate afficietur, vel voluptate ſumma, fœlicitate. Nã
B viuere etiam pro recreari, refici, è mœroribus, reuiui- *c Gen.45.27.*
ſcere, è malis cõualeſcere & emergere *c*. *verè vixit ſpiritus*
*Iacob.* cuius contrarium de Nabal *d*, *& mortuum eſt cor e-* *d 1.Reg.25.37.*
*ius.* Hinc vita pro fœlicitate, ſecuritate, lætitia apud Sa-
lo *e*. *In ſerenitate vultus regis vita.* *e Prouer.16.15.*
30.31. & 32. *Reminiſcentur & conuertentur, &c.* De conuer-
ſione gentium vaticinatur. *Gentium*, gentibus, Syntaxis
Græca, qua verba dominandi regunt genitiuum.
33 Verſ.29. prædixit pauperes agnituros Deum, & co- *Sacramentum Euchariſtiæ prædicitur.*
meſturos de ſacrificiis, nam illi primùm amplexi ſunt
Euangelium. Nunc idem vaticinatur de pinguibus, id
eſt, potentibus & principibus terræ, qui ſecuti ſunt, vt
ſacrificium eſſet commune, Denique, inquit, ſe ei ſum
C mitent, participes fient ſacramentorum, præſertim Eu-
chariſtiæ, & reliquorum beneficiorum Euangelij, ſe ei
incuruabunt omnes, qui deſcendunt in terrã, ideſt om-
nes mortales: vel iuxta alios, pauperes, qui in ærumnis
velut in puluere iacent. Vel denique, *mortui, qui audient*
*vocem filij Dei f.* quo alluſiſſe putant Apoſtolum dũ ait *g*.
*Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, terreſtrium, cœleſtium, in-* *f Ioan.5.ver.25.*
*fernorum. Omnes*, plurimi, Hyperbolicè; vel omnes præor
dinati & electi, vt *h*, *Erunt omnes docibiles, ſiue docti à Deo.* *g Phil.2.10.*
34 Perpetuò illi per reſurrectionem viuam: neque am- *h Ioan.6.45.*
plius moriar. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur,*
*mors illi vltrà non dominabitur. Viuit autem Deo i. Illi.* apud *i Rom.6.v.6.*
D illum, vel Datiuus commodi, id eſt, ad eius gloriam &
decus, in illius laudem: ſiue ad eum glorificãdum & ce-
lebrãdũ. Viuere etiã poſſit ſignificare, vita beata & æter
na perfrui, vt *k*, *Quærite Deum, & viuet anima veſtra.* Scio *k Pſ.68.33.*
recẽtiores Rabbinos aliter legere, ſed ſatis incõmodè.
Nã lectio veterũ apertior per affixũ Iod, vt deinde לא, *lo*
idẽ ſit ac לו *lo*, vt alibi ex obſeruatione Maſoret. Quin-

 etiam

A etiam poteſt eſſe Heteroſis perſonæ. Et animam eius (pauperis, de quo ſup *a*. id eſt, meam) ipſi (.i. ſibi) viuificabit. Sicut autem Maſoretæ intelligunt, per mutationem numeri & eclipſim, *Genua flectent omnes deſcendentes in terram &* (qui) *animam ſuam non viuificauit*. i. viuificauerunt, neque potuerunt in viuis conſeruare. Atqui retenta etiam hac lectione eſſet ſimplicius referre perpetuò ad Chriſtum. *Et animam ſuam non viuificauit* Chriſtus, id eſt, quia animam ſuam nõ dubitauit profundere pro humano genere redimendo *b*, *Semen meum*. Metaphoricè, poſteritas *c*, filij per Euangelium renati, & in nomi- B ne eius credẽtes, *qui nõ ex ſanguine, neque ex voluntate, viri, ſed ex Deo nati ſunt d*. & alibi, *Semine incorruptibili per verbũ Dei viui, & permanentis in æternum regnerati e. per baptiſmum regeniti*, Theod. Aliqui reſtringunt ad Apoſtolos, per quos Euangelium ſparſum eſt *f*, *Meum*. Hoc Pronomen in fonte deſideratur. Itaque Eclipſin aliter reſtaurauit Chaldæus, *Semen Abrahæ ſeruiet coram Deo*. Sic etiam omnes fideles intelliguntur regenerati è ſemine ſpirituali, Verbo Dei.

35 *Anunciabitur Domino*, narrabitur, appellabitur, aſcri- C betur, numerabitur Domino ætas Chriſtũ ſecutura. Illa ætas appellabitur Chriſtiana, & populus Domini. Sic infra *g*, *Populus qui creabitur*, de Chriſtiano. Numerabitur propriè. Nã ספר, *ſaphar*, vt in Piel ſup. *h*. numerare, ita iã in Pual, numerari. Metaphora ab iis qui recẽſent exercitum. Alij, annunciationem ſiue Euangelium ſuſcipiet, Euangelizabitur Domino. Quod ſecutus eſt Chaldæus. *Annunciabit*, (ſemen Abrahæ) *virtutem fortitudinis Dei, generationi venturæ*. Simpliciùs, Numerabitur Domino (in numerum ſubditorum eius referetur, & recenſebitur ſemen meum) in generationem (id eſt, in perpetuum.) *Ventura*. Hîc quidem incipit verſus in e- D xemplaribus Maſoretarum, at eodem fertur ſententia. Venient & annunciabunt (ſemen meum) iuſtitiam eius populo nato, quoniam fecit eum, vel, cùm fecerit (eum ſcire hæc miranda.) Alij aliud ſubaudiunt, *Quoniam fecit*, iuſtitiam ſcilicet, quoniam præſtitit omnia, quæ ad hominum ſalutem pertinebant. *cœli*, Proſopopœia. Vel per Metonymiã, cœleſtes homines, Apoſtolici. Vt *i* ſupra cœli in alio pſalmo iuxta Allegoriã Apoſtoli *k*, in fonte deſideratur quidem, ſed quoniam in eo ſubauditur *ſemen meum l*, idem canitur. Semen enim Chriſti

*a verſ. 26.*
*b vt Eſ. 53.*
*c Rom. 14. 10. & Phil. 2. 10.*
*d Ioan. 1. 13.*
*e 1. Pet. 1. 23.*
*f vt Eſ. 1. ver. 9.*
*g Pſ. 101. 19.*
*h verſ. 19.*
*i Pſ. 18. 2.*
*k Ro. 10. 18.*
*l è verſ 34.*



A Chriſti ſpirituale ſunt Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores. *Iuſtitiam eius*, qua Deus eſt iuſtus, & iuſtificat gratis per fidem impium, Chriſti paſſi merito. Iuſtitiam, quam ipſe præſtabit, beneficia, quæ ipſe conferet. Quæ ſumma eſt Euangelij inculcata ab Apoſtolis. *Populo qui naſcetur*, ætati ſecuturæ, quam Dominus ornauerit, & cumulauerit multis beneficiis & gratiis. (*Facere*, ſiue עשׂה, *Haſá*, parare, ornare, aptare, vt *a Dominus, qui fecit Moſem & Aaron*) populò fideli, qui ex Deo naſcetur *b*, & per Euangelium renaſcetur *c*, quem fecit Dominus, & non homo, Nam non naſcimur Chriſtiani, ſed efficimur.

*Apoſtoli ſpirituale Chriſti ſemen.*
*a 1. Reg. 12. ver. 6.*
*b Ioa. 6. ver. 13.*
*c 1. Pet. 1. v. 23.*
*Chriſtiani non naſcimur ſed efficimur.*

B

---

## ARGVMENTVM.

*Celebrat beneficia à Domino accepta. Se per eum tutum fuiſſe, & ſemper fore. Pſalmus Propheticus ſtylo bucolico.*

C

## 1 Pſalmus Dauid. XXII. Heb. 23.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit: in loco páſcuæ ibi me collocâuit.
3 Super aquam refectiônis educâuit me: ánimam meam conuêrtit.
4 Dedúxit me ſuper ſémitas iuſtítiæ propter nomen ſuum.
D 5 Nam etſi ambuláuero in médio vmbræ mortis: non timêbo mala, quóniam tu mecum es.
6 Virga tua, & bêculus tuus: ipſa me conſoláta ſunt.
7 Paráſti in conſpêctu meo menſam: aduêrſus eos, qui tríbulant me.
8 Impinguâſti in óleo caput meum: & calix meus inébrians quàm præclârus eſt?

A
9 Et miſericórdia tua ſubſequêtur me: ómnibus diébus vitæ meæ.
10 Et vt inhábitem in domo Dómini: in longitúdinem diérum.

---

2 *Regit me.* ποιμαίνει paſcit prop. Sed noſter ſic eſt interpretatus, ne quis ad alimenta reſtringeret, de quibus Pſalmus videtur loqui. Vnde & Iudæi eum totum ſolent ad benedictionem cibi vſurpare, cùm tamen de eo priuatim poſtea dicat. Alias bucolicas Metaphoras

B

ſimpliciùs repræſentarunt, quæ alioqui ſic habent, ad docendam veri paſtoris erga ſuos prouidentiam *a*, *Dominus paſtor meus* ( eſt ) *non deficiam* ( egebo ) *In caulis graminis ſtabulat me*, *ſuper aquas quietas deducit me.* Vel in futuro, *Stabulabit*, *deducet*. Sic *b*. *Educabit*, (conducet) *conuertet c deducet d conſolabuntur e parabis. In loco paſcuæ*, in vberibus, valde graminoſis, & herboſis paſcuis: diuinarum ſcilicet Scripturarum, & verborum. Deum paſtorem facit, ſe ouem: paſcua verba Dei, aquam Spiritum ſanctum.

a *Eſ. 40. ver.* 11. *Ezec.* 34. 12. 13. *& ſeq. Ioan.* 10. *v.* 11.
b *verſ.* 3.
c 4
d 6.
e 7.

C

3 *Super aquam refectionis*, ſuper aquam reficientem & paſcentem, non tantùm potabilem, ſed & pinguefacientem: non tantùm aptam potui, ſed & ſaginationi, ad eam enim aliquas aquas conferre apparet ex Plinio *f* vbi ſcribit in agro Faliſco Clitumni fluminis aquam potatam candidas facere boues, addit Seruius *g* albos fœtus creare. Hebraicè *ſuper aquam quietum & tranquillitatum*, *leniter fluentem, non periculoſam.* Sic autem vocat Spiritus ſancti gratias & conſolationes *h*, *Animam meam conuertit*, ab errore ad ſe reduxit, quæ errabat à recta viuendi, & credendi ratione. Pergit in ouis Metaphora, quæ ſæpè à caulis errans, à paſtore

f *lib. 2. hiſto. cap.* 103.
g *in 2. Geor. Virg.*
h *vt Ioan.* 4. 10. *&* 7. 38.

D

reducitur Rectè etiam vertitur, *Tranquillat, tranquillam reddit.* שב *Shab* enim vtrumque includit.

4 *Super ſemitas iuſtitiæ*, per actiones iuſtas, per ſemitas æquabiles, non rigidas, & ſcabras, vt pergat in Allegoria. *Propter nomen ſuum*, propter ſemetipſum. Nomen paſſim refertur ad eſſentiam Dei, vt qui ſit nomen ſuum, & cuius nomen ſit ipſe Deus è Cabbalicis, propter perfectam videlicet ſimplicitatem. Prima iuſtificatio eſt ſi-

*Iuſtificatio prima non cadit ſub meritum.*

ne



A
ne noſtris vllis meritis.

5 *Vmbra mortis.* In locis periculoſis, in quibus ante oculos eſt mortis diſcrimen. Sic appellant denſiſſimam vmbram & tenebras, deinde accipiunt pro extremo vitæ diſcrimine, *In medio*, In valle aliqui, eodem ſenſu. Nam in vallibus oues paſcentes in lupos nõnumquam incidunt. Quamquam גיא *Ghé*, pro גו *Go*, id eſt, medio, reperiatur.

6 *Virga tua & baculus.* Virga & baculus hîc accipiuntur pro ſuſtentatione & fulcimento, & quaſi ſcipione, quo nitimur: vt Latinè baculus & ſcipio ſenectutis; vel pro ratione, gubernatione, paſtoris cura. q.d. tuum

B

erga me. ſtudium mihi eſt ſolatio. Nam alludit ad pedum paſtorale. Alij, vt Chaldæus, pro caſtigatione & diſciplina, qua pij ad virtutẽ, vt baculo paſtorali, oues errantes ad viam diriguntur, vel etiam corriguntur *a*. *Caſtigationes* (inquit) *tuæ rectæ*, *& lex tua*, *ipſa me conſolata ſunt. Baculus*, fulcrum propriè. *Conſolata ſunt.* Ita Hebraicè. At Græcè παρεκάλεσαν non tantùm ſignificat, *conſolata ſunt*, ſed & *aduocauerunt*, *admonuerunt. Euthymius.* vndè paracletus conſolator & aduocatus.

a 1. *Cor.* 4. *ver.* 11.

7 *Menſam.* ad me reficiendum in his perſecutionibus me macerantibus, & vitæ neceſſaria detrahentibus.

C

Tum me aliis liberaliter & ſuauiter, imò *b* ſumptuoſè, lautè, magnificè, & ad voluptatem. Vtebantur enim vnguentis ad conuiuia ſumptuoſa & magnifica. *Menſam*, corporis & ſanguinis Domini. Noſtri ferè, poſt Cyprianum *c* ad Cæcilium. Ex hac enim menſa ſacræ Euchariſtiæ innumeras conſolationes, & delicias ſpirituales haurimus. Didymus autem de menſa cœleſti, de qua Chriſtus: *Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* De deliciis futuri ſæculi *d*.

b *vt verſ.* 8.
*Euchariſtia menſa Domini.*
c *epiſt.* 63.
d *Luc.* 22. *v.* 29.

D

8 *Impinguaſti in oleo.* Ad reficiendam valetudinem & vires, ad recreandum odoris fragrantia cerebrum, ad me refrigerandum in his malis, in hoc calamitatum æſtu. Vnguentum etiam oleum appellant Hebræi, nempe quia illa odorum commixtio & temperatio fieri non ſolebat, niſi oleo addito, præſertim oliuarum. Inſinuat autem ſacramẽta alia, in quibus eſt vſus chriſmatis, & vnctionis. Aliquibus *Oleum*, eſt Spiritus ſanctus *e*, q.d. Lætificaſti me bonis ſpiritualibus, Auguſtinus. *vt enim vnguentum caput, ſic Spiritus ſanctus mentem refi-*

*Sacramenta deſignantur*
e *vt Pſa.* 44. *verſ.* 8.

*cit & ſaginat.* Alludit ad vnguenta olim in conuiuijs A
a *Eccleſiaſtis ca. 9. verſ. 8.* adhibita *a*, vnde illud *b*, *oleo caput meum non vnxiſti.* Plau-
b *Luc. 7. v. 48.* tus *c*, *I, hac intrò, vbi ſit tibi lepide, victibus, vino, atque vnguen-*
c *in Bacchid.* *to.* Alij putant reſpectum ad oleum ſanctum, quo Samuel Dauidis caput perfudit, dum eum regem crearet. *Calix.* ad me refocillandum & detrahendas curas, quibus in his perſecutionibus agitor. *Inebrians*, irrigans, lætificans, conſolatione plenus, exuberans, redundans excellentiſſimo liquore. Menſa & calix eſt altaris ſacramentum. Metaphora ducta à ſplendidiſſimis conuiuijs, vbi pocula & calices exuberantes proponuntur. B *Quàm præclarus eſt.* Profectò bonus eſt, ad verb. Quæ quia Maſoretæ ad ſequentia referre videntur, dum in his verſum inchoant, ſic alij vertunt: *Profectò bonum & miſericordia ſubſequentur me.*

d *verſ. 10.* 5 *Et miſericordia tua.* Hæc iam de beneficijs ſpiritualibus. Quæ quorſum pertineant *d*, docet. Vt me (inquit) exerceam quotidie in timore & cultu Domini.

10 *In domo Domini*, in cœleſti domicilio. Hebræi exponunt de loco arcæ. Aliqui vertunt, *Et redibo in domum Domini.* Verùm שב *Shab*, idem quod ישב *Iashab*, habitauit, per Aphæreſin poëticam. *In longitud.* in æternum. C

---

## ARGVMENTVM.

*Deum toti terræ imperare: in eius autem cœleſtem montem innocentes ingreſſuros, ſi quidem Christus triumphans portas aperuerit. Pſalmus Propheticus.*

## 1 Pſalmus Dauid prima Sabbathi. XXIII. Heb. 24.

DOmini eſt terra, & plenitúdo eius: D
orbis terrárum, & vniuérſi, qui há-
bitant in eo.
3 Quia ipſe ſuper mária fundáuit
eum: & ſuper flúmina præparáuit
eum.
4 Quis aſcéndet in montem Dómini: aut quis
ſtábit in loco ſancto eius?





A 5 Innocens mánibus, & mundo corde: qui non
accépit in vano ánimam ſuam, nec iuráuit in do-
lo próximo ſuo.
6 Hic accípiet benedictiónem à Dómino: &
miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.
7 Hæc eſt generátio quæréntium eum: quæréntium
fáciem Dei Iacob.
8 Attóllite portas príncipes veſtras, & eleuá-
B mini portæ æternáles: & introíbit rex glóriæ.
9 Quis eſt iſte rex glóriæ? Dóminus fortis &
potens, Dóminus potens in prælio.
10 Attóllite portas príncipes veſtras, & eleuá-
mini portæ æternáles: & introíbit rex glóriæ.
11 Quis eſt iſte rex glóriæ? Dóminus virtútum
ipſe eſt rex glóriæ.

---

C 1 *Prima Sabbati.* i. Dominica, qua die Chriſtus reſurrexit. Hoc præter fontem quòd iſto die caneretur, vel quòd myſterium eſſet de Chriſto reſurgente, indéque poſt 40. dies in cœlum cum triumpho aſcendente.

2 *Domini eſt terra.* Duos verſus præmittit quæſtioni inſtitutæ, vt doceat ad cœlum, vel Eccleſiam vocari non ſolos Iſraëlitas, ſed & totum orbem. Eſt itaque tacitum vaticinium de orbis. i. gentium & populorum conuerſionibus. *Chriſti reſurgentis* (inquit Euthy.) *effecta eſt vniuerſa terra, quæ antea Dæmonum poteſtate tenebatur.* Vt ſit Me-
D tonymia, pro terræ & orbis incolis. Paulus latius. Nam a *1. Cor. 10. ver. 10.*
*a* hinc confirmat nullum cibi genus eſſe immundum, *quia Domini eſt terra & plenitudo eius.* Contra Manichæos, qui eius Dominum, malum Deum eſſe docuerunt. *Plenitudo.* Sic Hebręi vocant quicquid aliqua re cõtinetur.

3 *Super maria.* Terram mari fluuijſque ſupereminentem cõdidit. Nam etſi aqua naturaliter debuerit ſuperfundi terræ, tamen ad conſeruationem vſúmque animãtium coniecta eſt in terræ alueos & concauitates, vt contra naturæ ordinem iam terra ſuperemineat. Alioqui hominibus nullus eſſet habitandi locus, vel ipſi, vt piſces in aqua natarent. Vnde & littora ſunt vicino mari altio-

A ra.Ita Abben Ezra,& cæteri ferè Rabbini *a*.Quod plurimùm Dei omnipotentiam commendat. Nam ſitus aquæ ei minimè naturalis eſt;ſed diuinus,dum ordinem ipſius Deus ſua voluntate die creationis tertio peruertit, & terram ſitu locóque altiorem conſtituit. R: Ben Silham mauult *Super*,ſignificare hîc *Iuxta*. Nam terra non eſt procul à mari & fluminibus. Græci multi ad literam exponunt, fortaſſè deluſi à Thalete Mileſio, qui aſſerebat aquæ terram tamquam ratem ſtruémve lignorum innatare;apud Ariſtotelem;*b*vel Platone,qui ſomniabat quemdam eſſe fontem tartarum in medio terræ,cui terra eſſet ſuperinfuſa. B Aiūt enim poſt Chryſoſtomum,terram aquæ toti ſubiacere ; tamquam fundamento ſuapte natura fluxo & inſtabili, at Dëi virtutē conſtanti, & fixò. Verùm multò rectius ex Baſilij Hexaemero,terra pro fundamento voluntatem & imperium Dei habet.Vnde Iob *c* eam ſupra nihilum fundatam canit. *Præparauit*,direxit,ſtabiliuit, firmauit כון K*on*,hæc omnia includit. Quare apud Septuag.Præparandi verbum, aliis etiam locis ſic accipitur:

*a ex 1.c.Gen.*
*b libr. 2. de cœlo, capit. 13.*
*c Iob 26. v. 7.*

4 *Quis aſcendet in montem*. De monte Moria,& templo, locóque arcę Hebręi,cùm arca introduceretur,& col- C locaretur in templo , vel in tabernaculo poſt oblatum à Dauide holocauſtum *d*.Tu de cœlo,vel Eccleſia.Hoc autem mirabundus quærit , quoniam naturaliter hoc fieri non poteſt , ſiue quia tantò itinere fatigaremur. Nam iuxta Geometras Aſtronomos etiā cōfectis quotidie decem milliaribus Germanicis ſiue 40.Italicis.i. Leucis Gallicis 20.quatuor mille ; vel iuxta R. Iſaac *e* quingentis annis eò minimè perueniremus. Quæ iam locum non habent; vbi Deus corpus noſtrum dotibus glorioſis repararit, vel animam corpore exutam motibus iſtis animalibus, & tardigradis non ſubiecerit. D *Stabit*, permanebit. Aliqui , ſed nimis anguſtè, miniſtrabit ei in templo. Stare enim dicuntur ſacerdotes, & qui ſeruiunt altari, vel prophetæ, ex quo illud Eliæ *f*, *Viuit Dominus,in cuius conſpectu ego ſto.*

*d 1.Par.16. v.1.*
*Quantum ſit à terra ad cœlum ſpacij.*
*e Gen. 8.*
*f 3.Reg. 18. verſic.15. 4.Reg.3. v. 14.*

5 *Innocens manibus*.operibus,factis. Metony. quòd manus ſint operum & actionū inſtrumenta. *corde*, cogitationibus *In vanum*, perperam fruſtrà,temerè,vt non ſe occupet his rebus,quarū cauſa cōditus nō eſt.Qui non vtitur anima ſua ad malum,vel ad vanitatem.i.ex Aug. ad res



A ad res vanas,neque permanentes. De peccatis omiſſionis. Cætera membra huius verſus ad tria commiſſionis peccata ſpectant.i.opera,cogitationes, verba. *Animam ſuam*.נפשו *Naphſó*,verterunt, vt hodie ſcribitur in cunctis exemplaribus. Quam lectionem ſequitur Chald. *Qui non* (inquit) *iurant falſó ad damnationē animæ ſuæ*. Corrigunt quidem Scribæ,& legunt נפשי *Naphsí* , animam meam, ſed nimis audacter, vt proinde explodendi veniant recentiores, qui ſic vertunt: *Qui non accepit* (id eſt, iurauit) *in vanum animvm meam*,(id eſt,me) vt anima tribuatur Deo,ſiue humano more,ſecundum quem,& na- B res,manus,pedes habere dicitur , ſiue genere loquendi Hebraico , quo Deus inducitur interdum iurare per animam ſuam,ideſt,per ſeipſum.Quin & falſo hoc attribuunt *letticcun Sopherim* , correctioni Scribarum. Nam Elias diſertè ad radices Kimhi in נפש *Naphas*. Multi (inquit) errant putātes ſcribi,נפשו *Naphſó*,& legi נפשי *Napsí*:nam non niſi eſt Vau paruum, adeò vt lectio cōgruat Scripturę.*In dolo*,doloſè,malitioſè,vel falsò.*Proximo ſuo*,additum ad explanandam fontis Eclipſin.

*Mala lectio Recētiorum.*

6 *Et miſericordiam*.Iuſtitiam,proprpriè Græcè eleemoſynam, benignitatem. Sícque verterunt contra Pelagia- C nos , quoniam iuſtitia hæc , quæ fit piis à Domino,eſt genus miſericordiæ,non mera iuſtitia,dum eorum bona opera miſericorditer acceptat, & remuneratur *a*. *Gratia Dei vita æterna*.& apud Auguſtinum : *Sua dona in nobis coronat*.Sic *b*: *Peccata tua eleemoſynis redime*. Vbi Heb. *Iuſtitijs*. Quò aliqui referunt *c*.*Sol iuſtitiæ*.i.benignitatis.Sol,qui benignè lumen, & calorem ſuum impertit. Alij *Iuſtitiam*.i.fructum , ſiue mercedem ſuæ virtutis,& iuſtitiæ.

*Iuſtitia noſtra Dei miſericordiæ genus.*
*a Rom.6.*
*b Dan. 4.*
*c Mal.4.v.2.*

7 *Hæc*. Hæc ætas , quæ Dei miſericordiam conſequitur , eſt eorum , qui quærunt Deum.q.d.hæc illa ætas D conſequitur Dei miſericordiam,& benedictionē, quæ Deum quærit.*Faciem Dei*.Ad verb. Faciem tuā,ô Iacob. Quæ ad Eccleſiam ſiue Iacob Apoſtrophe , vim myſterij minimè immutat.Quærere enim faciē Dei, & quærere faciē Eccleſię,ſe neceſſariò conſequuntur.Quamquam fortaſsè pro αὐτῷ, verternut σου. Adde in Hebræo. poſſe eſſe Eclipſin Propoſ.*In*,faciem tuam ( ô Deus,in) Iacob (in Eccleſia.) Qualis Eclipſis recepta in illo loco *d Seruus meus es tu (in) Iſrael , quia in te gloriabor* , illum mirè illuſtrat contra Iudaizantes. Nam tota ſectio eſt de

*Eccleſiam & Deum quærere ſe mutuo cōſequuntur.*
*d Eſa.49.*

de Chriſto, non Iſraële, ſiue Iſraëlitico populo. A

8 *Attollite portas.* Aſcenſio Chriſti per dialogum Angelorum partim in cœlo conſiſtentium, partim Chriſtum in ea comitantium, vel etiam piorum, qui reſurrexerant cũ Chriſto explicatur, è Dionyſio *a*, Iuſtino *b*, & Patribus omnibus. Attollite igitur, inquiunt Angeli Chriſtum ad cœlos aſcendentem præcedentes, ô Principes, ô portarum cuſtodes, portas veſtras, vt glorificè introeat Rex glorioſiſſimus, quem ſequatur hæc generatio. Quibus conſonat Chaldæus: *Attollite portæ domus ſanctitatis capita veſtra, & eleuamini portæ ſæculi, erigite portæ paradiſi horti Edem capita veſtra, & eleuentur gradus ſæculi, vt ingrediatur rex gloriæ.* Hebraicè, *Attollite ô portæ capita veſtra.* B Sed Septuag. per Hypallagen ſecuti ſenſum, explicarunt Proſopopœiam, vt eſſet Apoſtrophe ad Angelos celi principes, cuſtodes, & quaſi atrienſes, de Chriſti aſcenſu cum comitatu Patriarcharum, Prophetarum, & Sanctorum aliorũ. Rabbinis hoc non capientibus prædicit ædificationem templi, hortans pios, vt ſeruent diligentiùs legem, legiſque cultus, & cæremonias. O Principes, attollite portas tẽpli veſtri, &c. Simpliciùs, ſi de Eccleſia, cohortatio eſt Pſalmographi, ſiue Apoſtolorum ad Principes populorum, vt Chriſto, & C eius Euangelio ſe ſubiiciant, & locum dent. Cùm igitur tanta his maneant parataque ſint, & tales aſcenſuri ſint in cælum, attollite, ô Principes, portas veſtras ad recipiendum regem gloriæ, & ô vos portæ æternæ. i. portæ Eccleſiæ in æternum duraturæ, non vt Moſis aliquando perituræ, concedite amplum ingreſſum huic regi, ſic infrà *c*, *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum.* Si de cælo, *Portæ æternales.* Ad verbum portæ ſæculi, manſuræ in ſæculũ, vel portæ cæli, quæ in ęternum fuiſtis clauſæ. Nam ante Chriſtum nondum piis *propalata erat cælorum via d*, ſed in ſinum Abrahæ deſcendebant, locum quidem refrigerij, ſed inferorum tamen partem. In eos D iam nobis Chriſtus iter patefecit. Aperitote vos in altum, & latum ingreſſuro in ſua victori Domino. Rabbinis opponit portarum templi Salomonici æternitatem. i. ſtabilitatem, & diuturnum fixumque ſtatum inſtabilitati Tabernaculi Moſaici, quod hactenùs fuerat ſine certa ſede in Silo, Gabaon, Nobe. &c. Sic & arca ante ſtructum templum ſubinde mutauit locum. *Rex gloriæ*, Chriſtus, qui dicitur rex gloriæ *e*. non ſolùm, quia

*a De cœleſt. Hierarch.*
*b contra Tryphonem.*
*c Pſal. 67. verſ. 5.*
*d Heb. 9. 8.*
*e 1. Cor. 1. 8.*



A quia rex eſt glorioſus, & gloria ac claritas eius eſt propria, verumetiam quia gloriam tribuit, qua notatione *a Chriſtus gloriæ* nuncupatur.

9 *Quis eſt iſte rex gloriæ.* Admirantur Angeli portarum cuſtodes Chriſti hominis maieſtatem, & triumphum, quibus alij mox reſpondent. Si ad Eccleſiam referas, principes, & gentes admirantur tanti regis prędicationem, ac quærunt quis ſit ille rex gloriæ tantopere ab ipſis celebratus, quibus illi reſpondent, eſſe Deum fortem, potentiorem Dæmonibus, &c. *In prælio*, cum Satana, morte, inferno, peccato, idolis, de quibus memora- B bilem victoriam reportauit. Iuxta Rabbinos, cum Pharaone, Syris, Sennacherib, & aliis populi ſui hoſtibus, de quibus triũphauit *b*, vnde: *Dominus, quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius*, & paſſim Dominus exercituũ, bellorum, &c.

10 *Attollite portas.* Verſum quidem octauum Hebræi cenſent eſſe Proſopopœiam de arca introducenda in ſancta ſanctorum, illic vt eſſet auguſtiùs, ſanctiùs ac tutiùs, cùm ante Salomonis tẽplum, hominum in eam acceſſus nimis eſſet vulgaris, & prophanus. At hunc de- C cimum intercalari iam docent de aduẽtu ſecundo gloriæ, tempore Meſſiæ. Conſule Abben Ezram.

11 *Dominus virtutum.* Chriſtus Dominus virtutum, ſiue exercituum, id eſt, Angelorum, & hominum piorum, quos pro exercitibus habet ad ſuam maieſtatem circumfundendam, ſuoſque iuſſus exequendos. Vel aliis verbis enunciat, quod dixerat *d* potẽs in prælio Quin & צבא *Tſaba*, quicquid cœlo terrâque continetur *e*. Ita Dominus צבאות *Tſabaoth*, id eſt, rerum omnium creatarum, quibus cùm libet vtitur, tamquàm copiis, & exercitibus ad ſuum imperium.

D

*a Iac. 2. v. 1.*
*b Exod. 15. 3*
*d verſ. 9.*
*e Geneſ. 2.*

---

## ARGVMENTVM.

*Rogat, vt ex inimicis liberetur, peccatis abſolutus à periculis, tum ipſe, tum populus eripiatur.*

1 Finem

# 1 In finem. Pſal. Dauid XXIIII. Hebr. 25. A

AD te Dómine leuâui ânimam
meam: Deus meus in te confído,
non erûbeſcam.
3 Neque irrídeat me inimîci mei:
étenim vniuerſi, qui ſúſtinent te,
non confundêntur.
4 Confundântur omnes iniqua agêntes: ſuper- B
uácuè.
5 Vias tuas Dómine demônſtra mihi: & ſémitas
tuas édoce me.
6 Dírige me in veritâte tua, & doce me: quia
tu es Deus Saluâtor meus, & te ſuſtínui tota die.
7 Reminíſcere miſerationûm tuârum Dómine:
& miſericordiârum tuârum, quæ à ſæculo ſunt.
8 Delícta iuuentûtis meæ: & ignorántias meas
ne memíneris.
9 Secûndum miſericôrdiam tuam memênto C
mei tu: propter bonitâtem tuam Dómine.
10 Dulcis, & rectus Dóminus: propter hoc legẽ
dabit delinquéntibus in via.
11 Díriget manſuêtos in iudício: docêbit mites
vias ſuas.
12 Vniuerſæ viæ Dómini miſericórdia, & véritas:
requirêntibus teſtamêntũ eius, & teſtimónia eius. D
13 Propter nomen tuum Dómine propitiáberis
peccâto meo: multum eſt enim.
14 Quis eſt homo, qui timet Dóminum? legem
ſtâtuit ei in via: quam elêgit.
15 Anima eius in bonis demorábitur: & ſemen
eius hæreditâbit terram.
16 Firmamêntum eſt Dóminus timéntibus eum:
& teſtamêntum ipſius, vt manifeſtêtur illis.

17 Oculi



A 17 Oculi mei ſemper ad Dóminum: quoniam
ipſe euêllet de láqueo pedes meos.
18 Réſpice in me, & miſerêre mei: quia únicus &
pauper ſum ego.
19 Tribulationes cordis mei multiplicâtæ ſunt:
de neceſſitátibus meis érue me.
20 Vide humilitâtem meam, & labórem meum:
& dimitte vniuerſa delícta mea.
21 Réſpice inimícos, quóniam multiplicâti ſunt:
B & ódio iníquo odêrunt me.
22 Cuſtôdi animam meam, & érue me: non eru-
bêſcam: quóniam ſperâui in te.
23 Innocêntes, & recti adhæſêrunt mihi: quia
ſuſtínui te.
24 Lîbera Deus, Iſraël, ex ómnibus tribulatióni-
bus ſuis.

---

C

1 Verſus huius in Hebræo ſcripti ſunt Alphabeti or-
dine, ob ſententiæ excellentiam, vt Pſal. 33. 36. 110. 111.
118. 145.
2 *Leuaui.* Extuli ad attentè precandum. Forma ſiue
perfectio orationis eſt in mentis eleuatione. *Non eru-
beſcam.* ne excidam mea ſpe. Ea ſpes ne me fallat. אל *Al*
enim eſt particula prohibendi.
3 *Neque irrideant.* Et ne lætentur de me, de meis cala-
mitatibus. *Qui ſuſtinent te*, qui ſperant in te, qui patien-
D ter te ferunt. Suſtinere illud ſignificat toto ferè hoc *a vt verſ. 6. & 23.*
opere *a*. *Non confundentur*, non excident, nõ fruſtrabun-
tur, non fallentur ſua ſpe. Confundi hoc importat vbi-
que apud Hebræos.
4 *Superuacuè.* Qui iniqua agunt temerè, ſine cauſa,
malitioſè, non per errorem, vel infirmitatem.
5 *Vias* præcepta *b*. *b vt verſ. 11. & paſſim Pſal. 118.*
6 *Dirige me veritate tua* In vero tuo verbo, ne per falſa,
& erronea peregriner. Veritas hîc ſignificat veram do-
ctrinam, ac veluti fidem religionis. Infrà *c* promiſ-
ſionum præſtationem, & conſtantiam. Quæ duæ ſi- *c verſ. 12.*
gnificationes ſunt diligenter diſtinguendæ per vni-
uerſam

uerſam Scripturam. Reſpondet enim Latinorum fidei, quæ nunc ſignificat *firmam opinionem*, è Ciceronis Partit. ſícque ad virtutem Theologam transfertur, qua reuelatis credimus: nunc fidelitatem, id eſt, *promiſſorum conſtantiam & veritatem, vt fiat quod dictum eſt*, ex eodem *a*. *Suſtinui*, cum patientia expectaui *b*. A

a *Off.* 1.
b *Sic v.* 23.

7 *Quæ à ſæculo*, quas à principio orbis conditi, patribus exhibuiſti, vt proinde infra *c*, miſericordiæ antiquæ vocentur, non nouæ.

c *Pſa.* 88. *v.* 50.

8 *Iuuentutis*, pueritiæ meæ, prop. Nam נעורים *Nehurim*, pueritia, à נער *Nahar*, puero, Nempè à pueritia peccamus, quando primum rationis vſus ſeſe in nobis explicat. B Quod tempus ferè in ſeptimum annum conferunt. At quia vſus rationis in altero eſt celerior, & maior pro ratione naturæ & ingenij, rectiùs Marcus Alexandrinus ad Theodorum Balſamonem interrogatione 48. tradit, mares anno quidem 14. fœminas 12. obligari iuxta leges Eccleſiæ ad confeſſionem (quam ἐξαγόρευσιν vocat) verùm eaſdem conſulere, vt poſt ſextum annum per confeſſionem emundentur & ſanctificentur. Chryſoſtomus autem *d*. *A prima* (inquit) *ætate inchoandum eſt dimicare contra peccatum, cùm decem annorum eſſe cœperimus. Ex ea quippè ætate eorum omnium, quæ peccauimus rationem reddituri, pœnáſque daturi ſumus*. Quod inſinuant pueri C illi, qui quòd Heliſæum irridere auſi ſunt, Vrſis deuorandi permiſſi memorantur *e*. Nicetas verò in 40. orationem Nazianzeni, *ratio*, ait, *ſiue delectus boni & mali in pueris ad plenum perducitur, cùm conſcientiæ iudicium & ſenſuum organa ſecundum naturam agere incipiunt. Hoc autem circa duodecimum annum contingit. Ignorantias*, præuaricationes propriè.

*Ad confeſſionem quando homines obligentur.*
d *lib.* 3. *contra vituperatores Monaſticæ.*
e 4. *Reg.* 2. *verſ.* 23.

10 *Dulcis*. χρηστὸς, benignus, vtilis. Sic Hebr. טוב *Tob*, beneficus. *Legem dabit*, præceptorum & legis ſuæ cognitionem. docebit viam eos, qui delinquunt & peccant. Docebit peccatores, viam pœnitentiæ ſcilicet, vt Hebræi exponunt, vel in genere, benè piéque viuendi. D Verbum Docendi ſiue Inſtruendi, Periphraſticè ſolent verrere *f*, *legem ſtatuit* (docet, inſtruit) *g*. *Legem pone mihi* (doce me), vt oſtendant, quo pacto præcipuè Deus homines doceat, nempè per ſuam legem, Prophetis & Apoſtolis dictatam, ſiue per Scripturam.

f *verſ.* 14.
g *Pſal.* 26. *v.* 18. & 118. 33.

11 *Manſuetos*. Epithetum piorum. *In iudicio*, in via iudicij, virtutis & ſalutis. Ad iudicium, vt iudicium & æquit-



A quitatem diſcant & perficiant. Hîc dirigere in iudicio ſiue in iudicium, eſt docere iudicium & iuſtitiam, vt *a*, dirigere in veritate, docere veritatem.

a *verſ.* 6.

12 *Viæ*, actiones, cogitationes, conſilia, quibus agit & diſponit res omnes, ſunt miſericordiæ & veritatis plena. Se Deus gerit erga pios miſericorditer & fideliter. Miſericordia gratis beneficium promittit. Veritas promiſſum exhibet. Vt *b*, *Non enim viæ meæ viæ veſtræ. Nam quantum diſtant cœli à terra, tantum viæ meæ à viis veſtris c*. Alias viæ Domini ſunt eius præcepta & leges, vt ſuprà *d*, *Miſericordia & veritas*. Hebræi ſic diſtingunt, vt R. B Leui *e*, *Miſericordia eſt gratia, cùm homini benè fit gratuitò, & nullis ipſius meritis. Veritas dicitur poſt promiſsiones, cùm illæ præſtantur*. Hinc veritas Dei eſt promiſſorum eius exhibitio *f*, fidem ſiue fidelitatem vocant. *Requirentibus*, erga requirentes teſtamentum, ideſt, legem fœdere & teſtamento ſancitam, fidelitas. Deus enim eos non fallit, neque eorum ſpem è promiſſionibus eius conceptam fruſtratur. *Et teſtimonia*, ἐν παραλλήλῳ. Præcepta enim dicuntur teſtimonia, quòd Dei voluntatem teſtentur. Intelligit autem vniuerſam legis doctrinam, in qua fœdus iniit cum ſuo populo.

b *Eſa.* 55. 8.
c *Sic Ezech.* 18. *ver.* 25. *Iob.* 21 *v.* 31.
d *verſ.* 5.
e *in* 24. *Gen.*
*Miſericordia & veritas in Deo qualiæ ſint.*
f *Rom.* 15. 8.

C

13 *Multum eſt enim*. Peccatum meum ſcilicet. Quia peccata mea ſunt multa & magna, mihi eris propitius propter tuum nomen dumtaxat, non propter me, cuius merita nimis exigua ſunt, vt tantam peccatorum molem & multitudinem poſſint obtegere, téque demereri. Vel *Multum eſt enim*, nomen tuum, Meam iniquitatem remittes, quia nomen tuum eſt ingens, & magnum, quia multa & magna nominis tui vis, & gratia & gloria. Hoc enim Adiectiuũ (רב *Rab*) in Heb. cum vtroque cõſtrui poteſt. Ad quam relinquendam ambiguitatem, עון, *Hauon*, verterunt peccatum (ἁμάρτημα) in neutro genere, non iniquitatem in fœminino, vt ſolent, & vox ſonat. D *Multum*, pro magno etiam paſſim.

14 *Quis eſt*, quantus eſt, quàm beatus, quantum fœlix, admiranter, non interroganter. מי *Mi*, hoc interdum ſignificat, מה, *Ma*, quid, i. quantũ, quàm vt *g*. מי יקום יעקב. *Mi iakon Iaacob*, *quis*, id eſt, *qualis vel cuiuſmodi exurget Iacob*, (ex ærumnis & calamitatibus) vt illic indicat Kimhi, qui illum locũ ſic explanat. Quomodo poterit ſurgere *Iacob*, cum iſtis Domini decretis, cùm paruus ſit, paucúſque relictus è tanto numero: vel quã-

g *Amos.* 7. *verſ.* 2.



tus,

a 1.Par. 17. 16. tus, id eſt, quam infœlix. Sic *a*, *Quis ego Domine Deus, & quæ domus mea*. ideſt, quàm paruus, quantulus, quantuli pretij & dignitatis. Ex quo reſpondet quinque modis eſſe fœlicem. 1. Habet Deum doctorem, 2. animam bonis cumulatam, 3. liberos benedictos, 4. Deum firmatorem & protectorem. 5. Verbi Dei manifeſtationem. In vulgato intellectu reſponſio ſubauditur. Quis eſt homo qui timet Dominum. q. d. nullus, vel pauci. Interim ſi quis ſit, ſequentia quinque bona conſequetur. *Legem Statuit*. Primus fructus timoris Domini. Docet eũ viam, A

b vt ver. 10. quam cupit ſeruari *b*, vel iuxta aliquos, quam ipſe eligat, quam debeat eligere. Vt Nominatiuus ſit non Dominus, ſed homo timens Dominum. B

15 *In bonis*. Non ſolum cumulabitur beneficiis ſpiritualibus, verum etiam corporalibus. De bonis venturi ſæculi exponit Chaldæus. *Anima eius beata erit in cœlis*. Fortaſſis quia Hebraicè pro *Demorabitur, pernoctabit*, permanebit in nocte, id eſt, morte. Pernoctare eſt etiam diu permanere. Alij duo fructus.

16 *Firmamentum*. סוד *Sod*, pro, יסוד *Ieſod*, accipiunt Septuag. per Aphæreſin poëticam. Alioqui, סוד *Sod*, ſignificat arcanũ, ſecretum: יסוד, *Ieſod*, fundamentũ, fulcrum. Hinc Recentiores, *Secretum Domini timentibus eum*, id eſt, C ex Chaldæo, *Secretum Domini manifeſtum ſit iis, qui timent Dominum*. Eis ſua arcana & myſteria reuelat, vt confirmet, quod dixerat, Deum eſſe doctorem & magiſtrum timentium ſe: vt ſecretum deſignet legis doctrinam.

c Mat. 13. 11. Quartus & quintus fructus timoris Dei, de quo illud *c*, *vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum*. *Et teſtamentum ipſius*, eſt ſup. vt manifeſtetur illis, ad eos docendos. Teſtamentum Domini pertinet ad reuerentes obſeruanteſque Domini docendos & erudiendos, ברית, *Berith*, vulgo fœdus in genere exponitur. Sed Septuag. Propheticè reſtrinxerunt ad ſpeciem, ad fœdus teſtamentarium, per Synecdochen. Quia fœdus Dei erat teſtamenti formula ob mortem pecudũ in veteri populo, Chriſti in nouo, intercedentẽ. Quare his patrocinatur Paulus *d*, Quod dictum ſit aduerſus Hebraiculos, temerè, D

Heb. 9. ver. 16. quæ non intelligunt carpentes, ſed nec Grammaticorum tropos cognoſcentes.

18 *Vnicus*, omni ope deſtitutus. *Et pauper*, id eſt, afflictus.

19 *Multiplicatæ*, dilatatæ propriè, id eſt, occupauerunt ſingulas



A ſingulas cordis mei partes. *De neceſſitatibus*, de anguſtiis propriè, periculis, negotiis periculoſis & moleſtiis.

20 *Humilitatem*, miſeriam. *Dimitte*, tolle propriè.

21 *Odio iniquo*, iniquè, iniuſtè, violenter, & citra meam culpam concepto. Ad verb. *Odio violentiæ*, (violento) odio in violentiam, rapinam, iniuriam prorumpente.

22 *Non erubeſcam*, ne erubeſcã obſecro, deprecanter, vt ſupra *a*, Ibi enim eſt eadẽ particula, אל, *Al*, prohibendi. a Verſ. 2.

23 *Innocentes*. Ad verb. Innocentia ſiue integritas & rectitudo cuſtodient me. Vel deprecanter, cuſtodiãt me, B adhæreant mihi, me muniant. Quod Septuag. intellexerunt Metonymicè, abſtractum pro concreto, vel etiam legerunt commodioribus pũctis, תם וישר *Tam veiashar*, *innocens & rectus*: non cum Maſoretis, תם וישר, *Tom veiósher*, *innocentia & rectitudo*. *Adhæſerunt*, ſunt ſocij mei.

24 *Iſrael*. Accuſatiui caſus. Poſtquàm pro ſe orauit, precatur pro vniuerſo populo quadam caritatis exuperantia. Vnde præter literas Alphabeti ἐκ περιουσίας per hunc verſum à Pe litera inchoatum, concludit monens pro vniuerſa Eccleſia eſſe orandum, neque ori parcendum. C Nam פא, *Pè* os, oris, à quo verbum orandi deducitur, & פלל *Pallál* Heb. incipit.

## ARGVMENTVM.

*Petit, ne ſe innocentem in improborum numero habeat. Contra calumnias & perſecutiones, Congruit Martyribus.*

## 1 In finem. Pſalmus Dauid XXV. Heb. 26.

D Vdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingrẽſſus ſum: & in Dómino ſpẽrans non infirmâbor.

3 Proba me Dómine, & tenta me: vrerenes meos & cor meum.

4 Quóniam miſericórdia tua ante óculos meos eſt: & complácui in veritâte tua.

5 Non ſedi cum concílio vanitâtis : & cum iní- A
qua gerentibus non introîbo.
6 Odiui eccléſiam malignántium : & cum ím-
piis non ſedêbo.
7 Lauâbo inter innocêntes manus meas : & cir-
cúmdabo altâre tuum Dómine.
8 Vt âudiam vocem laudis;& enârrem vniuerſa
mirabília tua.
9 Dómine diléxi decôrem domus tuæ, & lo-
cum habitatiônis gloriæ tuæ.
10 Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam: B
& cum viris ſánguinum vitam meam.
11 In quorum mánibus iniquitâtes ſunt : dextera
eôrum replêta eſt muneribus.
12 Ego autem in innocéntia mea ingrêſſus ſum:
rédime me,& miſerêre mei.
13 Pes meus ſtetit in dirêcto: in Eccleſiis bene-
dîcam te Dómine.

---

C 2 *Iudica*, meæ innocētiæ eſto iudex & diſceptator aduerſum meos aduerſarios. Vindica, defende. *Infirmabor*, labar propriè, mouebor, vt legit Aug.

3 *Proba*. Totus verſus Metaphoricus ab argētariis, qui aurum & argentū probant, tentant, examināt, an ſit fallax & adulterinum. Sic, ô Domine, qui ſcrutaris interiora, proba me, & meam innocentiam, cognoſce calumnias mihi fieri iniuſtè: tenta, periculum fac de me. D Vre. i. funde, examina & explora meum cor (mentem & cogitationem) & renes meos (affectus, animi motus, ſenſúſque intimos) & experire an mentiar, an ſim in culpa eorum, de quibus mihi imponunt calumnias. Alij de purificatione. Tamquam argentarius camino me proba, & purga, probatum & purū redde. Excoque renes meos & cor meum, vt quicquid in me eſt impurum, alienum & vitioſum, abſumatur, expurgetur, ac exuratur. Vre ea, ne quicquam in me impuri remaneat, crucibus & rebus aduerſis: iuxta illud Auguſtini, *hic vre, hic*

*Deus quomodo tentet & non tentet.*



A *hic ſeca, vt illic parcas*. *Tenta*, proba, experire. Sic *a*, *quoniam tentat vos Dominus Deus*. Alias ad malum ſollicitare, vt *b*, *Deus neminem tentat, & Deus intentator malorum eſt*. ideſt, non ſollicitat ad mala. Significat etiam facto temerario Deum prouocare, vt *c*, *Non tentabis Dominum Deum tuum*.

*a Deu. 13. 3.*
*b Iac. 1. 13.*
*c Mat. 4. 7.*

4 *In veritate tua*. In veritate, quam tu præcepiſti, in lege tua vera, in tuis præceptis veris, nihil habentibus falſi & mendacij. Vel, in certitudine tuorum promiſſorum mihi placui, in ea ambulabo, & incedam. Hoc e- C nim veritas ferè ſignificat, quando iungitur cum miſericordia. Ad verb. ambulaui in veritate tua.

5 *Cum concilio vanitatis*, cum viris vanis & mendacibus non ſum verſatus. Ad verb. cum populo vanitatis. Ergo Concilium hic ſignificat cœtum vanorum hominum. *Iniqua gerentibus*, cum occultantibus ſeſe prop. i. cū verſutis & vafris, qui cordis prauitatem vultu tegunt & ſimulant. Vel cum inſidiantibus. Qua ſententia Chald. *cum occultantibus ſe ad nocendum, non veniam*.

6 *Eccleſiam*, cœtum improborum hominum.

7 *Inter innocentes*. Ad verb. in puritate, ideſt, cum puri- B tate & innocentia vel aquis puris & mundis. Lotis aqua viua & incorrupta manibus, accedebatur ad ſacra, immo & pedibus, quantum ad ſacerdotes munus ſuum incepturos, vt docet R. Leui *d*, quæ ablutio appellabatur, קדוש ידים ורגלים, *Kiddus Iadaim veraglaiim*. Sanctificatio manuum & pedum, vt totius corporis, טבילה *Tebila*, balneatio. Alludit ergo ad legis purificationes inter cætera inſtitutas, vt intelligeremus ad ſacra & ſacrorum participationem requiri non tantum munditiam animi, ſed etiam corporis, & contrà. Alludit ergo ad le- D gis purificationes, Eſt autem votum. *Si me iudicaueris, & me liberaueris ab aduerſariis*, offeram puro corde & corpore victimas, nō foris tantùm, ſed intus, &c. Lauabo manus innocentia & puritate, & non tantùm aquis legalibus. Manus ſignificant actiones & opera. Metonymicè. Studebo vitæ innocentiæ, & obſeruabo ſacra à te mandata. Piorum vtar conſuetudine, ne impiorum conſortio commaculer: cum innocentibus viuam, vt contraham puritatem.

*d Leuit. 16. Ad ſacra accedentes lauabantur & quid hoc ſignificaret*

8 *Vt audiam vocem laudis tua*. Nam ſolēni ritu ad victimas à Laicis oblatas Pſalmis & hymnis laudabant Deum, & ſacra peragebant Sacerdotes & Leuitæ. Maſo-

retæ. Vt audire faciam. Vt perſonem & canam, vt clara A
voce celebrem tuam laudem. Satis nouè. Nam לשמע
*leſchamah* ſine punctis magis habet vultum infinitiui
Kal, quàm Hiphil. *Mirabilia*, opera tua admiranda.
9 *Decorem*, cultum & ornatum templi tui, domũ tuam
decoram & auguſtam. Ad verbum, Habitaculum, tem-
plum, in quo Deus tamquam in domo ſua habitat.
10 *Cum viris ſanguinum*, cum homicidis & ſanguinariis,
& cum impiis, ne me in gehennam colligas, ne me per-
das: vt moriar eorum morte, & in æternum peream *a*.
11 *Manibus*, actionibus, Metonym. *Muneribus*, Metony-
micè, munerum corruptelis, vel vſuris. B
12 *Redime*, è calamitatibus erue.
13 *In directo*, in rectitudine, in recta via, in loco ſaluta-
ri & tuto. Rectè conſtitit pes meus, non nutauit ad ſce-
lera, neque à iuſtitiæ vero tramite deerrauit. *In Eccle-
ſiis*, palàm & publicè. In medio piorum conuentu cele-
brabo & colam. Chald. *in congregationibus iuſtorum*.

a Kimhi in *Pſ.* 17. *v.* 10.

---

ARGVMENTVM.

*Se eſſe tutum aduerſus omnem vim, modò in Dei domo, id eſt, Eccleſia permaneat, & à Deo contra aduerſariorum iniurias defendatur.* C

## 1 Pſalmus Dauid priuſquam liniretur. XXVI. Heb. 27.

DOMINVS illuminátio mea, & ſalus mea: quem timêbo?
3 Dóminus protêctor vitæ meæ: D
à quo trepidábo?
4 Dum appròpiant ſuper me nocêntes: vt edant carnes meas.
5 Qui tríbulant me inimîci mei: ipſi infirmâti ſunt, & cecidêrunt.
6 Si conſíſtant aduêrſum me caſtra: non timêbit cor meum.





A 7 Si exúrgat aduêrſum me prælium: in hoc ego ſperabo.
8 Vnã petij à Dómino, hanc requîram: vt inhábitē in domo Dómini, omnibus diebus vitæ meę.
9 Vt vídeam voluntátem Dómini: & víſitem templum eius.
10 Quóniam abſcôndit me in tabernâculo ſuo: in die malôrum protêxit me, in abſcóndito tabernáculi ſui.
B 11 In petra exaltâuit me: & nunc exaltâuit caput meum, ſuper inimîcos meos.
12 Circuîui, & immolâui in tabernáculo eius hóſtiam vociferatiônis: cantâbo, & pſalmum dicam Dómino.
13 Exaûdi Dómine vocem meam, qua clamâui ad te: miſerêre mei, & exaûdi me.
14 Tibi dixit cor meum, exquiſîuit te fácies mea: fáciem tuam Dómine requîram.
16 Ne auêrtas fáciem tuam à me: ne declînes in
C ira à ſeruo tuo.
16 Adiûtor meus eſto, ne derelînquas me: neque deſpícias me Deus ſalutâris meus.
17 Quóniam pater meus & mater mea dereliquêrunt me: Dóminus autem aſſûmpſit me.
18 Legem pone mihi Dómine in via tua: & dírige me in ſémita recta, propter inimîcos meos.
D 19 Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: quóniam inſurrexêrunt in me teſtes inîqui, & mentîta eſt iníquitas ſibi.
20 Credo vidêre bona Dômini in terra viuentiũ.
21 Expêcta Dóminum, viríliter age: & confortêtur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

---

1 *Priuſquam liniretur.* Additũ à Septuag. è traditionibus, de

*Dauid ter vnctus.*

de vnctione Dauidis ad regnum, quæ fuit triplex, per A
Samueleſm*a*, per viros Iuda *b*, per Seniores Iſraël *c*.

a 1. *Reg*. 16. *ver*. 13.
b 2. *Reg*. 2. *verſ*. 4.
c 2. *Reg*. 5. 3

2 *Illuminatio*, tutela, præſidium, defenſio, proſperitas, lux in tenebris afflictionum, vel errorum, eſt ſup.
3 *Protector*. Eclipſis etiam verbi ſubſtantiui, *eſt*.
4 *Super me*, contra me propinquant, me inuadunt improbi, vt me crudeliter occidant. *Propinquare* pro præliari, irruere, *edere carnes*, pro ardenter & ferociter conficere & conſumere.
5 *Infirmati ſunt*, impegerunt, corruerunt, propriè.
6 *Si conſiſtant*. Per caſtra & præliũ intelligit quicquid B
poteſt terrorem incutere.
7 *In hoc*, quod dixi, Dominus illuminatio mea, & ſalus mea. Kimhi. Poſſit tamen ſimpliciter referri ad prælium. In hoc prælio ſperabo me conſecuturum victoriam, me triumphum reportaturum.
8 *Vnam* ſupple, petitionem. Potuiſſet verti vnum, in neutro genere. Nam fœminea, rariùs maſculina, vſurpant pro neutris & abſolutis Latinorum & Græcorum. *Vt inhabitem*. Nempè triſtius putabat ſe excluſum ingreſſu ſanctuarij, & ſolenni ſacrorũ vſu, quàm domus ſuæ.
9 *Voluntatem*. Voluptatem rectiùs, & vt legit Aug. de- C
lectationem. Græcè τερπνότητα. Hebraicè בנעם יהוה *benoham* ADONAI, dulcedinem Domini, dulcem Domini fauorem, beneuolentiam, vel voluptatem, & gaudium æternæ beatitudinis. *Et viſitem*, quæram, explorem propriè, *templum eius*, locum arcę, vel cœlum ipſum, vbi animæ cũ Angelis dulcedine Domini perfruuntur. Vtramque interpretationem affert R. Kimhi.
10 *Quoniam abſcondit*. Fructus ingreſſus templi. Deus tuetur ſuos in Eccleſia, extrà Dei fauor & tutela tantùm eſt generalis, ſingularis rariùs. Ne quis ergo ſe ab ea D
per hæreſim, & impias religiones ſeparet. *Tabernaculo*. de tabernaculo fœderis *d*, id eſt, templo, vel Eccleſia. Alludit ad Moſem, qui ad tabernaculum confugiens, tutus fuit à ſeditioſorum impetu *e*. Poſſit eſſe Metaphora militaris. Opto vẽtitare in templum eius. Quoniam me defendit, opponens veluti tabernaculũ ſuum, & tentorium hoſtibus me obſidentibus, & me in interiora domus ſuæ abſcondens, ne me inde poſſint extrahere, vel capere.

*In Eccleſia ſuos Deus tuetur.*
d è *verſ*. 12.
e *Num*. 14. *verſ*. 10.

11 *In petra*, in rupe, in loco excelſo, in quo tutus ſim. q. d. in locum altum, tutum & ſecurum ab hoſtibus me ſuſtulit.



A ſuſtulit. *Super* contra, vt ſupra, *a* vel ſupra hoſtes meos, vt eis ſim potentior & maior, vt ſim rex.

a *verſ*. 4.

12 *Circuiui*, loca religioſa. Iungunt ferè Hebræi cum præcedentibus per Eclipſim: Super inimicos meos (qui ſunt) in circuitibus meis. Citra Eclipſim malo, circum me, & (i. etiam) immolabo. Sperat ſe iterum rediturum in templũ ex exilio. *Hoſtiam vociferationis*, clãgoris propriè ſacrificium, adhibitis hymnis & clangore tubarũ, ſacrificia laudis. Sic appellat victimam ſolennem & celebrem, cum multo ſacro apparatu, publicam (non priuatam) in qua altè voce muſica canitur, vel etiam inſtru-
B mentis muſicis (ad differentiam priuatarum & baſſarum, vt loquimur.) Alioqui priuatas fuiſſe hoſtias, minúſque ſolennes docet Ioſephus *b*, pro morbis vitãdis, & omnibus aliis neceſſitatibus, & Talmudici, apud quos duplicia ſunt קודשים *kodaſim*. i. sãcta, quędã ſancta ſanctorum, quibus erat præſcriptus certus locus, ritus ſolennior, tempus, quædam קלים *kallim* (ſancta) leuia, quę participari poterant extra templum, vt agnus Paſchæ, Toda, quorum non tam religioſa erat obſeruatio, neque certus locus & tempus. Sic Moſes inſtituit ſacrificia quædam fieri cum iubilatione & tubarũ clangore *c*, Dauid autem citharas & alia inſtrumenta adiunxit *d*.

*Hoſtiæ duplices, publicæ & priuatæ.*
b *Lib*. 3. *Antiq*. *c*. 10.
c *Nume*. 10. *verſ*. 10.
d 1. *Parali*. 16. *verſ*. 42

C 14 *Tibi dixit cor meum*, te precatum eſt, de te cogitauit. *Exquiſiuit*. Planam ſententiam obſcurarunt Maſoretæ, legẽdo בקשו *Bakkeſú*, pro בקשו *Bikkeſú*. i. imperatiuũ pro ſimplici preterito. Exquirite faciem meam. *Recordor te*, in corde meo dixiſſe, quærite faciem meam. Noſtra multò ſunt ſimpliciora. repetendo *te*, per zeugma. *Faciem tuam*, te. Sic de Deo circumloquuntur honoris cauſa. Alij, ſanctuarium, quæ nota erat præſentiæ Dei, per quam ſe quodammodò videndum exhibebat. Euthymius, protectionem & cuſtodiam.
15 *Faciem tuam*. Iam facies hic ſignificat fauorem, gra-
D tiam, ſenſum fauoris, experimentum gratiæ *In ira*, Per iram ne abſcede à me. Sic Chryſoſtomus monet paſſim apud Apoſtolum *in* ſumi. *Locutus eſt in prophetis e*, per Prophetas. Maſoretę eodẽ ſenſu טת, *Tat*, actiuè legunt, non טת *Tet*. Ne declinare (à te errare) facias in ira ſeruũ tuũ.

e *Heb*. 1. *v*. 1

16 *Eſto*. fuiſti, propriè, *Salutaris*, ſaluator.
17 *Quoniam*. Cõgruit hic Pſalmus pupillis & orphanis, quos per mortem parẽtes deſerunt. *Aſſumpſit*, collegit propriè, in tutelam ſuam recepit & curam. Se expoſiti-

 tio,

tio,nedum pupillo comparat. אסף *Aſaph*,collegit, me ſuſtulit,veluti de platea,vt me aleret. Tollere & ſuſtollere Latini dicunt. Vnde pueros expoſitos, quos quis tollit in domum, Talmudici tractatu de ſponſalibus אספים *Aſaphim* appellant. Nempe,inquit Baal Haruch, puellos qui tolluntur de platea,neque norunt patrem, aut matrem ſuam. A

18 *Legem pone mihi in via*,viam tuam doce me,& præcepta *a*. *Propter inimicos meos*,vt inimici mei videant me tibi eſſe curæ,& tabeſcant.

a *Vide Pſal. 24. verſ. 10.*

19 *In animas*, in libidines, voluntatem & poteſtatem. B
Anima pro deſiderio,cupiditate, libidine, ſæpè Metonymicè. R. Kimhi. *Et mentita eſt iniquitas ſibi*, apud ſe, in me,ſiue contra me,per Zeugma, Auxeſi ſignificat ipſos mendacia ſtudioſè priùs contra ſe meditatos, quàm ea in medium proferrent. Iniqui multa falſa ſibi contra me confinxerunt,& locuti ſunt iniquitatem,& mendacium. Aliqui,*ſibi*,in ſuam perniciem. q.d. ſeipſos læſerunt. Sed ad verb. Surrexerunt in me teſtes falſitatis, & flans(loquens)violentiam ſiue iniuriam.

20 *Credo videre bona*. In his malis credo me viſurũ bona Domini in terra viuentium, ſic me conſolor. Hebr. C
eſt Apoſiopeſis. Niſi crediſſem videre bona Domini, perijſſem,ſupra vel quid ſimile. Rabbi Iacob *b*, ſubaudit,deturbaſſent me ab ipſius Dei metu, mihi excuſſiſſent Dei cultum & religionem. *In terra viuẽtium*,in cœleſti regione,in vita æterna *c*. Alij, in terra hac vitali, in qua vita hæc mortalis degitur, ſicut inferi ſunt terra mortuorum. vt infra *d*, *Emigrabit de terra viuentium*. & *e* *Abſciſſus eſt* (Chriſtus) *de terra viuentium*. q. d. in his calamitatibus non deſpero de vita.

21 *Expecta Dominum*. Seipſum alloquitur, ſéque ad pa- D
tientiam & perſeuerantiam cohortatur *f*, vel ad animam ſuam ſermonem conuertit *g*. Aliis generalis eſt exhortatio ad omnes.

b *in Collectaneis Talmud.*
c *1. Petr. 3. verſ 22.*
d *Pſalm. 51. verſ. 7.*
e *Eſa. 53. v. 8.*
f *è Deuter. 31. verſ. 6.*
g *vt Pſalm. 114. v. 7.*

---

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus à Deo patre poſcit,ne ſe in inferis retineat peccatorum loco habens,ſed illis punitis,ſe & Dei populum perpetuò ſeruet. Myſterium reſurrectionis ſuæ indicat.*





A

# 1 Pſal. huic Dauid. XXVII. Hebr. 28.

AD TE Dómine clamâbo,Deus meus ne ſíleas à me:nequândo táceas à me: & aſſimilâbor deſcẽdéntibus in lacũ.
3 Exâudi Dómine vocem deprecatiônis meę,dum oro ad te:dum extôllo manus meas ad templum ſanctum tuum.
B 4 Ne ſimul trahas me cũ peccatóribus, & cum operántibus iniquitâtem ne perdas me.
5 Qui loquûntur pacem cum próximo ſuo: mala autem in córdibus eôrum
6 Da illis ſecûndùm ópera eórum:& ſecûndùm nequítiam adinuentiônum ipſôrum.
7 Secûndùm ópera mânuum eôrũ tríbue illis: redde retributiônem eôrúm ipſis.
8 Quóniam non intellexêrunt ópera Dómini,
C & in ópera mánuum eius déſtrues illos: & non ædificâbis eos.
9 Benedîctus Dóminus quóniam exaudîuit vocem deprecatiônis meæ.
10 Dóminus adiûtor meus, & protêctor meus: & in ipſo ſperâuit cor meum,& adiûtus ſum.
11 Et reflóruit caro mea:& ex voluntâte mea cõfitêbor ei.
D 12 Dóminus fortitûdo plebis ſuæ: & protêctor ſaluatiónum Chriſti ſui eſt.
13 Sáluum fac pópulum tuum Dómine, & bénedic hæreditâti tuæ: & rege eos, & extôlle illos vſque in ætêrnum.

---

1 *Huic* pro articulo Græco τῷ. Quare in fonte tantùm legitur, Dauidis,ſcilicet Pſalmus.

2 *Deus meus.* Petra mea per metaph. *Ne quãdo*, ne fortè. A
Ne ſi fortè taceas à me, me negligas, mihi non reſpondeas, ſimilis ſim mortuis deſcẽdentibus in orcum, moriar, & peream. q. d. ſi deſeruẽris me, ſimilis ero iis, qui iacent in ſepulchro. Ergò, *& aſſimilabor*, idem quod *vt aſſimiler*. In hac lingua præterita, & futura ſunt omnium modorum, pro particularum adiunctione. Vel *&*, pro alioqui *a*. *In lacum*, foueam, puteum, id eſt, infernum, vel potiùs ſepulchrum.

*a Vide Pſal. 142. verſ. 8.*
*b 3. Reg. 6. verſ. 5.*

3 *Ad templum.* Ad דביר *Debir*, in quo erat arca *b*, id eſt, ad ſecretiorem templi locum, oraculũ, & adytum propriè. Sic ſuæ precationis ardorem exprimit. Quomodo Daniel verſus Hieroſolymitanum templum in captiuitate orabat. B

4 *Ne ſimul.* Id eſt, in eũdem locum, in eundem caſum, *Trahas me*, in lacum, in infernum, ſiue perditionem, è ſequentibus. Vel ad mortem, quia trahere in hoc ſignificatu ſumitur *c*, quod alibi, ne colligas me, niſi quòd trahimur propriè inuiti, colligimur etiam volẽtes. Sic autem legendum, non *tradas*, è Græco, & Hebræo. Ne trahas me, ad mortem ſcilicet, ne quæſo moriar eorum morte. i. ne in æternum peream. Nam eorũ mors, æterna, mors piorum caduca eſt, & quidam veluti tranſitus ad meliorem vitam. Vnde Balaam *d*: *Moriatur anima mea morte iuſtorum. Ne perdas me*, interpoſitum ad explendum πάθος. C

*c Iob 21. ver. penult.*
*d Num. 23. verſ. 10.*

6 *Adinuentionum.* Studiorum, factorum ipſorum in me.
7 *Retributionem.* Redde talionem, quam merentur ipſi.
8 *Et in opera manuum eius.* Non intellexerunt, per Zeugma. Vnde hîc eſt colon, & *in* Latinè redundat. *Et non ædificabis*, non aſſumes in gratiam. Non eos reſtaurabis. Deſtrues illos ſine ſpe futuræ reſtaurationis. Metaph. ab ædificiis.
9 *Benedictus.* Laudandus, laudabilis eſt, vel laudatus ſit, laudetur. Hæc ſunt iam Prophetica, דרך נבואה *Dérec Nebuá*, inquit R. Dauid. Quare Septuag. ver. 11. pro *Exultauit cor meum*, verterunt, *refloruit caro mea*, ἀνέθαλεν σάρξ μου, reſpicientes ad ſenſum, & myſterium reſurrectionis Chriſti. D
10 *Adiutor, protector.* Metaphoræ ſunt in fonte. Fortitudo mea, & clypeus, Sic infrà *e*.
11 *Refloruit.* Reſurrexit, vt ſupra *f*. Item quia è lætitia cordis valetudo, & bona habitudo carnis exoritur, ſic vert

*e verſ. 13.*
*f verſ. 9.*

vert



A verterunt, quod habetur in fonte, *Exultauit cor meum*, *Ex voluntate*, animo ſpontaneo, prompto, & alacri, voluntariè, vt infrà *a*, & liberè pſalmo meo celebrabo eum. Hebraicè, *ex cantico meo*. i. volũtario meo cãtico, ſpontè, & hilariter, veluti canendo Canticum, ſignum interioris animi hilaritatis, & gaudij.

*a Pſal. 53. verſ. 8.*

12 *Dominus fortitudo.* Mimeſis. Pendet enim verſus è ſuperiore. Cantico meo confitebor ei, eum celebrabo, dicẽdo ſupple, Dominus fortitudo, &c. *Saluationem*, ſalutem. Protexit ſalutem Chriſti ſui. i. meam. De ſe loquitur in tertia perſona. Fortis eſt ſaluator Chriſti, regiſve ſui. B
13 *Domine.* A Latino interprete interpoſitum ad numeros. *Rege*, paſce propriè. Quòd Dei rectio non ſit tyrannis.

### ARGVMENTVM.

*Pios ad Deum gloria afficiendum hortatur, qui tam terrifica voce, ſiue tonitru, ſuam potentiam oſtendat. Verbo Dei competit. Eſt enim Prophetia de conuerſione Gentium per Dei verbi efficaciam.*

## 1 Pſal. Dauid in conſummatione tabernaculi. XXVIII. Heb. 29.

AFFERTE Dómino fílij Dei: affêrte Dómino fílios aríetum:
3 Affêrte Dómino glóriam, & honórem, affêrte Dómino glóriam nómini eius: adoráte Dóminum in átrio ſancto eius. D
4 Vox Dómini ſuper aquas, Deus maieſtâtis intónuit: Dóminus ſuper aquas multas.
5 Vox Dómini in virtúte: vox Dómini in magnificéntia.
6 Vox Dómini confringêntis cedros: & cõfrínget Dóminus cedros Líbani.
7 Et comminuet eas tamquam vítulum Líbani

& dilêct:

A & dilêctus quemádmodum fílius vnicórnium.
8 Vox Dómini intercidêntis flammam ignis, vox Dómini concutientis desêrtum: & commouêbit Dóminus desêrtum Cades.
9 Vox Dómini preparântis ceruos, & reuelâbit condênsa: & in templo eius omnes dicêt glóriam.
10 Dóminus dilúuium inhabitâre facit: & sedêbit Dóminus rex in ætêrnum.
11 Dóminus virtûtem pópulo suo dabit: Dóminus benedîcet pópulo suo in pace.

---

B

1 *In cõſummatione tabernaculi.* Hæc addita ſunt è cabala, Dauid ſcilicet in tabernaculi, quod Arcæ Domini præparaſſe, & tetendiſſe traditur *a*, conſummatione Spiritus ſancti radio illuſtratus hæc cecinit de mirabilibus myſteriis venturi tabernaculi, cuius illud erat typus. In hodiernis exemplaribus legitur, *in exitu tabernaculi* ἐξοδίου σκηνῆς. Quare Theodoritus putat fuiſſe conditũ à Dauide, cùm arcam reduceret. Baſilius autẽ de egreſſu ſacerdotum, & Leuitarum è tabernaculo, vt memores ſint eorum, quæ ad cultum diuinum præparari debent. In Hexaplis Origenis vtrumque deſiderabatur.

*a* 1. Par. 15. verſ. 1.

C

2 *Afferte filios arietum.* Agnos ad ſacrificia, victimas ex agnis. Duplicem vocis, אלים *Elim*, ſignificationẽ repræſentarunt duplici interpretatione: ne quis putet hoc hemiſtichium eſſe obelo transfigendum; אלים *Elim*, dij, & arietes. Filij autem deorum (ſic enim Hebræus) pij, quos Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus adoptionis gratia dignati ſunt. Chaldęus Angelicos choros exponit, *Tribuite Domino laudes chori Angelorum*, qui filij Dei dicuntur *b* per adoptionem videlicet, & creationem. Nam ſolus Chriſtus filius Dei eſt per generationem, & propagationem naturalem. Alij, proceres, principes.

*b* Iob. 1. 6. & 28. 7.

*Chriſtus ſolus filius Dei per generationem.*

D

3 *Afferte.* Tribuite. Sed afferendi verbum congruit, vt doceamur Deum non tantùm ore eſſe colendum, ſiue oris & laudis ſacrificio, verùm etiam opere, ſacrificio iuſtitiæ, & iuſtarum actionum, nec tribuendas ei modò laudes, & preces, ſed & bona, atque ſancta opera. *Honorem*, fortitudinem propriè. Eum fortiſſimũ confitemini

& honor



A & honore digniſſimum. *In atrio*, in templo. Ad verbum In magnificentia ſanctitatis, in templo pleno maieſtatis, & gloriæ diuinæ, vel in magnifico ſanctuario. Alij decora, & ſplendida ſanctitate, prout ſanctè decet. Aliqui putant Septua. legiſſe בהדרת *Behadrath*, per ת. Nam הדר *hhéder* eſt atrium, conclaue, ſed nihil eſt neceſſe, cũ ſoleant dumtaxat reſpicere ad ſententiam, vt infrà *a*.

*a* Pſal. 95. verſ. 9.

4 *Vox Domini.* Ratio cur Deus adorandus, omniq; honore afficiendus, nẽpe, quia pręſtans, plenus maieſtatis, potentiſſimus. Nam hoc docetur ab effectis inſignibus, vſque ad Pſalmi finem. *Vox Domini*, tonitru à Domino productum, è medio nubium percipitur, & inter denſas

B pluuias. De Meteoris & iis, quę fiunt in cœlo, vel alibi, & præcipuis fragoribus aëris terræúe, quorum effectio mirabilis eſt, ſic loqui ſolet Scriptura, quoniã illorum cauſæ ſunt ita occultæ ſunt, vt immediatè, & proximè, & ex tẽpore à Deo fieri videãtur, neque creatã vllã habere cauſam. Hinc in Iob *b*: *Deus pater niuis & glaciei*, Item *c*, *Producens ventos de theſauris ſuis*. Item *d*, *Syluæ Dei*, &c. Etſi autem *vox* ſiue ſimpliciter, vt *e*: *Populus videbat voces*, ſiue cum accedit vocabulũ *Domini* propriè ſignificet tonitru cœleſte & fulmen, tamen etiam hic extendi poteſt ad ſonitus, quos terra edit. Nam nihil aliud eſt in terra tremor, quàm in nube tonitruum, vt Plinius

*Meteora cur Deo in Scriptura tribuãtur.*

*b* Iob. 38. 22. 28. 19.

*c* Pſal. 134. 7

*d* Pſal. 105. verſ. 19. iuxta Hebr. verit.

*e* Exod. 20. verſ. 18.

C inquit, hinc Treb. Pollio: *Auditum tonitrum terra mugiente, non Ioue tonãte, quo motu multæ fabricæ ſunt deuoratæ, multi terrore mortui*, de quo poſſint intelligi verſus hîc aliquot. *Maieſtatis*, vel, in, cum maieſtate. *Super aquas multas*, vt ſupra maria. Aquis multis incumbit, & ſuper eas tonat. De pluuiis denſis, alij de maribus, & pelagis. Vel ſupra aquas, pluſquã aquæ multæ. Nam tonitru eſt magis ſonorũ, & vehementius aquis multis, & ſonitum bombumque edit terribiliorem. Iuxta Allegoriam, Voce Domini prædicatio Euangelij adumbratur, quæ quantum valuerit, apparuit in celeri mundi conuerſione.

D Hinc duo Apoſtoli בני-רגש *Bené Reghés*, filij tonitrui *f*.

*f* Marc. 3. 17

5 *In virtute.* In potentia. Tonitru eſt prępotens, & magnificum, terribiliter incedit, quippè quod maria, & terras tremefaciat, & imbrium infinitam copiam profundat, & frangat altiſſimas cedros, & denſiſſimarum ſyluarum arbores.

6 *Vox.* Fulmẽ, vel tonitru ſternit maximas cedros profũdiſſimè fixas, frãgitq;. Quod poſſit accipi de terreſtri

tonitr

tonitru,id eſt,terræ motu.Eſt vbi *vox Domini*,ſignet ful A
men, quod coniunctum eſſe ſolet cum tonitru.*confrin-*
*gentis*,Oratio clarius enunciaretur, ſi mutaretur in no-
a *verſ.3.* minatiuum.Cõfringens,&c.de quo mox *a Libani*.Quo
in monte erat ſylua cedris inſignibus & alijs arbori-
bus celſitudine præſtantibus nobilis,Metaphora arbo-
rum & montium comprehenditur, quicquid in hoc
mundo excelſum & ſublime eſt.

7 *Et comminuet eas*.Comminuet Dominus per ſuum to-
nitru ſiue cæleſte,ſiue terreſtre mira facilitate arbores
Libani,vtvt firmas & rigidas, ac ſi eſſent molles & te- B
neræ,inſtar vitulorum in Libano paſcentium. Ad ver-
bum.Exilire faciet,è ſuo loco,quod aliqui accipiũt de
terræ motu.*Libani*.Rabbini conſtruunt in Accuſatiuo
cum ſequentibus,Libanum &Sirionem(montes ſyluo-
ſos)tamquam filium vnicornium (repete, exilire facit,
*Hor. in odis.* comminuit:)*Feriúntque ſummos fulmina montes*.*Et dilectus*,
id eſt,at,ſed(aduerſatiuè)dilect⁹.i.Iſrael erit fortis,pul-
cher,lætus,alacer ad euadendum,q.d.celeriter euadet,
& exiliet alacriter è mediis periculis,vt pullus vnicor-
nium è mare & fœmina vnicornibus ſatus,pernicitate
vigens *b*,ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱοὶ μονοκεράτων,Heb.שריון *Sirion*
b *Deut. 33. ver.17.* per aphæreſin pro ישרון Ieſurun, vel per metatheſin, C
dilectus ſiue directus,vt in alijs locis vbi *c* וישרון Ieſu-
c *Eſ.44.v. 2.Deut.32. verſ.15.* run dicitur recalcitrare &Dei obliuiſci, Ieſurun dimi-
nutiuè pro Iſrael,quaſi Iſraelulus, vt Latinè Corculũ,
Dilectum vertunt,vbi aliqui malè corrigunt. *Directum*.
Nam ישר *Iaſar* non tantum ſignificat rectum eſſe, ſed
& placere, arridere, probari alicui. Sic alluditur ad
d *Deut. 33. verſ.17.* Deut.*d*. quo loco Ioſeph tauro pulcherrimo compara-
tur,& eius robur cornibus Rhinocerotis, tauri Indici.
q.d.in his montibus Iſrael dilectus Dei ſimilis erit v-
nicornium pullo,qui eſt robuſtus & celer ad euadenda D
ſyluarum diſcrimina.Vel eſt epithetum Domini,*Et di-*
*lectus*. Dominus,quemadmodum vnicornis, cuius cor-
nu expetitur & ad medicinam, & ad opificia, erit ſup-
ple,vel apparebit, videbitur, quídue ſimile. Vi Verbi
Dei denſitate errorum mundi diſcuſſa, dilectus, id eſt,
*Chriſtus vnicorni ſimilis.* Chriſtus apparebit ſicut Vnicornis. Quæ cùm non vi-
deretur in ſyluis,incipit apparere poſt denſas ſyluarũ
arbores diſiectas & diſcuſſas vi ventorũ & fulminum.
e *contra Tryphonem.* Alludit fortaſſè ad cornu eius bifurcum,inſtar crucis,
Talem enim eius formã pingit Iuſtinus Martyr *e* & ta-
lem



A lem deſignat Clemens Alex *a*. dum κεράτων μονοκερώτων
ἐραστὰς,cornuum vnicornium amatores Dei pueros ſiue *a li. 1. pada. c.4.*
filios eſſe ait.Pergit in Metaphora ſylug, Vox Domini
nudabit ſyluas cedrorum, túncque apparebit per eas,
quaſi vnicornis. In quam ſententiam eſt illud Pauli *b*, *b Gal.3.*
*Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt,ſiue depictus,*
*crucifixus*. Poſſit etiam exponi.Et dilectus,id eſt,Domi-
nus eſt ſicut filius Vnicornium, qui exacuit præ mor-
dicatione,& pruritu,cornu ſuum ad arbores, ita vehe-
B menter,vt illas aliquando deiiciat,nedum terebret. q.
d.Deus dilectus arbores ſuo tonitru vel perforat, vel
etiam decutit,vt pulli Vnicornium ſuo cornu. Nomen
Hebræum,שריון,*Sirion*,non appellatiuè ſumunt recen-
tiores,ſed propriè,de monte ad orientem terræ ſanctæ
olim Hermon à Sidoniis, Sanir ab Amorrhæis *c*, q.d. *c Deut.3.9.*
Libanum & Sirion montes (in quibus erant eiuſdem *& Ioſ.13.11.*
nominis ſylug) cõminuet,exilire faciet Dominus mo-
re pullorum Vnicornium. Hyperbole,quia videtur to-
nitru eradicaturum montes ipſos,vel ipſorum mõtium
arbores. Quamquam citra hyperbolem hoc aliquando
verè contingit. Nam hac ætate mons in Anglia terræ
C motu ſubſiliit in aliam ſedem, & in Gallia alius Rho-
dani impetu,& apud Plinium *d*, Marcio,Sex.Iulio coſſ.
in agro Mutinenſi duo montes concurrerunt inter ſe *d lib.2.c.83.*
crepitu magno aſſultantes recedentéſque.

8 *Flammam ignis*,fulgura & coruſcationes ad fulmina
conficienda &iacienda per ſectiones emicantes diſper-
git,per eas medias currit. Nam vnà cum tonitru emi-
cant fulgetra. *Cades*,vaſta &horrida ſolitudo Saraceno-
rum & Arabiæ *e*, quæ alibi deſertum Pharan, & deſer- *e Gene.20.1.*
tum Sin,ob amplitudinem tot accipiens vocabula. In *Num.13.1.*
ea per 40.annos errarunt Iſraëlitæ. Aliqui Metonymi- *Num.33.11.*
D cè, beſtias deſerti Cades concutit, ſiue formidare facit
& commouet.*Intercidentis,concutientis*, & ſequenti verſ.
*Præparantis*,& 6. *confringẽtis*,in Hebræo poſſunt eſſe No-
minatiui caſus, vt actio tribuatur non Deo, ſed voci
Domini intercidens(eſt) cõcutiens,præparans ceruas. *Deus primũ*
Sed rectè in Genitiuo,vt intelligamus actionem prima *agens, & alia ſunt in-*
riam eſſe Dei agentis cum ſecundis & inſtrumentariis *ſtrumenta.*
cauſis,eáſque mouentis efficaciter, ac, verbi gratia, v-
tentis tonitru ad hos mirabiles effectus. Nam Domi-
nus in omnibus eſt cauſa princeps,reliquæ adminiſtræ
vel inſtrumentariæ, *Concutientis*. Ad verb. parturire fa-

cientis,id eſt,torquentis,vexantis, & explicata Meta- A
phora,horridiſſimum reddentis deſertum.
9 *Præparantis ceruas*,ad partum ſcilicet.Parere facit cer
uas præ metu ſuo tonitru,quæ ſunt pauidæ, & vuluam
habent anguſtam. Vnde & earum partus, vt & caprea-
*a Iob.39.1.* rum ſeu ibicum *a*. eſt difficillimus:ac niſi tonitru præ-
pararetur ac iuuaretur,non modò non eniterentur fœ-
tus ſuos,ſed & perirent nimia difficultate, & tormini-
bus.Multa mira de earum partu tradunt Ariſt. & Pli-
nius. Inter alia,quòd Siſeli herba vtātur ad fœliciorem
partum,& poſt partum ad ſeſe purgandum. Sed nō me-
minerunt tonitru.*Reuelabit condenſa.* Decorticabit, nu- B
dabítque condenſas ſyluas propriè, deiectis arboribus
& ramis. *Et in templo eius*,omnes eum glorificabunt, di-
cendo,quod ſequitur.Nam in verſibus ſequentibus eſt
Mimeſis.
10 *Dominus diluuium.* Dominus immittit diluuium, &
dominatur aquis in perpetuum.Ad verb. *ad diluuium ſe-
dit*,Confitebuntur eum magnam habere potentiam ſu-
per aquas,his miris operibus conſpectis, ac regem eſ-
ſe,qui in æternum maneat,ac in æternum omnia poſ-
ſit:qui in perpetuū omnia moderabitur & reget. Chal.
*Dominus tempore diluuij ſuper ſedem iudicij ſedit*,( dum mun- C
dum ſubmerſit.) Niſi ſit Mimeſis,continuabitur narra-
tio de efficacia vocis diuinæ, quæ tanta eſt, dum effu-
ſiùs & vehementiùs tonat,vt diluuio hæc inferiora pe-
nè mergantur,ipſo interim in ſuo ſolio eodem in ſta-
tu permanente.
11 *Virtutem*,robur,*In pace*,vt benè ei cedat,vt habeat pa-
cem & lætitiam in his magnis tempeſtatibus. Vnde &
hic Pſalmus eſt orandi formula contra tempeſtates.Fa-
cilè referes ad Allegoriam. Vocem Domini ſepties po-
ſitam ad ſeptem dona ſpiritus ſancti, vel è Rakanati in
Exodum ad ſeptenas voces Dei terrificas ſiue tonitrua D
*b Ex.19.16. & 20.18.* audita in legiſlatione *b*. Hinc verbum Domini ſuper-
bos quoſque per Euangelium contriuit, Idola, & Syl-
uanos deos euertit,Tyrannorum rabiem cōtudit, Gen-
tes vocauit,ante earum oculos filium Dei depinxit cru-
cifixum,velut Vnicornem biſurcatam, deſerta Saracе-
nica commouit,timidos præparauit, baptiſmum indu-
xit,vti olim diluuium ad omnia mundanda.

ARGVM



A

## ARGVMENTVM.

*Gratias agit,quòd poſt multa pericula templum dedica-
rit.Eſt prophetia de Eccleſiæ poſt multos caſus
conſtructione & dedicatione.*

## 1 Pſalmus Cantici in dedicatione domus,Dauid. XXIX. Heb. 30.

B

EXaltâbo te Dómine quóniam ſu-
ſcepîſti me:nec delectâſti inimicos
meos ſuper me.
3 Dómine Deus meus clamâui ad
te: & ſanâſti me.
4 Dómine eduxîſti ab inférno animam meam:
ſaluâſti me à deſcendéntibus in lacum.
C 5 Pſállite Dómino ſancti eius: & confitémini
memóriæ ſanctitâtis eius.
6 Quóniam ira in indignatiône eius: & vita in
voluntâte eius.
7 Ad vêſperum demorâbitur fletus:& ad matu-
tínum lætítia.
8 Ego autem dixi in abundántia mea: non mo-
uêbor in æternum.
9 Dómine in voluntâte tua: præſtitîſti decôri
meo virtûtem.
D 10 Auertîſti fâciem tuam à me: & factus ſum
conturbâtus.
11 Ad te Dómine clamâbo: & ad Deum meum
deprecâbor.
12 Quæ vtílitas in ſánguine meo: dum deſcéndo
in corruptiônem.

L 2 13 Nun

13 Nunquid confitébitur tibi puluis: aut annun- A
ciábit veritâtem tuam?
14 Audíuit Dóminus,& misértus eſt mei: Dómi-
nus factus eſt adiùtor meus.
15 Conuertîſti planctum meum in gaúdium mi-
hi: concidîſti ſaccum meum, & circundedîſti me
lætítia.
16 Vt cantet tibi glória mea, & non compûngar:
Dómine Deus meus in æternum confitêbor tibi. B

---

1 *Dauid.* Conſtruitur cum *Pſalmus Cantici.* Domus enim hic ædem ſiue tabernaculum ſignificat *a*. Alij Domus nouæ, quam ædificauit in Hieruſalem *b*; Porrò vt canticum ore proferebatur, ſiue inſtrumento muſico, ita Canticum Pſalmi ore ſimul & inſtrumento, ita vt inſtrumentum inchoaret, & vox humana ſequeretur: & contra Pſalmus Cantici, quando vox humana incipiebat, & inſtrumentum ſuccinebat.

*a de quo 1. Par. 15. 1.*
*b 2. Reg. 5. ver. 11.*

2 *Suſcepiſti*, exaltaſti propriè, alleuaſti, ſuſtuliſti è periculis. *Super me*, ſuper meis malis. C

3 *Sanaſti*, ſaluaſti, ſalutem attuliſti meis malis. Metap. Putant hinc nonnulli agi de morbo aliquo lethali, è quo fuerit liberatus.

4 *Domine exaudiſti.* Me conſeruaſti in vita, & me pereũtem in lucem reuocaſti. *Ab inferno*, è maximis calamitatibus Hyperbole poëtica. Vel per Metonym. è præſentiſſimo inferni & mortis periculo. Me iamiam periturum, & ſtatui mortuorum proximum mirabiliter liberaſti. *A deſcendentibus* Ne eſſem inter deſcendentes in ſepulchrum, ne deſcẽderem in mortem, vel infernum. Præpoſitio *A*; includit negationem paſſim apud Heb. D Lectio Maſoretarum per Hiric non Tſeri, idem canit. *A deſcendere me*, ne deſcenderem ego.

5 *Memoriæ ſanctitatis eius* Sanctam, ſacrámque eius memoriam colite & celebrate, ſanctum eius nomen publicè laudare, & canite, Memoriam Dei, qui ſanctus eſt palam extollite, & benedicite (confiteri hoc notat) quando commemoratur, & eius mentio fit, ei apertè fauete linguis, vt *c*, *memoria iuſti in benedictione*, ideſt, iuſtus dum memoratur, benedicitur. Memoria etiã intelligi poſſit actiuè, qua meminit & recordatur, non qua commemoratur

*c Prou. 10. 7.*



A ratur & recolitur. q. d Celebrate memoriam eius ſanctã, qua veſtri meminit in his malis, neque veluti oblitus deſerit. Sic recordatus eſt Dominus Noë, Ioſeph, filiorum Iſraël, &c. Aliqui templum eius honorate, in quo eius ſanctitas recolitur & communicatur. *Sanctitatis eius*, vt Gall. *La memoire de ſa Sainctete.* ideſt, ipſius, qui ſanctus eſt. Nam eſt Dei Periphraſis.

6 *Quoniam ira in indignatione.* Ira, furor breuis eſt, indignatio multò eſt grauior. Cùm ergo indignatur, breui & celeriter indignationem remittit, citóque placatur, vt non tam indignari, quàm iraſci dicendus ſit. Vnde, B vt facilior ſit ſententia, verte, momentũ eſt in indignatione eius: *Et vita*, ſalus in fauore & beneuolentia eius. Vitam appellant è malis ſecuritatem, & fœlicitatem, vt mortem, infortunia, réſque aduerſas, vide infra *a*, Vel ſecundum alios, longitudo & diuturnitas vitæ. Eius fauor in vitam durat, vel, diu, vt Latinè *ætatem viuere*, id eſt, diu. Secundum Chald. *Vita æterna in eius beneplacito.* Poſſit eſſe Antitheſis. Ad indignationem eius ſequitur plaga, ad fauorem eius vita & ſalus.

*a Pſ. 68. ve. 38.*

7 *Ad veſperum demorabitur.* Tam breuis eſt ira eius, vt ſi veſpere fletus cõtingat, adſit manè lætitia Ira Dei C & afflictiones Sanctorum ſunt momentaneæ. Quare Cha. *Ad veſperũ iubet immorari fletũ, & manè iubet perſiſtere in cãtu. Demorabitur*, pernoctabit prop. per noctẽ manebit.

8 *In abundantia*, in proſperitate, fœlicitate, quiete, vel iuxta Chald. *confidentia. Non mouebor*, non decidam de mea fœlicitate, permanebo in mearum rerum proſperitate & affluentia.

9 *Domine in voluntate.* Oſtendit duobus verſibus vanitatem ſuperioris cogitationis, & dicti. Atqui (inquit) tua voluntate & fauore fuit virtus ac firmitas ſtatui meo decoro & proſpero, tuæ verò faciei auerſione con- D turbatio. *Voluntate tua*, gratia tua. *Decori meo*, rebus meis decoris & præclaris, vt regno, ſtatui meo florenti, robur & firmitatem dediſti, inſtar montis validiſſimi. Vnde Heb. *feciſti ſtare fortitudinem monti meo*, per Metaph. quia ciuitas Dauid, & regnum vocabatur, & erat mons, Niſi ſit poëtica Syncope הרי *Hari*, pro הדרי *Hadari*, הר *Har*, mons, הדר, *Hadar*, decor, gloria.

10 *Auertiſti*, abſcondiſti prop. id eſt, afflictiones immiſiſti. Antitheſis verſ. ſuperioris. Cõtrà tuæ faciei & beneuolẽtiæ auerſione mihi, rebúſq; meis cõturbatus extiti.

11 *Deprecabor*, dicendo ſcilicet. A
12 *Quæ vtilitas*. Subiicit precationem, qua eſt vſus, cùm
ſalutem à Deo precaretur. Ad Deum deprecabor dicen-
do, Quæ eſt vtiliras in mea vita, quid mihi prodeſt vi-
uere, ſi mox interiturus ſum, vel in interitum inferni
ſempiternum deſcenſurus? Sanguis Metonymicè, prò
anima, & vita apud Poëtas ex Empedocle, qui ani-
mam dicebat eſſe ſanguinem, iuxta illud Maronis,
*Purpuream vomit ille animam.* Vigente enim ſanguine, vi-
get animalium vita, vt & eo deficiente, deficit. Qua-
a *Leuit.* 17. *verſ.*14. re Moſes *a*, *Anima* (inquit) *eſt in ſanguine*, id eſt, ſan-
guine retinetur in corpore, vt ſanguis eius ſit veluti
vehiculum, retinaculum, & gluten. Adde animam illic B
ſumi Metonymicè, vt paſſim per totam ſcripturam pro
vita. Ne quis inde colligat eius mortalitatem. Alij, vt
Chald. ſanguinem hîc accipiunt pro morte, nece ef-
fuſione ſanguinis, perditione, interfectione. Quid tibi
proderit, ſi me permittas necari à meis hoſtibus. Cor-
b *Pſal.*15.*v.* 11. ruptionem, Aliqui, foueam, ſepulchrum, de quo ſupra *b*.
13 *Puluis*, homo in puluerem redactus, vel corpus in
puluere mortuum. Metonymicè. Numquid palàm &
publicè & coram mortalibus, te tuam fidem, dictorúm-
que conſtantiam prædicabit? Significat ſe vitam dum-
taxat cupere, vt Deum celebrare poſſit & colere. Mor- C
tuus non laudat Deum palàm, & in media Eccleſia. Nã
etſi laudet in altero ſęculo, at id non eſt confiteri, ideſt,
publicè, & hominibus audientibus celebrare. *Veri-*
*tatem*, promiſſa tua.
14 *Audiuit Dominus*. Enuntiatiuè reddiderunt Septuag.
vt ſit Prophetia. Audiuit, miſertus eſt, factus eſt adiutor.
Maſoretę deprecãter, Audi, miſerere, eſto adiutor: aliis
paulò punctis.
15 *Saccum meum*, ſoluiſti cilicium, veſtes lugentium &
pœnitentium, quibus me indueram. Alluſio ad morem
pœnitentiam agentium. q. d. depoſuiſti meum luctum. D
*In gaudium*, in choream propriè.
16 *Gloria mea*, ſtatus meus glorioſus, honore & fœli-
citate cumulatus. Kimhi mauult eſſe epithetum animę,
quæ ſic ſæpe cognominatur, quoniam eſt gloria & de-
cus corporis humani, adeo vt ea orbatum, nihil vllis
rebus vilioribus excellat. *Et non compungar*, & vt non do-
leam, neque me pœniteat cantare laudes tuas, vt non
deſiſtam à tuis laudibus perſonandis. Ad verbum, *Et*
*non ſileat* (gloria mea.)

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Precem inſtituit contra pericula, & hoſtium ſtudia. Tum diuinam in pios prouidentiam extollit, illos ad eum diligendum inuitans, qui pro ſuis operibus quemque remuneretur. Chriſto congruit.*

## 1 In finem, Pſal. Dauid pro
B extaſi. XXX. Heb. 31.

IN te Dómine ſperâui, non confûn-
dar in ætêrnum: in iuſtítia tua líbe-
ra me.
3 Inclîna ad me aurem tuam: ac-
célera vt éruas me.
4 Eſto mihi in Deum protectôrem, & in do-
mum refúgij: vt ſaluum me fácias.
5 Quóniam fortitûdo mea, & refúgium meum
C es tu: & propter nomen tuum dedûces me, & enu-
tries me.
6 Edûces me de láqueo hoc, quem abſcondêrunt
mihi: quóniam tu es protêctor meus.
7 In manus tuas commêndo ſpíritum meum: re-
demîſti me Dómine Deus veritâtis.
8 Odîſti obſeruântes vanitâtes: ſuperuácuè.
9 Ego autem in Dómino ſperâui: exultâbo, &
D lætâbor in miſericórdia tua.
10 Quóniam reſpexîſti humilitâtem meam: ſal-
uâſti de neceſſitátibus ánimam meam.
11 Nec concluſîſti me in mánibus inimîci: ſta-
tuîſti in loco ſpaciôſo pedes meos.
12 Miſerêre mei Dómine, quóniam tríbulor:
conturbâtus eſt in ira óculus meus, ánima mea, &
venter meus.

L 4 13 Quón

13 Quóniam defêcit in dolôre vita mea: & anni A
mei in gemítibus.
14 Infirmâta eſt in paupertâte virtus mea & oſſa
mea conturbâta ſunt.
15 Super omnes inimîcos meos factus ſum op-
próbriũ vicînis meis valde: & timor notis meis.
16 Qui vidêbant me, foras fugêrunt à me: obli-
uiôni datus ſum, tamquam mórtuus, à corde.
17 Factus ſum tamquam vas pérditum: quóniam B
audîui vituperatiônem multôrum commorán-
tium in circúitu.
18 In eo dum conuenîrent ſimul aduêrſum me:
accípere ánimam meam conſiliâti ſunt.
19 Ego autem in te ſperâui Dómine: dixi, Deus
meus es tu, in mánibus tuis ſortes meæ.
20 Eripe me de manu inimicôrum meôrum: &
à perſequéntibus me.
21 Illûſtra fáciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſal- C
uum me fac in miſericórdia tua Dómine: non
confúndar, quóniam inuocâui te.
22 Erubêſcant ímpij, & deducântur in infêrnum:
muta fiant lábia dolóſa.
23 Quæ loquûntur aduêrſus iuſtum iniquitâtem:
in ſupérbia, & in abuſiône.
24 Quàm magna multitûdo dulcédinis tuæ Dó-
mine: quam abſcondiſti timéntibus te?
25 Perfeciſti eis, qui ſperant in te: in conſpêctu
filiôrum hóminum. D
26 Abſcôndes eos in abſcóndito faciêi tuæ: à
conturbatiône hóminum.
27 Próteges eos in tabernáculo tuo: à contradi-
ctiône linguârum.
28 Benedíctus Dóminus: quóniam mirificâuit
miſericórdiam ſuam mihi, in ciuitâte munîta.
29 Ego



A 29 Ego autem dixi in excêſſu mentis meæ: pro-
iêctus ſum à fácie oculôrum tuorum.
30 Ideo exaudîſti vocem oratiônis meæ: dum
clamârem ad te.
31 Dilígite Dóminum omnes ſancti eius: quó-
niam veritâtem requîret Dóminus, & retríbuet
abundânter faciéntibus ſupérbiam.
32 Viríliter ágite, & confortêtur cor veſtrum:
B omnes, qui ſperâtis in Dómino.

---

1 *Pro extaſi*. Hoc addiderunt propter verſ. 29. infrà.
2 *Non confundar*, ne excidam illa ſpe. Deprecanter. אל *al ne*. *In iuſtitia tua*, per tuam iuſtitiã, pro tua æquitate, vel, propter, id eſt, quia tu es iuſtus, & ades iniquè oppreſſis.
3 *Accelera, vt*. Celeriter erue me.
4 *In Deum protectorem*. Illuſtrarunt tropos Archetypi. C In petram ſiue rupem fortitudinis, in domum munitionum, ſiue propugnaculorum. Sic verſu ſequenti,
5 *Quoniam fortitudo mea*. Quoniam ſaxum meum, munitio ſiue propugnaculum meũ es tu. Metap. ab arce in inacceſſa rupe conſtituta. *Enutries*, duces me prop. quaſi manu ſuſtentando. Sed quia iam id dixerat, diſtinctiùs interpretati ſunt, & תנחה *tanhé* alludere docuerunt ad מנחה *minhá* farinaceum munus & oblationem. Quin & radicum auctores, alterum ab altero deriuant.
6 *De laqueo*, de inſidiis, de periculls. *Quem abſconderunt mihi*, ſupra abſcondentes, id eſt, inſidiatores mei. Ver- D bum ſine ſuppoſito per Idiotiſmum, quo tertiæ perſonæ verborum perſonalium vtriuſque numeri imperſonaliter capiuntur, de quo in noſtra Syntaxi Hebraica, vt Latinè, *aiunt, ferunt*, ſupple *homines*.
7 *Commendo*, depono propriè, committo. Metaph. à depoſitariis. *Spiritum meum*, animam, interiorem hominem, Arnobius, hoc ſenſu vſus eſt Chriſtus in extremo ſpiritu emittendo *a*, *Redemiſti*, ſæpiùs liberaſti me, ô Deus verax & fidelis, qui ſoles promiſſa perficere.

a *Luc*. 23. v. 19. 1. *Petr*. 4. v. 46.

8 *Odiſti*. Actio tribuitur loquenti in Hebr. *Odi, odio habui*. Sic in Græco, pro ἐμίσησας, legi poteſt ἐμίσησα. Quod

Deus odit, pij oderunt, & cõtra: nã voluntate vnũ ſunt *a*. A
*Vanitates*. Per vanitates quidam accipiunt Idola *b*. Aliqui legunt non הבלי *Hablé* per ה, ſed חבלי *Hhablé*, per ח funes. *Superuacuè* nullo fructu, inaniter. Conſtruitur in fonte cum proximo, Odi obſeruantes vanitates vacuitatis ſiue inanitatis, id eſt, vanitates vaniſſimas, vnde fortaſſe in 70. legendum ματαιότητας διακενὰς non διακενῶς, & in Noſtro, *ſuperuacuas* non, *ſuperuacuè*.

a Ioan. 17. verſ. 21.
b vt Ierem. 2. verſ. 5.

10 *Humilitatem*, miſeriam, afflictionem. *Saluaſti de*. Ad verbum, cognouiſti in anguſtiis. Verùm Septuag. voluerunt explicare efficaciam, & effectum iſtius cognitionis. Non enim eſt ſimplex & nuda cognitio. *Cognouiſti*, vt ſalues ſcilicet. B

11 *Nec concluſiſti*, nec concluſum tradidiſti, nec permiſiſti me concludi. *Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos*, ad latè & facilè euadendum. Spacioſum locum vocat tutum, ſecurum, à periculis liberum.

12 *In ira*, præ ira & mœrore contabuit. Sic,

13 *In dolore*, præ dolore, præ laſſitudine propriè. *In gemitibus*, præ gemitibus, per gemitus. Sic,

14 *In paupertate*, præ iniquitate, ex Hebræo. Vt linguæ vernaculæ peccatum appellant paupertatem, miſeriã, &c. Verb. Corruit in iniquitate, ſiue per iniquitatem, robur meum & fortitudo. C

15 *Super omnes*, ſupra, pluſquam. Maiore, inquit, ſum opprobrio, quàm omnes inimici mei. Non tam appoſitè, *Super*, apud. niſi *Opprobrium*. Metonymicè pro opprobrij cauſa. מן *Min*. Præpoſitio inſeruit comparationibus. Quare mirum aliquos, vt diſcedant ab hac ſimplici interpretatione, vertere, *propter omnes inimicos meos*: alios, *Ab omnibus*. *Timor*, terror, timendi materia, per Metonym. Amici enim territi fugiunt, me timent confiteri & agnoſcere, ne propter me veniant in periculum, vt Achimelecho pontifici contingit *c*. D

c 1. Reg. 22. 11. 12.

16 *Qui videbant me*, qui viſere me ſolebant, qui mecum familiariter verſabantur. *Foras*. Aliqui legunt foris, & conſtruunt cum præcedentibus. Qui me videbant foris, fugerunt. q. d. ne me quidem è longinquo reſpicere audebant; ne mihi viderentur ſignificationem amoris exhibere. *Obliuioni*. Ordo inuerſus. Traditus ſum obliuioni à corde, ſiue cordis & animi, tamquam mortuus. Vt mortui traduntur obliuioni animi, vt ex hominum memoria facilè delentur *d* ſic & ego.

d Eccleſ. 9. verſ. 5.

17 Vas



A 17 *Vas perditum*. Quod iam negligitur, habetur pro nihilo, nec requiritur, & ex hominum cordibus expũgitur. Gall. *Il eſt perdu, il n'y faut plus penſer*. Aliis confractum, abiectum, & quod vſu deſiit. *Vituperationem*, contumelias. *Multorum*, Aliqui, Magnorum, ſed alieniùs.

18 *Accipere*. Perdere me cogitarunt, & conſultarunt. Decreuerunt mihi meam vitam eripere. *Conſiliati ſunt*. Malignè cogitauerunt, propriè.

19 *Sortes meæ*. Gall. *Mes aduentures*, caſus, euentus mei, rerum mearum ſtatus. *Mea tempora*, Hebraicè, & Romanum Pſalterium, & fortè 70. pro hodierno κλῆροι habe-
B bant καιροί. Vitæ curriculum, proſpera, & aduerſa. Varij euentus, & fortunæ meæ tua prouidentia reguntur ac gubernantur, id eſt, meorum temporum euenta, & fortunæ. Metonymia, tẽpora meæ calamitatis, proſperitatis, vitę, & mortis. Chaldaicè *In manibus tuis dies redẽptionis meæ*. Alij, vitæ meæ termini. Hi enim ſunt in Dei manu, non hoſtium *a*. *Omnes pili capitis veſtri numerati ſunt*, vt diſcamus nos totos Dei prouidentiæ committere. Sed doctiùs 70. agnoſcentes ſuum Idiotiſmum, quem & reperies alibi *b*. *Et cum temporibus, quæ tranſierunt*
C *ſuper Dauid, & ſuper Iſrael, & ſuper cunctis regnis terrarum (ſcripta ſunt in libris Samuelis, Nathan, & Gad)* id eſt, cum caſibus, ſortibus, & euentis, quæ acciderunt ſua memoria Dauidi, Iſraëli, & exteris nationibus. *In manibus*. In tua diſpoſitione, prouidentia, voluntate. Oſtendit nihil eſſe fortuitum, niſi ex hominum rerum cauſas neſcientium opinione, quòd certæ efficacéſque illarum cauſæ ac rationes ſint in Deo, vel natura. Et ſic rectè de caſu, & fortuna Ariſt *c*. Philoſophatur, & cęteri, qui ea prorſus nihil eſſe docent, vt proinde inter cauſas Phyſicas
D minus debeant reponi. Itaque rectè pœnituit Auguſtinum vſum vocabulo fortunæ in Retract. tamquam parum Chriſtiano.

a Matt. 10. ver. 30. Luc. 12. 7.
b 1. Para. 29. verſ. 30.
c 2 Phyſic.

23 *Illuſtra faciem*. Lucere fac faciem tuam, id eſt, fauorem tuum, & beneuolentiam per Metonymiam, vel eſt Hypallage. Illuſtra ſeruum tuum tuo conſpectu, & fauore. Oſtende faciem miſericordiæ tuæ. Intuere me vultu ſereno, & beneuolo. Nam mala videntur obſcurare faciem. Chaldaicè: *Lucere fac iocunditatẽ faciei tuæ ſuper me ſeruum tuum*. *In miſericordia*, per miſericordiam, pro clementia tua.

22 *Deducantur*. Detrudãtur Chald. *Obmuteſcãt, & deſcendant in infernum*. *Muti fiant*, exſcindantur, & pereant.

23 *Iniquitatem*. Peruerſitatem, verbum durum propriè, A
*in ſuperbia, & contemptu*, id eſt, præ ſuperbia, vt ſup. ſuperbè, & contemptim. Sic enim aduerbia qualitatis exprimunt. *Et abuſione*, ἐξουδενώσει, deſpectu, præ contemptu, & deſpectione. Et ſic Hebræus, Abuſio ergò hîc actiuè. Præ faſtu, quo iuſtis abutuntur, & opprimunt.

24 *Quàm magna*. Epiphonema de Dei benignitate, & liberalitate. O quàm magna, ô quàm multa eſt tua bonitas. *Dulcedinis*, gratiæ, fauoris, bonitatis tuæ dulcis, quam abſcondiſti velut theſaurum pretioſiſſimũ, quam in theſauro tuo pręparaſti, & repoſuiſti ſollicitè, & ſtudioſè, reconditámque ſeruas metuentibus te. Hanc à theſauris Metaphoram vſurpat ad exprimendam magnitudinem diuinæ dulcedinis, maximè qua *hæreditas* B
a 1. Pet. 1. 4. *æterna conſeruatur in cœlis* [a], *& nondum apparuit quid eri-*
b 1. Ioan. 3. 2 *mus* [b]. Nondum enim *oculus* (viuentium) *vidit, nec auris*
c Eſa. 64. 4. *audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus dili-*
1. Cor. 2. 9. *gentibus ſe* [c].

25 *Perfeciſti*. Aſyntheton. (Et) *perfeciſti*, apparaſti, operatus es. Pendet enim è ſuperiori verſu. *In conſpectu*, palàm, & publicè. Aliqui adhibent hîc Eclipſin non neceſſariam. (Quam reddes eis) in conſpectu hominum: vel, vt Chaldæus (*vt reddas eis præmium*) *in conſpectu filiorum hominum*. Vt ſententia reſtringatur ad diem iudicij. C

26 *In abſcondito faciei tuæ*. In interiore cubiculo, & cõclaui tuæ perſonæ, & maieſtatis, abſcondes. i. proteges eos, defendes, ſeruabis. Aliqui, abſcondes eos in vita futura ab omni malo. *Faciei*, vocabulo vtuntur Hebręi, vt Itali excellentiæ, maieſtatis, celſitudinis, reuerentię, quando viros honoratos alloquuntur, vel memorat *A conturbatione*, à vexatione, turbis, & motibus, ab elatione, propoſiti.

27 *In tabernaculo tuo*. Metaphora alia à rege, qui eos, quos ſecuriſſimos eſſe cupit, in ſuum penetrale, & tabernaculum recipit, vt non ſolùm eum regis parietes, ſed etiam oculi cuſtodiant. Vel alluſio eſt ad Moſem, D
d Num. 14. quem confugientem in tabernaculum fœderis mirabiliter à populo impetum faciente defendit *d*. *A contradictione*, à iurgiis, à cõtentionibus, iniuriis, & rixis, quas linguæ excitant.

28 *Mirificauit*. Mirabiliter oſtendit. Mira vſus eſt miſericordia erga me, ſeruauit me mirabiliter in Hieruſalem ciuitate, quam inimici mei munierant, præſidiis vbique



A vbique impoſitis ad me intercipiendum, ne qua euaderem. *Munita*, contra me diligenter inſtructa, firmiſque muris, & pręſidiis circumcluſa, ne poſſem effugere, q. d. quia mirabiliter me ſeruauit in hoſtium medio.

29 *Ego autem*. Attentiùs, & velut per mentis extaſim cogitans, & expendens mearum calamitatum molem, dixi me planè ab oculorum tuorum facie, & fauore reiectum eſſe. Alij non de mentis extaſi intelligunt, ſed de rerum ipſius trepidatione, vt Auguſt. *Quando* (inquit) *fui in extrema tentatione, exiſtimaui me reiectum*. Vnde *mentis*, nec in Gręco, nec in Hebræo habetur: ſed dumtaxat, in
B trepidatione ceu feſtinatione mea, vel vt in Romano Pſalterio, *in pauore meo*. q. d. in animi mei perturbatione, vel cum celeriter fugerem. *Proiectus*, excuſſus propriè.

31 *Quoniam*. Hanc particulam addiderunt ad faciliorem connectionem. *Veritatem*, fidelitatem. *Requiret*, ad remunerandum ſcilicet. Vnde ad verbum, *Veritates ſeruat Dominus*. Veraces, & fideles tuetur Dominus per Auxeſim, & ſuperbè agentibus cumulatè, & largiter ſupplicium rependit. Eſt enim Metalepſis, requirere, pro amplecti, munerari, retribuere, pro pœnam infligere.
C Vt, *virtutem præſentem odimus, abſentem quærimus inuidi*, id eſt, amamus, expetimus. Contrà *a*. *Requiram ſanguinem* a Geneſ. 9. 5.
*animæ de manu beſtiarum, & hominis*, ad vlciſcendum ſcilicet. i. vlciſcar cædem ab aliquo factam. *Retribuet*, mercedem, & ſupplicium rependet *b*. *Superbiam*, ea, quæ ſuperbè cogitarunt, exequentibus. b 1. Petr. 5. c Deut. 3 5 6 & Ioſ. 1. 6.

32 *Confortetur*. Roboretur. Vt *c*, *Fili mi, confortare in gratia*. fortis eſto, robuſtus *d*. d 2. Tim. 2. 5

## ARGVMENTVM.

D *Beatos eſſe, quibus remiſſa ſint peccata; quòd primùm ſuo, & ſanctorũ omniũ exemplo, deinde è fructu, & vtilitate docet, hortans, vt hanc beatitudinem quiſque ſibi quærat, & contumaciam belluinam abiiciat. Hinc enim manere pœnas, illinc præmia.*

1 Ipſi Dauid intellectus. XXXI. Hebr. 32.

BEâti quorum remîſſæ ſunt iniquitâtes: & quorum tecta ſunt peccâta.
3 Beâtus vir, cui non imputâuit Dóminus peccâtum: nec eſt in ſpíritu eius dolus.

4 Quóniam tácui inueterauêrũt oſſa mea: dum clamârem tota die. A.

5 Quóniam die ac nocte grauâta eſt ſuper me manus tua: conuêrſus ſum in ærũmna mea, dum configitur ſpina.

6 Delictum meum cógnitum tibi feci: & iniuſtítiam meam non abſcôndi.

7 Dixi, Confitêbor aduêrſum me iniuſtítiam meam Dómino: & tu remiſiſti impietâtem peccâti mei.

B

8 Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in témpore opportûno.

9 Verúmtamen in dilúuio aquârum multârum: ad eum non approximâbunt.

10 Tu es refúgium meum à tribulatiône quę circúmdedit me: exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

11 Intellêctum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac, qua gradiêris: firmâbo ſuper te óculos meos.

C

12 Nolíte fieri ſicut equus, & mulus: quibus nõ eſt intellêctus.

13 In chamo, & fræno maxíllas eôrum conſtrínge: qui non appróximant ad te.

14 Multa flagêlla peccatôris: ſperântem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

15 Lætámini in Dómino, & exultâte iuſti: & gloriámini omnes recti corde.

D

---

1 *Intellectus*. Genus Odæ, de intellecto, & concepto peccato. Vnde hunc aiunt compoſuiſſe, cùm poſt patratum adulterium, & homicidium Vrię, corporis ęgritudinibus erudiretur.

2 *Beati quorum remiſſæ*. Doctè reſoluerunt hæc Hebraica, *Beatitudines* (ſunt) *dimiſſi præuaricatione, tecti, ſiue operti peccato*, id eſt, cuius dimiſſa eſt præuaricatio, & tectum peccatum, in genitiuo propriè dimiſſi præuaricationis tecti peccati, vt Latinè *leuati curarum*. Alioqui Latini opert



A opertum peccatis appellant ſceleratum, qui ſe totum criminibus repleuit. Contrà Hebræi, cũ cuius peccata tecta ſunt, & velata, ne videantur, & pateant oculis Dei, ad imputationem, & vindictam, neque ampliùs ſint in memoria, quaſi eorum obliuiſcatur, ob veniam, & condonationem. Qua ferè Metaphora apud Ezechielem *a* dicitur: *Iniquitatum præteritarum non recordari*, & apud Eſaiam *b*: *Poſt tergum proieciſſe omnia peccata Ezechiæ*. Ab integumẽto enim ducitur Metaphora. *Tecta*. i. remiſſa. Idem enunciat aliis verbis. Nazianzenus tamen *c* tres ordines eorum qui purgantur, oſtendi cenſet. Primum B illorum, quorum iniquitates plenè remittũtur, alterum eorum, qui ex parte purgantur, quorum peccata tecta eſſe dicit, vt qui nondum in intimis animi latebris, & receſſibus expiati ſint, tertium eorum, qui tametſi vitiosè fecerint, animus tamen, & voluntas culpa vacat, quia vel imprudẽtes, vel inuiti, vel bono propoſito in vitium inciderunt.

*a Ezech. 18. verſ. 22.*
*b Eſa. 38. 17*
*c Orat. 40.*
*Tres eorum ordines, qui purgantur.*

3 *Imputauit*. Cogitauit propriè. Beatus ille, cui Deus verè indulſit, ita vt nullũ omninò peccatum in eo ampliùs cogitet, & agnoſcat. Quare imputare hîc, & ſimilibus locis eſt verè remittere, & delere, nõ ad ſpeciem, C vt Gnoſtici ſomniant. Nec Paulus *d* hoc verbo vſus eſt, niſi quia eo viderat vſos Septuaginta, quorum verſione nitebatur. Ad quod examinandum eſt illud Nicetæ *e*, nonnullos hunc verſum ſic à ſuperiore diſtinguere, quòd remittantur peccata per baptiſma, tegantur autem per pœnitentiam, vt ea Dominus non imputet, neque in rationem vocet. *Dolus*, doloſa, & fallax conuerſio, ficta, apparens dumtaxat virtus, vel reſipiſcentia. Sic Rabbi Dauid. *Mendacium, vt fallat præſtare, quod Deo promiſit de vita rectè inſtituenda*. q. d. Beatus, qui D non eſt hypocrita. Malo eſſe Sinecdochen pro omni cogitatione praua. Beatus, cui remiſſa ſunt praua facta, nec cogitationes prauæ deinceps ſunt in eius animo, vt ad vomitum redeat.

*Non imputare peccatum, qua ratione Deus dicatur.*
*d Rom. 4. 8.*
*e In 40. orationem Nazianzeni.*

4 *Quoniam tacui*. Mea peccata, quia pro illis non implorauí Dei miſericordiam, quia peccatum non ſum confeſſus, nec agnoui, confectus ſum malis, & quaſi inueteratus. Sic ferè Hebręi, & inter cęteros R. Anonym' mihi à D Quinquarboreo commodatus. *Inueterauerunt*, ægerrimè affecta, & penè conſũpta. *Dum clamarẽ tota die*. præ

præ malis, quibus tacens, & nō agnoſcens peccata mea A
afficior. Clamare, & Tacere hîc non opponuntur. Nam
referuntur ad diuerſa, vnum ad peccata, alterum ad do-
lorem. Quoniam tacui, peccata, ſcilicet, dum clamarem
& eiularem præ doloris violentia & magnitudine, in-
ueterauerunt oſſa mea, i. omne meum robur elanguit.
5 *Manus*, plaga, percuſſio, ſeueritas Euthymio. Meto-
nymicè, *conuerſus ſum*, volutatus ſum, me verſaui in mea
ærumna & vaſtitate, propter tuam manum, i. plagam.
*Dum configitur ſpina*, tua videlicet ſuper me, per zeugma.
Dum me pungit animæ aculeus ſollicitudinibus & cu-
*a Mat 13. v. 22. & 19. 23*
ris, (Sic ſpinam Metaphoricè exponit Chriſtus *a*) dum B
à te vehementibus malis afficior, ac in meum corpus,
qua ſpinam violentè infigis, vel dum ærumnæ aculeis
me pungis & configis. Hinc Hebraicè ad verbum. *Ver-
ſus eſt ſuccus meus in ſiccitates æſtatis*. i. maximas, quales ſo-
lent eſſe æſtate, q. d. humor meus penè totus exaruit.
Mutatus ſum, vt ex ſucculento fierem aridiſſimus: gra-
uiſſimè affectus ſum, méque in ærumnis volutaui. Hu-
midum radicale exiccatum eſt, ſicut vehementi æſtate
humor deſiccatur. Vbi Euthymius, infixa mihi hac pec
cati ſpina, omnia, quæ mihi proſpera erant, verſa ſunt
*Purgatoriam pœnam Rabbini hic agnoſcunt.*
in miſeriam. Dauid Kimhi neſcio quid hic de purga-
toria pœna alterius ſæculi inſinuat. *Quamquam* (ait) *ſci-* C
*ret Dauid pœnam ſibi ob magnam iniquitatem infligi, & eam in
ſæculo ſuſtineret, non tamen ob eam timebat*, חב'א שמא לא
נגמר מירוק העון בעולם הזה ואולי יענש בו בעולם, *Sheme lo
nigmar meruk habauon beholam haze vehulai iahanos bo beho-
lam*, id eſt, *ne fortè non perfecta eſſet abſterſio ſiue purgatio ini-
quitatis in hoc ſæculo, ſed ſanè eſſet puniendus de ea in futuro ſæ-
culo*. Septuag. ad ſenſum potiùs vertunt, quamquam ל in
לשדי *Leſaddi* potuerunt exiſtimare eſſe miniſteriale,
itémque legere קרץ *koth*, pro קיץ *kaith*, vt ſit interpre-
tatio, *verſatus ſum in vaſtitate mea in confixionibus ſpinæ*.
Communis intelligētia mihi placeret, ſi eò Hebræa in-
clinarent. Ad te conuerſus ſum, reſipui per hanc animi D
vexationem, dum peccati aculeus me continenter pun-
git: Nam, ſpinæ inſtar, peccatum pungit. Sed verbū הפך
*Haphac*, vix dicitur de reſipiſcentia.
6 *Delictum meum cognitum*. Cùm ſilentiū & diſſimulatio
tantas mihi calamitates importaret, erranti mihi fuit
medicina confeſſio. Nam ea & mihi remiſſionem pec-
catorum attulit, & pœnarum quas pro eis ſuſtinebam.
*Delictum*



A *Delictum*, peccatum propriè, ne quis de omiſſionis culpa
intelligat. *Cognitum tibi feci*, tibi commemoraui, tibi con-
feſſus ſum, loquitur ἀνθρωποπαθῶς, more humano, quaſi
Deus incipiat tunc aliquid cognoſcere, ſciréve, quan-
*Confeſſio peccatorum ſacerdoti faciēda in lege veteri præſcripta.*
do id ei primum narratur, & commemoratur. Vel *tibi*,
ideſt, tuo miniſtro & ſacerdoti, qui tuas vices gerit, &
per quem remittis peccatum. *Prophetæ*, inquit Abben
Ezra, *peccatum meum confeſſus ſum, cognitúmque feci, túmque
illud remiſiſti a*. Obligabantur peccatores ad cōfeſſionem
peccati, & oblationem pro peccato, ſi remiſſionem con-
*a 2. Reg. 12. 13.*
C ſequi à Domino cuperent *b*, & Rabbini illic & in lib.
Siphri, ex quibus has iſtius confeſſionis habemus cir-
*b Leuit. 5. 1. 2. Nu. 6. 7.*
cumſtantias, primò illa fiebat לפני הקוהן, *lipne hacchoen*,
(inquit R. Leui) ante ſacerdotem. 2. imponēdo manus
capiti hoſtiæ immolandæ, & id quidem inter cornua, 3.
diſtinctè, commemorando peccatum, de quo pœniten-
tiam ageret. 4. deteſtando ſuum peccatum, & promit-
tendo ſe numquam reuerſurum. Id autem appellabant,
ודוי הדברים *Vidui haddeuarim*, confeſſio verborum,
quod fieret conceptis verbis & ſolenni more.
7 *Dixi*, apud me ſtatui confiteri peccatum, & remiſſio-
B nem poſtulare, cùm è peccati taciturnitate & diſſimula-
tione tantū infœlicitatis caperem. *Iniuſtitia*, פשע, *peſcha*,
peccatum grauius. quod ſcilicet ſcienter committitur.
*Rebellio*, Kimhi. *Sela*.
8 *Pro hac*, ob hāc impietatem, ob huius impietatis re-
miſſionem. Alij, vt Kimhi, pro hac re, ob hanc cauſam,
quòd tu exorabilis es. *In tempore opportuno*. Tempus il-
lud opportunum explicatur in Hebræo, *In tempore inue-
niendi*, quo Deus, vel remiſſio peccati inuenitur. Quod
aliqui exponunt de tēpore cōmodo ad exauditionem,
cùm nondum Deus eſt plenè iratus. Alij de toto vitæ
D præſentis tempore, quod proinde ab Apoſt *c*. *tempus ac-
ceptabile, diéſque ſalutis ex Eſaia d*. Vt enim futurum ſæcu-
*c 2. Cor. 6. 2.*
*d Eſa. 43. 2.*
lum eſt ſæculum mercedis, ita præſens operis.
9 *Verumtamen in diluuio*, Metaphora. In inundatione mul
tarum calamitatum, eum non attingent, aquæ ſcilicet.
ideſt, calamitates. Non nocebunt ei afflictiones.
10 *Refugium, meum*, latibulū prop. meus receptus in an-
guſtia. *Quæ circumdedit me*, qua obſides me, propriè. vt,
נצר *Natſar*, idem ſit quod צור *tſor obſidere*, non, *cuſtodire*.
*Exultatio*. O Deus, qui es exultatio mea. Maſoretæ le-
gunt, רנו *Ronné*, per Tſeri, nō, רני *Ronni*, per Hiric. Exul-


tatio

tationibus liberationis circumdabis me. Sed nihil eſt A
neceſſe. A *circumdantibus*, ab obſidentibus in malam par-
tem, vt ſupra *a*, ſubaudiuerunt Præp. A. & Tau in, תסובב
a Pſal. 3. v. 7. *teſobeb*, habuerunt pro Heemantico. vt קומם *Komem*, in-
ſurgens, & תקומם *tekomem*. Alij nimis abruptè totũ ver-
ſum in tres clauſulas diſtrahunt. Tu es latibulum mi-
hi, à tribulatione cuſtodies me, acclamationibus libe-
rationis circumdabis me, quibus exultant liberati è pe
riculis, q. d. efficies vt vndique tibi cantica gratiarum
actionis reſonem. Mox ſubaudiendum, לאמור, *Leemor*
*dicendo*, per Mimeſim Hebraicam, ſic enim verſus colli-
gari debet cum ſequentibus, ô Deus exultatio mea, ab
obſidẽtibus erue me *dicendo mihi quidem*, docebo te viam,
qua in his periculis gradiare, vt eorum conatus euadas, B
*iſtis vero*, Nolite fieri ſicut equ⁹ & mulus, nolite obbru-
b 12. teſcere, ô vos, qui me oppugnatis, quãquã iſte verſus *b*,
poſſit ad eoſdẽ pios dirigi, vt ſuo loco docebimus. *Sela*.
11 *Intellectum tibi dabo*. Deum tribus verſibus inducit re-
ſpondentem, itémque monentem, ne proni ferantur in
vitia, brutorum more. Aliquibus ſunt verba Pſalmogra
phi ad vnumquemque, non Dei, minus rectè, quaſi ſuo
exemplo diuina caſtigatione correctus, conſulat piis.
*Intellectum*, faciam te intelligere prop. te erudiam. Hînc
משכיל, *Maſchil*, id eſt. intellectus pſalmi titulus. *In via*.
viam (iuſtitiæ) te docebo, per quam gradiri debeas:
monſtrabo tibi iuſtam viuendi legem & rationem, ſiue C
interiore inſpiratione, ſiue exteriore doctrina. Non-
nulli, *in*, putant eſſe loci, vel temporis, nõ rei. Inſtruam
te in via. ideſt, in vita tua, in tuis ſtudiis & negotiis. *Fir-*
*mabo*, figã oculos meos ſuper te, ne erres, aut ſi erres, vt te
in viã reuocẽ. *Oculos meos*. In te oculos meæ prouidẽtiæ
& curæ defigã, ne malis obruaris. Ad verb. Conſulã ti-
Oculus Dei quid bi oculo meo. i. oculo prouido, circumſpecto, fixo &
intento. (Oculus Dei eſt eius prouidentia & cura) vel
placido & beneuolo. Talis enim eſſe ſolet oculus meus.
Vnde rectè Chaldæus, *Ponam ſuper te in bonum oculos meos*,
c Geneſeos, c. 44. 21. vt ſit ille Hebraiſmus *c*, *& ponam oculum meum ſuper eum*. D
ideſt, lubens eum inſpiciam & æquis oculis.
12 *Nolite fieri ſicut equus*. Vt hæc cõſequare promiſſa, noli
eſſe ſimilis brutis. Mutat numerũ poeticè. Solẽt Prophe
tæ nõ tãtùm variare materias, verùm & perſonas & nu-
meros. Vel vt ſuprà, Deus ſe cõuertit ad impios vos au-
tẽ ô impij, qui meos oppugnatis, nolite obbruteſcere.

13 *Conſtrin*



A 13 *Conſtringe*. Enallage rurſum numeri, pro conſtringi-
te. Fræna eos, qui bruteſcunt, qui nõ accedunt ad tuam
hominis naturam, rationem & virtutem. Eos cohibe,
qui ſunt veluti beſtiæ, neque tibi propinquant ratio-
nis vſu, religione, fide, virtute. In fõte annectitur ſupe-
riori. Nolite eſſe ſicut equus aut mulus, cuius os eſt
conſtringendum fræno & chamo. ne propinquet tibi.
Ita Septuag. diſſoluerunt ſententiam facilitatis cauſa,
vt eſſet tertia admonitio, fuge cõſortia, atque adeò col-
loquia brutorum hominum, qui ſolo ducuntur ſenſu &
cupiditate, non ratione & iudicio. Aptè etiam vertere-
B tur, fræna eos, vt non proximent ad te, vt non te inua-
dant. Hactenus Dei ſermo, Deinceps enim Dauid ſuam
orationem reſumit.
14 *Flagella*, dolores prop.
15 *Lætamini*. Fructus ſpei, animi lætitia & exultatio.
*Gloriamini*, iubilate in canticis, prop.

---

## ARGVMENTVM.

*Iuſtos inuitat ad celebrandum Deum ex ipſius phyſico o-*
*pificio, erga homines benignitate & prouidentia.*

## 1 In finem, Pſal. Dauid.

## C XXXII. Heb. 33.

EXultâte iuſti in Dómino: rectos de-
cet collaudátio.
3 Confitémini Dómino in cítha-
ra: in pſaltério decem chordârum
pſállite illi.
4 Cantâte ei cánticum nouum: benè pſállite ei in
vociferatióne.
D 5 Quia rectum eſt verbum Dómini: & ómnia
ópera eius in fide.
6 Díligit miſericórdiam & iudícium: miſeri-
córdia Dómini plena eſt terra.
7 Verbo Dómini cœli firmâti ſunt: & Spíritu o-
ris eius omnis virtus eórum.
8 Cóngregans ſicut in vtre aquas maris: po-
nens in theſáuris abyſſos.

M 2 9 Tim

9 Tímeat Dóminum omnis terra: ab eo autem A
commoueántur omnes inhabitántes orbem.
10 Quóniam ipſe dixit,& facta ſunt: ipſe mandâ-
uit, & creâta ſunt.
11 Dóminus díſſipat consília géntium : réprobat
autem cogitatiônes populôrum,& réprobat con-
sília príncipum.
12 Consílium autem Dômini in ætêrnum ma-
net : cogitatiônes cordis eius in generatióne &
generatiônem.
13 Beâta gens,cuius eſt Dôminus,Deus eius:pó- B
pulus,quem elêgit in hæreditátem ſibi.
14 De cœlo reſpêxit Dóminus : vidit omnes fí-
lios hóminum,
15 De præparâto habitáculo ſuo : reſpêxit ſuper
omnes,qui hábitant terram.
16 Qui finxit ſigillâtim corda eôrum:qui intélli-
git ómnia ópera eôrum,
17 Non ſaluâturrex per multam virtûtem : & gi-
gas non ſaluábitur in multitúdine virtûtis ſuæ.
18 Fallax equus ad ſalûtem : in abundántia au- C
tem virtùtis ſuæ non ſaluábitur.
19 Ecce óculi Dómini ſuper metuêntes eum : &
in eis,qui ſperant ſuper miſericórdia eius.
20 Vt eruat à morte ánimas eórum : & alat eos in
fame.
21 Anima noſtra ſúſtinet Dóminum : quóniam
adiûtor & protéctor noſter eſt.
22 Quia in eo lætábitur cor noſtrum: & in nómi- D
ne ſancto eius ſperáuimus.
23 Fiat miſericórdia tua Dómine ſuper nos :
quemádmodem ſperáuimus in te.

Inſcrip



A 1 Inſcriptio hæc præter fontem,vt intelligamus Pſal-
mum eſſe Dauidis.
2 *Iuſti*, virtute præditi, Euthy. Alij, fideles, iuſtificati
per fidem. *collaudatio*. Domini, id eſt Rectos decet col-
laudare Dominũ. Iuſtis eſt pulchrum & pretioſum Dei
laudes canere. Recti debent celebrare Deum. Sic *a*, *Bea-* a *Pſal.* 88. *v.*
*tus populus qui ſcit iubilationem*. Dei ſup. qui nouit iubilare 15.
& perſonare Deum.
3 *In cithara*, cum animi lætitia & voluptate, magna a-
lacritate, non coactè, non mœſtè. Muſicis enim inſtru-
B mentis vtimur ad depellendam triſtitiam, & mœrorem.
*Decem chordarum*. decachordo prop. quaſi ſit Pſalterij
ſiue Nabli epithetum, à decem fidibus, quibus conſta-
bat, vt Hierony. & Iſidorus ſcribunt, propter numerum
decalogi habentis decem præcepta, tamquam decem
chordas, vt Scholaſtici ſentiunt *b*, Ex quo fonte mana- b *lib.* 3. *Sent.*
uit illud Ruperti *c*, de Decalogo, *iſtæ ſunt decẽ chordæ can-* *diſt.* 37. *ex*
*toris Dei dicentis*: *Confitemini Domino in cithara*, *in Pſalterio* *Aug.*
*decem chordarum pſallite illi. Qui enim ſine iſtis viuit*, *menti-* c *in Exodum*
*tur*, *quoties ſe in dechacordo pſalterio Domino confiteri profitetur.* *libr.* 2. *c.* 32.
Malunt alij peculiare fuiſſe inſtrumentum, vt ſit Aſyn- *de Decalog.*
C theton (Et) decachordo. Nam infra *d*, intercedit copu- d *Pſalm.* 91.
la, in decachordo, & Pſalterio. Atque ita trium memi- *verſ.* 4.
nerit citharæ, Pſalterij ſiue Nabli, & decachordi, ad San
ctiſſimæ Trinitatis myſterium. Eſt autem Pſalterium *Myſterium*
genus inſtrumenti, quod Hebræis, נבל *Nebel*, Græcis *S. Trinitatis.*
*νάβλον*, Latinis Nablium, vt apud Ouid *e*. e *lib.* 3. *de*
*Diſce etiam duplici genialia vertere palma,* *arte.*
*Nablia: conueniunt dulcibus illa modis.*

4 *Nouum*, nouè & recenter compoſitum ob recentia
beneficia. Aliqui, rarum, pretioſum, exquiſitum. *Benè*,
ſcitè, concinnè, cum modulatione & harmonia. *In voci-*
D *feratione*. Ad verb. in clangore, quod rectè aliqui ad mu-
ſica inſtrumenta referunt.
5 *Verbum*. promiſſum. Aliqui, iudicium, ratio, qua regit
mundum. *in fide*, in fidelitate: Fideliter & ſincerè cuncta
operatur, & præſtat. Nihil agit in cuiuſquam fraudem: f *Luc.* 18. 8.
Sic aliqui exponunt illud Chriſti f, *non inueniet fidem in*
*terra*, id eſt fidelitatem, integritatem. Omnia ſub finem
ſæculi dolis, fraudibus, hypocriſi erunt plena.
6 *Miſericordiam*, iuſtitiã, adverb. quæ appellatio etiam
Eleemoſynæ & miſericordiæ cõpetit in linguis orien-

 talibus,

*a vt Dan. 4. ver. 24.*

A talibus *a*, Diligit miſericordiam piis benefaciendo, iudicium, impios vlciſcendo.

*Sanctiſsima Trinitas creatrix vniuerſi à Dauide agnita.*

7 *Verbo*. De ſanctiſſima Trinitate creante omnia ex nihilo verbo eſſentiali, non prolatitio, interpretátur veteres, & Spiritu ſubſiſtente atque opifice, non vapore, qui in aërem diffunditur, vt Baſilius, Cyrillus *b*. Sic alluditur ad principium Geneſ. vbi verbo Domini cœli firmati dicuntur, hoc videlicet *c*, *fiat lux*, *fiat firmamentum*, *fiant luminaria*, &c. Spiritu autē oris eius, id eſt, Spiritu ſancto ab ipſo per os ipſius, ſiue Verbum procedente, tota virtus eorum. *Spiritus enim Dei ferebatur ſuper* B *Chaos*. id eſt, illud fouebat, viuificabat, vegetabat. Contra Pythagoricos & Platonicos mentibus ſeparatis cœlorum & ſtellarum creationem tribuentes. Quo errore veteres hæretici apud Irenæum, Origenem, Tertullianum ab Angelis factum prodiderunt. *Virtus eorum*, vis, robur, potentia, exercitus, prop. Clemēs Alex. in Proptrept. & Hebrei intelligunt ſtellas in cœlo tamquam in acie ordinatas. Alij etiam Angelos, quaſi in militia ordinatos, & ſub Deo imperatore ſuo militantes inſtar exercitus.

*b tom. 2.*
*c Gen. 1. ver. 2.*
*Spiritus S. procedit à Patre & Filio.*

8 *Congregans ſicut in vtre*. Colligit in ſuo alueo, ſicut in C vtre & aceruo, maris aquas, quæ initio erant terris ſuperfuſæ *d*, Condit in cellis & receptaculis occultis, in terræ concauitatibus, ſicut in theſauris aquarum voragines & abyſſos. tanta eſt potentia, vt certo & definito loco coërceat abyſſos, quæ humana curioſitate non poſſunt indagari. Vtrem & theſauros appellat maris locum & molem, vt cuius profunditates ſoli Deo ſint notæ. נוד *Nod* quidem vter, נד *ned* cumulus, moles prop. ſed hoc confunditur. *Congregans*, colligens, cohibens, coërcens, ne ſe ſupra terram amplius effundant.

*d Geneſ. 1. verſ. 9.*

9 *Ab eo commoueantur*. Hunc metuant & reformident.

10 *Quoniam ipſe dixit*. Magna celeritate & facilitate con- D dita ſunt, *Verbo, cùm nihil ſit ocyus, nihil mobilius, ita Deo adhuc loquēte facta ſunt omnia, ſine vlla temporis mora*. Philo *e*. *Et creata ſunt*. Ad verbū, & ſtetit, & ſteterunt: ad indicādam creationis celeritatem. Sic *Verbum* ſumitur Metaphoricè. At, vt ſupra *f* poſſit intelligi propriè de Chriſto, Verbo Dei *g*. Sic enim vocatur, nō quia olim patribus promiſſus, quòd verbum in lingua ſacra etiam promiſſum ſignificet, neque quia interpres eſt Patris, ſicut ſermo mētis, ſed quia à Deo manat impatibiliter, perenniter,

*e de Abel & Cain.*
*Verbum Dei cur Filius dicatur.*
*f verſ. 7.*
*g Ioan. 1. v. 1.*

indef



A indefluenter, ſicut verbum ſiue conceptus mentis à mente, &c. vide Nazianzenum *a*.

*a orat. de Filio pag. 218.*

11 *Reprobat*, irritas reddit prop. fruſtratur, inanes facit ad reprimendam earum temeritatem.

12 *Conſilium*, decretum, propoſitum voluntatis. *Et generationem* ſunt ſup.

13 *Dominus*. ſupponit hìc prò vero Deo, id eſt, pro Dei nomine proprio. Nam eſt tetragrammaton in fonte. Vbi obſerua veteres interpretes perpetuò Tetragrammaton appellatiuè repræſentaſſe per *κύριον*, *Dominum*; quia vis illius, verbo vno aut etiam pluribus non po- B teſt explicari, item quia cēſetur inter קתובים ולא כרוים *kethúbim velo kerúim*, id eſt, inter ea quæ ſcribuntur; ſed non leguntur. Vnde eius loco legi ſolet *Adonai κύριος*, appellatiuum. Nempè germana eius prolatio prohibita erat extra ſanctuarium *b*. Itaq; eo iampridem euerſo, longa deſuetudine Iudæi hodie neſciunt quibus vocalibus pronunciari debeat. Hoc vnum ſciunt *Ioua*, vel *Iehoua* irreligioſum eſſe vocabulum, imperitum & barbarum, quod & cenſuit D. Lindanus *c*. *In hæreditatem*, in peculium.

*Nomen* יהוה *ſemper veteres expreſſerunt nomine κύριος.*
*b è Midras Pſ. 87. R. Selo Ex. 20. Philone libr. 3. de vita Moſis.*
*Nomen Iehoua imperitum & barbarum.*

14 *Reſpexit*, prouidet, curat. Ne quis putet res humanas adminiſtrari fortuna.

C 15 *De præparato*, ante mundum parato. De cœlo, quod præparauit piis, *à conſtitutione mundi, imo ante tēpora ſæcularia d*. Suaue myſterium prædeſtinationis ſanctorum. Vel, valido & firmo. In hac notione vtuntur præparandi verbo, vt ſuprà notatum, Ad verb. de firma ſede habitationis proſpexit (prouidet.) Periphraſis cœli, quod nullis mutationibus & caſibus eſt obnoxium. מכון *Makon* per Caph non ſimplicem locum ſignificat, ſed firmum & robuſtum.

*c Pſal. 118. pag. 67.*
*d Matt. 25. verſ. 4. Eph. 1. verſ. 34.*

D 16 *Sigillatim*, *καταμόνας*, ſolus, ſine alterius opera eorum animas finxit & procreauit. Quare doli & ſubtilitates mortalium eum minimè latent. Sic יחד *Iahhad*, accipitur Ezræ 4. verſ. 3. interprete R. Salomone. quin & Aben Ezra *e*, illud à יחדו *Iahdau* diſtinguit, quod *vnà*, *ſimul* non ſignificet, vt יחדו *Iahdau*, ſed לבדו *Labeddo*, *ſolus*, *ſolitariè*, *ſeparatim*, *ſemotis aliis cauſis* quaſi inter ſe opponitur. Vnde Deus *pater ſpirituum* dicitur *f*. Nam parentes non eas gignunt, ſed tantùm materiam diſponunt. Cor pro anima Metonymicè, quia eius præcipuum eſt organum. Quamquam etiam cor & penitiſſima quæque

*e Geneſ. 13. verſ. 6.*
*f Hebr. 12. verſ. 9. Num. 16. v. 22.*

M 4 memb

membra fingit parentibus dumtaxat materiam rudem A
a *Pſal.* 138. *verſ.* 15. 16.
præbentibus, non formam inducentibus: vnde illud *a. Os meum feciſti in occulto, & imperfectum meum viderunt oculi tui.* Aliqui *Sigillatim*, id eſt, ſeparatim, diſtinctè & indiuiduè pro momento informatorum in vtero materno corporum, non ſimul, aut communiter, tam contra Pythagoreos & Platonicos, qui ab initio cũctas animas ſimul productas fabulati ſunt, quàm Auerroitas, qui animum quemdam communem ſomniant, in quem ſingulares animi reſoluantur, vt mixtum in ſua elementa. Hinc *b fingit ſpiritum hominis in eo.* Hebræum יחד *Iahhad* B
b *Zach.* 12. *verſ.* 1.
etiam ſonat ſimul, pariter, etſi refragetur Abben Ezra, vbi ſuprà. Túmq; ſenſus pendet è verſu ſuperiore. Prouidet Deus cunctis hominibus, qui quidem eorum corda format pariter, id eſt, ad vnum omnia, nullo excepto, ne quis opinetur aliquas animas ab aliquo alio creari, quàm à Deo. q. d. Non mirum ſi ſuper filios omnes hominum proſpiciat Deus, quandoquidem animarum omnium creator eſt. Omnia enim, quantùm habent eſſentiæ, tantùm eius prouidẽtiæ ſubduntur, & ſicut omnia habent eſſe à Deo, ita etiam ab eo prouidentur &
c *Eccleſiaſt.* 18. *verſ.* 1.
curantur. Quomodo accipiendũ illud *c. Deus creauit omnia ſimul*, id eſt, ſimiliter nullo dempto, ad vnum omnia, ne quis exiſtimet Deum aliqua non creaſſe cum Manichæis. C

17 *Non ſoluatur rex per multam virtutem.* Virtus priore loco ſignificat exercitum, poſteriore vires & robur. Hinc Hebraicè ſunt diuerſa vocabula. *Gigas*, גבור *Ghibbor* fortis athleta, heros, vir ſtrenuus & validus.

18 *Virtutis*, roboris, potentiæ. *Non ſaluabitur.* actiuè in Heb. non ſaluabit, non eruet, ſeſe ſup. vel ſeſſorẽ ſuum.

19 *Oculi.* prouidentia ſingularis, fauor, reſpectus. D

20 *A morte*, à peſte, & mortis alijs periculis, eorũ vitas, vel per Synecdochẽ, perſonas. i. ipſos. Mortem peſtẽ appellant, ſicuti in fine minoris Seder olã *d*, vt nos Galli, *Mortalité. Alat*, viuificet propriè, famis tempore.
d & 1. *Reg.* 5. *verſ.* 6. 9. & 11.

21 *Suſtinet*, ſperat in Domino patienter, expectat patienter Domini auxilium. *Quoniam* deeſt in fonte. Sed rectè interiectum, ad explendam ſententiam.

22 *In nomine*, in inuocatione nominis eius, vel in virtute & efficacia Domini. *Quia* præponitur in fonte, ſed relictum à 70. quaſi expletiua particula.

23 *Fiat miſericordia.* Dicendo ſup. *Sit miſericordia*, &c. Nam eſt



A formula, qua ſe dixerat inuocaturum nomen Domini.

---

## ARGVMENTVM.

*Se & alios adhortatur ad Deum piè colendum quod ſuos ab omnibus malis defendat, impios perdat.*

B 1 Dauid cùm immutauit vultum ſuũ coram Abimélech, & dimiſit eum, & abiit. 1. Reg. 21. verſ. 10.

## XXXIII. Heb. 34.

BEnedîcam Dóminum in omni témpore: ſemper laus eius in ore meo:
3 In Dómino laudábitur ánima mea: aúdiant manſuêti, & lætêntur.
C 4 Magnificâte Dóminum mecum: & exaltêmus nomen eius in idípſum.
4 Exquiſiuit Dôminum, & exaudîuit me: & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.
6 Accédite ad eum, & illumináminì: & fácies veſtræ non confundêntur.
7 Iſte pauper clamâuit, & Dóminus exaudîuit eum, & de ómnibus tribulatiónibus eius ſaluâuit eum.
D 8 Immîttet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum: & erípiet eos.
9 Guſtâte, & vidête, quóniam ſuâuis eſt Dóminus: beâtus vir, qui ſperat in eo.
10 Timête Dóminum omnes ſancti eius: quóniam non eſt inópia timéntibus eum.
11 Díuites eguêrunt, & eſuriêrunt: inquirêntes autem Dóminum non minuêntur omni bono.

 12 Ven

12 Veníte filij, audíte me: timórem Dómini docébo vos. A

13 Quis eſt homo qui vult vitam: diligit dies vidére bonos?

14 Próhibe linguam tuam à malo: & lábia tua ne loquántur dolum.

15 Diuérte à malo, & fac bonum: inquíre pacem, & perſéquere eam.

16 Oculi Dómini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eórum. B

17 Vultus autem Dómini ſuper faciéntes mala: vt perdat de terra memóriam eorum.

18 Clamauérũt iuſti, & Dóminus exaudíuit eos, & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberauit eos.

19 Iuxtà eſt Dóminus iis, qui tribulato ſunt corde: & húmiles ſpiritu ſaluábit.

20 Multæ tribulationes iuſtórum, & de ómnibus his liberábit eos Dóminus. C

21 Cuſtódit Dóminus ómnia oſſa eórum: vnum ex his non conterétur.

22 Mors peccatórum péſſima: & qui ódérunt iuſtum, delínquent.

23 Rédimet Dóminus ánimas ſeruórum ſuórum: & non delínquent omnes qui ſperant in eo.

D

---

1 Pſalmus, vt 24. ſuprà, ſcribitur apud Hebræos ordine literarum. *Abimelech.* Nomen commune regum Palæſtinæ, vt Ptolemæus, & Pharao apud Ægyptios.

*a 1. Re. 21. 10* Nam hic proprio nomine vocabatur Achis *a*.

2 *Omni tempore*, tam aduerſo, quàm proſpero. *Semper*, erit ſupple in his verbum ſubſtantiuum commodi temporis & modi eſt ſubaudiendum.

3 *Laudabitur*, gloriabitur, laudabit ſe: ſibi placebit, lætabitur in Domini benignitate & clementia.

4 *Mecum*



A 4 *Mecum*. De mea liberatione. *In idipſum*, vnà pariter, eodem modo, ideſt, ſimul omnes.

5 *Ex omnibus tribula.* Ab omnibus pauoribus Hebraicè.

6 *Et illuminamini.* Imperatiuus pro futuro illuminabimini. Et è tenebris calamitatum, itemque errorum, & ignorantiæ liberabimini. Vos ille luce vultus, & maieſtatis ſuæ colluſtrabit. Maſoretæ legunt in præterito. Reſpexerunt ad eum (manſueti) & illuminati ſunt, (id eſt, affecti fœlicitate) & facies eorum ne confundantur. Verùm particula prohibendi, אל *al*, *ne*, ſatis docet notationem noſtrorum meliùs congruere. Quamquam parum referat. *veſtræ.* In Hebræo eſt Heteroſis perſonæ poëtica, *Eorum.* B

7 *Iſte pauper.* In tertia perſona de ſe loquitur.

8 *Immittet Angelus.* Auxilium, & præſidium ſuum, per Eclipſim. Septua. & Hebraicè ſine Eclipſi, *caſtra metatur*, vt eos muniat, & acie cingat: militari Metaphora. Quin & alludit ad cuſtodiam Angelorum, quam cum circa ſe conſpiceret Iacob, locum eius viſionis vocauit. מחנים *Mahanaim*. i. duo caſtra. Angelis vtitur ad nos ſeruandos, non quia non poſſit per ſeſe ſine medio, nos ſeruare, vel etiam interdum per ſeſe, citra illorum, vel alterius creaturæ operam, non ſeruet, ſed quia ſic inſtituit. Hunc enim ordinem in ſua prouidentia poſuit, vt inferiora per media, & media per ſuperiora regat, niſi quatenus poteſtate ſua abſoluta actiones ſuſpendit, & per ſe ſine medio aliqua operatur. Nos aliàs ſeruat, & tutatur per Angelos *a*. C

*Angelorum cuſtodia circa homines.*

*a Geneſ. 32. verſ. 1. Pſal. 90. 9. 4 Reg. 19. verſ. 35. Hebr. 1. 14.*

9 *Guſtate.* Experimini ipſum inuocando, & requirendo, ad ipſum accedendo per obedientiam, fidem, bona opera, meditationes pias Sic *b*: *Guſtauit, quòd bona negotiatio eius*, id eſt, expertus eſt, experimento didicit. Nec ſatis dicunt, qui Guſtare interpretantur intelligere, vt in titulo huius Pſalmi, *Cùm immutaret*, טעמו *Taamo*, guſtum ſuum. i. intellectum, cùm ſe ſcilicet amentem Dauid ſimularet. *Suauis.* χρηστὸς, benignus, טוב *Tob*, benignus, beneficus. Quo ſenſu *c*: *Suauis Dominus vniuerſis.* D

*b Prou. 31. verſ. 8.*

*c Pſal. 144. verſ. 9.*

10 *Inopia.* Defectus propriè. Vnde in Pſal. Rom. *Nihil deeſt timentibus eum.*

11 *Diuites. Diuites huius ſæculi d*, vt vocat Paulus. Hinc Hebraicè, *Leones depauperati ſunt*, per Metaphoram, quod diuites leonum more facultates aliorum diripiant, & oris ritu tamquam prædæ inhient. *Eſurierunt*, egeſtatem

*d 1. Tim. 6. verſ. 17.*

paſſi

paſſi ſunt. *Minuentur*, deficient prop. & ſic habent Pſal. A
Rom. *Non omni*, nullo carebunt bono.

12 *Venite*. Agite. Hoc imperatiuo vti ſolent pro hortandi aduerbio. *Filij*, ô iuuenes, ô meæ diſciplinæ, & verborum ſtudioſi diſcipuli. Eos enim ſeniores, & doctores ſolent appellare filios.

13 *Quis eſt homo* Formula vocandi. Audi, ô qui vis vitam, & dies videre bonos, timorem Domini, quem te docere volo. Serua linguam tuam à malo, &c. *Vitam*, veram, & æternam, non communem hanc, qua etiam bru- B
ta participant. *Videre bonos*. Hæc fontis reddiderũt apertiora ad videndum bonum. Quis diligit dies, quibus bonum videat, & fruatur?

14 *Prohibe linguam*. Docet timorem Domini diſci, & acquiri cùm mali fuga, tum boni proſecutione.

15 *Diuerte à*. Vniuerſa lex his verſiculis cõprehẽditur.

16 *Oculi*. Prouidentia, gratia, fauor, qui apparet in oculis. Metonymicè. Sic *aures*, attentio, docilitas.

17 *Vultus*. Ira, indignatio, eodem tropo. Nam in vultu
elucet, dum mutato, vel ſeuero vultu eos inſpicimus, C
quibus iraſcimur. *Vt perdat*. ſuccendat propriè.

18 *Iuſti*. Rectè ad explendam fontis Eclipſim. Nam ad verſum 16. reuertitur.

19 *Iuxta eſt*. Propinquus eſt pœnitentibus, & afflictos conſeruat ad opem ferendam, præſto eſt, etſi, dum affligit, longè abeſſe videatur.

20 *Iuſtorum*. Hic verſus cũ ſequenti enunciatur ſingulariter, *Iuſti, os eorum*. Quare aliqui ad Chriſtum reſpectum putant qui ſolus fuerit iuſtus, multis quidem malis afflictus, ſed ab omnibus per glorioſam reſurrectio-
nem ereptus, adeo vt eius oſſa ſic ſint cõſeruata, vt nul- D
lum ex eis cõfractum fuerit: Atqui inſtituto aptior eſt Synecdoche numeri, vt proinde Septuag. rectè omnia per pluralem verterint. Nam & iuſti quantumuis afflicti liberabuntur, & oſſa ſingula per reſurrectionem recipient [a]. & Arnobius explanat. *Et de*. At de cũctis malis eos eruet. Et, paſſim eſt aduerſatiua, & antithetica particula At, ſed, attamen.

21 *Oſſa*. Synecdoche, omnia membra: quoniam oſſa ſunt corporum baſis, firmamentum, & robur. Ne quidem pilus defluit, ſine eius voluntate, *omnes capilli veſtri numerati ſunt* [b], &c. Tanta eſt Domini erga ſuos beneuolentia, & prouidentia. *Vnum non*, nullum eorum.

*a Ezech 37. verſ. 5.*

*b Matt. 10. verſ. 20.*

22 *Mors*



A 22 *Mors*. Maſoretæ legũt תמותת *Themotheth*, nõ תמותת *Temuthath*, vt ſit ad verbum, *Interficiet peccatorem malum*, (neutrius generis) improbitas recidet in eius capitis perniciem, impius peribit propter ſuam malitiam. *Delinquent*, errabunt à ſuo ſcopo, & propoſito, fruſtrabuntur ſua expectatione. Per Liptoten Hebrei exponunt, deſolabuntur, euertentur, peribunt. Sic ſequenti verſu.

23 *Non delinquent*. Non aberrabũt à ſua ſpe, illam conſequentur: vel, non peribunt. Nam vt de peccato hæc intelligantur, eſt durius. q. d. non peccabunt. Vt delinquere his duobus verſibus ſit culpabilem inueniri, & reum peccati, vel culpari. i. accuſari, cõdemnari. Nam
B *nemo ſine crimine viuit*.

---

ARGVMENTVM.

*Chriſtus hoſtibus, non ſuis propriè, ſed Dei, excidium, ſibi ſalutem precatur. Pſalmus eſt Propheticus. Ioan. 15. verſ. 25. Congruit pijs.*

## 1 Pſal. huic Dauid. XXXIIII. Hebr. 35.

C IVDICA Dómine nocẽntes me, expúgna impugnãntes me.
3 Apprehẽnde arma, & ſcutum: & exũrge in adiũtorium mihi.
4 Effũnde frámeam, & conclũde aduẽrſus eos, qui perſequũntur me: dic ánimæ meæ, ſalus tua ego ſum.
5 Confundãntur, & reuereãntur: quęrẽntes áni-
D mam meam.
6 Auertãntur retrõrſum, & confundãntur cogitãntes mihi mala.
7 Fiant tamquam puluis ante fáciem venti: & ángelus Dómini coãrctans eos.
8 Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum: & ángelus Dómini pérſequens eos

9 Quóniam

A 9 Quóniam gratis abſcondêrunt mihi intéritum laquei ſui : ſuperuácuè exprobrauêrunt ánimam meam.

10 Véniat illi láqueus, quem ignórat, & cáptio, quam abſcondit, apprehéndat eum, & in láqueum cadat in ipſum.

11 Anima autem mea exultâbit in Dómino : & delectábitur ſuper ſalutâri ſuo.

12 Omnia oſſa mea dicent, Dómine quis ſímilis tibi?

B 13 Erípiens ínopem de manu fortiôrũ eius: egênum, & paúperem à diripiéntibus eum.

14 Surgêntes teſtes iníqui : quæ ignorâbam, interrogâbant me.

15 Retribuêbant mihi mala pro bonis : ſterilitâtem ánimæ meæ.

16 Ego autem cùm mihi molêſti eſſent: induebar cilício.

17 Humiliábam in ieiunio ánimã meam: & orátio mea in ſinu meo conuertêtur.

C 18 Quaſi próximum, quaſi fratrem noſtrum, ſic complacêbam: quaſi lugens, & contriſtâtus ſic humiliábar.

19 Et aduérſum me lætâti ſunt, & conuenêrunt: congregâta ſunt ſuper me flagêlla, & ignorâui.

20 Diſſipâti ſunt, nec compúncti, tentauêrunt me, ſubſannauêrunt me ſubſannatiône: frenduêrunt ſuper me déntibus ſuis.

D 21 Dómine quando reſpícies? reſtítue ánimam meam à malignitâte eôrum : à leonibus vnicam meam.

22 Confitêbor tibi in Ecclésia magna: in pópulo graui laudabo te.

23 Nõ ſupergaúdeãt mihi, qui aduerſántur mihi iniquè: qui odêrunt me gratis, & ánnuunt óculis.

24 Quón



A 24 Quóniam mihi quidẽ pacíficè loquebántur, & in iracúndia terræ loquẽtes dolos cogitabant.

25 Et dilatauérunt ſuper me os ſuum : dixêrunt, Euge, euge, vidêrunt óculi noſtri.

26 Vidiſti Dómine, ne ſileas : Dómine ne diſcẽdas à me.

27 Exúrge, & inténde iudício meo Deus meus: & Dóminus meus, in cauſam meam.

28 Iúdica me ſecúndum iuſtítiam tuam Domine Deus meus: & non ſupergáudeant mihi.

B 29 Non dicant in córdibus ſuis, Euge, euge ánimæ noſtræ: nec dicant, deuorábimus eum.

30 Erubêſcant, & reuereântur ſimul qui gratulântur malis meis

31 Induântur confuſiône, & reueréntia: qui maligna loquûntur ſuper me.

32 Exúltent, & lætêntur, qui volunt iuſtítiam meam: & dicant ſemper, Magnificêtur Dóminus, qui volunt pacem ſerui eius.

C 33 Et lingua mea meditâbitur iuſtítiam tuam: tota die laudem tuam.

---

2 *Iudica.* Tribus his verſibus humano more, & bellica Hypotypoſi de Deo loquitur, vt de bellatore aliquo inſigni, qualem eum etiam deſcribit Moſes dicens *a*: *Dominus quaſi vir pugnator, Omnipotens nomen eius*, &c. Cauſam meam age contra nocentes mihi. In fonte eſt Paranomaſia. *Litiga cum litigantibus mecum, contende contra contendentes mecum. Me.* Syntaxis Græca, pro mihi. Meos aduerſarios vlciſcere. *a Exod. 15.3*

D 4 *Effunde frameam.* Educ gladium, ſtringe, & vibra. *Et conclude* viam, per Eclipſim, quam qui non aduertunt, alienè vertunt *Parmam*, vel ſimile armorum genus ad ſuam ſuſpicionem addendo סגורם *Sagarim*, appellari gladium Perſicum. Alibi enim סוגר *Segor* pro armorum ſiue gladij genere non reperitur. Interclude eis viam, ne me poſſint aſſequi : vel, ne poſſint tuum gladiũ effugere. Impedi, ne irruant in me, *Dic.* Iube animam meam

ſalua

ſoluere.fac,vt mihi ſalua ſit vita,fac me ſaluũ.Iubendi A
& dicẽdi verba in Deo actionẽ, &efficientiã importãt.
*a vt verſ. 30. & 31.*
5 *Revereantur*, paſſiuè, pudefiant, timeant, erubeſcant,
fruſtrati ſua expectatione,ignominia afficianturprop.*a*
6 *Mihi*, Cõtra me,in meã perniciẽ,Datiuus incõmodi.
7 *Fiant tamquam puluis*, Reſpicit ad captiuitatem & diſ-
*b Pſal.1.v.5*
perſionem Iudeorum in omnes Ventos & plagas.*Puluis*,
gluma propriè.Vide*b ſuprà*.*Et Angelus* fiat vel ſit.Aper-
tũ eſt Zeugma in Heb. Eos arctet,premat & propellat.
Qui populi & Synagogæ antea erat Angelus; princeps
& tutor, factus eſt aduerſarius,miſſa hac voce,*Tranſea-*
*Deus per Angelos etiam bonos punit.*
*mus hinc*, ad alium ſcilicet populũ,apud Ioſephum.Per B
Angelos etiã bonos punit Deus,& ſua iudicia exercet.
8 *Fiant viæ illorum tenebræ*, ſint eorum viæ tenebroſæ &
lubricæ,ne videant,quà ſit fugiendum,&vt cadant,nec
ſit vbi firmiter conſiſtant.De hoc imperecationum ge-
nere,lege Arnobium.imprecationes generales ab om-
nibus poſſunt fieri, perſonales à ſolis prophetis.*& an-*
*gelus*, etiam hic Zeugma. Angelus Domini fiat per ſe-
quens eos.i.perſequatur eos.
9 *Gratis*, abſque occaſione, à me nihil læſi,ſine cauſa,
nulla mea culpa tetenderunt occultè mihi laqueum
ſuum pernicioſum, vel interitum laqueoſum.i.laqueis C
plenum, Nam Hebræi vſurpant duo Subſtantiua,loco
Subſtantiui & Adiectiui, ad auxeſim. Eſt autem Meta-
phora à venatoribus,qui feris capiẽdis foueas fodiunt.
*Superuacuè*,immeritò.Idem quod *Gratis* proximè.Quare
eadem eſt vox in fonte. *Exprobrauerunt* חרפו *Hapheru*
ſumpſerunt per Metatheſim pro חרפו *harephu*. Citra
Metatheſim fons, perſiſtit in Metaphora,laqueũ ſuum
gratis foderũt animæ meæ,ſine meo merito poſuerunt
mihi inſidias.Nam רשתם *riſtam*, laqueũ ſiue rete ſuum
cum ſequentibus iungunt Maſoretæ, non cum præce-
dentibus. Neque enim Athnah apud eos diſtinguit in D
tribus libris, ſed præcedens virgula.
10 *Laqueus*. Vaſtitas propriè,calamitas, *Et captio*, rete,
decipula, inſidiæ,*In ipſum*. Latinè,& in ipſum laqueum
cadat. Nam Hebræi ſic Pronomen tranſponunt.
11 *Super ſalutari ſuo*,ſalute,liberatione,defenſione ipſius.
12 *Omnia oſſa mea*, Proſopopœia.q.d.omnes meæ vires.
Quin & oſſa geſtiunt. exiliuntque lætitia, vel oſſa per
Synecdochen pro membris. Omnia mea membra ſe in
tui celebrationem conuertent.

13 *Fortio*



A 13 *Fortiorum eius*. Conſtructio Græca. Latinè fortiorum
eo. Quamquam & hoc Pronomen rectè in pleriſque e-
xemplaribus deſideretur.
14 *Interrogabant me*, obiiciebant mihi ea, quorum mi-
nimè eram conſcius,accuſabant de iis, quæ ignorabam
in conſcientia mea. *Sterilitatem*, vt eſſem ſterilis & om-
nibus diſcipulis tamquam filiis orbatus.
15 *Sterilitatẽ animæ meæ*, ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου, retribuebant
mihi diſcipulorum orbitatem, per Zeugma. Me meis
filiis orbabãt.Diſcipulos intelligit,quos Iudæi percuſ-
ſo paſtore diſperſerunt. Alij latiùs, & anxietatem ani-
B mæ meæ:alij,orbitatem,vt me orbent anima mea, vt
mihi eam eripiant,vt me occidant. שכול *ſecol*, orbitas
propriè. *Animæ*. Datiui caſus,id eſt,mihi,per Synecd.
16 *Cùm mihi moleſti eſſent*. Ad verb.*in infirmari illos*: cùm æ-
grotarent illi & infirmarentur,induebam ciliciũ com-
miſerando,vel pro eis pœnitentiam agendo,& precan-
do pro illorum valetudine.Septuag.& Hierony. actiuè
reſoluerunt,Cùm infirmarent illi me,cùm me moleſta-
rent,indumentũ mihi ſaccus erat.Infinita vtroque mo-
do accipiuntur cuiuſcũque fuerint generis.*Cilicio*, שק,
*Sak*, Heb.à quo Sacci nomen in quamplurimas linguas
C fluxit.Sed hic de ſacco pœnitentiæ & luctus.i. cilicio,
ſacco è pilis animalium neto & texto.
17 *Humiliabam*, affligebam propriè, A quo verbo Ieiu-
nium Iudæi appellant, תענית, *tahanith*, q.afflictionẽ,ma-
cerationẽ.*In ſinu meo conuertetur*, ad me redibit,ad meam
vtilitatem,& fructum redundabit. Non fruſtra ieiuna-
bam,precabar,&c.Nam hæc omnia in meã magnam v-
tilitatem cedent,ad me,& in meum ſinum recident, mi-
hi multùm proderunt. Cõuerti,ſiue redire in ſinũ,quã-
do in bonum ſumitur,eſt vtilitatem referre, fructũ ca-
pere. Alij *conuertebatur*, in imperfecto. i. agitabam pre-
cem pro eis,ardenter pro ipſis orabam, vel pro me ip-
D ſo ab iſtis afflicto & vexato.*In ſinu meo*, apud me, priua-
tim,ſummiſſa voce. Hic in ſinu ſuo orationẽ conuerte-
re,eſt precem apud ſe identidem repetere,atque agitare.
18 *Quaſi proximum*. Conſtructio Græca,pro quaſi proxi-
mo & quaſi fratri cõplacebam.Ei ac ſi mihi fuiſſet ne-
ceſſarius & frater, mitem & placidum me præbebam.
ἀρέσκειν cum Accuſatiuo conſtruitur. Nam ſic legit no-
ſter interpres, non εὐαρεστεῖν, niſi fortè corruptè, *Com-*
*placebam*, irrepſerit, pro *eum placabam*, vel *complacabam*, vt

A infra, *a*, *Complacitior*, pro Complacatior. Hebr. *quaſi ſocius, quaſi frater mihi*, (eſſet) *ambulabam* (cum eo). *Quaſi lugens matrem* (pullatus & nigra veſte indutus) *incuruaui me*. Quibus formulis, docet ſe placidè cũ illis verſatum, triſtatúmque illorum calamitatibus & malis. *Lugens*, matrem ſcilicet è fonte. Luctus matrum ſolet eſſe grauior propter illarum maiorem in liberos affectum, & lenitatem. *Humiliabar*, deiecto capite mœrore afficiebar. *Incuruabam me* propriè.

*a Pſ.76.v.8.*

19 *Aduerſum me*, calamitate mea, rebus meis aduerſis. Idem in fõte, ſed figuratè canitur, *In claudicatione mea*, vel in latus meum, in perniciem mei lateris. *Flagella*, vel flagellatores. B Nam vox, נכים *Nechim*, vtrũque ſignificat, ac nodum in ſcirpo quærunt, qui claudos, vel viles & abiectos nebulones interpretantur, ac aliundè deducunt, quàm à נכא *Nacha*, percuſſit. *Et ignoraui*, quorſum, Vel, me nec ſciente nec opinante hæc facta ſunt præter meritum, me neſciente cauſam. Alij ad perſonas referunt. *Et ego non cognoui eos de facie*, tantùm abeſt vt læſerim, vt mihi ſint ignoti.

20 *Diſsipati ſunt*, contra me. ſe aduerſum me diſperſerunt & diſſiparũt. Sententiã in Hebræo obſcuriſſimam, C planã reddiderunt Sept. Diſſipati ſunt & diſſecti inter ſe: nec tamẽ cõpuncti ſunt, non doluerunt, aut egerunt pœnitentiam. Sic Heb. *Secti ſunt, & non ſiluerunt, vel ceſſarunt* (á ſuis impiis ſtudiis.) Gall. *Ils ſont diuiſez, & ſi ils ne ſe peuuent taire*, Diuiſi ſunt inter ſe, ſecti, diſcordes ſententiis, alij aliud de me loquũtur, inter eos eſt ſchiſma, alij alia mihi imponũt, nec tamẽ eos pœnitet, vel pudet in cœptis pergere. Vel, ſecuerunt ſe in varios maledicendi modos, & non prohibuerunt linguas ſuas ab huiuſmodi verbis ad deriſionem confictis & compoſitis. Vel actiuè per Eclipſim ſecuerũt, præſciderũt (me) D ſine intermiſſione (me) lacerarunt contumeliis, mihi conuitiati ſunt perenniter. *Tentauerunt me*, experti ſunt meã patientiã, explorarunt me. Septuag. legerũt בחנוני *Behanuni*, diuiſo Pe in Vau & Iod. Nam alia lectio difficilior, Cum Hypocritis ſubſannatoribus ſubſannationis, vel placentæ .i. paraſitis & menſarum aſſeclis. vt perſtringat aulicos, qui inter conuiuãdum tractabãt de ipſo neci tradendo, in mediis deliciis iocantes. *Frenduerunt*. Geſtus ſæuorũ hominũ & vindictæ cupidiſſimorũ.

21 *Quando reſpicies*? Hæc. Quanto tempore iſta feres? *A malig*



A *malignitate*, à malignis eorũ operibus, eripe vel recrea, refice. Verbum שוב, *Schab*, nõ tantùm ſignificat redire, reſtituere, reducere, ſed & tranquillare, recreare. Ad verb. redire fac animam meam à deſolationibus eorum. *Vnicam*. Epithetum animę vt ſup *a*. Hoc autem impletum die reſurrectionis. *Reſtitue*. i. eripe animã, quã habeo vnicã, vel vnicè carã, vel omni auxilio deſtitutã (tã fœcũda eſt vox fõtis) ab iſtis leonibus & truculentis hoſtibus.

*a Pſ.21. ver. 21.*

22 *In Eccleſia magna*. Magna eſt Eccleſia Catholica ob multitudinẽ gentiũ, & populorũ, parua Iudæorũ Syna- B goga. *Graui*. Hebraiſmus pro frequenti, numeroſo, plurimo. Nam nõ tantùm ſignificat ponderoſum, vel forte. vt *b*, *Multitudo grauis*, id eſt, magna & copioſa.

*Eccleſia Catholica eſt magna.*

*b 1. Mach. 1. ver. 18.*

23 *Non ſupergaudeant mihi*, non gaudeant ſuper me, ideſt, de meis malis, de meo exitio. Sic infrà *c*, *Annuunt oculis*, Nutibus mutuis me derident: nutibus oculorum, & inter ſeſe ſignificant me eſſe violandum.

*c ver. 28.*

24 *Mihi*, Septuag. pro לו *ló*, legerunt לי *lí*: vel dumtaxat ſequuti ſunt ſententiam. Non enim admodum variat hæc ad verbum conuerſio. *Quoniam non pacem loquuntur, & in fiſſuris vel commotionibus terræ verba fraudum cogitant*. Docetur enim ipſos nõ loqui quidem pacem, ſed clàm C & captatis occaſionibus. q. d. Mihi quidẽ pacem loquebantur, at aliis bellum contra me ſuadebãt. *Et in iracundia terræ*. hominum in terra verſantiũ. Metonymia, continens pro contento. Heb. *in ſciſsionibus & commotionibus terræ*, Quando terra iactatur & ſcinditur factionibus, ſeditionibus, tumultibus, diſcordiis, ſeſe inſinuant per fraudes in diuerſarum partium animos. Per fraudem & inſidias in cõmunibus motibus multa machinantur, & quando terra eſt in iracũdia, id eſt. quãdo homines ſunt in tumultibus, bellis, iurgiis. Aliqui in cauernis terræ.

D 25 *Dilatauerunt*, laxarunt, ad me contumeliis, ludibriis & probris afficiendum. *Viderunt oculi noſtri*, quod tantoperè expetebamus, nempè exitiũ illius. Apoſiopeſis. Voti cõpotes ſumus *d*. vnde dicebant, *vah qui deſtruis tẽplũ Dei*.

*d Mat. 27. ver. 40.*

26 *Vidiſti*, malitiam eorum efferatam, qua delectãtur alienis malis & calamitatibus. Altera Apoſiopeſis. *Ne ſileas*, hanc indignitatem ne diſſimules.

27 *Intende iudicio meo*, euigila ad iudicium, defenſionem & vltionem mei, expergiſcere propriè. *Deus & Dominus*, vocatiui caſus per Atticiſmum 70. familiarem. *In cauſam meam*, intende per

N 2 Zeugma.

Zeugma. Sed regimen variat.
28 *Iudica me ſecundum iuſtitiam.* Vlciſcere me pro tua iuſtitia, neque lætentur de me, ſiue de meis malis.
29 *Euge animæ noſtræ, τῇ ψυχῇ*, Datiui caſus. Exultatio & voluptas eſt maxima animæ noſtræ. Iam geſtit anima noſtra. Euge, Græcè & Latinè hîc ſumitur materialiter, & regit Datiuum. Eſt autem exultantis particula, vel etiam inſultãtis & illudentis, vt Heb. האח *Heâh*. Hic etiam Datiuus poſſit conſtrui cum verbo *Dicant*, per Hyſterologian, ne dicant apud ſe animæ noſtræ, vel de anima noſtra, Euge, Euge, *Deuorabimus*, in fonte, Deuorauimus, in Præterito.
30 *Reuereantur*, pudore & ignominia ſuffundantur, qui contra me inſoleſcunt ad vnum omnes. *Gratulantur*, lætantur *οἱ ἐπιχαίροντες*. Vim præpoſitionis noſter interpres exprimere conatus eſt, ſumpto catachriſticòs gratulandi verbo Non modo lætantur meis malis, verum etiam gratias agunt, gratulando iis, qui mihi illa important. Gall. *leur ſçauent gré de mes maux.*
31 *Reuerentia*, ignominia. *Super*, contra me, de me.
32 *Iuſtitiam meam*, innocentiam meam, qui meum ius amant, qui ei fauent. *Pacem*, ſalutem, proſperitatem.
33 *Meditabitur*, ſummiſſè loquetur, ſemotis Scribis & Phariſæis, coràm teſtibus dumtaxat à Deo præordinatis, id eſt, Apoſtolis & diſcipulis, apud quos *locutus eſt de regno Dei per quadraginta dies*, vſque ad Aſcenſionem. Vel reſonabit, cantabit meditatè, & ex animo. *Tota die*, quotidie, vel omni die.

*Act. 1. ver. 3.*

## ARGVMENTVM.

*Miratus in impio nullum Dei eſſe metum, exclamat Dei patientiam, atque in omnia benignitatem, & vt miſericordia in ſe & pios vtatur, exciſis impiis, ſupplicat.*

## 1 In finem, ſeruo Domini ipſi Dauid. XXXV. Heb. *36*.

2 DIxit iniuſt⁹, vt delinquat in ſemetîpſo:
non eſt timor Dei ante óculos eius.
3 Quóniã dolòſê egit in conſpéctu e-
ius: vt inueniátur iníquitas ei⁹ ad odiũ.





4 Verba oris eius iníquitas & dolus: nóluit intellígere, vt benè ágeret.
5 Iniquitâtem meditátus eſt in cubîli ſuo: áſtitit omni viæ non bonæ, malítiam autẽ non odîuit.
6 Dómine in cœlo miſericórdia tua: & véritas tua vſque ad nubes.
7 Iuſtítia tua, ſicut montes Dei: iudícia tua abyſſus multa.
8 Hómines & iuménta ſaluâbis Dômine: quemádmodum multiplicâſti miſericórdiam tuam Deus.
9 Fílij autem hóminum: in tégmine alârum tuârum ſperâbunt.
10 Inebriabûntur ab vbertâte domus tuæ: & torrênte voluptâtis tuæ potâbis eos.
11 Quóniam apud te eſt fons vitæ: & in lúmine tuo vidébimus lumen.
12 Prætênde miſericórdiam tuam ſciéntibus te: & iuſtíciam tuam his, qui recto ſunt corde.
13 Non véniat mihi pes ſupérbiæ: & manus peccatôris non móueat me.
14 Ibi cecidêrunt, qui operântur iniquitâtem: expûlſi ſunt, nec potuêrunt ſtare.

1 *Seruo Domini*, per Appoſitionem ad *Ipſi Dauid*, q. d. Pſalmus Dauidis ſerui & cultoris Domini.
2 *In ſemetipſo*. Hyſterologia. Ordo enim eſt, dixit iniuſtus in ſemetipſo, vt delinquat. Cogitat apud ſe delinquere. In eo tota eius cogitatio verſatur. Septuag. legunt, לבו *Libbó*, ad ſenſum illuſtrandum, *In medio cordis ſui*, dicit impius. Sic *Hieronymus*, ſic Chaldæus. *Dixit iniquitas impio, in medio cordis eius, ne ponat timorem Dei ante oculos ſuos.* Iniuſtus dumtaxat loquitur de delinquendo, & offendendo Deum, de iis agendis, quæ caro & ſenſus dictant, nullo Dei metu ſibi ante oculos poſito, de manendo in peccatis, quaſi Deus non requirat,

neque curet. Exemplaria vulgata habent לבי *Libbi*, hoc A
modo. *Dictum præuaricationis impij, vel ad impium in me-
dio cordis mei* eſt, id eſt, Scio quid præuaricatio dictet
impio. Qui enim aliter vertunt, non intelligunt He-
bræum idioma.

3 *Eius*, Dei, Deo vidente & ſciente dolos nectit, vt in-
ueniatur iniquitas eius odioſa, faſtidioſa: vt eius vitia
ſint faſtidio, & incurrant in odium, & offenſionem Dei,
& hominum, reddant eum odioſum omnibus. Kimhi
paſſiuè: vt præ frequentia peccandi, iniquitatem ſuam
etiam ipſe oderit, & faſtidiat. Aliqui vertunt. *Quoniam
leniter agit ad ſeſe, blanditur ſibi ipſi in conſpectu ſuo reciprocè.*
Sed malo cum 70. blandè agit apud ſe in conſpectu e- B
ius, Dei videlicet, vt ſuprà, id eſt, doloſè. Nam aſſenta-
tio eſt genus doli & fraudis. *Inueniatur*, ergo, *Ad odium.*
id eſt, vt ſit odio & ſibi, & alijs, & Deo. Eò vſque pro-
greditur, vt eius improbitas ſit omnibus intolerabilis,
vt ne quidem Deus, quamuis patientiſſimus, eam diu-
tiùs ſuſtinere poſſit, proptereàque de cœlo euocetur,
quaſi inuitus & coactus.

a *Pſ.* 110. *v.* 3. 4 *Verba oris eius iniquitas & dolus.* Verba oris eius ini-
quiſſima & doloſiſſima, vt infrà, *a opus eius confeſsio & ma-*
b *Pſa.* 118. *v.* 86. *gnificentia*, magnificentiſſimum & laude ſiue confeſſio-
ne digniſſimum, & alibi *b: Mandata eius veritas & æqui-* C
*tas*, veriſſima & æquiſſima. *Noluit intelligere*, doceri,
non vult ſe corrigere, neque mores ſuos mutare. No-
luit, id eſt, recuſat, detrectat cogitare de benè facien-
do, à bonis operibus voluntatem auertit. Hinc Chald.
*Abſcidit intellectum à benè operando.* Hebr. *deſijt intelligere
ad benè agendum.*

5 *Iniquitatem meditatus eſt.* Cogitationibus & etiam fa-
ctis prauus eſt.

6 *In cœlo*, vſque in cœlum, id eſt, immenſa tua miſeri-
cordia, tam alta & ſublimis, quàm cœli, vt hæc patia-
ris. Modus exaggerandi Hebraïcus. Sic quod ſequitur, D
*& veritas tua.* dictorum tuorum certitudo, propoſitum,
conſtantia, promiſſionum fides eſt altiſſima, vt ad nubes
ipſas exporrigatur. Alij, toto orbe eſt conſpicua.

7 *Iuſtitia*, iuſta tua adminiſtrãdi ratio, idem quod mox
iudicia, ſiue conſilia, & prouidentia, quibus omnia gu-
bernat, & diſpenſat. *I*neptè aliqui de *I*uſtitia, qua ho-
mines iuſtificantur. *Sicut montes Dei.* Alia Hyperbole.
Montes prægrandes, ingentis & inuſitatæ molis. No-
men



A men Dei inſeruit exaggerationibus. Sicut montes pro-
ceriſſimi. q. diuini præ altitudine, incomprehenſibilis
valdéque ſublimis eſt tua iuſtitia, inſtar etiam abyſſi,
incomprehenſibiles ſunt tuæ rerum omnium admini-
ſtrationes. iuſtitiam & iudicia Domini vocat iuſtas e-
ius prouidentiæ rationes & conſilia, quæ ſunt abyſſus
multa, id eſt, imperſcrutabilia.

8 *Saluabis*, conſeruabis, ales, nutries, corporali ſalute *Prouidentia*
& generali prouidentia curabis, quemadmodum mag- *Dei erga res*
na eſt, & multa tua miſericordia. vt infra *a. Qui dat eſcam* *omnes.*
*omni carni, quoniam in æternum miſericordia eius.* Arnobius a *Pſal.* 135.
B Allegoricè, Iudæos & Gentes ſaluabit, quòd Iudæi ve- *verſ.* 25.
lut homines ratione vterentur, propter legis diuinæ
beneficium. Gentes tamquam bruta egenis elementis
huius mundi ſeruirent, nec Dei ſpiritu ducerentur.
*Quemadmodum*, ſecundum multitudinem, magnitudi-
nem, magnificentiam tuæ miſericordiæ. In Hebr. lo-
cutio enunciatur per Epiphonema, eodem ſenſu: *Quan-
tam & quàm pretioſam multiplicaſti miſericordiam tuam*, ô
Deus, quàm excellẽti es præditus benignitate. Ad ver-
bum ô Domine, quàm pretioſa eſt benignitas tua. q. d.
Extendis tuam beneficam prouidentiam in homines &
belluas.

C 9 *Filij autem hominum.* Iam de ſpeciali prouidẽtia. Ho-
mines quidẽ ſimul & beſtias conſeruabis, eis omnibus
amãter conſules & prouidebis: at beneficẽtius & excel-
lentiùs erga homines te geres, eos illuſtri prouidẽtia &
maiorib[9] beneficijs proſequêris, & in hac vita, & in fu-
tura q. d. inter eas & homines magnũ ſtatuis diſcrimen.
Nã hi præter cõmunem conſeruationẽ percipient ſpi-
ritualia & cœleſtia, quod tribus verſiculis declarat. *In
tegmine*, in vmbra, in tua protectione & tutela. Tueberis
eos ſuauiter, amãter, cupidè, vt gallina, vel auis, pullos.

D 10 *Ab vbertate*, pinguedine prop. *Voluptatis*, Deliciarum,
fœlicitatis. Metaphoræ de delicijs & voluptatibus cœ-
leſtibus. Effuſè fruentur æterna beatitudine, replebun-
tur perfecta Dei cognitione, imo & viſione aperta, re-
rúmque omnium in eo contemplatione.

11 *In lumine tuo*, per tuum lumen, per tuam claritatem,
clarè intuebimur te, clarè te fruemur. Vberiore ſplen-
dore tuæ cognitionis, videbimus tuum lumen, tuam di
uinam faciem & eſſentiã, quæ tota eſt lucida, vt proin-
de dicaris inhabitare lucem inacceſſibilem. *In*, per,



ben

*Sine lumine gloriæ Deus videri nõ poteſt.*

beneſicio & auxilio luminis gloriæ videbimus lumen faciei tuę. Nam lumen noſtrum, id eſt, naturale, non ſufficit, vt mens ad claram Dei viſionem eleuetur. Quemadmodum nec Sol cerni poteſt, niſi per proprium ſuum lumen. Ad illum enim conſpiciendum, fruſtrà quis ſe vti poſſe ſperet luce aliena, veluti lunæ, ſtellarum, ignis, candelæ, facium, lampadum, quantumuis copioſa. A

*Lumen gloriæ quid ſit.*

Priore loco lumẽ Dei eſt diuina quædam illuminatio, quæ appellatur à Theologis lumen gloriæ, euehens mentem beati ad Deum: poſteriore, diuina facies ſiue eſſentia. q. d. Te nos irradiante, ac illuminante ad tui cognitionem perfectam, te tunc videbimus ſicuti es. B Illud enim lumen creatum eſt neceſſarium ad cernendum lumen increatum, quia tantæ excellentiæ, tanti ſplendoris eſt Deus, vt ab anima, imò verò Angelo, in puris naturalibus, alioqui abſolutiſſimis perfectiſſimíſque, conſtituto: cum tanto ſplendore, maieſtate & gloria cerni, comprehẽdíve non poſſit. Quare dicitur *a, inuiſibilis inhabitare lucem inacceſſam*, id eſt, maieſtatem, gloriam perfectionem habere incomprehenſibilem, & à Græcis cerni duntaxat per [illegible]. q condeſcenſũm, dum ſe cernẽtium captui & infirmitati attẽperat. C

*a 1. Timot. 1. 17. & 6. 16.*

11 *Prætende*, extende, expande in eos qui te norunt, tuã benignitatem. משך *Maſac*, hoc importat.

13 *Mihi*. Datiuus incommodi, contra me. Pes ſuperbi & arrogantis, ne in me veniat, ne me inuadat & aggrediatur: & manus peccatoris ne me moueat, de meo loco ne me migrare faciat, de meo ſtatu, & ſede ne me deijciat. Serua me à ſuperborum iniurijs & percuſſionibus. Aliqui de Diabolo ſuperbiæ fonte. *Non moueat*, ab illa ſtabilitate, quam in virtute collocaui, Euthym. *Ne me concutiat, vt peream.*

14 *Ibi.* [illegible], in eo ſæculo, vbi probi, & ſancti inebriabũtur, iſti acerbo ſupplicio iniquitatis ſuę pœnas luẽt. D Poſſit eſſe Relatiuum ſine Antecedẽte, *Ibi*, id eſt, in Gehenna, vt *b. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ: & nudus reuertar illuc.* Illuc, non quidem in vterum matris ſed, in ſepulchrum. Sic hîc, *Ibi*, id eſt, in inferno. Etſi enim perditio impiorum nunc ſit occulta, Dauid tamen eam veluti digito oſtendit. Alij *ibi*, in pede ſuperbiæ, & manu peccatotis, in ipſo eorum conatu. *Stare*, conſiſtere. Surgere, propriè. Lapſus eorum perpetuus, adeò vt numquam erigantur.

*b Iob. 1. v. 21*

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Hortatur ad pietatem & patientiam. Non enim eſſe à pietate diſcedendum, quòd impij floreant. Nam & impios plagas, & pios præmia accepturos.*

B

## 1 Pſalm. ipſi Dauid XXXVI. Hebr. 37.

NOLI æmulári in malignántibus, neque zeláueris faciẽntes iniquitâtem.
3 Quóniam tamquam fœnum velóciter arêſcent, & quemádmodum ólera herbarum citò décident.
C 4 Spera in Dómino, & fac bonitâtem, & inhâbita terram, & paſcêris in diuítiis eius.
5 Delectâre in Dómino: & dabit tibi petitiônes cordis tui.
6 Reuéla Dómino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe fáciet.
7 Et edûcet quaſi lumen iuſtítiam tuam, & iudícium tuum tamquam merídiem: ſubditus eſto Dómino, & ora eum.
D 8 Noli æmulári in eo, qui proſperâtur in via ſua: in hómine faciẽnte iniuſtítias.
9 Dêſine ab ira, & derelînque furôrem: noli æmulari, vt malignêris.
10 Quóniam qui malignântur, exterminabũntur: ſuſtinêntes autem Dóminum, ipſi hæreditâbunt terram.
11 Et adhuc puſíllum, & non erit peccâtor: & quæ res locum eius, & non inuénies.

N 5 12 Man

12 Manſuêti autem hæreditâbunt terram: & de- A
lectabûntur in multitúdine pacis.
13 Obſeruâbit peccâtor iuſtum: & ſtridêbit ſu-
per eum dêntibus ſuis.
14 Dóminus autem irridêbit eum: quóniam
próſpicit, quòd véniet dies eius.
15 Gládium euaginauêrunt peccatôres: inten-
dêrunt arcum ſuum.
16 Vt deiſciant páuperem & ínopem: vt trucî-
dent rectos corde. B
17 Gládius eôrum intret in corda ipſôrum, &
arcus eôrum confringâtur.
18 Mélius eſt módicum iuſto, ſuper diuítias pec-
catôrum multas.
19 Quóniam bráchia peccatôrum conterêntur:
confîrmat autem iuſtos Dóminus.
20 Nouit Dóminus dies immaculatôrum: & hæ-
réditas eôrum in ætêrnum erit.
21 Non confundêntur in témpore malo, & in C
diébus famis ſaturabûntur: quia peccatôres perî-
bunt.
22 Inimîci verò Dómini, mox vt honorificâti
fúerint & exaltâti: deficiêntes quemádmodum fu-
mus deficient.
23 Mutuábitur peccâtor, & non ſoluet: iuſtus
autem miſerêtur, & tribuet.
24 Quia benedicêntes ei hæreditâbunt terram: D
maledicêntes autem ei diſperîbunt.
25 Apud Dóminum greſſus hóminis dirigêtur:
& viam eius volet.
26 Cùm cecíderit, non collidêtur: quia Dómi-
nus ſuppônit manum ſuam.
27 Iúnior fui, étenim ſénui: & non vidi iuſtum
derelictum, nec ſemen eius quærens panem.
28 Tota die miſerêtur & cómmodat: & ſemen
illius



A illius in benedictióne erit.
29 Declîna à malo, & fac bonum: & inhábita in
ſæculum ſæculi.
30 Quia Dóminus amat iudícium: & non dere-
lînquet ſanctos ſuos: in ætêrnum conſeruabûn-
tur.
31 Iniúſti puniêntur: & ſemen impiôrum perî-
bit.
32 Iuſti autem hæreditâbunt terram: & inhabi-
B tâbunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.
33 Os iuſti meditâbitur ſapiéntiam: & lingua
eius loquêtur iudícium.
34 Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplan-
tabûntur greſſus eius.
35 Conſíderat peccâtor iuſtum: & quærit morti-
ficâre eum.
36 Dóminus autem non derelînquet eum in má-
C nibus eius: nec damnàbit eum, cùm iudicabitur
illi.
37 Expécta Dóminum, & cuſtôdi viam eius: &
exaltâbit te, vt hæreditâte cápias terram: cùm pe-
ríerint peccatôres, vidêbis.
38 Vidi ímpium ſuperexaltâtum: & eleuâtum, ſi-
cut cedros Líbani.
39 Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum,
D & non eſt inuêntus locus eius.
40 Cuſtôdi innocéntiam, & vide æquitâtē quó-
niam ſunt relíquiæ hómini pacífico.
41 Iniúſti autem diſperîbunt ſimul: relíquiæ im-
piórum interîbunt.
42 Salus autem iuſtôrum à Dómino: & protê-
ctor eôrum in témpore tribulatiônis.
43 Et adiuuâbit eos Dóminus, & liberâbit eos:
& éruet eos à peccatóribus, & ſaluâbit eos, quia
ſperauêrunt in eo.
1 Pſal

A

1 Pſalmus in Hebręo alternos verſus habet ſcriptos ordine alphabeti, atque ita eſt tertius alphabetarius. Quod artificium inducit ad vehementiorem argumenti contemplationem.

2 *Noli æmulari.* Noli inuidere, vel imitari malos, quòd vtantur proſpero ſucceſſu Æmulari, & zelari duo ſignificant, imitari, ſectari, deinde commoueri, irritari, ſibi diſplicere inuidere, ſe cruciare, indignari de re aliqua. Sic zelus eſt ſummus affectus, vel odij, vel amoris. Ne ergò ſecteris improbos, néve commouearis de eorum rebus ſecundis, illis ne inuideas, vt illorum exemplo ad peccandum prouoceris. Nam vtraque ſignificatio hic congruit, & in Græco, & in Hebræo, niſi quòd ini- B
tium verſus alij vertunt, Ne immiſceas tete maleficis. *Neque zelaueris*, ne inuideas improbis proſperitatem, ne irriteris eorum fœlicitate. Chaldæus: *Noli æmulari malignos, ne ſias eis ſimilis.*

a Eſa. 40. 6. 3 *Quoniam tamquam fœnum.* Ratio cur non ſint ſequendi impij. *Fœnum*, viride gramen *a*, Momẽtanea eſt eorum proſperitas. *Areſcent*, excindentur propriè. *Olera*, tenellæ herbæ.

4 *Bonitatem.* Bonum. *Et inhabita terram.* Imp. pro futuro. Et inhabitabis atque incoles terrã, & abundè paſceris. C
*In diuitijs eius terræ.* Nã eſt fœm. generis Græcè At Hebr. *Paſce ſidem vel veritatem.* Solidè, firmiter, & verè paſcêris: non vt illi momentaneè, & ad horam. Veritas firmitatẽ ſignificat. Poſſit etiam verti, Paſce educationem, vel cibum eius, vt ה ſit affixum, & אמון *Emun* cibus, nutritio, vt *b*: Hinc אומן *Omen* nutritius, educator. Quod videntur ſequuti 70. Niſi malis legiſſe, בממנה *Bemammonah*, Etſi ממון *Mammon*, propriè ſit Syrum.

b Deut. 32. verſ. 20.

6 *Viam tuã* Tua negotia, tuas neceſſitates patefac Domino, eas illi explicato, & cõmendato. Heb. *Volue ſuper Dominum* (proiice) committe, cõmenda illi. Metaphora â lapide, vel pondere, quod voluitur ad certum locum. D
Quamquam ordines imperfectorũ interdum confundũtur, vt גלה *Galá*, & גלל *Galal*, quorũ illud, *Reuelare* in Piel, hoc *Voluere* ferè ſignificat. Sic Chald. *Manifeſta corã Deo vias tuas, & ſpera in verbo eius.* Gall. *Deſcouure tes affaires. Et ipſe faciet*, viam tuã, ſcilicet, tua negotia perficiet.

7 *Et educet.* Proferet in apertum, in lucem & conſpectum, vel potius, illuſtrabit rebus proſperis, proſperabit tuam



A bit tuam iuſtitiam, ſplendere faciet tuam virtutem, ſiue probitatem, & magis ac magis proſperabere, vt lumen progrediendo ad meridiẽ, magis ac magis inclareſcit, *Iudicium*, etiam probitatem, & rectam vitę rationem appellat. Lumen autem, & meridies ſunt ſymbola proſperitatis & lætitiæ ſup. *a Subditus*, Ad verbum, *Sile Domino, vel expecta Dominum, & conſide ei.* Nempè ſubditum eſſe Domino, eſt ſilere ad eius iudicia, patienter ferre quicquid ipſe immiſerit, de nullo obmurmurare, ei acquieſcere. *In ſilentio, & ſpe ſit fortitudo veſtra b.* Oratio autem eſt primus, & præcipuus ſpei ſiue confidentiæ effectus.

a Pſal. 17. 32 Subditũ eſſe Domino quid ſit.
b Eſai. 30. 15.

B Opinari interim liceat 70. legiſſe התחולל *Hithholel*, confide, ſpera, vel per ה התהולל *Hitholel*, lauda, vel per פ התפלל *Hithpallel*, ora, precare.

8 *Noli æmulari.* Ne iraſcaris florentibus improbis, vt aduerſus Deum murmures, aut abiecto pietatis ſtudio, ſequaris eorum exempla. Sic verſu ſequenti. *Faciente iniuſtitias.* Reſtringit generalem propoſitionem ad improbos, Nam etiam pij proſperantur, quos æmulari oportet, id eſt, ſequi, imitari, non inuidia proſequi.

9 *Deſine ab ira.* Ne commoueare præſenti impiorum
C ſtatu, apud te veluti iraſcens, quòd ſic vigeant. Ne ad imitationem prouoceris, vel ne te immiſceas, vt & tu malè agas.

10 *Quoniam qui malignantur.* Amplificat idẽ aliis verbis, & antithetis. *Qui malignantur.* Ad verbũ, quia malè agẽtes exſcindentur. *Suſtinentes*, ſperantes, patienter expectantes Domini fauorẽ, & prouidentiam. *Terram.* Viuẽt in terra, eius bonis fruẽtur, ab ea nõ exterminabuntur, per Antitheſin. Arnobius, & Aug. de terra, in qua æternitas regnat. Cœlũ enim ſic ſæpe appellatur per metaphoram, ob ſubſtantiæ firmitatem, & cõſtantiam.

D 11 *Et adhuc puſillum.* Hypotypoſis. Paulò pòſt iam nuſquam apparebit, eiuſque locus tibi contẽplanti nuſquã occurret, vt qui deiectus fuerit de illa ſua proſperitate, vel etiam extinctus. *Quæres*, Eclipſim emolliuerũt. *Intellectũ pones ſuper loco eius, & non ipſe* (locus, vel impius, erit, ſubſiſtet, apparebit, vel quid ſimile.) Nõ inuenies eum in illo ſtatu, ac loco, in quo paulò antè ipſum florentem videras.

12 *Delectabuntur.* Fruentur multa pace, omni fœlicitatis genere.

13 *Obſeruabit.* Maligna mente inſpiciet. Ad verbũ, *Malignè*

*lignè cogitat impius in iuſtum.Super eum*,contra eum. A
14 *Irridebit.* Irritos efficiet eius conatus , & ſtudia,per Metalepſin.*Dies eius*,interitus eius, dies quo deſtruetur & peribit, tempus mortis. Aliqui, tempus vitæ eorum totum curat.

14 *Gladium euaginauerunt.* Metaphoræ de variis oppugnationibus.

16 *Vt trucident.*Ad verbũ,*vt mactent rectos via*,id eſt,vita, moribus,viuendi ratione.

17 *Gladius eorum intret.*Suis armis,ſuis conſiliis pereant.

18 *Super.*Quàm diuitiæ peccatorum multę.Paululum, quod iuſti poſſidẽt,& ſuauius,& fructuoſi⁹ eſt,quã impiorũ magna affluentia,ob arcanã Dei benedictionem. B

19 *Brachia.* Potentia,& opes,cuncta,in quibus illi confidunt. *confirmat*,corroborat,ſuſtentat,ſuſtinet,& fulſit.

20 *Nouit.* Fauore proſequitur,& præmiis. Curat,proſperat,fortunat.*Dies*,dierum,& vitæ curſus neceſſitates per metonym.*In æternum*,toto vitæ tẽpore , quãdiu vi-
*a Pſal.1.6.* uent,perſtabit.Sic *a*, Vitæ proborum curam habet , ac
*b Mat.7.23* nouit quibus periculis in vita ſint obnoxij , & quibus
*c vt verſ.14.* ſubſidiis egeant.Contrà *b*:*Non noui vos.Dies*,etiam ſumi poteſt *c*, pro tempore mortis.Diem mortis eorum curat.Eis morientibus adeſt,adeò vt hęreditas eorum futura ſit ſempiterna,vti ſequitur. C

21 *Malo.*Calamitoſo,belli,peſtilentiæ,afflictionum.

22 *Inimici Domini.*Periphraſis impiorũ.Et inimici Domini,velut pretioſum(i.adeps,decor)agnorũ,vel cam-
*d Iere.12.1.* porũ conſumpti ſunt, in fumo defecerunt. Nam adeps igni impoſitus flãma breui abſumitur,ſic impij ſaginati fœlici rerũ ſucceſſu,quaſi agni ad cædẽ deſtinãtur *d*. Quod de igne Gehennæ nonnulli accipiũt. Vel potius כיקר כרים *chikar charim*,pro infinitiuis,nõ nominib.70. habuerũt.Et בעשן *chabaſchã*,per caph,nõ beth,legerũt, D vtſit adverbũ:*Et inimici Domini circa honorari*(vel in pretio haberi) *circa exaltari conſumpti ſunt, ſicut fumus defecerunt.* Idem perpetuò ſenſus,etſi loquẽdi modus ſit diuerſus. R.Selomo pretioſitatem cãporum,de luce matutina intelligit, quæ progrediẽdo deficit.i.celeriter euaneſcit.

23 *Tribuet.*Benignè largietur.

24 *Benedicentes ei,maledicentes.*Celebrantes Deũ,& blaſphemantes,ſiue contumelia afficiẽtes. Maſoretæ legũt paſſiuè,benedicti eius,& maledicti:nępè ij,quibus Dominus benè vel malè vult. *Benedictio Domini diuites facit*,



A *cit a.Terram*,terræ bona,commoda,& fructus.Ratio ſu- *a Pro.10.22*
perioris verſiculi.

25 *A Domino greſſus.* A Domino eiuſmodi hominis iuſti greſſus , & viæ proſperè diſponentur, eas ipſe fortunabit , & vitæ eius iter diriget , opera eius grata habebit. Via pro inſtituto, & vitæ ratione. גבר *Gheber* virum , ſiue hominem virtute præditum , & fortem ſonat.

26 *Non collidetur.*Nõ proiicietur propriè,nõ tolletur de medio, non irreparabiliter cadet. Quod Origenes , & Euthymius,de lapſu hominum in peccato intelligunt,
B vt ſi peccẽt,quemadmodum Dauid,& Petrus,citra pœnitentiam non pereant, *b Septies in die cadit iuſtus, & re-* *b Pro.24.16*
*ſurgit.* Sed aptiùs de fœlicitate temporaria , vt ſi ab ea excidat,reſurgat. *Supponit.* Ad verbum, fulcit ſuſtentat manum eius.

27 *Nec ſemen eius.*Progeniem,filios,quos poſt ſe relinquet. *Quærens panem.*Hyperbole,pro panis, cibíve inopia deficiẽs:panem non inueniens. Vnde Pſalte.Rom. *Egens pane.* Nam etiã mendicãtibus bonis de pane prouidet.Per zeugma repeti poſſit *derelictum*, q.d.nec iuſtũ vidi derelictum, nec filios eius,etiam quærentes oſtia-
C tim panem,vidi derelictos,quin eis prębeat neceſſaria. Admirandã hîc obſerua Dei erga iuſtum.i.virũ pium, & bonum curam. Lyranus putat eſſe Hyperbolen , de
eo quod ferè fit.Alioqui Lazarus inopia periit,qui vir- *c Luc.16.20*
tute , & pietate erat eximia *c*. Hebræi interpretantur *21.22.*
לגמרי *lagmeri*,in totum omninò. Non vidi iuſtum ſimpliciter derelictum , quin habeat ſaltẽ vitæ neceſſaria,
victum,& veſtitum ſimplicem:quòd probãt è Iacob *d*, *d Gen.28.20.*
Paulus Brugenſis contra Lyranum,non de pane corpo- *e 2.ora.de*
rali,ſed ſpirituali. Sic Baſilius *e*:*Non loquitur*,inquit,*de* *ieiunio.*
D *pane ſenſibili , qui nouerat filios Iacob panis inopia deſcendiſſe in*
*Aegyptum,ſed de ſpirituali alimonia , qua interior homo paſci-* *f 1.Tim.4.8*
*tur.*Atqui hoc allegoricum eſt : *Et pietas non habet tantùm promiſſionem vitæ futuræ,ſed eius etiam, quæ nunc eſt f.* Lubẽs ego intellexerim de eleemoſynario, qui crebras habet
promiſſiones de benedictione , & fauore Domini *g*. Is *g 2.Cor.9.*
enim vſu linguæ, & cæterarum ab Hebræo manãtium *verſ.6.7.8.*
iuſtus appellatur,vt iuſtitia eleemoſyna *h*. *h Dan.4.24*

28 *Miſeretur.*eſt liberalis,beneficus,omni die,vel quotidie.*Commodat*,mutuò dat *Auriga*, *In benedictione* , fortunatum erit.Quando morietur , non extinguitur.Dei

bened

benedictio, ſed in liberos eius redundabit. A

a. vt verſ. 4 29 *Et inhabita* Imperatiuus pro futuro *a*, In terra inhabitabis, durabis, conquieſces, in æternum, quamdiu viues tutus eris.

30 *Iudicium*, opus iuſtum & rectum, virtutem. Quia Dominus amat iuſtos & virtute præditos. Virtutem hæc lingua iudicium, iuſtitiam, æquitatem appellat: & reuerà *iuſtitia in ſe virtutes complectitur omnes*.

31 *Iniuſti punientur*. Græcè, ἄνομοι δὲ ἐκδιωχθήσονται, quibus nulla Hebraicè reſpondent. Vnde aliqui conijciunt dimidium hunc verſum à Iudæis detractũ, qui inciperet עוילים *hauilim*: quoniã huius Pſalmi verſus alij cõſtant B
literarũ ordine, qui mancus reperietur, ſi ע trãſiliatur. Sed iam reſpondimus Septuag. addidiſſe ſæpè de ſuo, quæ ad ſententiã perficiendã deſiderari exiſtimabant: vt hoc loco, quò apertior eſſet Antitheſis, iſta interiecerunt, quæ videbãt à Dauide prætermiſſa per ἐυφήμησιν quòd nollet contaminare ſuum ordinem literarium, mẽtione עוולים *hauulim*, ſiue עולים *haulim* iniuſtorum, prauorum, *Semen impiorum*. In liberis Deus vlciſci ſolet peccata parentum, quantum ad corporalia & externa. Non autem quantum ad ſpiritualia & æterna, niſi ſimul ſectentur eorum impietatem. Nam tunc geminam pœnam luunt.

32 *Iuſti autem hæreditabunt*. Hæreditare, & inhabitare C
terram in perpetuũ, eſt in ea durare atque verſari fœliciter cum dignitate & benedictione. Ita R. Kimhi.

33 *Meditabitur*, loquetur meditatam ſapientiam, reſonabit. *Iudicium*, quod iuſtum & rectum eſt. De rebus bonis loquitur & cogitat. At Euthy. ſermonem cum iudicio & prudentia non inconſideratum profert.

34 *Non ſupplantabuntur*, non vacillabunt, prop. non nutabunt, non titubabunt, firmi erunt in Dei præceptis. Non errabũt à legis diuinæ præſcripto. Alij, firmi erũt in bonis & opibus. Supplantari apud Septuag. eſt vinci, ſuperari, plantis ſubiici & ſubſterni. D

35 *Conſiderat*, obſeruat, ſpeculatur iuſtum, inſidiatur ei.

36 *Illi*. ab illo impio. Dominus non damnabit iuſtum, non vt impium puniet, cùm iudicabitur & damnabitur ab illo impio. Non ratum habebit iudicium impij de iuſto. Longè ſunt alia iudicia Domini, alia impiorum. Vel non ſinet illum iniuſtè condemnari, quando in iudicium vocabitur ab illo impio. Non ſinet eum calũmniis, vel



A niis, vel peruerſis iudiciis, & iniquis ſentẽtiis opprimi. Calũnias, & iudicia impij De⁹ nõ ſinet ſuccedere. Verba actiua Hebræorũ ſæpè permiſſionẽ duntaxat ſignificãt. Ad verb. *In iudicari ipſum*, cùm iudicabitur ipſe, iuſtus ſ.

37 *Dominum*, Domini auxilium & prouidentiam. *Viam*, legem, præcepta.

38 *Sicut cedros Libani*. Heb. *Sicut lauros vigentes, quæ ſolent ramos latiùs ſpargere*. Sed Septuag. notiorem Metaphoram vſurparunt, quoniam in monte Libano ſylua erat cedrorum ingentium, toto orbe conſpicua. Chald. *ſicut arborem tranſplantatam & abundantem foliis*.

B 39 *Et tranſiui & ecce*. Impius cum ſuo loco & ſtatu, fœno ocyùs perit, me non aduertente, nec opinante. Me pertranſeunte, vt ad meum reditum, vel etiam abitũ, vt ad meum trãſitum nulla iam ipſius ſit cõmemoratio. Heb. *Et tranſiuit*, per tertiam perſonam. Quod Chaldæus doctè reddit, *Et tranſiuit* (impius) *de mundo, & ecce non fuit*.

40 *Innocentiam, æquitatem*, in Abſtracto. Sic Chald. *Serua integritatem, reſpice iter rectum*. Maſoretæ in Concreto, integrum & rectum. Quod aliqui de homine interpretantur. *Obſerua virum innocentem, & conſidera æquum virum, quoniam finis eius, pax*, (ſic enim ſequentia vertunt) quo-
C niam tandem huic viro erit pax, æterna ſcilicet: vt hortetur ad conſideranda exempla gratiæ Dei & iudiciorum eius. Rectiùs Septuag. quoniam reliquiæ ſunt homini pacifico, ſiue homini pacis, quòd in לאיש *leis*, Lamed habeat Sceua, non Camets. *Reliquiæ*, ergo, poſteritas & facultates. Alij, ſalus & æterna fœlicitas. Alij, exitus fœlix. Sed alienè. Nam in Antitheſi ſequentis verſus, vox hæc pro poſteritate & opibus quadrat pro exitu & extremo non item. Pacificos filios, & bona eis vtenda relinquet: impiorum autem poſteritas, & bona ipſis relicta peribunt. Ipſi cum ſua poſteritate & opibus a Pſ. 16. 14.
interibunt. Sic ſupra *a*, *Dimiſerunt reliquias ſuas paruulis*
D *ſuis*. Etſi vox Hebræa illic ſit diuerſa.

41 *Simul*. pariter, ad vnum omnes *b*. Aliqui annectunt b Vide Pſal.
ſequentibus, ſed non tam aptè, neque ſecũdum Hebrai- 32. ver. 16.
cam diſtinctionem. *Interibunt*. Ad verb *poſtremum impiorum exſcinditur*. Poſtremũ autẽ appellant prolẽ & poſteri
tatem, vt iã dictũ eſt *c*, Aliquando etiã exitũ, finẽ, quo in c vt Dan. 11. c.
ſignificatu Chald. *finis impiorũ interitus* (æterna perditio) ver. 4.

42 *A Domino*, erit ſupple. Eos Dominus ſaluabit & proteget.

A

## ARGVMENTVM.

*Deum obſecrat, vt ſe grauiter ægrotum ob peccata, ab amicis neglectum, ab inimicis exagitatum, iuuet ſanétque. Multa conueniunt Chriſto.*

## 1 Pſalmus Dauid in rememoratione die Sabbati. XXXVII. Heb. 38.

DOmine, ne in furôre tuo árguas me: B
neque in ira tua corrípias me.
3 Quóniam ſagîttæ tuæ infîxæ
ſunt mihi: & confirmâſti ſuper me
manum tuam.
4 Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ:
non eſt pax óſſibus meis à facie peccatôrum
meôrum.
5 Quóniam iniquitâtes meæ ſupergrêſſæ ſunt
caput meum: & ſicut onus graue grauâtæ ſunt ſu- C
per me.
6 Putruêrunt, & corrûptæ ſunt cicatrîces meæ:
à fácie inſipiéntiæ meæ.
7 Miſer factus ſum, & curuátus ſum vſque in finem:
tota die contriſtâtus ingrediêbar.
8 Quóniam lumbi mei implêti ſunt illuſiónibus:
& non eſt ſánitas in carne mea.
9 Afflîctus ſum, & humiliâtus ſum nimis: rugiêbam
à gémitu cordis mei.
10 Dómine, ante te omne deſidérium meum: & D
gémitus meus à te non eſt abſcónditus.
11 Cor meum conturbâtum eſt, derelîquit me
virtus mea: & lumen oculôrum meôrum, & ípſum
non eſt mecum.

12 Amici



A 12 Amîci mei, & próximi mei: aduêrſum me appropinquauêrunt,
& ſtetêrunt.
13 Et qui iuxta me erant, de longè ſtetêrunt: &
vim faciêbant, qui quærêbant ánimam meam.
14 Et qui inquirêbant mala mihi, locûti ſunt vanitâtes:
& dolos tota die meditabântur.
15 Ego autem tamquam ſurdus non audiêbam: &
ſicut mutus non apériens os ſuum.
16 Et factus ſum ſicut homo non aúdiens: & non
B habens in ore ſuo redargutiônes.
17 Quóniam in te Dómine ſperâui: tu exaúdies
me Dómine Deus meus.
18 Quia dixi, nequândo ſupergaúdeant mihi inimîci
mei: & dum commouêntur pedes mei, ſuper
me magna locûti ſunt.
19 Quóniam ego in flagêlla parâtus ſum: & dolor
meus in conſpêctu meo ſemper.
20 Quóniam iniquitâtem meam annunciâbo: &
C cogitâbo pro peccâto meo.
21 Inimîci autem mei viuunt, & confirmâti ſunt
ſuper me: & multiplicâti ſunt, qui odêrunt me inîquè.
22 Qui retribuunt mala pro bonis, detrahêbant
mihi: quóniam ſequêbar bonitâtem.
23 Ne derelînquas me Dómine Deus meus: ne
diſcéſſeris à me.
34 Intênde in adiutórium meum: Dômine Deus
D ſalûtis meæ.

1 *In rememorationem*, εἰς ἀνάμνησιν Heb. autem, *ad memorandum*, ſua peccata & miſerias ſcilicet, vt Pſalmus ad laudandum, (Deum videlicet.) *Die ſabbati*. Additum ex vſu Synagogæ, quæ hunc Sabbatis canebat.

2 *Domine ne in furore*. Ne me duriùs punias, quàm pro meis viribus.

O 2 3 *Quoniam*

3 *Quoniam ſagittæ*, Poëtica hypotypoſis hominis grauiter ſauciati, & variis malis affecti, vſque ad verſ. 17. quaſi graphicè depingit tentationes peccati & conſcientiæ. Sagittas Dei vocat ſuum morbum, vel miſeriam, & cruces à Deo immiſſas, *manum tuam*. Metonymia. Plagam tuam mihi firmiter impreſſiſti, feriendo ſcilicet. Ad verbum. *deſcendere feciſti ſuper me manum tuam*. A

4 *Sanitas*, integritas prop. Non eſt in me ſani quicquam. *Pax*, quies, doloris remiſſio. *A facie*. loco Præpoſitionis Propter, vſurpant *à facie* Hebræi. Propter iram tuam. Et mox, propter peccata mea. Et verſ. 6. propter inſipientiam meam. *Pax*, valetudo, ſalus. Se oſſibus, id eſt, membris, & animo ægrum eſſe docet. B

5 *Supergreſſæ ſunt*, tranſcendunt, tranſeunt. Quod duobus poteſt modis concipi. Primũ per Metaphoram, à demerſis, quorum caput aqua tranſcēdit: deinde per Metony. τὸ *caput meum*, vt caput ſignificet capitis pilos. q. d. Numeroſiores ſunt iniquitates meę capillis capitis mei. Quoniam multitudine peccatorum obrutus ſum, & eis tamquam graui & ponderoſo onere oppreſſus. Vſque adeò excreuerunt illa ſiue numero, ſiue magnitudine, vt iam caput peſſundent. Per Proſopopœiam tribuit pondus & grauitatem peccatis, quam explicans Nicetas in Nazianzenum de Baptiſmo, caput principē animi partem exponit, cuius mentem, & rationem, & conſcientiam, peccatum premit, atque onerat. Adde ex Baſilio pœnas, quæ propter illud ſuſtinentur, eſſe graues & acerbas. C *Graue grauatæ*. Etiam in Hebræo eſt Paronomaſia, כבד יכבדו *cabed iicbedu*. *Super me*, ſuper meum dorſum, ſupra meas vires.

6 *Cicatrices*, tumores, & vlcera meorum peccatorum. Significat inueteratum eſſe morbum vel peccatũ, quod animi eſt vlcus & cicatrix. Diuturnitas morbi facit ad commiſerationem maiorem. Eſt autem Metaphora de vulneribus conſcientiæ. Vulnera peccatorum meorum D inueterata ſunt, vetuſtate putrida, & fœtentia propter meam inſipientiam. Nam ſimulátque cõtracta fuerant, eis mederi debueram, & occurrere. q. d. mea culpa ſum peccator inueteratus. חבורות, *Habburoth*, quaſi ſanie collecti tumores & apoſtemata *A facie*, propter, vt ſupra *a*, Rectè autem peccata inſipientiam vocat, inquit Orig. *Nemo enim ſapiens ea admittit ſiue virtutis amore, ſiue pœnæ formidine.*

*Peccata rectè inſipientiæ dicuntur.*

*a verſ. 4.*





A 7 *Miſer factus ſum*. Præ morbi, vel calamitatis vehementia. *Miſer*, obliquus prop. *Curuatus*, depreſſus & humiliatus. *Vſque in finem*, mirum in modum. Geſtus hominis graui onere preſſi, & incuruati, *Contriſtatus*. Exponitur fontis Metaphora, Nigricans, ater, atra & nigra facie propter animi mœſtitiam.

8 *Illuſionibus*, pudendis motibus, & affectibus, vel malis me ludis, & iocis maleuorum exponentibus, morbis, ob quos mihi illudant. Metonym. Heb. deſpectu, ignominia: vel ſecundum quoſdam, combuſtione (ardore) quaſi illic eſſet apoſtema. Hæ enim corporis partes ſunt obnoxiæ inflammationibus, & humorum corruptorum defluxionibus. Renes mei, lumbi mei, & ilia ægerrimè ſunt affecta. Morbus ad ilia vſque peruaſit, cuius cauſa me mei æmuli rident & deſpiciunt, tantum abeſt, vt miſereantur. Aliqui nimis curioſè, pudendo vlcere, & fœdo, Vt vel locus notetur ſub renibus vergens ad coxendices, ſiue medius inter femora & ilia, vbi fuerit vlcus, vel morbi genus, quod verecundè non poſſit nominari. C

9 *Afflictus ſum*, remiſſus ſum prop. & debilitatus, remiſſis & diſſolutis viribus factus ſum. B *Humiliatus*, attritus prop *A gemitu*, præ gemitu, propter, נהמה *Nahamah*, fremitum potius ſignificat. Vnde leoni tribuitur irato *a*.

*a Prou. 19. 12.*

10 *Domine ante te*. Quicquid omninò cupiã, tibi eſt cognitum, & quid gemam non te latet. Scis quid velim, & quid deſiderẽ, nempè remiſſionem peccati, & calamitatis, tuam denique gratiam.

11 *Conturbatum eſt*, ſic turbatum, vt palpitet, & præ anxietate ſe veluti verſet, & in orbem agitet, turbinis inſtar, variis cogitationibus, סחרחר *Scharhar*, circuire, ire in orbem, ſe gyrare. D *Virtus*, vires, robur. *Et ipſum*, etiam ipſum. *Et*, particula exaggerationis. Etiam lumen oculorum amiſi præ lachrymis & ægritudine. Proſpera videntur aduerſa, oculi caligant propter mœſtitiã & fletum. Origenes ad mentis lumen refert, quod poſt illuminationem & veritatis agnitionem in tenebras deciderit. Vis exaggerandi in Heb. refertur ad oculos. *Etiam ipſi* (oculi) *non ſint mecum*, etiam ipſos oculos perdidi præ lachrymarũ copia. Intus pugnæ, foris pauores.

12 *Aduerſum me* Heb. *è regione plagæ meæ ſe ſtatuerunt, è remotis, & è longinquo*, id eſt, Non me viſerunt, non propiùs coniuncti ſunt ad me conſolandum, me deſeruerunt in

meis malis, ſteterúntque auerſi, ſiue metu, ſiue inhu- A
manitate, humanitatis officia erga me non exercuerũt. Per amicos tamen Arnobius & Baſilius Angelos intelligũt, qui eminus ſtant peccata lugentes. Septuag. ſi hîc verbis hæſerunt, potius quàm ſententiæ, legerunt נגעו *mághebu* per vau, attigerunt, propinquarunt, non נגעי *nighi* per Iod. plagam meam.

13 *Qui iuxta me erant*, propinqui mei. Galli. *Mes proches parens*. vel eſt Periphraſis vicinorum qui propè nos habitant. *Et vim faciebant*, conabantur vitam mihi eripere. Heb. *illaqueabant*, tendebãt laqueos. Inimici inſidiis, ca- B
lumniis, & odiis addebant afflictionem.

14 *Vanitates*, peruerſitates, confractiones propriè, quæ pertinent ad meam ruinam & calamitatem.

15 *Ego autem tamquam*. Sum ſimilis muto, qui non aperit os ſuum, vt fetur, vel reſpondeat. Sum patientiſſimus, patientiſſimè ferebam eorum probra.

16 *Redargutiones*, confutationes, reſponſa ad calumnias,
*a* 2. Reg. 16. rationes me tuẽdi & reſpondendi. Sic Dauid *a*, ad con-
ỳ. 10. 11. 12. uitia Semei obmutuit, peccatis ſuis hæc deberi ſentiens, & Domino vindictam relinquens.

17 *Quoniam in te Domine*. Prima ratio, cur Dominus eum C
exauditurus ſit: cui & ſubiungit tres alias. Nam in ſequentibus tribus verſibus, Quoniam, vel Quia repetitur per Anaphoram.

18 *Quia dixi*. Secunda ratio. Quia (inquit) precatus ſum, ne lætentur de me, id eſt, de mea pernicie & malis, inimici mei, & dum nutant res meæ, contra me magna loquuti ſunt & machinati. *Super me*, aduerſum me. Simulátque vacillant, vel labuntur pedes mei, glorioſè, & ſuperbè mihi inſultant.

19 *Quoniam ego*. Tertia ratio. Quoniam ad omnem caſum & ſupplicium paratus ſum pro peccatis meis ſuſtinendum, & dolorem maximum, & perpetuum ex iis D
capio. *Ad flagella*, צלע *tſeláh* alij claudicationem interpretantur. Chald. *contritionem ſiue confractionem*. Immutata Metaphora, non vi. *Et dolor*, cruciatus, pœna meorum peccatorum mihi perpetuò eſt ante oculos. Alij peccatum meum, quod me angit & vexat grauiter. q. d. numquam obliuiſcor meorum peccatorum, ea ſemper in oculis fero.

20 *Quoniam iniquitatem*. Quarta. Quoniam agnoſcam & confitebor meum peccatum, & dolebo. *cogitabo*, cũ ſolli-

lici



A licitudine & anxietate. Vnde Hebr. ſollicitus ero, & anxius de peccato meo. Cogitando delebo propter peccatum meum.

21 *Super me*, contra me, vel pluſquam ego. Sunt me potẽtiores & robuſtiores. *Viuunt*. viuẽdo inualeſcunt & roborant ſe contra me. vel viuunt, id eſt, florent, fruuntur omnibus rebus proſperis. *Iniquè*, immeritò, ſine cauſa.

22 *Detrahebant*, aduerſabantur, inimicabantur propriè.

23 *Ne diſceſſeris*, ne abeas longiùs propriè.

24 *Intende*, feſtina, propera prop. in auxilium meum, ô Domine, qui me ſoles ſeruare, & eripere è malis & pe-
B riculis.

## ARGVMENTVM.

*Ægrotus, vel afflictus, abrupto propoſito ſilentij, Deum orat, vt ſibi adſit, & veniam det, ac ſaltem vitæ breuitatem, quæ homini conceditur, ne deneget.*

## 1 In finem pro Idithun canticum
## C Dauid. XXXVIII. Heb. 39.

DIxi cuſtódiam vias meas: vt non delînquam in lingua mea.
3 Póſui ori meo cuſtódiam: cùm
conſíſteret peccâtor aduêrſum me.
4 Obmútui & humiliâtus ſum, & ſílui à bonis: &
dolor meus renouâtus eſt.
D
5 Concáluit cor meum intra me: & in meditatióne mea exardêſcet ignis.
6 Locûtus ſum in lingua mea: notum fac mihi Dómine finem meum:
7 Et númerum diêrum meôrum quis eſt: vt ſciam, quid deſit mihi.
8 Ecce menſurábiles poſuîſti dies meos: & ſubſtántia mea, tamquam níhilum, ante te.

9 Verúmtamen vniuérſa vánitas : omnis ho- A
mo viuens.
10 Verúmtamen in imágine pertrânſit homo:ſed
& fruſtrà conturbâtur.
11 Theſaurizat:& ignôrat,cui congregâbit ea.
12 Et nunc quæ eſt expectâtio mea? nónne Dó-
minus?& ſubſtántia mea apud te eſt.
13 Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me: op-
próbrium inſipiênti dediſti me.
14 Obmútui, & non apérui os meum, quóniam B
tu feciſti:ámoue à me plagas tuas.
15 A fortitúdine manus tuæ ego defêci:in incre-
patiónibus,propter iniquitâtem, corripuiſti hó-
minem.
16 Et tabéſcere feciſti,ſicut aráneam,ánimam e-
ius:verúmtamen vanè conturbâtur omnis homo.
17 Exaùdi oratiònem meam Dómine, & de-
precatiònem meam : aúribus pércipe láchrymas C
meas.
18 Ne ſileas, quóniam áduena ego ſum apud te,
& peregrînus:ſicut omnes patres mei.
19 Remítte mihi, vt refrígerer prius quàm áb-
eam:& ámplius non ero.

---

1 *Pro Ieduthun*, vt detur Ieduthun vni è duodecim can- D
toribus Dauidis decantandus, vel ad modos muſicos
concinnandus. Ad Verbum. *Vincenti* (id eſt, archimuſico)
*Ieduthun canticum Dauidis.*
2 *Dixi cuſtodiã vias meas*. Hypotypoſis hominis pij mi-
rè afflicti, & dolentis propter furorem impiorum, vſq;
ad verſ. 6. vt tandem poſt longum apud ſe carnis & ſpi-
ritus conflictum, vertat ſe ad ſolum Deum, & erumpat
3. *Reg.* 19. *v.* 4. in voces Helianis ſimiles *a*. *Tolle Domine animam meam.*
*Neque enim melior ſum, quàm patres mei.* Dixi in rerum con-
fuſionibus & calamitate, me cohibebo, nec quicquam
tem



A temerè & impatienter effundam, vt ſolent ægri, afflicti
& calamitoſi. Statui ita viuere, vt ne quid lingua pec-
cem. Propoſui mihi rerum omnium difficillimam, non
peccare lingua, quicquid mihi acciderit *a*. Stoici tale a *Iac.* 3. *v.* 2.
quid imperabant apud Ciceronem, & Seneca eò nos
vult adducere, vt ſimus ἀπαθεῖς.
3 *Cuſtodiam*. Hebr. frænum, vel chamum, id eſt, ſilen-
tium, Metaphoricè. *Cùm conſiſteret*, cùm me oppugnaret
peccator, & veluti in acie ex aduerſo mei ſtaret.
4 *Obmutui*, continui linguam ne peccarẽ, méque hu-
B miliaui, & ad ſilentium obfirmaui, etiam ſi non deeſſent
iuſta & bona, quæ loquerer. *Et ſilui à bonis*, etiam à bo-
nis verbis me continui, ne vi calamitatis, & mali ali-
quid effunderem contra decorum. Abſtinui à iuſta oc-
caſione defendendi mei, vel conquerendi: à iuſta cau-
ſa loquendi deſtiti: etſi mihi eſſet iuſta cauſa, etſi habe-
rem honeſtam opportunitatem conquerendi, ei ceſſi,
vt ſeruarem meum inſtitutum de tacendo, & non pec-
carem per impatientiam morbi, vel perſecutionis. *Et*
*dolor meus renouatus eſt*, etiamſi dolor meus recruduerit,
exaſperatus, auctúſque ſit. *Et*, pro etſi, è R. Kimhi. Poſ-
ſit tamẽ exponi, pro *At*, Silui quidem à bonis, at dolor
C è meo malo conceptus, me ad rumpenda ſilentia exa-
gitauit & ſtimulauit. Dolui tamen, & iratus fui, licet in-
uitus *b*. *Non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi ma-* b *Ro.* 7. *v.* 19.
*lum, illud facio. Infœlix homo, venundatus ſub peccato.*
5 *Concaluit cor*. Hypotypoſis hominis æſtuantis, præ
deſiderio alicuius rei. Improbitas impiorũ vrit homi-
nem pium, & ad rumpendũ ſilentij & patientiæ propo-
ſitum impellit & inuitat. Haud abſimili locutione inci-
tabatur ſpiritus Pauli in ipſo, vidẽs idololatriæ deditã
ciuitatẽ *c*. *Exardeſcet*, futurum pro Præterito. Exarſit ze- c *Act.* 17. *v.*
lus, qui eſt quidam ignis & feruor, in interioribus meis 16.
D præ cupiditate loquẽdi. Alij, dolore, & ira ſum inflam-
matus, meas & piorum cruces cogitans, & mala.
6 *Locutus ſum*. Mortem optaui, præſentis vitæ tædio,
& futuræ deſiderio, ſicque precatus ſum. *In lingua mea*,
mecum, id eſt, tacitè & ſummiſſè mecum ſum locutus.
*finem meum*, diem exitus mei, finem meorum malorum.
In pugna carnis, & ſpiritus ſe conuertendum ad pre-
ces docet.
7 *Numerum*, menſuram propriè. *Quid deſit mihi*, quid ſu-
perſit de vita mea. Chald. *vt ſciam, quando, deficiam à ſæcu-*

*lo*. Ad verbum quàm temporalis ego, id eſt, quantulo tẽpore victurus ſim, quamdiu ſim victurus, quando deſinam eſſe in viuis. 70. potueruntaccipere חֶלֶד *Háled*, pro חֲדֶל *Hadel* per Metatheſin poëticam. A

7 *Menſurabiles*, momentaneos, breues, non longæuos, nõ diuturnos, breui mẽſura cõprehenſibiles. Heb. *palmales*, dodrantales, quatuor digitorũ, ſiue palmi mẽſuram minimè excedentes. *Subſtantia mea*. hypoſtaſis meę vitæ, ſubſiſtentia, vigor & firmitas. Sic ſolent Septua-

a *vt verſ*. 12. ginta ſumere hoc vocabulum *a*, Heb. *æuum meum*. *Ante te*, te vidẽte & cognoſcente. Aliqui. comparatione tuæ æternæ durationis. B

9 *Verumtamen*. πλὴν particula vtuntur Septuaginta pro

b *Sic v*. 10. *&* 16. verè, ſanè, certè *b*, vt non accipiatur aduerſatiuè, ſed expletiuè, vel aſſeueranter. *Vniuerſa vanitas*, mera vanitas, tota & ſumma, *Vniuerſa* enim eſt fœminini generis, per conſtructionem Adiectiui & Subſtantiui. vt Heb. כָּל־הֶבֶל *Col hebel*. per Maccaph virgulam, régiturq; à parte poſteriore. q. d. Omnis homo viuẽs eſt vniuerſa vanitas, eſt vaniſſimus, ita vt omnis creaturarum vanitas, & miſeria in humana ſpecie velut aggregetur, ac omnis vanitatis omnium creaturarum aliquid, aut totum habeat homo, dum quæ in aliis eſt diſperſa, in eo vno ſimul inuenitur, atque colligitur. Græcè tamen eſt alia conſtructio, niſi locus ſit corruptus, *πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, verumtamen omnia vanitas, omnis homo viuens*, quod aliqui exponunt per, Eclipſin κατὰ, per omnia eſt vanitas omnis homo viuens. Alij per exaggerationem, omnia ſunt vanitas, etiam, vel, & præcipuè omnis homo viuens. Simplicior eſt conſtructio Hebraïca, quã dixi. Omnis homo viuens eſt mera, ſumma, perfecta, & plena vanitas. Non eſt particula vanitatis, ſed tota, in-

*Homo qua ratione ſit vniuerſa vanitas*. tegra, & ſolida vanitas. Nam, vt eſt quodammodò omnia ſiue vniuerſa creatura, cum inanimatis enim eſt, cum plantis viuit, & vegetatur, cum brutis appetit, ſentit, mouetur, cum Angelis intelligit, ratiocinatur, vult, meminit: *Ita* eſt vniuerſa eorum vanitas. Cum inanimatis corruptelæ, caſibus, iniurijs cœli, elementorum, locorum, temporum, & accidentium corporalium eſt obnoxius. Cum viuentibus, inſtabilitati, & neceſſitati accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis, mortis, & interitus. Cum ſentientibus, vniuerſæ ſenſuum & ſenſibilium affectionum, perpeſſionum, patibilium D

qual



A qualitatum mutationi, atque infœlicitati. Cum Angelis, alternationi, volubilitati, & mutabilitati cogitationum, voluntatum, ſtudiorum, rationum, conſiliorum. Quin, & ſuperat eorum omniũ vanitates, & inconſtantias. Nam pręter curas vitæ varias, & ancipites, hoc habet proprium, vt nõ vni peccatorum generi, ſed variis, multiplicibus, atque adeò innumeris, quorum pleraq; ſint nefanda, naturæq; contraria, ſubiaceat. Neq; enim tot curarum, & peccatorum differẽtiis cum vllis communicat. Ita eſt vanitatum, & miſeriarũ omnium epi-

B tome. *Viuens*, *ſtans*, prop. *permanẽs* (in vita.) *Sela*. Nam hęc tanta hominis vanitas meretur conſiderari, & animo reuolui.

10 *In imagine*. In vmbra, quæ facilè euaneſcit. Imaginem opponit veritati, & rei ſolidę. Significat ergò vmbram, ſpeciem, rem adumbratã, nihil ſolidi, & expreſſi habentem. q. d. homo imaginariã vitam ducit, vmbratilem, non veram, aut ſolidã, inſtar vmbræ euolantem, & euaneſcentem. In eius vita nihil eſt ſolidi, ſed vana ſpecies, & exterior. *Sed & fruſtra conturbatur*, accedit ad

C hãc vitæ humanæ vanitatem, quòd etiam tum tantillo tẽpore temerè tumultuatur, nec quiete vlla perfruitur.

11 *Cui congregabit ea*. Quali, iuſtóne, & probo, an iniuſto, & improbo, iuxta illud *a*: *Deteſtatus ſum omnem in-*

*duſtriam meam, habiturus hæredem, quem ignoro, vtrum ſapiens,* a *Eccl*. 2. 18.

*an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui, & ſollicitus fui. An eſt quicquam tam vanum?* Magis ad verbum: *Quis ſit ea collecturus*.

12 *Et nunc quæ expectatio*. Nunc igitur quę eſt ſpes mea. Nunc igitur, cùm tanta ſit vitæ breuitas, vanitas, miſe-

D ria, ad quem confugiam, niſi ad te. *Subſtantia*, ſubſiſtẽtia,

firmitas, vt ſuprà *b*, Heb. *Spes mea in te eſt*. Et fortaſſe b *verſ*. 8.

huc reſpexit Paulus *c* dum *fiduciam initium ſubſtantiæ* c *Heb*. 3. 14.

*Chriſti appellat*, & *d* quando fidem *ſubſtantiam rerum ſperan-* d *Heb*. 11. 1.

*darum definit*, nempè baſim, firmitatem, fundamentum,

vt alibi *e*, *Fundamentum*, inquit, *poſui* de fide, cui, tam- e 1. *Cor*. 3. 10.

quam fundamento, ſancta opera ſuperſtruenda ſunt. Alij ſubſtantiam hîc accipiũt pro diuitiis, & bonis, per Antitheſin. Hi quidem theſauris incubant: mea verò expectatio eſt Dominus, & ſubſtantia mea omnis. Meæ omnes diuitiæ, & theſauri apud te ſunt, ita vt vbi te vnum habuerim, cuncta ſim habiturus, quæ ego expeto, & deſidero.

13 *Dediſti*

13 *Dediſti me.* Hæc enunciatio deprecanter ponitur in A
fonte. Ne ponas, ne des me in opprobrium inſipientis:
a Verſ. 3. Inſipientem autem appellat, quem peccatorem *a* ſuprà,
b Pſal. 37. 6. vt inſipientiam peccatum *b*.
14 *Obmutui.* Non murmuraui. *Quoniam tu feciſti*, hoc ſci-
c Eſa. 54. 16. licet, has cruces, vel quid ſimile *c*, quoniam mihi has
calamitates intuliſti, patiēter tuli, neque ſum conque-
ſtus. Apoſiopeſis. Ad tuas plagas obmutui, vt quæ mihi
non contingant abſque conſilio, & voluntate tua. Aug.
non aptè ſupplet, *me, Quoniam tu feciſti me.* B
15 *A fortitudine.* Propter plagæ tuæ vim ego defeci,
deliquiū paſſus ſum, forti manus tuæ percuſſione penè
conſumptus. *Fortitudinem*, hîc alij vertunt mixtionem,
id eſt, conflictum, alij tractionem, alij percuſſionem,
eodem ſenſu; ſed diuerſo tropo. *In*, per increpationes,
& minas, conſtruitur cum ſeq.
16 *Sicut aranea m animam eius.* Hebr. *Sicut tineā deſiderium*
*eius*, eodem ſenſu. Aranea enim, vel tela araneæ facilè
perit. Tinea, ſi obiiciatur ſoli, diffluit, & interit abiens
in auras. Ita hominis deſiderium, vita, ſtatus, conditio C
fugaciſſima eſt, & corruptelæ maximè obnoxia. Aliqui,
vt R. quidam Anonymus, interpretantur in nominati-
uo, *ſicut tinea*. i. ſicut tinea abſumit veſtes magna celeri-
tate, ita & tu animam hominis, ſiue vitā. Metonymicè.
*Verumtamen*, vtique, ſanè, verè per Epiphonema.
17 *Deprecationem.* Clamorem propriè.
18 *Ne ſileas.* Ad meas lachrymas. i. exaudi me flentem.
*Aduena*, hoſpes propediem diſceſſurus ad mortem, pe-
regrinus in terra habito, expectans vt patres mei, habi-
tationem cœleſtem. *Sicut.* Ratio alia huius ſimilitudinis
d 1. Par. 29. explicatur *d*. *Peregrini ſumus coram te, & aduenæ, ſicut omnes* D
*patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt*
*mora.*
18 *Remitte mihi, vt refrigerer.* Remiſſè, & leniter mecum
age, vt me roborem, & reficiam, vel permitte, ſine me
refrigerari, & quieſcere priuſquàm moriar, & nō exi-
ſtā in viuis. Sic enim poſteà placidè exibo ex hac vita,
& ſine terroribus conſcientiæ, qui tū ſuboriri ſolēt. Ad
verbū, *Ceſſa à me, & roborabo me.* Abſtine paululum à fla-
gellando, vt vires priſtinas recipiam. Da quietem, &
otium, vt in pietate conualeſcam, priuſquàm excedam
ex hac vita. Nam de relaxatione afflictionis loquitur,
non de remiſſione peccatorum, vt vulgò poſt Auguſti-
num



A num exiſtimatur. In Græco eſt ἄνες remitte, non vt in
oratione Dominica ἄφες dimitte. Sic in Hebræo השע
ממני *haſſaa mimmenni*, ceſſa, deſine à me.

ARGVMENTVM.

*Chriſtus gratias agit, quòd Deum Patrem ſemper habeat præſentem. Et obedientiam (eam vt ſacrificio præponenti) offert. Sed interim ſe nunc quoque liberet, vltus aduerſarios. Pſalmus eſt Propheticus. Heb. 10. 5. 6. Afflicto vel ægroto commodus.*

## B 1 In finem, Pſalm. huic Dauid. XXXIX. Hebr. 40.

2 EXpêctans expêctaui Dóminum: & intêndit mihi.
3 Et exaudîuit preces meas: & edûxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.
4 Et ſtâtuit ſuper petram pedes meos: & dirêxit greſſus meos. C
5 Et immîſit in os meum cánticum nouum: carmen Deo noſtro.
6 Vidêbunt multi, & timêbunt: & ſperâbunt in Dómino.
7 Beâtus vir, cuius eſt nomē Dómini ſpes eius: & non reſpêxit in vanitâtes, & inſánias falſas.
8 Multa fecîſti tu Dómine Deus meus mirabília tua: & cogitatiónibus tuis non eſt, qui ſímilis
D ſit tibi.
9 Annunciâui, & locûtus ſum: multiplicâti ſunt ſuper númerum.
10 Sacrifícium, & oblatiônem noluîſti: aures autem perfecîſti mihi.
11 Holocâuſtum, & pro peccâto non poſtulâſti: tunc dixi, ecce vénio.

12 In cápite libri ſcriptum eſt de me, vt fácerem A
volũtâtem tuam: Deus meus vólui, & legem tuam
in médio cordis mei.
13 Annũciâui iuſtítiam tuam in Eccleſia magna:
ecce lábia mea non prohibêbo, Dómine tu ſciſti.
14 Iuſtítiam tuam non abſcôndi in corde meo:
veritâtem tuam, & ſalutâre tuum dixi.
15 Non abſcôndi miſericórdiam tuam: & veri-
tâtem tuam à concílio multo.
16 Tu autem Dómine ne lõgè fácias miſeratiô-
nes tuas à me: miſericórdia tua, & véritas tua ſem- B
per ſuſcepêrunt me.
17 Quóniam circumdedêrũt me mala, quorum
non eſt númerus: comprehendêrunt me iniquitâ-
tes meæ, & non pótui, vt vidérem.
18 Multiplicâtæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei:
& cor meum derelîquit me.
19 Compláceat tibi Dómine, vt éruas me: Dó-
mine, ad adiuuândum me réſpice.
20 Cõfundântur, & reuereântur ſimul: qui quæ-
runt ánimam meam, vt áuferant eam
21 Conuertântur retrórſum, & reuereântur: qui C
volunt mihi mala:
22 Ferant conféſtim confuſiônem ſuam: qui di-
cunt mihi, Euge, Euge.
23 Exúltent, & lætêntur ſuper te omnes quærên-
tes te: & dicant ſemper, magnificêtur Dóminus,
qui díligunt ſalutâre tuum.
24 Ego autem mendícus ſum, & pauper: Dómi- D
nus ſollícitus eſt mei.
25 Adiûtor meus, & protêctor meus tu es: Deus
meus ne tardáueris.

---

1 *Expectans expectaui.* Vehementi deſiderio, & ſollicitè præſtolatus ſum Dominũ. Hæc enim repetitio ad Au-
xeſin



A xeſin. *Et intendit,* aurem ſcilicet Auſcultauit me. Vnde mox ſe explicat per Epexegeſin.

3 *De lacu.* De externis periculis, & calamitatibus. Pro *miſeria* fons habet ſtrepitum. De lacu, in quem aquæ cũ ſtrepitu, & fragore decidũt. *De luto fæcis,* de cœno, è quo non ſolent homines ſeſe eripere. Alij, de loco fœtido, & ſordido.

4 *Supra Petram.* Rupem, vbi eſſem in tuto, & tranquillitate: me in firmo, & ſecuro loco collocauit. *Direxit.* firmauit, ſtabiliuit, ne laberer.

5 *Et immiſit in os.* Nouam mihi materiam præbuit celebrandi ſuam gratiam, & benignitatem. *Nouum,* i. noui
B argumẽti, vel noui artificij, & operis. Alij ſingulare, & exquiſitum. *Deo noſtro.* i. ſibi per enallagen. Carmen (appoſitoriè) quod canam ad ſe, Deum noſtrum, ad ſe, qui eſt Deus noſter.

6 *Videbunt multi.* Apoſiopeſis. Hæc omnia, vel hanc meam liberationẽ, vel hunc meum cultũ (nam eclipſes multa cogitationi permittunt) videbunt multi, & reuerebuntur eum. *Videbunt,* meam liberationem. Prædicit multos conſpecta glorificatione, & exaltatione Chriſti, Dei cultum, & timorem profeſſuros.

7 *Beatus vir.* Dicendo ſcilicet, *Beatus,* &c. *cuius eſt nomen.* legerunt 70. שם *Sem* nomen, nõ שם *Sham* poſuit. Quam
C quam nihil refert, ſiue interpreteris, *Beatus vir, cuius nomen Domini eſt ſpes eius,* ſiue vt Maſoretæ, *Qui poſuit Dominum ſpem ſuam.* Nam nomen Domini eſt ipſemet Dominus, & cõtrà, propter naturæ diuinæ ſimplicitatẽ. *Eius.* Vacat more linguæ. *In vanitates,* vt eas ſequatur. Ad verbum: *Ad ſuperbos, & declinantes ad falſitates* (mendacia.) Beatus qui ſpem ſuam fixit in Domino, neque adhæſit ſuperbis, & falſiloquis (Dei contẽptoribus.) Voces Hebrææ etiam ſubſtantiuè poſſunt accipi. *Ad ſuperbias, & declinationes, ſiue errores falſitatis.* i. falſos, & mendaces. Sicque vanitates falſæ, & inſaniæ falſæ, Metonymicè, in-
D telligentur ab effectu. q. fallaces, & deceptrices, quòd ſui cupidos fallant, minimè præſtantes, quod pollicentur. Aliqui reſtringũt ad Idolomanias, quas etiam mundus abiecit poſt Chriſtum.

8 *Cogitationibus.* Doctè. Alioqui hoc hemiſtichiũ cum toto verſu ſequenti ſic habet ad verbum. Cogitatus tuos erga nos (vel, de nobis) non æſtimare (licet.)
Ad te

A
*At te* (ſi) *annunciabo, & loquar, roborati ſunt præ recenſione.*
9 *Multiplicati ſunt*, homines videlicet, Multiplicati ſunt
infinitè, & ſupra numerum, ad recipiendum. Euange-
liũ, quod annunciaui, & ſum locutus, Exaggerat pleni-
tudinem gentium Euangelicam doctrinã amplexarum
ſimulatque eam denunciaſſet, ſingulari diuinæ gratiæ
ſymbolo. Vel, cogitatus tui per Zeugma, mutuo gene-
re. Nam nihil eſt neceſſe ἐπληθύνθησαν, quod omne ge-
nus patitur, genere fœmineo vertere, *Multiplicatæ ſunt*,
cogitationes tuæ, vel neutro *Multiplicata ſunt* mirabilia
tua, per Zeugma. Quoniam mutatio generum crebrò
B
accidit in hac lingua, facta relatione ad æquipollens
a *vt Pſ. 131. verſ. 6.*
ſubſtantiuum *a*. Tum autem locutio erit hypothetica.
(Si) annunciaui, & locutus ſum (tuos illos cogitatus)
multiplicati ſunt ſuper numerum, plures ſunt multò,
quàm vt eos poſſim enarrare, vel recenſere, vel inueni-
re numerum. Eadem ratio mirabilium tuorum. Nam &
ipſa enarrandi facultatem omnem ſuperant.
b *Hebr. 10. verſ. 5. 6.*
10 *Sacrificium & oblationem.* De abrogatione ſacrificio-
rum veteris teſtamenti interprete Apoſtolo *b*, *ſacrificium*
*Sacrificiorũ duo genera.*
*& oblationem* diuidit ſacrificandi cultum in duas ſpe-
c *Heb. 5. v. 1*
cies, vt Paulus *c*, *Pontifex conſtituitur, vt offerat dona & ſa-*
*crificia*. Nam priore nomine intelligit oblationes rerũ
C
vita participantium, quæ iugulabantur, poſteriore re-
liquas, rerum videlicet vitæ expertium, מנחות *Menahoth*
vocant, ſacrificia farinacea, ferta, προσφορὰς quamquam
hoc aliquando confunditur, adeò vt tam θυσία quàm
προσφορὰ dicatur de ſacrificiis cruentis & incruentis. Re-
liquæ autem ceremoniæ, vel erant ſacramenta vel ſa-
cramentorum, & ſacrificiorum appendices, vel ſimpli-
ces Dei cultus. Quæ omnia Deus noluit, id eſt, accepta
non habuit, neque probauit per ſeſe ſiue ratione illarũ
rerum, ſed dumtaxat quatenus fiebant ex obediẽtia er-
D
ga ſe, & fide in venturum mediatorem, ad vſque corre-
d *Leuit. 8.*
ctionis tempus, lege Lyranum *d*, *auros*, id eſt, corpus, per
Synecdochen, è Paulo *e*, Mihi aptaſti corpus humanum
e *Heb. 10. 5.*
in vtero virgineo. Rabbini non ſatis percepta Meta-
phora, *Aures fodiſti, ſiue aperuiſti mihi*: ad tuæ obtẽperan-
dum voluntati aurem reuelaſti, retexiſti, ab aure abſtu-
liſti velum & tegmen, vt acutiùs audiret. Effeciſti vt te
audirem, ac tuæ voluntati libẽs, parerẽ. Me docilem &
obſequentẽ ad audiendũ reddidiſti. Chald. *Aures ad au-*
*ſcultanda præcepta tua formaſti mihi.* Noſtris cõgruenter.
Quia



A
Quia enim agitur de corporatione ſiue incarnatione
Domini, eſt Metaphora ſimul, & Synecdoche: ad quo-
*Chriſti incarnatio prædicitur.*
rum temporum difficultatem explanandam Apoſtolus
appoſitiſſimè poſuit, *Corpus aptaſti mihi*. Eſt enim pri-
mùm Metaphora à figulis, qui manu fodicant, & du-
cunt argillam, è qua cupiunt vas aptare currente rota.
Quare Deus & figulus, & fictor, & plaſtes nuncupatur,
vt alludatur ad Geneſim *a*. quando ex humo humanum
a *Gen. 2. 7.*
corpus duxit. Eſt deinde Synecdoche, pars pro toto, au-
res pro corpore. Sed aurium præſertim meminit, quia
de obedientia agebatur.
B
11 *Et pro peccato*. Et hoſtiam peccati Moſaïcam. Nã ea
alia erat ab holocauſto, dum non tota combureretur,
ſed ſanguis & adipes eſſent altaris, reliqua cederent Sa-
cerdoti, fieret autem ad redimẽdas pœnas peccatorum,
cùm Holocauſtum totum cremaretur præter pellem, &
fieret ad placandum Deum, promerendúmque de om-
nibus in vniuerſum. Cætera ſacrificiorum genera qua-
*Sacrificiorũ quatuor genera in lege veteri præter holocauſtũ.*
tuor, ſuperiore verſu intellexit per *ſacrificia & oblationes*.
Nempe per ſacrificia, quæ erant propriè cruenta, alia
duo hoſtiarum genera, de quibus in Leui. *b*. Hoſtiã pro
delicto ad redimendas pœnas peccatorum omiſſionis,
b *Leu. 6. v. 25*
in qua ſanguis & adipes erant altaris, reliqua ſacerdo-
*Leuit. 3. v. 1. 2.*
tum. Et hoſtiam pacificorum, pro pace. i. ſalute ex bene-
C
ficio aliquo ſingulari obtento, vel obtinẽdo, in qua ſan-
guis, renes, adipes cedebant Deo ſiue altari, pectus & ar-
mus Sacerdoti, reliqua caro & cutis ei, qui offerebat, ſi-
ue eſſet, נדר, *Neder*. i. ex voto, ſiue, נדבה *Nedaba*. i. ſpõte.
Nam duplex erat pacificum. Per oblationes ſacrificia
incruenta, quæ duo etiam erant, prius, מנחה *Minha*, pro
re qualibet velut honorarium donum de terra natis *c*,
c *Leui. 2. ve. 1. 2.*
vt pugillus ſimilæ oleo perfuſus & thure tectus. 2. pa-
nes azymi. 3. lagana azyma, oleo perfuſa, vel cocta in
clibano, vel frixa in ſartagine. Vel in craticula toſta. 4.
Ariſtæ ex primis & virentibus adhuc decerptæ frugi-
bus, leuiter ad ignem vſtulatæ, & in farris nondum con-
D
fractæ, thuréque tectæ. poſterius, תודה, *Toda d*, confeſſio
d *Leu. 7. ver. 12. & 22. ver. 29.*
& ſacrificium laudis, pro pace, & vniuerſis iniquitati-
bus, ex incenſo, & fermento, ſiue placentis fermẽtatis.
Fermentũ enim erat peccati ſymbolum, Thus gratiæ &
beneficij. Alioquĩ non loquitur de ſimplicibus oblatio-
nibus, vt primitiis, manipulis frugum, quòd huiuſmo-
di minimè eſſent figurales, ſed pij dumtaxat animi ſym


bolic

bolicæ. *Non poſtulaſti.* Sacrificia veteris legis non putauiſti idonea ad pretium redemptionis noſtræ, & peccatorum expiationem. *Ecce venio,* in carnem. De abrogatione legis Moſaicæ. A

*Chriſtus Moſis & Prophetarum ſumma eſt.*

*a Heb. 8. Verſ. 1.*

12 *In capite libri.* In tota Scriptura ſcriptum eſt, vt expiem hominum peccata. in ſumma Scripturarum. Nam ſumma Moſis & Prophetarum eſt Chriſtus, Caput pro ſumma *a*, vt ad apud Paulũ, in fonte autẽ, *In Volumine libri,* ſumpta locutione ex eo quòd antiqui complicarent libros in corticis morem, vt nunc quoque Iudæi ſuam legem in ſuis Synagogis. Nec *deſunt, qui putent* 70. acceꝑiſſe מגלת *Meghilla,* è ſignificatione, גלגולת *Gulgoleth* cranium, caput, quòd vtrumque ſit eiuſdem radicis. B

*Pater voluit filium ſuum mori.*

*Vt facerem,* Ordo perturbatus. Deus mi, volui in medio cordis mei, vt facerem voluntatem tuam, & legem tuam. Voluntas autem (inquit Euthy.) Dei fuit Filij ſui mors ſecundum carnem, ad humanæ naturæ peccata expianda, de qua Filius ipſe *b*, *Deſcendi, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me, Patris.* Voluntas etiam in genere intelligi poſſit vniuerſum myſterium aduentus Domini, & vniuerſa eius obediẽtia, vſque ad mortẽ crucis.

*b Ioan. 6. 83.*

*Iuſtitia quam Chriſtus prædicauit, quæ ſit.*

13 *Annunciaui iuſtitiã.* Euãgelizaui iuſtitiã tuã, & qua tu es iuſtus, & qua tu iuſtificas per fidẽ impios: de qua Apoſtolus tota Epiſtola ad Rõ. & Gal. in multo & copioſo Iudæorũ cœtu, palã & publicè, in magna populi frequentia eſt, & tertiũ iuſtitiæ Dei genus, nẽpe præcepta illius, de quibus etiam locus poſſit intelligi. Nam & ea Chriſtus mundo propoſuit, obſeruandáque tradidit. C

14 *Iuſtitiam,* doctrinam Euangelij ſiue Euangeliũ, per quod iuſtificantur credẽtes *c*, *Veritatem tuam,* veras tuas promiſſiones, fideles & certas, ſalutẽ itẽ tuam, vel etiam tuũ ſaluatorẽ. i, me, quo vteris ad homines ſaluandos.

*c Ro. 1. 17.*

15 *A concilio multo,* à congregatione, ab Eccleſia longè copioſiſſima. Sic vocat Iudæorum populũ, quem & Eccleſiam magnã vocabat *d*, (Nã vtrobique eſt קהל רב *Kahal rab* congregatio multa vel magna,) propterea quòd magno concurſu ventitabat ad Chriſti prædicationem, fama eloquentiæ, virtutis, & miraculorũ eius, vel etiam nominis excitatus. Alij totum orbẽ, qui Chriſti doctrinã amplexus eſt, ſed nõ aptè loco, etſi ad eũ alludat, è quo Eccleſia magna per Apoſtolos colligẽda fuit. D

*d Verſ. 13.*

16 *Veritas tua,* tuorum promiſſorũ fides. Veræ tuæ promiſſiones. *ſuſceperunt,* adiuuerunt, ſeruârunt propriè. Duo ſunt, quibus tuto nitendum ſit, miſericordia,



A ſiue gratia Dei, & promiſſiones.

17 *Et non potui,* quas nequeo perſpicere præ multitudine. Innumera enim erant, & ſunt peccata humani generis, quæ velut ſua fecit Chriſtus, quia expianda ea ſuſceperat. Peccata enim noſtra pertulit in corpore ſuo. Vide ſupra *a*, *Iniquitates meæ,* quas meas feci, Iniquitates enim omnium vnus ille portauit *b*.

*a Pſ. 21. Verſ. 2.*

*b Eſa. 53. 6.*

18 *Dereliquit me,* in me defecit & contabuit virtus, vigórque cordis.

16 Precatur pro reditu ad vitam. *Reſpice.* πρόσχες, attende. Heb. *feſtina,* non diſſimili energia, Vnde Hieronymus ad Suniam Græcum probat. C

20 *Reuereantur,* pudore afficiantur in ſuis conſiliis. Sic Verſu. 21. proximo. *Vt auferant,* vt eripiant, vt perdant.

22 *Confuſionem,* ignominiam, qui mihi inſultant *c*: *Tolle, tolle, cruſige eum. Vah, qui deſtruis templum Dei.* hic ſenſum dumtaxat ſecuti ſunt. Nam ad Verb. *deſolentur ſuper veſtigio confuſionis ſuæ.* i. ſtatim ac me confuſione affecerunt. Alij, pro mercede confuſionis ſuæ. i. Mercedem ferant ignominiæ, qua me perfuderunt. *Euge* האח, *heah,* interiectio inſultantis ac deridentis.

*c Ioã. 19. 15. Mat. 27. 40.*

B 23 *Super te,* in te, in tuo fauore: & præſidio. *Salutare tuũ,* Chriſtum tuum, vel ſalutem tuam in Chriſto crucifixo.

24 *Mendicus,* miſer & calamitoſus.

25 *Ne tardaueris,* venire in auxilium, aut quid ſimile, per Apoſiopeſin.

---

## ARGVMENTVM.

*Orat pro iis, qui afflictis benefaciunt, & pro ſe, quem in morbo conſtitutum æmuli extinctum cupiebant. Chriſto congruit.*

D

## 1 In finẽ, Pſ. ipſi Dauid. XL. Heb. 41.

BEâtus vir, quí intélligit ſuper egênum, & páuperem: in die mala liberâbit eum Dóminus.

3 Dóminus conſêruet eum, & viuíficet eum, & beâtum fáciat eum in terra: & non tradat eũ in ánimã inimicorũ eius.

4 Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolô- A
ris eius: vniuérſum ſtratum eius verſâſti in infir-
mitâte eius.
5 Ego dixi, Dómine miſerêre mei: ſana ánimam
meam, quia peccâui tibi.
6 Inimíci mei dixêrunt mala mihi: quando mo-
riêtur, & peribit nomen eius?
7 Et ſi ingrediebâtur, vt vidêret, vana loquebâ-
tur cor eius: congregâuit iniquitâtem ſibi. B
8 Egrediebâtur foras: & loquebâtur in idípſum.
9 Aduêrſum me ſuſurrâbant omnes inimíci
mei: aduêrſum me cogitâbant mala mihi.
10 Verbum iníquum conſtituêrũt aduêrſum me:
numquid qui dormit, non adiíciet, vt reſúrgat?
11 Etenim homo pacis meæ, in quo ſperâui: qui
edêbat panes meos, magnificâuit ſuper me ſup-
plantatiônem.
12 Tu autem Dómine miſerêre mei: & reſúſcita C
me, & retríbuam eis.
13 In hoc cognôui, quóniam voluíſti me: quó-
niam non gaudêbit inímicus meus ſuper me.
14 Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti: &
confirmâſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.
15 Benedíctus Dóminus Deus Iſraël: à ſæculo, &
vſque in ſæculum: Fiat, fiat.

---

D

2 *Intelligit*, proſpicit ægro, & homini tenuis fortunæ. Pro, *Egenum & pauperem*. In fonte eſt vnica vox, דל, *Dal*, quæ *tenuem attenuatum* propriè ſignificat, Quare Rabbini de infirmo, quaſi ægritudine attenuato exponunt, non de vulgaris pauperibus, vt toto hoc Pſalmo infirmorum viſitatio & cura commẽdetur. At quia דל, *Dal*, latiùs patet, latè etiam reddiderũt, πτωχὸν. pro valdè infirmo & miſero, πένητα pro paupere & inope. Quibus fauet R. Abraham *a*. & quidem citato hoc loco. דל *Dal*, (inquit) *nunc diuitiis carentem, opibus tenuem ſignificat vt hoc Leuit*

*a Leuit. 14. ver. 21.*



A *Leuitici verſu, nunc tenuem, infirmúmque corpore a*, *Quare ſic*, דל, *Dal*, id eſt, *infirmus fili Regis*. Vbi nos, *quare ſic attenuaris macie*. *Egenum*, egentem alterius viſitatione ob morbum. πτωχὸς, apud noſtros ſumitur pro infirmo & ægro, egente alienis opibus & viſitatione. Vnde apud Epiphaniũ & can. 8. Chalcedonẽſis Concilij πτωχοδοχεῖον, & πτωχεῖον, hoſpitium pauperum & infirmorum. Gal. *Hoſtel-Dieu*. *In die mala*, aduerſa & calamitoſa. In morbi & calamitatis alterius die eum reſtituet valetudini & priſtino ſtatui.

*a vt Ge. 41. Ver. 19. Pſa. 41. ver. 2. & 3. 2. Reg, 13. verſ. 4. vt in lib. Reg.*

3 *Viuificet*, ſanum & incolumem reddat. Vt viuere, eſt,
B valere, conualeſcere *b*, ſic vita ſanitas *c*, Alij vitam proroget. Recentiores hæc enunciatiuè vertunt, *Conſeruabit, viuificabit tradet*, & ſequenti ver. *Fieret*, *In animam*, libidinem, voluntatem, poteſtatem. Metonym.

*b Iſa. 38. 1.*
*c Leuit. 13. ver. 10.*

4 *Super lectum doloris eius*, ſuſtentet eum, quando in lecto dolebit, & ægrotabit. *Vniuerſum*. Apoſtrophe ex abrupto ad Deum. Strauiſti & compoſuiſti, ô Domine, ſtratum eius in ipſius infirmitate & morbo, vt quietè dormiat, & molliter cubet: tuis manibus lectum eius vertis, in morbo ei veluti miniſtras, & officia vel ancillæ diligentiſſimæ exhibes. Docet enim hac allegoria
C Deum officia omnia ipſi præſtiturum. Aliqui, ægritudinem eius mutaſti in valetudinem & ſanitatem, lectum infirmitatis eius conuertiſti in lectum ſanitatis.

5 *Ego dixi domine miſere. &c.* cum Apoſiopeſi. Ego interim pauper & infirmus, ſiue aliquem habeam, qui ſuper me intelligat, ſiue non, me ad Dominum conuerto, verum medicum & viſitatorem, precor & dico, Domine miſerere mei, &c. Vt precatus eſt pro eo, qui infirmis & inopibus benefaciunt, ita nunc pro ſe, vt infirmo deprecatur, ac cauſam ſui morbi in peccatum confert. *Quia peccaui*, quamuis peccauerim, è R. Marinos *d*, *Tibi Domine miſericordia & propitiatio, quia receſſimus à te, & non audi-*
D *uimus vocem tuam*. i. quamuis receſſerimus, &c. Vel, quia ægra eſt peccato, vt ſit antitheſis ad *Sana*. Nam peccatum eſt morbus animi. Quia fateor me peccaſſe, & propter peccata mea percuſſum eſſe morbo, ſana me. Aben Ezra.

*d Dan. 9. ver. 9.*

*Peccatum eſt morbus animi.*

6 *Dixerunt*, optarunt dicentes. *Mala*, res malas, noxias, & pernicioſas. Nam non loquitur de conuitiis. q. d. Optarunt mihi interitum.

7 *Et ſi ingrediebatur.* Hypotypoſis hypocritæ inſidian-
tis ſuæ valetudini. Si me viſebat, veluti officij cauſa *va-
na loquebatur*, ficta mendacia, vt me quoquomodo allo-
queretur: *at cor eius congregauit iniquitatem ſibi.* id eſt, apud
ſe improbum aliquid animo conflabat, quod foras e-
greſſus referret ad alios. Iniqua de me cogitabat, &
peruerſa.
8 *Egrediebatur foras.* Poſtea egrediebatur foras, & lo-
quebatur, quæ viderat ſimul cum aliis, renunciabátque
meam ſalutem eſſe deſperatam. *In idipſum*, ſimul cum a-
liis, eadem mihi optantibus, loquebatur, dicebat ( quæ
viderat in hac mea viſitatione. ) B
9 *Suſurrabant*, clàm conſultabant. *Cogitabant*, machina-
bantur. *Mihi.* Secundum hoc Pronomen ad Emphaſim
dumtaxat ponitur. Concurrit enim ſignificatione cum
primo. *Aduerſum me.*
10 *Verbum iniquum.* Verba iniqua, res iniquas contra
me locuti ſunt veluti ex compoſito. Ad verbum. *Ver-
bum* בליעל *Belial fuſum ſiue firmatum eſt in eum* ( in me,
vt de ſe loquatur in tertia perſona. Alij, in eum mor-
bum & infirmitatem grauem ) Vbi per בליעל *Belial*
Hieronymus Diabolum intelligit. Propoſuerunt & fir-
mauerunt in animo conſilia peſſima, quorùm Diabo- C
lus eſſet auctor, vel qualia Diabolus conſtituiſſet.
*Numquid.* Sub. Nam aut particulam ſimilem. Sunt enim
verba Dauidis rationem afferentis, cur inimicorũ ver-
bum iniquum eſſe dixiſſet & improbum, eiſque inſul-
tantis. Nam numquid qui dormit, aut in lecto decum-
bit, non adhuc conualeſcet? Prædicit ſuum reditum ad
ſalutem & vitam. In Hebr. eſt Mimeſis, Qui decubuit,
non adijciet, vt reſurgat. Vt ſint voces impiorum, qui
dormit, non addet reſurgere. i. numquã́m reſtituetur
valetudini, vel deprecanter. Dũ iacet, nõ reſurgat. Niſi D
cum Septuag. exponas interroganter, vel admiranter.
Qui iacuit nonne adijciet ſurgere? לא *ló*, pro הלא *Haló*,
vt interdum aliàs, vel eſt Græciſmus, vt duæ negatio-
nes vehementiùs negent. Ita. *Non* Latinè redundabit.
11 *Homo pacis meæ*, amicus meus. *Supplantationem.* In cur-
ſu me ſupplantauit, mihi magnas fecit inſidias & frau-
des, me egregiè fefellit, & circumſcripſit. Hebr. *calca-
neum, plantam* eodem ſenſu. Quare Hieronymus vertit,
*Qui manducabat panem meum, leuauit contra me plantam, ſiue
calcaneum*, vt ſit ille locus, qui contra Iudam à Domino
add



A adducitur *a*, Oppreſſit me proditione. Calcaneum pro — a *Ioan.* 13. *v.* 18.
inſidiis.
12 *Reſuſcita*, fac me ſurgere è lecto, & tribuam eis gra-
tiam dignam ipſorum malefactis. Aug. de Chriſto, qui
excitatus à mortuis paulo poſt Iudæos vltus eſt, Cai-
pham, Pilatum, Herodem, &c.
13 *Voluiſti*, dilexiſti, beneuolentia es proſecutus. *Super
me*, de mea calamitate, de mea morte. Nõ clanget prop.
14 *Suſcepiſti.* ſuſtentaſti, tutatus es. *Et confirmaſti me*, ſta-
biliſti me, me in tuto locaſti.
15 *Fiat, Fiat*, Hebr. Amen & Amen, id eſt, veritas, veri-
tas (ſit) ita ſit, ita accidat, hoc ſcilicet quod dixi, quando
B ſunt optantis & aſſentientis: verè, certè, profectò, quan-
do aſſeuerantis. Cæterum repetuntur in ſingulorum
quinque librorum huius operis finibus ad maiorem
confirmationem & inflammandum pios in Dei laudes — *Pſalterij liber in quinque ſectiones diuiditur.*
& gratiarum actiones. Atque, hinc ſumptam diuiſio-
nem huius operis in quinque libros, ſiue inciſiones (vt
loquitur in Prologo galeato,) putat D. Hieronymus,
nempe quoniam quinquies. אמן ואמן. *Amen vé amen*,
ſiue, vt ſeptuag. *Fiat, Fiat*, occurrit. Solet enim hæc par- — *Amen quã vim habeat.*
ticula, ſiue ſimplex, ſiue gemina, eſſe nota concluſio-
num, & ſignaculum precationum, vt Orationis Domi- — b *Matth.* 6. *v.* 13.
C nicæ *b*. Thalmudici malunt diuiſionem ſumptam ex
Moſis imitatione. Vt Moſes totam diuinam legẽ quin-
que libris complexus eſt proſa oratione, ſic Dauid ver-
ſu & metrica: vt credendis & agendis laudanda canen-
dáque reſponderent. Illud eſt, quod doctores vulgò in-
quiunt. Pſalmos continere totam ſacram Scripturam
per modũ diuinę laudis. Addo ego ex argumento quin
tuplici & diuerſitate auctorum, cùm aliqua eſſet no-
tabilis mutatio. Primus enim liber eſt de rebus triſti-
bus & aduerſis, & vni Dauidi tribuitur. Secundus de re-
D bus lætis & magna ex parte auctores habet filios Cho-
ræ. Tertio repetuntur res triſtes & aduerſæ, per Aſaph,
& paucos alios: vt quarro iterum ſuccendant res lætæ,
per diuerſos auctores. Sic enim ſignificatur rerum hu-
manarum miſera viciſſitudo. Quintus ferè vni rurſum
Dauidi aſcribitur, omnium maximus eſt, mixtũ habens
argumentum, vt nunc contineat preces, nunc laudes,
modò querimonias, mòdo gratiarum actiones. Inter-
dum ſit de rebus lætis, interdum de crucibus & aduer-
ſis, &c.

A

# LIBER SECVNDVS PSALMORVM.

## ARGVMENTVM.

*Suum exilium conſolatur, Dei & rerum diuinarum meditatione, diuinorum beneficiorum commemoratione, & ſpe futuræ reſtitutionis, orans, vt ſe in patriam reſtituat. Quod & futurum ſperat. Congruit ſuſpirantibus in cœlum.* B

## 1 In finem intellectus filij Coræ. XLI. Hebr. 42.

C

QVemádmodum deſiderat ceruus ad
fontes aquârum: ita deſiderat ánima
mea ad te Deus.
3 Sitîuit ánima mea ad Deum fontem viuum: quando véniam, & apparêbo ante fáciem Dei.
4 Fuêrunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, dum dícitur mihi quotídie: vbi eſt Deus tuus?
5 Hæc recordâtus ſum, & effûdi in me ánimam
meam: quóniam transîbo in locum tabernâculi D
admirábilis, vſque ad domum Dei.
6 In voce exultatiônis & confeſſiónis: ſonus epulântis.
7 Quare triſtis es ánima mea? & quare contûrbas me?
8 Spera in Deo, quóniam adhuc confitêbor illi: ſalutâre vultus mei, & Deus meus.





A 9 Ad meîpſum ánima mea conturbâta eſt: proptérea memor ero tui, de terra Iordânis, & Hermoniim, à monte módico,
10 Abyſſus abyſſum ínuocat: in voce cataractârum tuârum.
11 Omnia excêlſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſiêrunt.
12 In die mandâuit Dóminus miſericórdiam ſuam: & nocte cánticum eius.
B 13 Apud me orátio Deo vitæ meæ: dicam Deo ſuſcêptor meus es.
14 Quare oblîtus es mei? & quare contriſtâtus incêdo, dum afflîgit me inimîcus.
15 Dum confringûntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimîci mei.
16 Dum dicunt mihi per ſingulos dies, vbi eſt
Deus tuus? quare triſtis es ánima mea? & quare
C contûrbas me?
17 Spera in Deo, quóniam adhuc confitêbor illi: ſalutâre vultus mei, & Deus meus:

---

1 Filij Choré, huius ſecundi libri Pſalmographi, & auctores ferè ſunt: quorum ſpiritus hoc habuit peculiare, vt de rebus lætis meditaretur, vt Hebræi & Hieronymus tradunt *a*. Item Origenes *b*. Quare & hic
D liber ſecundus totus ferè eſt de ſalute & Chriſto, & magnum vitæ præſentis tædium, & ardens futuræ deſiderium exprimit.

*Secundi libri pſalmorum argumētum.*
a *in Pſa*. 84. & 85.
b *hom. vnica in libros Reg.*

2 *Deſiderat*, mugit: rugit, ערג *Oharag*, vox ceruorum propria, vt שקק *Sakak*, vrſorum שאג & נהם *Saag* & *Naham*, leonum, נהק *Nahak* onagrorum, צרח *Tſarah* luporum, נבח *Nibbah* canum, צהל *Tſahal* equorum, געה *Gagha* per ע in medio, boū פעה *Pagha* per ע vaccarū vel ouium, נער *Naghar*, camelorum vel aſinorum. Sicut igitur ceruus vociferatur ad canales aquarum, curſu defatigatus, ita vociferatur anima mea ad te. Inter omnia animalia ceruus eſt maximè ſiticuloſus, quod veſcatur

ſerpentibus:vnde & ἔλαφος,quaſi ab ὄφει , ſerpente. Eius A
augetur ſitis, quando agitatur à canibus & venatori-
bus. *Ad te.* ad tuum ſanctum domicilium, à quo exulo:
metonymicè.
3 *Fontem*, Hæc vox pro *fortem* ( Sic enim habent He-
bræa & Græca ) irrepſit, quòd continuatio Metapho-
ræ loco optimè congrueret. *Quando*, ò quando Dei vi-
debo faciem, in templo, vel in cœlo, à quorum vtro-
que exulo, Chal. *quando reſpiciam ſplendorem diuinitatis tuæ.*
מתי *Mattai ecquando*, interrogat. Ita hîc eſt vox deſide-
rantis, quaſi cum ſuſpirio. Dixerat animam ſuam deſi-
derare, & ſitire Deum. Nunc ſubdit huius deſiderij ex-
preſſionem. O quando veniam: ne quis cõiunctim cum B
præcedentibus hanc particulam hoc modo legat. Ani-
ma mea Deum ſitiuit, quando (id eſt, vſquequo, donec)
veniam ante faciem eius.
4 *Fuerunt mihi.* Quotidie plorabam. *Hoc* meum erat de-
menſum, hic meus quotidianus cibus. *Panes*, lachrymæ
mihi erant loco panis, pro panibus & cibis, dum mihi
obiicitur quotidie, *Vbi eſt Deus tuus*, nullius videtur vir-
tutis & poteſtatis, vt qui te in exilio tamdiu deſerat.
5 *Hæc recordatus ſum.* Quomodo in his angoribus ſe ſit
conſolatus docet. *Hæc*, has nimirum inſultationes, re- C
cordatus ſum, *Et*, at, verùm (aduerſatiuè) animam meam
doloris magnitudine contractã effudi ac dilataui, quo-
niam tranſiturus ſum in locum admirabilis tabernacu-
li Dei, id eſt, in ſanctam ciuitatem Hieruſalem vſque
ad ipſius ædẽ, nec perpetuò hîc in iſtis exilij locis hæ-
ſurus. Me conſolatus ſum, quoniã quicquid iſti dicant,
adhuc tranſibo in locum, vbi Deus colitur purè, & libe-
a Pſ. 76. v. 4. rè. Sola Dei memoria pium in malis oblectat, nedum in
proſperis iuxta illud *a. Memor fui Dei & delectatus ſum.*
Quantò magis præſentia & viſio? Facilè rransfertur ad
æternam vitã. Me conſolatus ſum, quoniam trãſiturus
ſum in cœlum, locum admirandi tabernaculi Dei, vſ- D
que ad ipſius penitiorem ædem, nempe cœlum Empy-
reum, vbi eſt ipſius thronus, vbi & ſe clarè, & glorioſè,
& ſuauiter communicat. *Effundere in ſeſe animam*, eſt ſe
b Eſa. 60. v. 5. valdè conſolari, effuſè lætari, effuſè ſe exhilarare, vt *b.*
*Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ. In*
*locũ tabernaculi.* Sic Abben, סך *Sach*, exponit, pro tẽtorio
c è 2. Reg. 16. verſ. 22. & tabernaculo, ſcilicet *c*. Idem quod סכה *Succha*, à quo
feſtũ tabernaculorũ ſiue attegiarũ סכות *Succhoth*, cõtra
Recent



A recentiores, qui vertunt numerum. Tranſibam in nu-
mero multo, & frequenti comitatu. Hæc enim omnia
de præterito exponunt, quaſi populus Dei recolat in
exilio priſtinam fœlicitatem, à qua exciderit, proinde-
que mœreat. *Admirabilis.* Septuag. appoſitè legerunt per
*Res*, אדרם *Adram*, Maſoretæ per *Daleth*, אדדם *Addadem*,
vt ſit ſenſus ( & ) mouebo me cum eis vſque, &c. Locũ
tabernaculi admirabilis appellat Hieruſalem, in qua
erat tabernaculum Dei admirabile, miri operis, & my-
ſterij, quoniam in eo opera Dei admiranda recoleban-
B tur, & ita erat conſtructum, vt cœlum referret.
6 *In voce exultationis.* Eclipſis, vbi eſt, ſupple. in voce
ſonus epulantis, ob multitudinem ſacrificantem, & co-
lentem Deum. In qua Dei domo, & loco, cum læta vo-
ce, laudúmque Dei celebratione populus feſtum agit,
perſonat, plaudit, epulatur, victimas epulares offert.
Græci hodie habent ἤχῳ ἑορτάζοντος ſoni, vel ſono epulã-
tis, vel potius feſtum agentis, ſenſu parum differente.
Heb. *ſonitus*, vel *multitudo*, (המון *Hamon* vtrumq; deſignat)
feſtiuans, feſtum agens, ſiue feſtum agentis, vt המון *Ha-*
*mon* legatur per hateph pathaph. *Epulantis* autem habe-
mus, quoniam diebus feſtis lętitię gratia ſaltabant, tri- a 1. Reg. 30 ver. 16.
pudiabant, epulabantur *a*, & quidem victimarum pa-
C cificarum carnibus. Inde enim חגג *Hagag*, paſſim ſaltare, & Nehem. 8 verſ. 10.
tripudiare, epulari, & חג *Hag*, feſtum, lætitia: itemq; pe-
cus ſiue oblatio ad feſti epulas. Itaque R. Selomo, & R.
Leui *b*, notant ſolemnitates, præter diem expiationis, b Leui. 23.
ſanctificatas fuiſſe בתפלה *Bithphilla* in oratione משתה
*Miſte* conuiuio, & *keſuth nekija* veſtitu puro, & mundo,
quibus ἀγάπαι noſtrorum in prima Eccleſia congruiſſe
videntur. Quartum addo *c*, auditum verbi Prophe- c 4 Reg. 4. verſ. 23.
tarum. Nam illinc Abben Ezra, & R. Moſe Cotſeus do-
cent pios feſtis ad Prophetas conueniſſe, vt expoſitio-
D nem diuinæ legis audirent.
7 *Quare.* Apoſtrophe conſolatoria, quã repetit infrà *d*, d verſ. 16. & 17.
*conturbas*, mœrore affligis.
8 *Adhuc.* Nam reſtituet poſtliminio. *Salutare* eſt: ce-
lebrabo adhuc eum, qui eſt mea ſalus, & Deus meus.
Commodior eſt hæc lectio, vt *vau* iungatur cum voce
ſequenti, quàm Maſoretarum, qui eam præcedenti affi-
gunt, פניו אלהי *Panau Elohai*, ſalutes *vultus eius, Deus mi.*
Vt ex aliorum locorum comparatione intelligitur. e verſ. 17. & vltimo.
Nam ſic repetitur mox *e* & Pſalmo ſequenti *f.*
9 *Ad* f verſ. 7.

9 *Ad meipſum*.In meipſo, apud meipſum. *De terra Ior-* A
*danis*,propter terram Iordanis, & reliquorum locorum
patriç meç,in quibus eram in pace,& quiete.q.d.Quia
in meipſo turbatus ſum ob exilium , ideò te inuocabo
pro terra Iordanis,& Hermoniim,& pro mõtibus mo-
dicis,vt in ea loca me reſtituas,vt in mea plana,& cam-
peſtria(cuiuſmodi erat terra Iordanis) & in meos mon-
tes quantumuis modicos,& humiles,me reducas,*de*,&
*a*,non hîc ſignificant locum,ſed cauſam. Nam hæc di-
cũtur ab exulibus,& procul à terra ſancta raptatis.Fri-
get itaque; quod aliqui exponũt,in hac ſolitudine Ior-
danis,& Hermonij,& Mizaari,in quibus locis ego va- B
gam vitã perſequor,tui recordabor.Quare alij rectiùs.
Memor ero mirabilium,& beneficiorum tuorum, quæ
tu ad Iordanem, & montem Hermon populo tuo præ-
ſtitiſti. Hermonim duo ſunt montes alti in extremis
terrç ſanctæ:vel potius tractus montium circa Hermo-
nem. *Modico.* מוער *Mizaar* Hebræi putant eſſe nomen
montis , ego cum Septuag. appellatiuum,& ſingul.pro
plurali,vt vel in humillimos quóſque montes ſuç ſan-
ctæ patriæ reſtitui obſecret. Sic *a* piis etiam lapides
*a Pſal.101. verſ.15.*
eius placent præ diuitiis reliquarum regionum. Cùm C
enim diligentiſſimè minima quæque terræ ſanctæ loca
à Ioſuë,& aliis ſint expoſita,nuſquam montis ſic nomi-
nati ſit mentio.

10 *Inuocat.* Accerſit. Calamitas calamitatem attrahit,
vt emergere non liceat.Nulla calamitas ſola.*Abyſſus*,vt
interpretatur Symmachus, *Abyſſus occurrit à ſtrepitu aquæ*
*Calamitas nulla ſola.*
*ductus tui*.Hypotypoſis poëtica calamitatum ingẽtium.
Nulla eſt mearum miſeriarum intermiſſio,& finis,nul-
lus fundus.Abyſſus enim eſt immẽſa profunditas,quaſi
ſine fundo : cumulus malorum cumulos alios & moles D
varias trahit ad vocem fiſtularum tuarũ,id eſt,nubium,
per quas veluti fiſtulas, & canales , imbrium magnam
fundis copiam.Te ſonante & excitante tẽpeſtates, ob-
ruor variis calamitatibus.Clariùs verſum fuiſſet,abyſ-
ſus,ad abyſſum clamat.Alia aliam euocat,& attrahit,te
de cœlo eas emittente,& quaſi vocante *cataractarum*,fi-
ſtularum propriè,citarum nubium,quæ tonitru, & ful-
mine rumpuntur,& pluuiam effundunt.

11 *Excelſa tua*.Vndæ tuæ,procellæ tuæ in ſublime vn-
das attollentes,gurgites,& inundationes afflictionum.
משברים



A משברים *Miſbarim*,fluctus ſignificat quaſi confractiones,
colliſiones,vndas,quæ ſe mutuò frangunt,Metaphori-
cus etiam verſus.

12 *In die mandauit*.Se ſpe erigit,ſibi liberationem pol-
licens.Me quidem omnes malorum fluctus in hoc exi-
lio inundarunt,peneque obruerunt. At mandabit præ-
cipietq; Dominus, die miſericordiam ſuam ad me ve-
nire,& nocte canticum eius mihi erit. Die me miſeri-
cordia afficiet,& nocte eum canam , gratiáſque ob illã
agam.Aliqui per diem Metaphoricè tẽpus proſperum,
per noctem aduerſum intelligunt. Miſericorditer ali-
B quando liberabit.Interim calamitatum nocte, non in-
termittam eum canere, & venerari. *Miſericordiam ſuam.*
Me miſericordia ſua affici mandabit, & præcipiet. Sic
infrà *a* : *Qui mandas ſalutes Iacob* : id eſt, qui præcipis,&
mandas Angelis Iacobum ſaluare. *Et nocte*,erit ſcilicet, *a Pſal.43.7*
Nocte canam miſericordiam mihi factam.q.d.die me
ſeruabit, nocte autem hymnis , & canticis ſalutis illud
beneficium celebrabo-

13 *Apud me*.Mecum propriè. Maſoretæ iungunt cum
fine præcedentis hemiſtichij,ſi modò Athnah apud eos
C diſtinguat.Nam nõ ſemper diſtinguit in operibus poë-
ticis.*Deo vitæ meæ*,ad Deũ qui me viuificat.hæc ei apud
me erit oratio,& dicam, Adiutor meus es,ſiue,vt Heb.
rupes mea,ad quam me confugere oporteat.*In ipſo viui-*
*mus,mouemur,& ſumus b*.

14 *Contriſtatus*. Nigricans propriè lugens,& atro, tri- *b Act.17. verſ.28.*
ſtique vultu.

15 *Oſſa mea.* Dum ab hoſtibus membra mea proſcin-
duntur,& martyriis grauibus afficior,probra multa ſu-
ſtineo.Ad tormenta,etiam conuitia , probra, & contu-
melias adiiciunt,Ad verbum,*Per acciſionem, vel cultrum in*
D *oſſibus meis*.Dum me homines torquent,& enecant.Cõ-
fringi oſſa,vel habere cultrum in oſſibus,Metaphoricè
ſuſtinere maximos , & acerbiſſimos cruciatus. Ingens
enim dolor eſt,quando gladio oſſa feriuntur, vel fran-
guntur. Hæc propriè dicuntur de SS. Martyribus,quos
multos habuit,habet,habebit Eccleſia.

16 *Quare*.Quare deiiceris nimia triſtitia,cur grauiore
mœrore deprimeris.

17 *Illi*. Ei (qui eſt) ſalutis meæ auctor,& Deus ſiue iu-
dex, vindexque meus. *ſalutare.* Hebraicè,*ſalutes* plurali
numero.Quia multis modis ſaluos nos facit Deus.
ARG

A

### ARGVMENTVM.

*Orat, vt ſe Hieroſolymam ab exilio ad frequentandum templum reuocet. Propheticus eſt.*

## 1 Pſalmus Dauid. XLII. Hebr. 43.

IVdica me Deus, & diſcêrne cauſam
meam de gente non ſancta: ab hó- B
mine iníquo, & dolôſo érue me.
3 Quia tu es Deus fortitûdo mea:
quare me repuliſti? & quare triſtis
incêdo, dum afflîgit me inimîcus?
4 Emitte lucem tuam, & veritâtem tuam: ipſa
me deduxêrunt, & adduxêrunt in montem ſanctũ
tuum, & in tabernácula tua.
5 Et introîbo ad altâre Dei: ad Deum qui lætí-
ficat iuuentûtem meam. C
6 Confitêbor tibi in cíthara Deus Deus meus:
quare triſtis es ánima mea? & quare contûrbas
me?
7 Spera in Deo, quóniam adhuc confitêbor il-
li: ſalutâre vultus mei, & Deus meus.

---

2 *Iudica me Deus.* Defende me Deus, & diſcepta cauſam meam, contra barbaras, & profanas gentes me vlciſcere. D

3 *Triſtis.* Pullatus. Recurre ad verſiculum decimumquartum ſuperioris Pſalmi.

4 *Lucem tuam.* Gratiam, fauorem tuum, & auxilium. *Et veritatem tuam,* tuarum promiſſionum fidem, & effectum. R. Selomo lucem Chriſtum, (ſic Cyrillus in Ioannem) veritatem, Eliam eius præcurſorem, (id eſt, Ioannem Baptiſtam) interpretatur. Noſtri dona, quibus homines illuminantur, & docentur, tam in credendis quàm



A quàm agendis. *Deduxerunt, & adduxerunt.* Ipſa me huc introduxerunt, ipſa me in hunc ſacrum locum progredi fecerunt. Gratia Dei nos ducit in templum, & Eccleſiam, facit pios, fideles, probos, &c. Inſignis locus contra Pelagianos. ὡδήγησαν per viam duxerunt, *& adduxerunt,* ad terminum perduxerunt, introduxerunt. Præterita pro futuris, more prophetico, ad rei certitudinẽ. vt ex Hebræo apparet: deducent, & adducẽt, ſiue introducent. *In montem ſanctum tuum,* in templum ſtructum, (vel potius ſtruendum: nam filij Choræ erant temporibus Moſis) in monte Moria, in quo eſt conuentus po- *Gratiæ Dei effectus.*
B puli Dei, & legitima ſacra peragũtur. Tabernacula autẽ ſũt reliqua terræ ſanctę loca, in quib. ipſe colebatur.

5 *Altare Dei.* Ad locum, in quo Deus per ſacrificia, & ſacramenta colitur. Aliqui, ad conſpectũ diuinæ maieſtatis, eò quòd in materiatis altaribus diuinã præſentiã præcipuè honorare ſoleamus. *Iuuentutẽ meã.* Heb. *Exultationem meam.* Sic flos ætatis de iuuentute dicitur. Vnde ad verbum: *Ad Deum lætitiam exultationi meæ.* Ad Deum, qui lętitiam affert exultationi meæ: vt quidem recentiores ſentiunt. Sed mallem גיל *Guil* cum Septuag. hîc
C notare, vt apud Danielem [a]: Iuuentutem, adoleſcentiam, florem æui. Quare, & illic noſter vertit, *coæuis veſtris,* vbi magis ad vocem recentiores, *iuxta ſimilitudinem veſtram,* ego *iuxta adoleſcentiam veſtram.* *a Dan. 1. 10.*

6 *Confitebor.* Celebrabo, gratias agam lętè, & hilariter.

7 *Salutare.* Eſt ſupple, quaſi dicat, ille eſt mea ſalus, meus Saluator, & Deus.

---

### ARGVMENTVM.

*Queruntur pij ſe contra maiorum exempla, impiorum*
D *libidini exponi ob religionem, Deumq́; obſecrant, vt tandem ſubueniat. Congruit Apoſtolis, & Martyribus b.* *b Rom. 8.*

## 1 In finem, pro filiis Core ad intellectum. XLIII. Heb. 44.

DEvs aúribus noſtris audíuimus: patres noſtri annunciauêrunt nobis.
3 Opus, quod operâtus es in diêbus eòrum, & in diêbus antíquis.

4 Manus tua gentes diſpérdidit, & plantaſti eos: afflixiſti pópulos, & expulîſti eos. A

5 Nec enim in gládio ſuo poſſedêrunt terram:& bráchium eôrum non ſaluâuit eos.

6 Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultus tui: quóniam complacuîſti in eis.

7 Tu es ipſe rex meus,& Deus meus:qui mandas ſalûtes Iacob.

8 In te inimîcos noſtros ventilábimus cornu: & in nómine tuo ſpernêmus inſurgêntes in nobis. B

9 Non enim in arcu meo ſperâbo: & gládius meus non ſaluâbit me.

10 Saluâſti enim nos de affligéntibus nos:& odiêntes nos confudîſti.

11 In Deo laudábimur tota die:& in nómine tuo confitébimur in ſæculum.

12 ℣Nunc autem repulîſti,& confudîſti nos: & non egrediêris Deus in virtútibus noſtris.

13 Auêrtiſti nos retrôrſum poſt inimîcos noſtros:& qui odêrunt nos, diripiêbant ſibi. C

14 Dediſti nos tamquam oues eſcârum: & in Géntibus diſperſiſti nos.

15 Vendidiſti pópulum tuum ſine prétio: & non fuit multitûdo in commutatiónibus eôrum.

16 Poſuîſti nos opprobrium vícinis noſtris,ſubſannatiónem, & deriſum hi,squi ſunt in circúitu noſtro.

17 Poſuîſti nos in ſimilitúdinem Géntibus:commotiônem cápitis in pópulis. D

18 Tota die verecúndia mea contra me eſt: & confúſio faciêi meæ coopéruit me.

19 A voce exprobrântis & obloquêntis: à fácie inimîci,& perſequêntis.

20 Hæc ómnia venêrunt ſuper nos, nec oblîti ſumus te: & iniquè nō égimus in teſtamênto tuo.





A 21 Et non recêſſit retrò cor noſtrum: & declináſti ſémitas noſtras à via tua.

22 Quóniam humiliâſti nos in loco affliĉtiônis: & coopéruit nos vmbra mortis.

23 Si oblîti ſumus nomen Dei noſtri & ſi expándimus manus noſtras ad Deum aliênum.

24 Nónne Deus requîret iſta? ipſe enim nouit abſcóndita cordis.

25 Quóniam propter te mortificâmur tota die: æſtimati ſumus,ſicut oues occiſiônis.

B 26 Exûrge,quare obdôrmis Dómine? exûrge, & ne repêllas in finem.

27 Quare fáciem tuam auêrtis: obliuíſceris inópiæ noſtræ: & tribulatiônis noſtræ?

28 Quóniam humiliâta eſt in púluere ánima noſtra: conglutinâtus eſt in terra venter noſter.

29 Exûrge Dómine, ádiuua nos: & rédime nos propter nomen tuum.

C

---

2 Cadit hic verſus in ſequentem. Nam hi duo ſunt loco prooœmij, in perſona fidelium, & quarto incipit narrare antiqua erga Eccleſiam beneficia.

3 *Antiquis*, Moſis, & Patrum de Ægypto egreſſorum.

4 *Gentes*, ſeptem, quæ olim incolebāt terram ſanctam, inter quas præcipui erant Chananæi. *Et plantaſti eos*, Patres noſtros in illorum locum firmiter ſtatuiſti. *Expuliſti eos.* Miſiſti eos propriè. Vnde duplex interpretatio exoritur. Prima, emiſiſti eos (Chananæos populos) quam ſequuntur noſtri, Altera, immiſiſti eos (Patres noſtros) in illorum ſcilicet locum. Simplicia enim Hebræorum deſignant etiam compoſita Latinorum & Græcorum, pro ratione ſententiæ, coniugationis, & ſyntaxeos. D

5 *Poſſederunt* Patres noſtri. *Brachium*, fortitudo.

6 *Dextera & brachium*, potentia & robur. Metonym.

*Sic & illuminatio*, fauor tuus, quem ſerenitate vultus tui indicaſti. Succeſſus bellorum à Deo *a*. A

*a Deut. 4. ver. 19. 20. & pſ. 32. ve. 16. 17.*
*b Pſa. 90. 11. & 67. 32.*
*Deus per Angelos ſuorum ſalutem procurat.*
*Exod. 23. 10. & 32. 34. Mat. 3. 1.*

7 *Qui mandas ſalutes Iacob*. Iacob Genitiui caſus, qui mandas ſalutari populum Iacob, qui mandas Angelis, vt ſaluent Iacobum. vt *b*, Sic Kimhi. Mandare eſt mandato procurare. Deus enim per angelos procurat ſalutem ſuorum. Hoc alludit ad Exodum. vbi prouinciam deducendi & dirigendi populum Iſraël committit angelo, quem Cabbalici appellant Mitatron, R. Abraham Michaelem, R. Moſe Nahmanides Angelum fœderis, ſiue teſtamenti, de quo Malachias id eſt, Chriſtum, Breuius, B Qui celeriter facis ſalutes Iacob, qui eum ſaluum facis pro arbitrio. Nam mandare, item dicere in Deo, non ſemper eſt faciendum curare, ſed etiam celeriter, promptè, & iubendo efficere. Alioqui iubere vel quiuis poſſit, quod non exiſtet: vt *c*, *Mandauit, & creata ſunt*. Et *d* *Qui dico Hieruſalem habitaberis, & ciuitatibus Iudæ, ædificabimini*. qui facio vt habitẽtur, vt ædificentur. Et illud Chriſti *e*, *vtrũ facilius eſt dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere, tolle grabatum tuum, & ambula?* Heb. per Imperat. *Manda*, niſi velis eſſe nomẽ Toar, vel infinit. *mãdans*, vel *mãdare*. C i. qui mãdas. Nã infinita vſurpãt pro cæteris omnibus.

*c Pſal. 32. 9.*
*d Eſa. 44. 26.*
*e Matt. 9. 5.*

8 *In te*, per te & tuam opem, *cornu* noſtro. i. robore excutiemus hoſtes, eos armis veluti cornibus impetemus & proſternemus Etſi enim cornu ſeparatim non ſit in Heb. continetur tamen vi verbi נגח, *Niggah*, quippè quod non ſonet ſimpliciter ventilare, ſed cornu petere, cornibus offẽdere, & inſultare *f*, *ſpernemus*. Heb. quidem, *ſternemus, conculcabimus*, Chald. *ſubiiciemus*. At Septuag. ἐξουδενώσομεν, ſpernemus. pro nihilo reputabimus: ne quis mendum hîc eſſe putet. *In nomine tuo*, in tua virtute, vel, te nominato & inuocato.

*f Exod. 21. 28.*

9 *In arcu*, meis viribus, præſidiis, machinis, armis. Olim præcipua vis belli poſita erat in ſagitariis, pręcipuè apud Orientales. D

10 *Saluaſti enim nos*. Ratio ducta è præteritis beneficiis. In præſens, & in poſterum tuti erimus, quæcumque humana præſidia nos deſtituant, eo quòd iam olim nos ſaluaſti.

11 *Laudabimur*, gaudebimus. gloriabimur. Sic hoc verbo vtuntur Interpretes noſtri in hoc opere. *Tota die*, vel, omni die. Per totam vitam. *Et in nomine*, & nomẽ tuum prædicabimus. *Sela*.

12 Et



A 12 *Et non egredieris*, non egredi ſoles, nõ egredieris cum noſtris exercitibus. In rebus ſolitis Hebræi vtũtur futuro pro pręſenti. Virtutes hîc pro exercitibus: vt *a*, *Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ*. Quod dicitur Deus repuliſſe populum, confudiſſe, auertiſſe retrorſum, dediſſe tamquam oues macelli, diſperſiſſe, vendidiſſe, poſuiſſe in probrum & parabolam, poteſt accipi, non modò ſecundum permiſſionem, ſed & ſecundum efficientiam. Nam malorum pœnæ Deus auctor, & efficiens cauſa eſſe poteſt, ac ad eorum immiſſionem efficaciter concurrere, quando ſuos vult temporaliter affli-
B gere, vel corrigere. Itaque probi omnia hæc tamquam à Deo ſuſcipiunt, & ad ipſum, vt ad liberatorem verum, ſuppliciter confugiunt.

*a Pſal. 23. 10.*
*Deus malorum pœnæ auctor eſt.*

13 *Retrorſum*, retrò in fugã vertiſti, feciſti nos dare terga inimicis noſtris, fugari nos permiſiſti. *ſibi*, nos ſup. & bona noſtra.

14 *Oues eſcarum*, eſcis & deuorationi deſtinatas *b*. in *Gentibus*, inter gentes, per populos externos, Aſſyrios, Babylonios, Perſas, Medos, Græcos, Romanos, &c.

*b Rom. 8. 36.*

15 *Sine pretio*, nullo, vel viliſſimo pretio. *Nec fuit multitudo*, pretij, quando populum tuum commutaſti, & tradidiſti alienis gentibus. q. d. Tete citra vllum tuum commodum, vili atque adeò gratis abdicaſti populo tuo, &
C alienorũ iuri, & dominio ſubdidiſti, perinde ac ſi nullius eſſet momenti. *Multitudo*, etiã poſſit ſignificare fœnus, lucrum. Hac venditione nihilo factus es ditior. *In commutationibus*, in alienationibus, venditionibus. Metaphoræ à negotiatoribus. Non magno commutaſti ſiue vendidiſti eos, ſed quaſi pro nihilo. Nihil pretij ſumpſiſti pro eorum diſtractionibus. Ad verb. *Non fœneratus es in pretiis eorum*.

16 *Iis qui ſunt in circ*. vicinis nationibus, Syris, Arabibus, Ægyptiis, Philiſtæis, Phœnicibus.

17 *In ſimilitudinem*, vulgi dicterium, populi fabulã. Prouerbia de noſtra calamitate conficiunt, prouerbiis no-
D bis inſultant & illudunt. *Commotionem capitis*, ludibrium, illuſionẽ inter populos, Metonym. Geſtus deridentiũ *c*. *c Pſa. 21. 8.*

18 *Tota*. Aſſiduè contẽptus mei, ignominiáq; mea ante oculos meos verſatur, & vultus pudore velatur. q. d. Nõ audemus attollere oculos noſtros præ pudore. Sed mutat numerum, quia populus Domini eſt velut vnum corpus. *Contra me*, ex aduerſo mei. Quotidie mihi pu-

Q 2 denda,

denda, & verecunda reſpicio, & ignominia faciem A
meam obtegit.
19 *A voce*, propter vocem conuiitantis. *A facie inimici*,
propter inimicum.
20 *In teſtamento*, contra teſtamentum tuum. Nō menti-
ti ſumus in pactum tuum, prop. Non negauimus teſta-
mentum tuum, tuam religionem, & legem verbo tuo
& morte victimarum ſancitam.
21 *Receſsit*, defecit à te, à tuo cultu & fide. Chaldæ. *Non
eſt aduerſum neque diuiſum elationibus cor noſtrum. Et declina-
ſti*. Actiuè, & per Zeugma repetenda negatio, *Et non decli
naſti*, & non declinare feciſti, neque remouiſti. i. non fe-
ciſti, neque paſſus es greſſus noſtros diſcedere à via tua B
recta, à tuo cultu. Sic Hebræi. Chryſoſtom. & Hierony.
Si nolis eſſe zeugma, ſenſus cadet in ſequētem verſum.
Quoniam nimis humiliaſti atque affixiſti, facis vt ſe-
mitæ noſtræ à via tua & lege declinent. q. d. hinc trahi-
*Deus quomodo malorum culpæ cauſſa impropriè dici poſsit.* mus occaſionem declinandi atque errandi. Calamita-
tes nimiæ nos in tranſuerſum agunt, & à patientia, ac
virtute abducunt. Vnde quia non contingunt ſine eius
conſilio, voluntate & iuſtitia, Deus malorum, quæ inde
conſequuntur, quodammodò cauſa dicitur, i. cauſa per
*a Pſa. 104. 25.* accidens, non per ſe, cauſa indirecta, nō directa & pro-
pria. Sic *a*. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum ſuum*. Ma-
ſoretarū lectio per Tſeri, non Pathah, tollit hunc ſcru-
pulum. Nam iuxta eos ſic eſſet vertendū, *& declinat greſ- C
ſus noſter à via tua*: vel & (non) declinat, per zeugma.
22 *Afflictionis*. In Hebræo eſt Hyperbole, *Draconum*. vt
*b Pſ. 73. 14.* infra *b*. i. in loco captiuitatis in medio infidelium, ido-
lolatrarum, hæreticorum, inter tyrannos, in loco, cuius
habitatores æquant Draconum ſæuitiam, vel in loco
Draconum. i. in profundis maris gurgitibus, in quos ſe
recipiūt balenæ & ceti. *Dracones* enim ſiue, תנים *Tannim*,
interdū ſignificant piſces immanis magnitudinis, in-
terdum vægrandes ſerpentes. Allegoria de ſummis ca-
lamitatibus. *Vmbra mortis*, acerbiſſima calamitas, & ſer- D
uitus morti ſimilis. Mors nos veluti abſorbet.
23 *Ad Deum alienum*, ad idola, ad impios, & profanos
cultus, & religiones.
24 *Requiret*, puniet & vlciſcetur. Alij, indagabit, & in-
dagando cognoſcet.
25 *Oues occiſionis*, cædi deſtinatæ, lanienæ prop. macelli.
Debet autem dumtaxat notari virgula. Nā verſus cadit
in



A in ſequentem. Sic infrà penultimus in vltimum.
26 *Exurge quare obdormis*. Deus in malis noſtris videtur
obdormire, quando nos negligit, & in eis hærere ſinit,
ſed *non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit nos a*. Quoniam *a Eſ. 49. 4.*
mala noſtra cernit & ab eis eripiet, quando nos ſatis diu *Pſa. 120. 15.*
cum eis viderit luctatos. *Ne repellas*, nos ne reiicias.
27 *Auertis*, abſcondis propriè. *Inopiæ*, afflictionis, cala-
mitatis.
28 *Quoniam humiliatā eſt*. Hyperbole. Vita noſtra alliſa
eſt pulueri, propinqua eſt ſepulchro, nō poſſumus deii-
ci, & affligi profundius. Nam nobis reptandum eſt, non
B gradiendum, quòd ſimus proſtrati, & afflicti in vētrem,
abſque erectionis ſpe. Vel reſpicit ad morem pœniten-
tium, qui ſe puluere conſpergere ſolebāt. *Conglutinatus*.
Adhæret terræ ob imminentem gladium: Moribundis
ſumus ſimiles, & necis plagam expectantibus.
29 *Propter nomen tuum*. Heb. *propter miſericordiam tuam*
cuius Symbolū eſt Dei nomen, maximè tetragrāmatō.

---

ARGVMENTVM.

*Carmen nuptiale Chriſti & Eccleſiæ notas, virtutes, do-
tes, gratias, coniunctionem canens.*

C 1 In finem pro iis qui commutabun-
tur, filiis Core ad intellectum,
canticum pro dilecto.
XLIIII. Heb. 45.

ERuctâuit cor meum verbum bo-
num: dico ego ópera mea regi.
3 Lingua mea cálamus ſcribæ: ve-
D lóciter ſcribêntis.
4 Speciôſus forma præ fíliis hó-
minum, diffûſa eſt grátia in lábiis tuis: proptérea
benedîxit te Deus in ætêrnum.
5 Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, po-
tentíſſime.
6 Spêcie tua & pulchritúdine tua: intênde, pró-

ſperè procêde,& regna: A
7 Propter veritâtem,& manſuetúdinem, & iuſtítiam: & dedûcet te mirabíliter déxtera tua.
8 Sagîttę tuæ acûtæ(pôpuli ſub te cadent)in corda inimicôrum regis.
9 Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga directiônis virga regni tui.
10 Dilexiſti iuſtítiam, & odîſti iniquitâtem: proptérea vnxit te Deus,Deus tuus oleo lætítiæ, præ conſórtibus tuis.
11 Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis,
à dómibus ebúrneis: ex quibus delectauêrunt te B
filiæ regum in honore tuo.
12 Aſtitit regîna à dextris tuis in veſtîtu deaurâto: circúmdata varietâte.
13 Audi filia, & vide, & inclîna aurem tuam: & obliuíſcere pópulum tuum, & domum patris tui.
14 Et concupîſcet rex decôrem tuum: quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorâbunt eum.
15 Et filiæ Tyri in munéribus: vultum tuum deprecabûntur omnes diuites plebis.
16 Omnis glória eius filiæ regis abîntus: in fím- C
briis áureis circumamîcta varietátibus.
17 Adducêntur regi vírgines poſt eam: próximæ eius afferêntur tibi.
18 Afferêntur in lætítia & exultatiône: adducêntur in templum regis.
19 Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.
20 Mémores erunt nóminis tui: in omni genera- D
tiône & generatiônem.
21 Proptérea pópuli confitebûntur tibi: in ætêrnum, & in ſæculum ſæculi.

1 Impij



A 1 Impij,vt Geneuenſes,de Salomone hunc Pſalmum exponunt,primò cõtra rationem. Nam filij Chore vaticinabantur iſta Moſis temporibus,id eſt,quadringentis octoginta annis ante Salomonem. Itaque ſi Spiritus ſanctus eis aliquid tanti inſpirabat,non eſt dubiũ,quin id potius faceret de Chriſto,quàm de Salomone, nullius planè pretij homuncione, ſi cum Chriſto comparetur. Deinde hîc ſunt auguſtiores promiſſiones, quàm vt in terrenum regem cõpetant. Tertiò contra explanationem Apoſtolorum *a*. Quartò cõtra ſenſum Chriſtianorum omnium, denique contra Rabbinos, etiam

*Geneuenſes impij pſalmũ de Chriſto, chriſto derogant.*

a *Hebr.1.v.8.*

B recentiores.

2 *Eructauit cor meum*. Pollicens ſe locuturum de rebus magnis,duobus primis verſibus attentionem captat, à rei,&perſonæ,quam deſcripturus eſt,magnitudine: deinde ab orationis perſpicuitate, & celeritate. Neq; enim ſuſpenſum lectorem tenebit tarditate,vel inſinuatione aliqua dicendi. *Eructauit*,effudit verbum pręſtans, orationem & ſermonem inſignem,nempè laudes Chriſti. *Dico ego*, profero, propono, eloquor mea carmina, quæ operatus ſum: regi Chriſto,ei poëma meum compono,illud ad eum dirigo. Vnde quod ſequitur *b* eſt Apoſtrophe ad Chriſtum. Hebręi ferè interpretantur. *De*

b *Verſ.3.*

C *rege*,non *Regi*. De eo meum hunc Pſalmũ dicto: hic mei Pſalmi eſt materia. Opera ſua appellat iſtos ſuos verſus quos in laudem nuptiarum Chriſti & ſponſæ canit.

3 *Lingua mea*. eſt calamus Spiritus S. qui eſt ſcriba celerrimus in ſcribẽdo exercitatiſſimus, & peritiſſimus. Meton. i. qui numine ſuo afflatos facit celerrimè ſcribere. Vel ſcribã velociter ſcribentem,ſiue velocẽ,& expeditum ſe ipſe appellabit: quoniam auctores ſacri,ſuorum librorum non ſunt auctores,ſed ſcriptores, & notarij, & tamquam inſtrumenta. Auctor enim eſt Spiritus S.

*Spiritus S. eſt ſcriba celerrimus & auctor Scripturarum.*

D qui ipſorum linguæ & calamo inſidet, ac præeſt c. q. d. Vtar lingua & ſtylo celeri ad iſta myſteria explicanda, nec tarditate ero moleſtus.

c *2. Petr.1. verſ.25.*

4 *Specioſus*. Encomium Chriſti,eum vt reddat amabilẽ,à pulchritudine,& forma,ab eloquentia,& Euangelij doctina,à fortitudine bellica,& victoria de peccato, morte,Satana,Idolis & Idolorũ cultoribus,à maieſtate perſonæ,& regni eius à iuſtitia,& aliis virtutibus magno principe digniſſimis,deinde,à magnificentia aulæ & comitatu. *Pulcher es animo & corpore rex Meſsia*(vt inter

 ponit

A ponit Chald.) *præ reliquis hominibus. In* vtriuſque formâ nullus tecum poteſt comparari, vt qui ſis plenus gratia, veritate, mãſuetudine, virtute, ſine vlla peccati labe, & habeas labia adornata multa gratia. Secundum ſpiritualem pulchritudinem neminem poſſe Chriſto comparari indubitatum eſt *a*. Secundum corpoream ſibi facilè perſuadebit, qui vel eius picturã ad veritatem expreſſam à D. Luca viderit, vel epiſtolam Lẽtuli Proconſulis de eius lineamentis legerit, vel ad rationem Phyſicam & Medicam attenderit. Quia enim pulchritudo ab interiore naturæ craſi, temperamentóve proficiſcitur, vt Chriſtus optimo incorruptiſſimóque fuit temperamento, ac corpus melioribus proportionum numeris compoſitum ſibi ipſe aſſumpſit, quale fortaſſè ad pondus quærunt Medici: ita & colorem, & formam, & totam corporis habitudinem lectiſſimam habuiſſe neceſſe eſt, vtpotè ab interna naturæ temperatione manantem, quæ ſeſe potiſſimùm in facie oſtendit. Hinc Nicephorus *b* ex antiquis monumentis, & hiſtoriis illum fuiſſe tradit vultu viuido, dulci, ègregio, non rotundo neque acuto, ſed aliquantum longiore, cuius color ad triticum accederet modica fuſcedine rubeſcens. C 2. ſtatura ſeptenum palmorum, ſiue ternum cubitorum & ſemis, (id eſt) ſatis procera. Nam maxima non ſolet octonos palmos, ſiue quaternos cubitos excedere, ex Ab ben Ezra *c* oculis χαροποῖς fuluis cum aliquo nigrore ſplendeſcentibus, venuſtis & acribus. 4. ſuperciliis nigris, nec valde reflexis, barba flaua, nec admodùm demiſſa. 5. coma ſubflaua prolixiore ad occipitium leniter declinante. 6. Naſo aquilino. 7. collo ſenſim decliui, ita vt non arduo & extento nimium corporis ſtatu eſſet. 8. per omnia denique ſuæ genitrici ſimilẽ, quam D idem Nicephorus deſcribit *d* ex D. Epiphanio, & Cedrenus in compendio hiſtoriæ, facie honeſta, graui, affabili, aliquanto longiore, non rotunda, neque acuta, ſtatura mediocri, aut potius mediocrem longitudinem excedente, colore triticum referẽte, naſo longiore, labiis floridis, capillis flauis, oculis acribus, ſubflauas & tamquam coloris oleæ pupillas habentibus, ſuperciliis inflexis & decenter nigris, manibus ſimul & digitis longioribus. Quæ locum in Luciani Athei Philopatri, Traiani temporibus illuſtrant, dum Chriſtum ἀναφαλαντίαν & ἐπίγρυπον vocat ἀναφαλαντίαν. quidem recaluaſtrum, modicè à fronte caluum, quòd *Iu-*

*Chriſti incorpore & animo pulchritudo eximia.*

a *Cant. 5. v. 10. 11. 12.*

b *lib. 1. hiſt. ca. vlt.*

c *Exo. 27. 3.*

d *lib. 2. cap. 23.*

*Mariæ virginis ſpeciei deſcriptio.*



A dæorum more prolixiorem ſuam comam in occipitium promitteret & inuergeret, ita vt frons eius tota & aperta, oculis ſpectantium obiiceretur, ἐπίγρυπον autem, quo etiã vocabulo vſus eſt Nicephorus naſo aquilino & iuſtè eminenti. Quæ omnia hominem mirè honeſtant: & ſpecioſum, præ filiis hominum reddunt. *Diffuſa,* effuſè poſita. Tuus ſermo, tua oratio melle eſt dulcior, fluit ſuauiter, grata, ſuauis & iucunda Deo & hominibus. Hinc in Euangel. *a. Potens erat ſermone & opere.* Et *b, numquam homo locutus eſt ſic*: tanta perſuadendi vis B labiis eius inſederat. Gratia. Tam inſignem Chriſtus habuit linguæ facultatem, támque efficacem labiorum gratiam, vt per eam à Patre ira inflãmato benedictionẽ ſempiternã extorſerit, ac paucis annis mundũ ad eius agnitionem contrariis cultibus imbutum, & in cunctis peccatis educatum traduxerit. Chaldæo, *Gratia,* eſt ſpiritus Prophetię, qui in Chriſti labiis elucebat: Noſtris, gratia noui teſtamenti & verbum: Vt ſit ſenſus, fuſè loquebatur de Dei gratia & eius iuſtitia, fuſè eã ſpargebat populo, fundebat Dei gratiã & loquendo & conferendo, nihil crebrius loquebatur quàm de iis, quin & verbũ eius iuſtificabat & gratia perfundebat plurimos. *Pro-*

a *Luc. 24. v. 19.*

b *Ioan. 7. v. 45.*

C *pterea,* propter hanc tuã pulchritudẽ, & labiorũ gratiã.

5 *Accingere gladio.* A potentia bellica. Ad perficiẽdam tuæ ſponſæ liberationẽ, ad pugnam te accinge, te para ad debellandum Satanam, mortem, peccatum: vel ad interficiendos reges & poteſtates mũdi. Humano more de Chriſto loquitur, vt de bellatore aliquo egregio. *Potentiſſime.* Vocandi caſu ô Heros, ô ſtrenue, ô potens. R. Ioſeph hunc gladium eſſe ſpiritualem ait, & Metaphoricum: Talmudici, legem Dei, eiúſque bellum.

6 *Specie tua.* Per illam ſpeciem, cum tua illa ſpecie & pulchritudine, vt ſit ſeptimi caſus, vel, Propter tuam D ſpeciem, & maieſtatem, pro tua gloria & decore, id eſt, vt gloriam & decus tibi pares. Intende tuas vires: Eſt enim Eclipſis commodæ Præpoſit. Sic & intelligunt Græci, quoniã τὴν ῥομφαίαν eſt Accuſatiui caſus: τῇ ὡραιότητι Datiui. Rabbini ferè per appoſitionẽ ad Rõphæam ſiue gladium, vt iungatur cum præcedẽti verſu. Accinge femori tuo gladiũ, tuam ſpeciem & maieſtatem ſiue pulchritudinẽ, qui tibi erit decori & ornamento, & per quẽ tibi decus & imperiũ cõparabis. Chald. cũ noſtris citra appoſitionem accipit. *Cinge enſem tuum ſuper latus*

*tuum, ô fortis, quo interſicias reges & principes ſplendore tuo &* A
*gloria.* Vt ſit Ablatiuus cauſæ, per tuum ſplendorem &
gloriam, vel, vt R. Selomo interpretatur, quod quidem
tibi erit ſplendori & gloriæ. *Intende*, ſup. vires tuas, vel
arcum ἔντεινε, impetum fac in hoſtes, arcum tuum ten-
de, Sept. הדרך *Hadrec*, rectius quàm Maſoretæ הדרך *Ha-
darecha*, legunt, dirige, tende tuum arcum. Vnde & mox
futura eſt mentio ſagittarum. Iuxta Maſoretarum pun-
cta (Cum) *maieſtate tua vel decore. Proſperè.* Hoc aduerbium
iungẽdum cum verbo *Procede*, Nam Græcè & Heb. vni-
cum eſt verbum, & Pſalterium Romanũ præponit co- B
pulam, *Et proſpere procede, & regna.* Heb. *Vehere, inequita, in-
ſide.* Sed rectè 70. Nam verbum vehendi, ſiue equitandi
Metaphoricè ſignificat gubernationem, prçſidentiã, ꝙ
qui rerum ſummam tenerent, curru vel mulo veheren-
tur: (quo modo apud Athenęum, & Herodotũ rex Per-
ſarum numquam pedes proceſſiſſe fertur in publicum)
vel curribus etiam triumphalibus inſiderent, ſi præcla-
a Pſal. 65. v. 11. ras res geſſiſſent. Vt *a feciſti equitare homines ſuper capita no-
ſtra*, id eſt, regnare, vbi nos, *Impoſuiſti.* Hinc Ezechiel re-
rum prouidentiam & adminiſtrationem diuinã מרכבה
b Ezec. 1. v. 1. 7. *Mercauá* adumbrat. i. quadriga & q. vectura. Et ſic expla- C
nauit Chaldæus *b. Gloria autem tua multiplicabit filios, ſicque
proſperabis, vt equites ſuper thronos, vel ſuper equos regni.*
7 *Propter veritatem.* A virtutibus, quæ maximè cõmen-
dant principem apud populos. *Propter.* Prius hoc hemi-
ſtychiũ pertinet ad præcedentia: quare. *Equita*, ſiue *Reg-
na*, iungitur cum hoc verſu in fonte. Equita, inſide in
verbo veritatis, regna ſuper verbum veritatis, manſue-
tudinis & iuſtitiæ. Eſt autem Periphraſis Euãgelij, quo
vera Dei cognitio, miſericordia & iuſtitia reuelatur *c.*
c Rom. 1. v. 7 *Et deducet*, perducet te tua potentia mirificè ad optatum
finem, ad optatas victorias & triumphos. *Docebit te* (in-
quit Kimhi) *mira & terribilia, quæ edas in hoſtes tuos.* Nam D
ad verb. *Et docebit te terribilia dextera tua.* Quod ſic Chal-
*Chriſtus & diabolus diuerſa ratione ſua regna cõdunt.* dæus enunciat. *Docebit te Deus terribilia per dexteram tuam
manum gerere.* Vbi nota contrariis modis Chriſtũ & Sa-
tanã regna ſua condidiſſe. Diabolus mendacio & frau-
de, Chriſtus veritate. Diabolus crudelitate & captiuita-
te, Chriſtus manſuetudine & libertatis gratia: Diabo-
lus iniuſtitia & tyrannide, Chriſtus iuſtitia & virtute.
8 *Sagittæ tuæ.* Ordo inuerſus. *Sagittæ tuæ acutæ in corda
inimicorum tuorum*, ſupple infigentur, vel quid ſimile
q. d.



q. d. Sunt efficaciſſimæ, & magnarum virium ad hoſtes
A ſubigendos. *Populi ſub te cadent*, niſi hoc poſteriùs malis
eſſe parentheſin. Sagittas autem Metaph. vocat plagas,
ſiue pœnas, quibus hoſtes ſuos Rex Chriſtus afficit: vel
certè Euãgelicæ prædicationis iacula, quibus transfixi
moriũtur vitæ veteri, vitiis, & cõcupiſcẽtiis priſtinis. i.
vt Apoſtolus loquitur, *peccato a. Regis.* i. tuorũ, ꝑ Enallag. a Rom. 6. 2.
9 *Sedes tua Deus.* O Deus Chriſte, tua regia ſedes æter-
na eſt, non vt aliorũ regũ, tẽporaria. Deus enim eſt vo- *Chriſti regnũ æternum.*
catiui caſus. Illud eſt Angeli, *Regnabit in domo Iacob in æ-
ternum b*, & Symboli, *Cuius regni nõ erit finis.* Et Danielis *c:* b Luc. 1. 33.
*Regnum æternum, quod non diſſipabitur.* Alij de throno, & re- c Daniel. 2. 44. & 7. 27
gno diuinitatis, ſecundũ quam regni patris cõſors exi-
ſtit, de quo *d: Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, &c.* d Pſal. 145. verſ. 13.
B Rabbini tamen hodierni accipiunt in genitiuo, vel no-
minatiuo. Sedes tua eſt Deus i. Dei ſedes, thronus diui- e 1. Para. 29. verſ. 23.
nus, vt *e: Seditq; Salomon ſuper ſoliũ Domini*, Sed hęc ab illis
interpretatio videtur excogitata cõtra Chriſti diuini-
tatẽ. *Virga*, cõſtructio verſa. Vnde Græcè poſterior pars
habet articulũ ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. virga regni tui eſt
virga directionis. i. ſceptrũ rectitudinis, æquitatis, iu-
ſtitiæ. Virga pro ſceptro Hebr. vtrobiq;. Tu tuũ regnũ
ſũma ęquitate, & iuſtitia adminiſtrabis. Aliorũ enim re-
gnorũ ſceptra ſępe ſunt obliqua, & incurua, vt quę à re-
C cto deflectãt, neq; ad omnẽ ęquitatis normã dirigãtur.
10 *Dilexiſti iuſtitiam.* Duæ partes iuſtitiæ, æquitatem
tueri, & iniquitatem punire. *Vnxit.* Etſi Chriſtus primo
ipſo momento conceptus fuerit plenus gratia, & hac
vnctione Spiritus ſancti abſque menſura, necdum tunc
videatur dilexiſſe iuſtitiã, & odiſſe iniquitatem, quòd
antè homo non extitiſſet, propterea tamen vnctus di-
citur, quòd dilexerit iuſtitiam, & odio habuerit iniqui-
tatem: quia in ipſo cõceptu animam habuit vſu ratio- *Chriſtus ab ipſo conceptu ratione, & intelligentia præditus.*
nis, & intelligentiæ præditã, quę ſe planè virtuti, & iu-
D ſtitiæ dedicaret. Itaque in eo iuſtitiæ amor, & vnctio
Spiritus ſancti ſimul tempore extiterunt, & alterum
alterius fuit cauſa. Neque enim eum Deus vnxiſſet tam
plenè Spiritu ſancto, niſi ſimul eum aptum, & paratum
ad tantam plenitudinem perſpexiſſet. atque adeò effe-
ciſſet. *Deus Deus tuus.* Epizeuxis ad vehementiam, vt v-
trumq; ſit nominatiui caſus ex Aquila, vel, Deus prio-
re loco eſt vocandi caſus, poſteriore nominatiui ex
Hier. ad Principiam, ô Deus fili, Deus tuus, id eſt,
Pater, Oleo lætitiæ, Spiritu ſancto (ab effectu)

*a Gal.6.1.*
*b Ioan.3.34.*
*Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium apertum.*
*c Pſa.2.6. & 109.4.*

ſiue vnctione Spiritus ſancti,corda credentium exhila- A
rantis, & conſolantis *a*, non vnctione viſibili. Ita hic
apertum myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis.Humanitas
Chriſti ſine menſura *b* inuncta eſt Spiritu ſancto; lon-
geque effuſius, quàm reliqui ſacerdotes; Reges, Pro-
phetæ,Filij Dei,conſortes, & cohæredes ipſius, quibus
certus accipiendi Spiritum ſanctum modus definitus
eſt.Eſt autem vnctus,vt ſit Rex,& Sacerdos *c*; quod ad
naturam humanã attinet. Non enim Verbi natura vn-
cta eſt, quæ conſortes ſecundum ſe habere non poteſt. B
Vnde apparet ad id, quod homo eſt, pertinere vnctio-
nis vocabulũ *d*. *Præ conſortibus*,ſupra cõſortes,vltra par-
ticipes, ſocios regni, cohæredes,& communicantes in
regni poſſeſſione, vt Apoſtolos, Prophetas,&c. In ge-
nere, quia dilexiſti iuſtitiam , & æquitatem ô Chriſte,
Deus Pater te copioſiore lætitia,& gaudio.i.fœlicitate
ampliore,quàm tuos conſortes cumulabit.Nam huma
nitas Chriſti euecta eſt ſupra omnem hominum fœli-
citatem ; ſedet ad dexteram , fruitur potioribus bonis
Patris. C

*d Vigilius libro 4. Hilar. lib.11. Trinit. Ambroſ. & Theop. Heb.1. Cyrill. de incarnat. Vnig. cap.1.*
*Chriſtus Rex & Sacerdos, ſecũdum naturam humanam.*

11 *Myrrha,& gutta,& caſia.* Supple ſpirant,manãt,dif-
fluunt, vel quid ſimile. Huius regis veſtimenta perfuſa
ſunt pretioſiſſimis odoramentis,& aromatibus.Eſt au-
tem allegoria de gratiis,& virtutibus animæ,& corpo-
ris Chriſti excellentiſſimis. Myrrham , & guttam, ſiue
ſtacten,& caſiam (aromaticam,& ligneam,non medici-
nalem ) redolent veſtimenta tua ex edibus eburneis
(educta) quibus delectaris. Veſtimenta Chriſti, anima
eius, & corpus. Hinc velamen *e*, caro eius ſiue huma-
nitas ab Apoſtolo exponitur : & *f* *Formam ſerui accepit,*
*habitu inuentus, vt homo.* Nam habitum illic ſignificare in- D
dumentum docet Auguſtinus *g*. Domus eburneæ,pu-
ræ piorum conſcientiæ,& mentes,vel ſanctæ Eccleſiæ
ſingulares,quæ Chriſtum mirè oblectant. Hebraicè,*Pa-*
*latia,ſiue templa* : quomodo locutus eſt Paulus , *Templum*
*Dei eſtis vos h*. *Myrrha* , lachryma arbuſculæ Arabicæ
quinque cubitorum.*Gutta*,ſtacte,myrrha ſtillatitia ſiue
pinguedo myrrhæ recentis exigua aqua tuſæ , & or-
gano expreſſæ. In fonte אהלות *Ahaloth*, aloëm potius
ſignificare videtur. Eſt autem aloë herba Indię,& Ara-
biæ amariſſimi ſucci,& odoris grauiſſimi,iuxta adagiũ,
quo vſi ſunt Plautus, & Iuuenalis : *Plus aloes, quàm mellis*
*habet*,at magni pretij,& efficaciæ. Reſiſtit enim vermi-
bus,&

*e Heb.10.20.*
*f Phil.2.7.*
*g Libr.83.q.73.*
*h 1.Cor.3.16 & 6.19.*



*a Exod.30.*

A bus,& putredini,& viſum iuuat. *Caſia*,frutex,ſiue arbu-
ſcula aromatica vulgò. At Iſidoro , & R. Selomoni *a*,
herba , cuius radix ſit odoratiſſima. Nec verò illa eſt
medica συριγγώδης. Nam hæc arbor eſt magna, proferẽs
fiſtulas ſucco illo plenas , cuius vſus eſt in medicinis.
Ignota alioqui Dioſcoridis,Plinij, & Galeni tempori-
bus. *E domibus eburneis*. (eductis vel depromptis) è qui-
bus ( intra quas domos eburneas verſantes ) filiæ regũ
lætitiæ afficiunt te, in tua maieſtate , & gloria. Domos
eburneas appellat,palatia, & templa ſumptuoſiſſima, &
cãdidiſſima.*Ex quibus*,palatiis,& templis candidiſſimis,
voluptate afficiunt te caſtæ virgines. Intra,& in Eccle-
B ſia pij Deum delectant, extrà ei minimè placent. *In ho-*
*nore tuo*,in tuis magnificentiis,vel in tua aula honorifi-
ca,in tuo comitatu glorię,honoris,& maieſtatis pleno.
Hebræi etiam hîc ſenſum auſpicantur; filiæ regũ(ſunt)
inter honoratas tuas , àut ſine Eclipſi verbi ſubſtantiui
nõ obſtãte Soph paſuc,annectitur ſuperioribus.Quod
ſequuti ſunt 70. & ſententia poſtulat.Nam Soph paſuc,
non ſemper diſtinguit præſertim in hoc libro , Iob, &
Prouerbiis.

*Pij Deum in Eccleſia delectant, extra minimè.*

12 *Aſtitit Regina à dextris tuis.* Eccleſiam etiam cum ſuo
Gynæceo allegoricè pingit ſtylo poëtico. *Regina* , Ec
C cleſia , præſertim collecta è Gentibus. Hebraicè, שגל
*Shegal*, coniux , conthoralis. *A dextris tuis*, in loco ho-
norato,non vt vilis , & contempta,ad pedes, prope te,
in conſimili honore,& gloria, in maieſtate tuæ poten
tiæ *b*, in throno tuo *c*, *In veſtitu deaurato, circundata va-*
*rietate.* Hęc omnia ſunt periphraſis iſtorum Hebraico-
rũ.*Cum maſſa,vel varietate Ophir*.Ergò *deauratum*,hic ſonat
purè aureũ.*Varietate*,vario ornatu, de variis virtutibus,
& gratiis Eccleſiæ , de quibus Apoſtolus loquitur *d*.
13 *Audi filia.* Apoſtrophe Dei Patris ex D.Hieron.ad
ſponſam filij ſui, quam proinde filiã appellet,vel Pſal-
D tis è D.Auguſtino tamquam vnius è Patribus.i.Apoſto
lis,& Prophetis,ad ſpõſam,quam nunc appellet filiam,
quaſi per Euangelium genitam.*Populum tuum*.Non tan-
tùm gentes tranſeuntes ad Eccleſiã,obliuiſcantur vete-
ris ſui populi,& idololatriæ:ſed & Iudæi dediſcant ve-
terem ſuum cultũ,& ceremonias, quas anteà habebant
cariſſimas, vt ſe in Chriſtũ toti transfundant.*Patris tui*,
maiorum tuorum paganizantium,vel iudaizantium,&
crede in hunc regem.

*b Ioan.12.26. & 16.*
*c Apoc.3.21.*
*d 1.Cor.12. verſ.6.7.8. & Heb.2.4.*

14 *Et concupiſcet*. Te amabit, & diliget. *Adorabunt*, in- A
curuabunt ſe ei. Græcè, *& adorabis*. Heb. *& adora*. eodem
ſenſu omnia. Chriſtum autē adorant Reges *a*, Angeli *b*:
*a Pſal.* 98.5. Non ſolùm ſecundum diuinitatem, verùm & ſecundū
*&* 71.10.11. humanitatem, vt quæ Diuinitati vnita ſit inſeparabili-
*b Pſal.* 96.8. ter, & hypoſtaticè.
*Eſai.* 60.5. 15 *Filiæ Tyri*. Tyrij ſe ſubiicient regi, nobiles, & diui-
*c Pſa.* 88.28 tes, & florentes nationes ad regem conuertentur *c*. *De-*
*Eſa.* 60.4. *precabuntur*, ſupplicabunt tibi ô Eccleſia. De poteſtate
clauium, & ſacramentorum. *Diuites plebis*, ditiſſimi po-
pulorum. Nam Hebræi ſuperlatiuos Latinorum repre- B
ſentant per adiectiuū cum genitiuo alterius nominis.
De vocatione Gentium.
16 *Eius*. Redundat per Pleonaſmum: vnde & Græcè
deeſt. Debet ergò conſtrui cum genitiuo *Filiæ*, quaſi per
appoſitionē. Vniuerſa gloria filiæ regis, ſiue Eccleſiæ,
eſt intrinſecus, ſpiritualis & in animo. Omnis eius or-
natus nō exterior eſt, in veſtimētis corporalibus multi
pretij, ſed interior, in corde, & animo, vt in fide, carita-
te, obedientia, fideli ſubiectione *d*. Quam autem ſuprà
*d* 1.*Pet.* 3.4. deſcribebat, vt vxorem regis, nunc vocat filiam, ad in-
dicandum ſummū erga Eccleſiam ardorē. Sic viri vxo- C
res, quas tenerrimè amant, filias vocant. Vel *filia Regis*.
id eſt, puella regia, vxor regia, quæ ſit adoleſcentula, &
virgo, proindeq; purior, & verecūdior. Maſoretæ non
legunt קבודה *kebodá*, gloria eius: ſed כבודה *kebudá*, glo-
rioſa. *Glorioſa filia Regis intrinſecus*. Quod eodē recidit. q.
d. Etiamſi externis veſtimētis ſit pulcherrima, interiùs
tamen eſt multò pulchrior, adeò vt tota eius gloria in-
terna eſſe, nihilq; nitor externus ad internū accedere
videatur. Virtutes animi corporeas multò excedunt:
itaque ſi cernerentur, mirabiliores excitarent ſui amo-
res. Aliqui, intra domum ſponſi eius. q. d. filiæ regum, D
præſtantiſſimæ quæq; nationes, ſunt intra Eccleſiam,
ſolæ barbaricæ, & ab humanitate veraq; nobilitate a-
*e Geneſ.* 3. lienæ ſunt extra. Ita faſciculus myrrhæ *e*. *In fimbrijs*, in
*f Gala.* 5.22. operibus, quæ caritas exigit *f*, &c. *Varietatibus*, variis
*Matth.* 5.20. obſeruationibus, & colendi ritibus. Nam ne exteriorē
cultum, & varias eius ceremonias, quæ ſunt pietatis
retinacula, planè videretur reieciſſe, iſta addidit ex Au-
*g Epi.* 86. guſtino ad Caſulanum *g*. Alij de variis donis Spiritus
*h* 1.*Cor.* 12. ſancti *h*. Ad verbū, Totum hoc hemiſtychiū ſic habet
*verſ.* 5.6.7. neglectis Maſoretarū diſtinctionibus, vt dumtaxat ob-
ſcuritati



A ſcuritati ſeruientibus: *Ex intertextionibus auri veſtimentum
eius in veſtibus Phrigiis*. Gall. *Son veſtement eſt fait de drap d'or
recamé*. Phrygias veſtes varietates appellauit noſter in-
terpres, quod variis intertextionibus, & ſegmentis di-
uerſorum colorum eſſent elaboratæ, & pictæ, vt cum
aureis incluſoriis, gemmæ includuntur, intertexturæ,
veſtes ocellatæ, vel plumario opere ornatæ. Hierony-
mus ſcutulata vertit. Chald. *Indumenta diuerſarū figurarū*.
Græcè eſt vnica vox, πεποικιλμενη. q. *Variegata variata*.
17 *Regi*. Tibi ô Rex. Alloquitur enim eū in tertia per-
ſona, ſic *a*. *In templum Regis* i. tuum. Nam ad finem vſque *a verſ.* 18.
Regem alloquitur. *Virgines*, ſingulares Eccleſiæ, vel ani-
B mæ caſtæ, & incorruptæ poſt eam Eccleſiam Catholi-
cam, de quibus Apoſtolus *b*, *Deſpondi vos vni viro virgi-*
*nem caſtam exhibere Chriſto*. *Proximæ eius*, propinquæ eius, & *b* 2. *Cor.* 11.2
cognatæ Gentes, ſociæ, & amicæ nationes. *Tibi*, ad te
adducentur, ô Rex Chriſte. Sic ſequentes apoſtrophæ
diriguntur ad Chriſtum Regem. Nam affixa Hebraicè
ſunt generis maſculini.
18 *Regis* i. tuum, enallage perſonæ. Hoc regis tēplum
aliqui interpretātur cœlum, in quo æterno gaudio per-
fruemur. i. Eccleſiam triumphantem, non militantem.
19 *Pro patribus tuis*. Pro Patriarchis, & Prophetis, ex *Apoſtoli &*
quibus es ortus, Apoſtoli, & Apoſtolici, quos gignes *Apoſtolici*
C per verbum Dei, & regenerationis lauacrum, æterna *viri ſucceſſe-*
ſucceſſione, ſummam rerum exercebunt in Eccleſia, *runt Patriar-*
per totum orbem gerentes vices tuas, ô Rex Chriſte, *chis.*
q. d. filij tui, quos ex hac ſponſa ſuſcipies, æquabunt
maiorum ſuorum præſtantiam, & virtutem, vel etiam
ſuperabunt. Filij autem huius Regis dicūtur Apoſtoli, *c Eſa.* 8.18.
vt apud Prophetam *c*: *Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi
Deus*. *Pro duodecim Patriarchis* (inquit Arnobius) *nati duo-
decim Apoſtoli*. Sic interdum etiam vniuerſi fideles, qui
proinde ſemen eius dicuntur *d*, quod eos ſibi per E- *d Pſal.* 21.31
uangelium genuerit. Principes verò, quòd regendis, & *& alibi.*
D moderandis populis præpoſuerit. *Super omnem terram*.
Nam regnum huius regis erit tam amplum, vt in plura
poſſit diſtribui.
20 *Memores erunt*. Heb, & Græcè, *Memor ero*, in Eccleſiæ
perſona. Eodem ſenſu. Nam tunc inducitur Eccleſia,
gratias agens ſponſo ſuo, qui ipſam tantis beneficiis
cumulauerit. Vel Mimeſis poëtica hæc: Conſti-
tues eos principes ſuper omnem terram, dicendo
ſupple

ſupple, vel, vt vnuſquiſque eorum dicat, Memor A
ero,&c.verſa eſt in ſimplicem locutionem,& memores erunt,&c. *Nominis tui* ô Rex Chriſte.

21 *Confitebuntur tibi*, te palàm & publicè ſine metu & pudore celebrabunt. Hoc etiam ad hunc regem dirigetur.

## ARGVMENTVM.

*Ciuitatem Dei,ſiue Eccleſiam, Domini præſidio contra omnem vim,eſſe tutam.*

B

# 1 In finem filiis Core pro arcanis. Pſal. XLV. Hebr. 46.

DEus noſter refúgium & virtus: adiûtor in tribulatiónibus, quæ inuenêrunt nos nimis.

3 Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra: & transferêntur montes in cor maris.

C

4 Sonuêrunt, & turbâtæ ſunt aquæ eôrum: conturbâti ſunt montes in fortitúdine eius.

5 Flúminis ímpetus lætíficat ciuitâtē Dei: ſanctificâuit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

6 Deus in médio eius,non commouébitur: adiuuâbit eam Deus manè dilúculo.

7 Conturbâtæ ſunt gentes, & inclinâta ſunt regna: dedit vocem ſuam,& mota eſt terra.

8 Dóminus virtûtum nobîſcum: ſuſcêptor noſter Deus Iacob. D

9 Veníte & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram: áuferens bella vſque ad finem terræ.

10 Arcum cónteret, & confringet arma, & ſcúta combûret igni.

11 Vacâte,& vidéte,quóniam ego ſum Deus: exâltabor in géntibus,& exâltabor in terra.

12 Do



A 12 Dóminus virtútum nobiſcum: ſuſcêptor noſter Deus Iacob.

1 E Chaldæo Paraphraſte apparet filios Choræ eſſe eos tres, qui tēpore Moſis *a*, pietatis laude floruerunt, non poſteros ſub Dauide Leuitico Muſicorum munere fungentes. *Ad laudandum* (inquit) *per manus filiorum Choræ, qui per ſpiritum Propheticum, in die, quando abſconditus fuit pater eorum ab eis.* id eſt, terræ hiatu abſorptus *b*. *& illi liberati ſunt, dixerunt canticum.*

*a Exo.6.24.*

*b Num. 16. 31.32.*

B

2 *Noſter*. Eſt ſup. *Noſtrum*, ego vertiſſem לנו *Lánu*. Deus nobis, ſiue noſtrum (eſt) refugium, hoſpitium & robur. *Quæ inuenerunt.* נמצא *Nimtſá*, (quas) inuenicmus, (quas) inuenire ſolemus. *Nimis*, copioſè. Sic perpetuò, מאוד *Meod*, vertunt Septuag.

3 *Propterea non timebimus*, Etiāſi mundus vniuerſus surſum deorſum vertatur, nihil metuemus. *In cor*, in medium maris exemplo Ionæ. Poëticè hæc omnia de malis ingentibus,

4 *Sonuerunt & turbatæ ſunt*. Conceſſio. Etiamſi tumeſcerent aquæ, & montes concuterentur ſuo impetu, ciuitas Dei quieta erit ſuis paruis riuis contenta. His aliqui putant comparari tyrannos, & mundi potentes. *Eorum* marium, mutato numero, *Eius*, maris, q. d. ad maris æſtus, elationes, & vires montes contremuerunt. Rabbi Anonymus, de quo alibi, & Noſtri referunt ad Deum, Dei potentia & maieſtate montes contremiſcunt.

C

5 *Fluminis impetus*. Fluminis decurſus, amnis & riuuli. Nam Heb. eſt פלגו *pelagau c*. vt alludat ad Siloëm, cuius aquæ quietæ, & oſtendat Eccleſiam contentam eſſe diuino præſidio, etiamſi videatur paruum & abiectū. His enim Eſaias *d*. Iudā comparat. vt Aſſyriorum exercitum horrendo immenſi fluminis impetui. Sic autem poëticè appellat copioſam gratiā Spiritus ſancti opponens flumē maris prædicti fluctibus: vt quēadmodū fluctus maris cōturbāt omnia exteriùs, ſic fluminis dulcis fluxus eā è contrario recreet, quemadmodū riui aquarū agros & hortos ſua irrigatione lætificant. Aliqui de copioſo concurſu populorum ad Eccleſiam ſeſe cōuertentium, vt Chaldæus *Populi velut flumina & ſcatebræ eorū venient, & lætificabunt ciuitatem Dei, ac orabunt in domo Sanctuarij in tabernaculo Altiſsimi*. Alij in malam partem accipiunt, vt

*c vt Pſ.1. Verſ.3.*

*d Iſa. 8.6.*

D



ſit

ſit idem, quod ſuperiore Verſu mare, de impetu & violentia impiorum contra eam. Talis impetus non nocet Eccleſiæ, ſed eam lætificat. Sicque erit elegans antitheſis, Mare quidẽ turbat montes quoſque validiſſimos, at quiuis aquarũ impetus tãtùm abeſt, vt Dei Eccleſiã, qui eſt mons quidam, id faciat, eã vt potius lætificet, & reficiat. Quare ſequitur, *ſanctificauit*, id eſt, ſibi conſecrauit, ne poſſit violari & perire: Sanctum, inuiolatum, intactum fecit ſuum tabernaculum. Rerum enim ſanctarum Deus cauſam ſuſcipit, ac tuetur. Quam ſententiam Maſoretarum lectio ſic inuoluit & obſcurat. *Sacrarium tabernaculorum altiſsimi*. ſup fluminis *curſus lætificat*. Eſt enim multo clarius, ſupremum Deum ſanctificaſſe, conſecraſſe, purum, inuiolatum, tutum effeciſſe ſuum tabernaculum, quod ſumus nos, vel Eccleſia. Rectius ergo, קדש, legitur in Piel *Kiddes ſanctiſicauit*, quàm, קדוש, *Kedos, ſanctum. Sanctiſicauit tabernacula* (ſua) *Altiſsimus*. משכני *Miskené* enim poëticè pro, משכניו *Miskenau*. Niſi malis Septuag legiſſe, משכנו *Miskenó*, per Vau.

6 *Deus*, eſt ſup. *Non commouebitur*, illa ciuitas. Ideóque illa ciuitas Dei non nutabit. Vnde verbum in Hebræo eſt generis fœminini. *Manè diluculo*. maturè, opportuniſſimo tẽpore. *Vultu ſuo*, in Romano Pſalt. *Poſt noctem calamitatum, & tenebras aſflictionum ſub auroram ſuccurret ei*. Gall. *Du matin & de bonne heure*. Ad verb. *ad reſpicere diluculum*, dum diluculum ad terras faciem conuertet: quàm primùm quàm opportunè. Tempus enim matutinum eſt ad res gerendas opportuniſſimum.

7 *Conturbatæ ſunt gentes*. Antitheſis. Contrà conturbatæ ſunt, fremueruntque gentes, &c. *Inclinata*, cõmota ſunt, nutarunt. *Dedit vocem ſuam*, intonuit. De tonitru Euangelij, vel calamitatum ob neglectum Euangelium, ob quæ contremiſcet mundus.

8 *Virtutum*, exercituũ & Angelorũ. Sic infra *a*, *Suſceptor*, refugiũ, ſuſtentaculũ, prop. Vtque iſtud intelligatur fore perpetuum, *Sela*, in fine verſus Hebraici ponitur. *Deus Iacob* Iacobæorum, vel quem coluit Iacob patriarcha, quíque ei in variis negotiis & caſibus affuit. Quin & innuit promiſſiones ipſi, & eius poſteris factas. *a Verſ. 12.*

9 *Prodigia*. Heb. *ſtupenda, admiranda*. Aliqui in bonum: Conſiderate miracula, omnem naturæ vim ſuperantia, facinora Dei, quibus ſuperauit, conuertítque mundum. Alij in malum, quaſi totam terram vaſtauit: ſtupores, deſola



deſolationes, deſtructiones principum, potentum, impiorum, euerſiones idolorum immiſit. Sic Chald. *Videte opera Dei, qui poſuit deſolationem in impios terræ. Auferens bella*. Perſecutiones ceſſare faciens.

10 *Arcum conteret*. Nullus amplius erit armorum vſus, & ſucceſſus contra Eccleſiam, & religionem. De tempore Conſtantini, & deinceps ſublatis perſecutionibus, & conſtitutis regnis Chriſtianis. Quod ergo Mahometani proſperè contra nos res gerunt, tribuamus noſtris peccatis, non ipſorum viribus. *Mahometani cur proſperè res contra nos gerant.*

11 *Vacate*, Heb. *dimittite, remittite*, ſup. vos, remiſſo eſtote animo, placido, placato, vacuo à tumultibus, & motibus. Chald. *Ceſſate à bello*, (quo Deum oppugnatis) Apoſtrophe ad hoſtes, vt ab irritis conatibus deſiſtãt, neque oppugnent, quos Deus propugnat. Súntque Dei verba.

12 *Suſceptor*, protector, defenſor. Etiam hîc *Sela* claudit verſum in fonte, vt ſupra *a*, Nam eum repetit, vt nos ad fiduciam in Deum inuitet. *a Verſ. 8.*

---

## ARGVMENTVM.

*Omnes gentes inuitat ad Deum celebrandum, quòd in ſanctorum Iſraelitarum communionem, & regnum cooptatæ ſint. Eccleſiæ congruit.*

## 1 In finem, pro filiis Core Pſalm. XLVI. Heb. 47.

OMnes gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exultatiónis.

3 Quóniam Dóminus excélſus, terríbilis: Rex magnus ſuper omnem terram.

4 Subiécit pópulos nobis: & gentes ſub pédibus noſtris.

5 Elégit nobis hæreditátem ſuam: ſpéciem Iacob, quem diléxit.

6 Aſcéndit Deus in iúbilo: Dóminus in voce tubæ.

7 Pſállite Deo noſtro,pſállite: pſállite regi no- A
ſtro,pſállite.
8 Quóniam Rex omnis terræ Deus : pſállite ſa-
piènter.
9 Regnâbit Deus ſuper gentes : Deus ſedet ſu-
per ſedem ſanctam ſuam.
10 Principes populôrum congregâti ſunt cum
Deo Abraham : quóniam Dij fortes terræ vehe-
mènter eleuâti ſunt.

---

2 *Omnes gentes* Tacita vaticinatio de Gentiũ ad Abrahami fidem vocatione. *Plaudite*,geſtu lætitiam oſtendite. *Iubilate*,clangite prop.Inſtrumentis animi gaudium exprimite. B

3 *Quoniam Dominus*.Rex hic eſt Chriſtus , terribilis & tremendus Diabolis,& tyrannis ; magnus comparatione aliorũ. Regum,quia æternus,ſuper Iudæos ; & Gentes,omnem principatum,denique omnes creaturas corporales & ſpirituales *a*.

*a Eph.1. 21. 10.Phi.2. 10. Apo. 19. 15. 16.*

4 *Nobis*,noſtræ poteſtati & religioni *b*.

*b Eſ. 60 12. 13 .14.*

5 *Hæreditatem ſuam*,pro ſua hæreditate,Eſt enim accuſatiu⁹ trãſitionis vt ſupra *c*,Eſt autẽ ordo inuerſus.Speciẽ,magnificẽtiã,excellentiã Iacob, ſiue quicquid erat C pulchrum,ſpecioſum excellens in familia Iacob,quem dilexit,ſelegit nobis,pro ſua hæreditate,ſiue( in) ſuam hæreditatem.q.d.Allegit ad ſuam Eccleſiam , ( quæ ipſius eſt hæreditas.)Apoſtolos & cæteros Iacobæos ſimplices, minimè malos , animo ſpecioſos & candidos. Quicquid denique erat virtutis , & præſtantiæ cæteris reiectis.Illud eſt Actorũ *d*,*crediderunt quotquot prædeſtinati erant ad vitam æternam*.Pietas & candor animi eſt ſpecies ac pulchritudo hominis. Adde pulchra fuiſſe in Iacob diuina oracula,verbum Dei,promiſſiones ſiue teſtamenta,quæ cũcta nos hæreditare , poſſideréque voluit.Poſſit etiam phraſi Hebraica *Species ſiue decor Iacob*, D ſumi pro Iacobo ipſo, vt Gloria Domini pro Domino ipſo.*Suam*.Hebraicè quidẽ noſtram:at quia *Nobis* , præceſſit facilior eſt ſententia,quam adhuc clariùs Pſalterium Romanum exprimit. *Elegit nos in hæreditatem ſibi.* Et Chaldæus, *Elegit nos ad hæreditandam hæreditatẽ noſtram.*

*c Pſ.2.V. 8.*

*d Act.13. 48.*





A *Quem*. Septuag.ἣν , quam ſpeciem ſiue gloriam Iacob. Sed Relatiuum Hebraicum eſt omnis generis , & ſenſus eodem delabitur.

6 *Aſcendit*,cum triumpho & pompa , victor rediit & glorioſus. Alludit ad terribilem tubæ ſonitum in deſcenſu Dei in montem Sinai auditum quando ſancienda erat lex *a*. *Aſcendit Deus*,( inquit R.Eliezer in Pirké) *in montem Sinai cum bombo tubæ , multiſque clangoribus*. Vel ad tubas,quibus vtebantur in triumphis & congregationibus populorum.Noſtri ad aſcenſum triumphantem Chriſti,quem in cœlum magnifica laus & iubila- C tio Angelorum cantantium atque deducentiũ eſt proſecuta,quaſi tubæ vox,referunt.Hebræi in genere Poſt partam victoriam,& ſubactum nobis orbem,in vrbem ſanctam in monte poſitam aſcendit cum triumpho,militibus & populis,cum iubilo,plauſibus, acclamationibus,concentu,muſica gratulantibus,& ſui regis triumphũ clamore,& buccinarum clãgore proſequentibus.

*a Ex.19.19. & 20.18.*

7 *Pſallite Deo noſtro*. Epizeuxis de inſtrumentis muſicis.

8 *Sapienter*,συνετῶς,intelligenter, attenta mente, cum B attentione eorum,quæ canuntur,non lingua tantùm & inſtrumentis,ſed etiã corde ac animo:vt ſi Pſalmi non intelligantur,linguáque Hebraica,Græca Latina,aliáve ab earum imperitis per modum precis enuncientur, Deus ſaltem iugiter habeatur ante oculos,& credantur huiuſmodi precationes ſanctiſſimas Dei laudes , & veneranda continere myſteria. Hierony vertit eruditè,vt hoc de canendi pulſandíque peritia dicatur,non de cordis attentione. Heb. *cum intelligentia*,ſcitè,& concinnè. Dicendo ſup.

*Deus linguæ ignota quomodo ſapienter orari poſſit.*

9 *Regnabit*,&c.Sedes autem Chriſti eſt Dei dextera. Aliqui,de propitiatorio,non de cœlo. D

10 *Principes populorum*.Vocatio Principum,*b* quibus dominari Deum docet,ex eo,quòd ſe in religione & fide Iudæis coniunxerunt.i. Apoſtolis & Apoſtolicis. *Cum*. Rectiùs & faciliùs Septuag. עם *him* , per Hiric legunt, quàm Maſoretæ per Pathah. *Dij*, Noſter in Sept.legit οἱ θεοὶ,cùm hodie τοῦ θεοῦ,Dei,in genitiuo.Prior lectio mihi magis placet. Nam & ei congruunt Hebræa , ſi in לאלהים *lelohim*,ל indicet Nominatiuũ caſum Emphaticè,vt ſæpè aliâs,ſeorſum apud Eſaiam *c*, ולשרים *vlaſ-herim,& principes in iudicio principatum tenebunt*,vt docet Kimhi in

*b vt Eſa.49. 23.*

*c Eſa. 32. Verſ.1.*

hi in Michol. Egregio ſenſu. Dij fortes, ſiue clypei, A
& protectores terræ vehementer eleuati ſunt & euecti,
& in hac orbis victoria. Patrem, Filium, & Spiritum S.
Scriptura Deos plurali numero appellat, habita ratione
non eſſentiæ, quæ in illis vnica eſt numero, ſed perſo-
narum, quæ ſunt tres actu & diſtinctè. Neque enim tam
appoſitè alij per Deos fortes intelligũt diuinos homi-
nes, Apoſtolos, & Apoſtolicos. Simpliciſſimus eſt hic
ſenſus, quicquid recentiores exiſtiment. Nam in Geni-
tiuo ſenſus frigidus. *Dei fortes & clypei ſupra terram exal-
tati ſunt.* Item in Datiuo, cum multis Eclipſibus: *quoniam
Deo* (ſunt, vel adhæſerunt) *ſcuta terræ*, *valdè eleuatus* (eſt
Deus) Item per Enallagen numeri cum Chaldæo, *quoniã* B
*coram Deo ſcuta terræ vehemẽter exaltata ſunt.* (i. magnates.)
*Fortes* ſcuta, ad Verb. Epithetum Dei, item & Principũ,
quoniam vt ſcuta corpus, ſic illorum munus eſt prote-
gere populum.

*Patrem, Filium, & Spiritum S. Scriptura Deos appellat & cur.*

## ARGVMENTVM.

*Deo cariſſimã eſſe Hieroſolymam, vt qui eam ſingularibus victoriis, donis & beneficiis exornauerit, atque ex ea miſericordiam ſuam in omnes terræ fines deriuauerit. Congruit Eccleſiæ.* C

# 1 Pſalmus cantici filiis Core, ſecunda ſabbati. XLVII. Hebr. 48.

MAgnus Dóminus, & laudábilis ni-
mis: in ciuitâte Dei noſtri in monte
ſancto eius.
3 Fundâtur exultatiône vniuêrſæ
terræ: mons Sion, látera Aquilônis,
cíuitas regis magni.
4 Deus in dómibus eius cognoſcêtur: cùm ſuſ- D
cípiet eam.
5 Quóniam ecce reges terræ congregâti ſunt:
conuenêrunt in vnum.
6 Ipſi vidêntes ſic admirâti ſunt, conturbâti
ſunt, commóti ſunt: tremor apprehêndit eos.
7 Ibi dolôres, vt parturiêntis: in ſpíritu vehe-
menti cónteres naues Tharſis. A
8 Sicut audíuimus, ſic vídimus in ciuitâte Dó-
mini virtûtum, in ciuitâte Dei noſtri: Deus fun-
dâuit eam in ætêrnum.
9 Suſcépimus Deus miſericórdiam tuam: in
mêdio templi tui:
10 Secúndum nomen tuum Deus, ſic & laus tua
in fines terræ: iuſtítia plena eſt dextera tua.
11 Lætêtur mons Sion, & exúltent fíliæ Iudæ:
propter iudícia tua Dómine. B
12 Circúmdate Sion, & complectímini eam:
narrâte in túrribus eius.
13 Pónite corda veſtra in virtûte eius: & diſtri-
búite domos eius, vt enarrêtis in progénie áltera.
14 Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in ætêr-
num: & in ſæculum ſæculi, ipſe reget nos in ſæ-
cula.



1 *Secunda ſabbati.* Additum è ritu Iudaico, quod canta-
C retur diebus Lunæ, qui erant è celebrioribus. Nam Iu-
dæi poſt Sabbatum, præcipuè celebrant ſecundum &
quintum, id eſt, Lunæ & Iouis.
2 *Magnus Dominus.* Deus quidem vbique laudabilis,
ſed præcipuè in Hieruſalem (id eſt, Eccleſia) appoſito-
riè, monte ſancto eius, monte ipſius cultui dedicato, &
conſecrato. Erat enim in montibus ſita, ad eleuandas
mentes fidelium in cœlum, cuius topographiam ſubii-
cit, in gratiam præcipuè Chriſti, quem ex ea Deus ſta- a Luc. 2. 32.
tuiſſet educere *a ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis
D ſuæ Iſrael.*
3 *Fundatur exultatione.* A fundamentis mons Sion, ſiue
hæc Dei ciuitas, ędificatur cum magno gaudio vniuer-
ſi orbis terrarum: de Sion enim, veluti irriguo fonte ad
cunctas terræ regiones (Sanctuario intercedente) be-
nedictionum copia effuſa eſt. Vnde Eccleſiæ radix, &
fundamentum eſt in Sione & Hieruſalem. Quia de *Sion
exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem b*, Septuag. hîc b Eſa. 2. v. 3.
etiam vertunt ad ſenſum. Verba ſic habent. *Pulcher re-
gione vel climate, vel tractu, exultatio vniuerſæ terræ* (eſt)

*mons Sion. Latera Aquilonis*, & latera. Eſt enim Aſynthe- A
ton, q. d. Mons Sion Meridionalis, & latera Aquilona-
ria vrbis, ſunt ciuitas regis Chriſti. Hieroſolymæ præ-
cipuæ regiones & tractus erant verſus montem Sion
à parte meridiei, & verſus latera Aquilonis, quæ erant
planiora & humiliora, vt proinde multò pluribus mu-
ris & turribus eſſent munita atque inſtructa. Ineptè ali-
qui putant eſſe Appoſitionem. Nam mons Sion mini-
mè erat ab Aquilone, ſed meridie, ex Ioſepho *a*: Nice-
a *lib. 6. Belli* phoro *b*, Brocardo, *c* id eſt, habebat vrbem Hieruſalem
*ca. 6. & 16.* ab Aquilone *d*, cámque toto Auſtrali tractu ambiebat: B
*Antiq. c. 14* ſignificat autem duplicem fuiſſe vrbem, ſiue duas vrbis
b 8. *hiſt.* partes præcipuas. Nam vna dicebatur ciuitas ſupe-
c *itinerario* rior, ciuitas Dauid, pars ſacra, apud Ioſephum *e*, Fo-
6. rum ſuperius, quæ videlicet poſita erat in Sionis mon-
d *Eſa. 14. v.* tis vertice & planicie, intrinſecus in plateas & vicos à
13. Dauide diſtincta. Altera Hieruſalem propriè, ciuitas
e *8. Belli ca-* inferior, & Filia Sion, quæ è monte Sion veluti naſci
*pit. 6 & 1.* videbatur & in Septemtrionem diſtendi.
*Belli c. 1.*
4 *In domibus*. Hebr. in palatiis, quod refertur ad Ec-
cleſiarum auguſtam dignitatem & maieſtatem ex Dei
præſentia & propugnatione. Nam vt ciuitas è pluri- C
bus ædibus ædificatur, ita Eccleſia vniuerſalis è ſingu-
laribus Eccleſiis. *Cùm ſuſcipiet eam*, cùm eam adiuuabit
aduerſus Gentilium furores, cùm eam tuebitur & pro-
teget. Vnde Heb. in munitionem & perfugium. Etſi e-
nim probè munita ſit & inſtructa, tamen eius ſecuritas
eſt in Deo, Deíque ope & tutela.
*Eccleſiam* 5 *In vnum*, ſimul, velut ex fœdere ad eam obſidendam
*qui præcipuè* & opprimendam tranſierunt. *Reges terræ*, Syriæ, Aſſyriç,
*oppugna-* Babybyloniæ, Ægypti, Græciæ, Romanorum, Ara-
*runt.* biæ, Turciæ. Nam præcipuè hi Eccleſiã oppugnarunt.
6 *Ipſi videntes ſic* (id eſt, eam Hieruſalem ſic probè mu-
nitam & tutam) ac cognoſcentes ſe eam non poſſe de- D
lere, viſis miraculis, & tutela Dei, conturbati ſunt, &c.
Reges admirantur, ſe delere non poſſe Hieruſalem, ſi-
g 2. *Par. 12.* ue Eccleſiam *g*. *Timor*, adeò vt vel fugerint abiectis ar-
20. 4. *Reg 6.* mis, vel ei ceſſerint, ſéque dediderint. Hoc ſimili etiam
17. 19. *Ez. 7.* vtitur Paulus *h*.
h 1 *Theſſ. 5.* 7 *In ſpiritu* Venti validi violentia & impetu frangeś,
*verſ. 3.* contereś, & diſſipabis naues Tharſenſium, & cætera-
rum ſuperbarum nationum, quæ vel è Cilicia, vel ex
India aduerſus eam venerant. Nam Tharſis ſignificat





A & Tharſum Ciliciæ, à Tharſis nepote Iaphet *a*, & re-
gionem Indiæ, è qua aurum optimum, & diuitias ma- a *Ion. 1. v. 3.*
ximas exportabat Salomon *b*. Et in genere mare Me- b 2. *Reg. 9.*
diterraneum & mare Eoum & Indicum *c*. Vnde rectè *verſ. 28.*
Hieronymus *d*. *Hebræi putant lingua propria ſua* תרשיש c 4. *Reg. 4.*
*Tharſis mare appellari,* ים *Iam verò commune ei eſſe cum Syris.* d *in 2. Eſai.*
Quod & ſæpe Rabbi Selomo profitetur. Per Synecdo-
chen, reliquas omnes naues ſuperbè contra Eccleſiam
nauigantes intelligit. Ad verbum *in vento Orientali*. Eu-
rus in Iudæa eſt valentiſſimus, vrens & tempeſtuoſus *e*. e *Ex. 14. v.*
B Per eum autem intelligit varia Dei præſidia & opitu- 21.
lationes.
9 *Sicut audiuimus*. à Propheta hæc ventura fuiſſe, *ſic vi-
dimus*, impleta, præſidia Dei varia reipſa experti ſu-
mus. Nam quod verbis promiſſum erat à Deo patribus
noſtris, id re nobis prçſtitum eſt: ſicut audiuimus ex di-
uinis promiſſionibus, ſic experti ſumus Deum tueri
Hieruſalem. Verba piorum, quæ Chromatius *f* refert f *in Matt. 3.*
ad ſupernam Hieruſalem, in quam recepti, ſicut hic au-
diuimus per Scripturas & Prophetas, ita Deum, Deíque
gloriam conſpiciemus.
C 9 *Suſcepimus Deus*. Conſecuti ſumus miſericordiam
tuam, & opem in medio templi tui, vbi eam in his ma-
ximis periculis implorabamus. Heb. *Expectauimus*, ea-
dem ſententia, Sed ſic Septuag. verterunt, vt docerent
hanc expectationem eſſe efficacem, & ſpem non con-
fundere. Sicut ſperauimus, ſuſcepimus. *Miſericordiam
tuam*, beneficia corporalia & ſpiritualia.
10 *Secundum nomen tuum*. Pro nominis tui magnitudine,
magna eſt laus, celebritas & fama tua per extremas om
nes terras. Quantum, quàm magnum & admirabile eſt
D nomen tuum, tanta & tam inſignis eſt laus tua. *Secun-
dum*, pertinet ad proportionem Sicut nomen diuinita-
tis eſt ſummum, & Dei nomen eſt ſuperius & excellen-
tius cunctis rerum nominibus, ita & laus eius ſumma
eſt, & omnem laudem ſuperat. *Iuſtitia*, iuſtis operibus &
vltionibus. Eſt enim Ablatiui caſus. *Dextera*, potentia
& virtus, tutela & defenſio, vt & Arnobius vidit. Non
abuteris tua potẽtia, more hominum. Quicquid geris,
eſt iuſtiſſimum & æquiſſimum. Neque enim contra iu-
ſtitiam inſontes punis, vel ſontes abſoluis, vt in tyran-
nidem & iniuriam tua dextera ſiue potentia vertatur.
11 *Filiæ Iudæ*, ciuitates Iudææ, & membra Eccleſiæ. *Pro-*

*pter iudicia tua*, propter iuſtas tuas vltiones, propter tua erga hoſtes Eccleſiæ iudicia: quòd defenderis montem Sion, & eius cauſam ſuſceperis, ac tutatus ſis. A

12 *circumdate Sion.* Apoſtrophe ad fideles, vt contemplentur munitiones Eccleſiæ, in quibus Dei beneficia micant, ad eam tuendā & protegēdam. Quibus figuris iubet nos ſtudioſè Eccleſiæ decorem, & dotes conſiderare. Sic enim ſolet auguſta ciuitas ab iis, qui eius præſtantiam contemplari volunt, circuiri, & turres eius, atque propugnacula numerari. Conſiderate diligenter ciuitatis Dei mœnia, turres, virtutem, robur, palatia & arces, vt hæc narretis poſteritati. *Complectimini eam,* Circuite Sionem, & circumluſtrate. Aliqui referunt ad viſitationem Eccleſiarum, *Narrate in turribus eius*, ipſius magnitudinem ſcilicet, & virtutem ſiue robur, per hypozeugma è ſequenti verſu. vel Dei laudes. Heb. *Numerate turres eius.* Nam verbum ספר *ſaphar* in Kal. ſignificat numerare, in Piel narrare. B

13 *In virtute eius*, ad vim & robur eius. vel, ad propugnaculum & antemurale eius. *Diſtribuite*, diſtribuite, id eſt, notate, obſeruate diſtinctè, diſtributim, ſigillatim, domos & palatia eius. Nā in ea ſunt multę manſiones, gradus perfectionum, &c. Hæc enim poſtea ad ſpiritualem Eccleſiæ magnificentiam, & ſtructuram transferri debēt. Alij, Eccleſias particulares totum per orbem conſtituite, & diſpertimini. Inter vos ædes eius diuidite. Vel, diſtributim & priuatim quiſque eam conſeruet & tueatur, eius cōſeruationem ſummo ſtudio adiuuet. Hebr. *Et exaltate* (celebrate) *palatia, vel arces eius.* Sion ſiue Hieruſalem typū Eccleſiæ gerit. *Vt enarretis* id quod ſequitur ſcilicet, verſu proximo. C

14 *Quoniam*, ὅτι, quòd, continuatiua particula, non cauſalis, Nam per Mimeſin cohæret cum præcedenti. Vt enarretis in generatione vltima, quòd hic eſt Deus noſter, à quo tot ſumus beneficia conſecuti. *Hic eſt,* δεικτικῶς. quaſi oſtēdat Deum incarnatum & viſibilem, ideſt, Chriſtum. *In ſecula* עלמות *halmuth.* Septuag. rectius ſeculum, id eſt, עולם, *holam*, interpretati ſunt, quàm recentiores, vel mortem, vel iuuentutem, vt & Rabbini agnoſcunt. Interim, quæ eſt Scripturæ fœcunditas, aptè & ſuauiter vertitur, ipſe reget, ſiue deducet nos ad mortem (vſque) vel, ipſe dux noſter erit in morte, ipſe diriget nos in iuuentute. D

*Deus incarnatus & viſibilis Chriſtus.*

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Nihil contra mortem, & infernum prodeſſe diuitias, ſolam iuſtitiam ex ijs eripere, ſiue redimere.*

## 1 In finem, filiis Chore Pſalmus XLVIII. Heb. 49.

B

2 AVdîte hęc omnes gētes: áuribus percípite omnes, qui habitâtis orbem.
3 Quíque terrígenæ, & filij hóminum: ſimul in vnum diues, & pauper.
4 Os meum loquêtur ſapientiam: & meditátio cordis mei prudéntiam.
5 Inclinâbo in parábolam aurem meam: apériam in pſaltério propoſitiônem meam.
C
6 Cur timêbo in die mala? iníquitas calcánei mei circúmdabit me.
7 Qui confídunt in virtûte ſua: & in multitúdine diuitiârum ſuârum gloriântur.
8 Frater non redîmit, rédimet homo? non dabit Deo placatiônem ſuam.
9 Et prétium redemptiônis ánimæ ſuæ: & laborâbit in ætêrnum, & viuet adhuc in finem.
10 Non vidêbit intéritum: cùm víderit ſapiêntes moriêntes? ſimul inſipiens, & ſtultus perîbunt.
D
11 Et relînquent aliênis diuítias ſuas: & ſepûlchra eôrum domus illôrum in ætêrnum.
12 Tabernácula eôrum in progénie, & progénie: vocauêrunt nómina ſua in terris ſuis.
13 Et homo cùm in honôre eſſet, non intellêxit: comparâtus eſt iumêntis inſipiéntibus, & ſimilis

factus

factus eſt illis. A
14 Hæc via illôrum ſcándalum ipſis: & póſtea in ore ſuo complacêbunt.
15 Sicut oues, in inférno póſiti ſunt: mors depâſcet eos.
16 Et dominabûntur eôrum iuſti in matutino: & auxílium eôrum veterâſcet in infêrno à glória eôrum.
17 Verúntamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi: cùm accéperit me. B
17 Ne timúeris, cùm diues fáctus fúerit homo: & cùm multiplicâta fúerit glória domus eius.
19 Quóniam cùm interíerit, non ſumet ômnia: neque deſcêndet cum eo glória eius.
20 Quia ánima eius in vita ipſius benedicêtur: confitébitur tibi cùm benefécerís ei.
21 Introîbit vſque in progénies patrum ſuôrum, & vſque in ætêrnum non vidêbit lumen. C
22 Homo cùm in honôre eſſet, non intellêxit: comparâtus eſt iumêntis inſipientibus, & ſímilis factus eſt illis.

---

12 *Audite hæc.* Verba Pſalmographi quatuor verſibus ſibi attentionem conciliantis ab argumenti propoſiti excellentia, & dignitate. *Orbem*, æuum, ſæculum propriè. Qui degitis in æuo, & ſæculo, non in æternitate, qui verſamini in hac præſenti, & caduca vita, non in illa futura, & immortali. חלד *Heled* opponitur æternitati. Sic loquitur, quia de vanitate vitæ huius tractaturus erat. D
3 *Terrigenæ* Plebeij, ignobiles, quilibet è vulgò, nulla natiuitatis origine illuſtres: quos etiam poëtæ terræ filios appellant. Hinc Hebraicè בני אדם *Bene Adam, filij Adam, filij hominum* Hebraicè, בני איש *Bene iſ*, *filij viri*, nobiles. אדם *Adam* enim ſonat hominem obſcurum, & quaſi terreum: איש *Iſh* inſignem, virtute, & aliis notis illuſtrem. Audite ergò obſcuri, & illuſtres, diuites, ac pauperes,

4 Sapient



A 4 *Sapientiam.* Verba ſapientiæ de vanitate, & miſeria huius vitæ: verba, quæ conferunt ad comparandam ſapientiam. *Prudentiam, intelligentiam* propriè. Verba prudenter à mente cogitata loquetur. In diei mortis, & iudicij meditatione vera eſt ſapientia & prudẽtia, quam ſe omnes docturum hoc Pſalmo pollicetur.
5 *In parabolam.* In parabolæ, & carminis ſententioſi muſicam cõcentum, & modum, ſiue tonum. Geſtus attendentium diligenter ad inſtrumentorũ pulſationem. Nam hi ſolent inclinare aurẽ, ad verba citharædorum, & liricinum. Rem attentè, & diligenter, conſideratam
B eloquar, attendam ad ea, quæ dicam, & canam, ne quid aut ineruditum, aut inconcinnũ elabatur. Aures intendam, & admouebo ad meam ſentẽtiam, vt audiam, quã cõcinna ſit, & congrua ad Muſicam, & an verba modulis cõſonent. Diſſeram de rebus magnis: quibus, & ipſe aures præbebo ad eas expediendas, *Aperiam*, pſalterio, & aliis inſtrumentis muſicis pandam, & perſonabo meũ problema, meam propoſitã ſententiam. Hebręi ſententiam elegantem, eruditam, & grauem appellant, משל *Maſhal*, ſiue illa ſit figura i. parabola, aliud ſonans, aliud
C innuens dictum, rationi, & vulgo ignotũ, ſiue propria, & ſimplex. Quare & hoc vocabulo ſuum Sententiarũ, ſiue Prouerbiorum librum inſcripſit Salomon. חידה *hidas* autem, quàm Septuag. πρόβλημα. Noſter *Propoſitionem* vertit, ſententia eſt obſcurior, quæ egeat explicatione, vel ſtudio, q. Ænigma, tegens verborum inuolucris res ſpirituales, & ſubtiles. Sic doctrina Pſalmi eſt parabola, quoniam conſtat ſententiis præclaris, partim propriè, partim figuratè enunciatis Ænigma, quoniã multa habet obſcura, & inuoluta. Vnde & de 6. verſu quõt interpretes, tot ferè ſententiæ. Item quoniam inuoluit,
D res arcanas, & myſticas de vita alterius ſæculi, futura beatitudine piorũ, & calamitate impiorum. *In pſalterio*, cum pſalterio, per pſalterium, ſiue citharam, qua cãtica canuntur, res arduas explicabo, non modò ore.
6 *Cur timebo in die mala.* Hæc eſt parabola, itemq́ue propoſitio, vel ænigma, quod inſtrumentis muſicis canere inſtituerat. Ex abrupto orditur. Cur cõmittere velim, vt timeam de rerum penuria die aduerſa, & calamitoſa? q. d. Non eſt cõmittendum, ad parandas opes, quorum nos poſtea tẽporibus malis pœniteat, nẽpè die iudicij, vel mortis, vel etiã die quolibet calamitoſo, & miſero,

quo

quo peccata præterita impediunt, ne Deus, manũ ſuam A
*a Verſ.7.* auertens, nos liberet. Opponit verbum *timendi* verbo
*confidendi*, quo mox vſurus eſt *a*, ô qui confiditis in re-
bus huius mundi, cur timebo de rerum inopia, ſi ſuper-
ueniat dies mala, & calamitas, vel mortis hora? An res
illæ me liberabunt? *Iniquitas*. Zeugma. (Et cur) iniqui-
tas factorum meorum me inuoluet, implicabit, ne eua-
dam, me vndique premet, circumſtabit, obſidebit, pœ-
nas depoſcens. q. d. cur iniqua agam, cùm extremi iudi-
cij tribunal ſim incurſurus? Hoc Zeugma agnoſcit Ab-
ben Ezra. Aliis reſpondet interrogationi propoſitæ.
Cur timeam in die mali? R. Quia iniquitas. i. pœna ini- B
quitatis, Metonym. in calce, ſiue ad extremũ à me lue-
tur: vt Latinè, à capite ad calcem. i. à principio ad finẽ
vſq;. Verùm calcaneum, greſſus, pedes, veſtigia, Hebræi
*b Pſal.55. verſ.7.* magis Metaphoricè vocant facta, & opera, vt infra *b*.
Sic Latinè: *Inſiſtere veſtigiis alicuius*. i. factis, & inſtitutis.
Iniquitatẽ ergò calcanei vocat, quam operatur homo,
& per quam veluti ambulat. Diem malã, ſiue mali, diem
mortis, vel iudicij, vel calamitatis, & malorũ: aut etiam
iuxta Abben Ezram, ſenectutis. *circundabit*, in malum.
Me premet, oppugnabit, obſidebit ad me perdendum,
*c Pſal.3.7.* mihi erit infeſta, vt ſuprà *c*.
7 *Qui confidunt*. O qui confidunt in ſua potentia. Vo- C
catiui apud Hebræos ſæpè in tertia perſona. Totus er-
gò verſiculus eſt apoſtrophe ad eos, qui in potentia, &
copia diuitiarum ſuarum confidunt, ac gloriantur. Au-
dite hæc ô vos, qui confiditis, &c.
8 *Frater*. Interroganter, Frater non redimit de angu-
ſtiis, & calamitate mortis, vitam ſcilicet fratris: & *homo*,
id eſt, & quiuis alius minus erga te affectus *redimet*? q. d.
Si frater non poſſit redimere à morte, alius id minus
præſtabit. Hebræa eundem ſenſum complectũtur pro- D
nunciatiuè. *Fratrem non ſanè redimet quiſpiam*. Nemo fra-
trem ſuum vlla ratione redimere poſſit, quin moriatur,
nec ei pecunia vitam longiorem impetrare. *Non dabit*,
vllus ſupple, id eſt, כל *col*. *Placationem*, redemptionem,
propitiationem pro eo, Metony. rem, quæ placat. Nul-
lus dabit pro ſe quicquam, quo Deum reddat placatũ,
ne mortem immittat. Per ſubiectionem reſpondet ſu-
periori interrogationi, probatque vanas eſſe opes, &
diuitias, quòd iis cuiuſquam vita, vtpotè in manu Dei
poſita, redimi non poſſit.

9 *Animæ*



A 9 *Animæ ſuæ*. Pro anima ſua, pro vita ſua non dabit.
Conſtruitur enim cum ſuperiore verbo. *Pretium*. Tanta
eſt moriendi neceſſitas, vt nullũ pretiũ quãtumuis pre-
tioſũ à morte hominẽ poſſit redimere iuxta illud *a*. *Non* *a Prou.11.4.*
*proderũt diuitiæ in die indignationis*. *Pretiũ*. Sept. יקר *Ieker*, per
nomẽ faciliùs verterũt. Vt Maſoretę ſignãt, eadẽ quidẽ
ſententia, ſed obſcurior: *Et pretioſa erit redemptio animæ*
*ſuæ*. i. nulla, rariſſima, vt *b*: *Sermo Domini erat pretioſus in*
*diebus illis*. i. nullus, rariſſimus. Deus enim nulla edebat *b 1.Reg.3.1.*
oracula. *Et laborabit*. Hebraiſmus, vt laboret in æternũ,
& viuat adhuc in finem, ſiue in perpetuum. q. d. non ob-
B tinebit vllo pretio, vt proferat æuum ſuum in æterni-
tatem. Numquam hoc fiet. Poſſit negatio repeti ἀπὸ
τοῦ κοινοῦ, è ſuperiore membro. Et non laborabit in per-
petuum, & nõ viuet adhuc in finem: vt laborare ſit, fun-
gi laboribus, operibus, & curis huius vitæ. Vel eſt au-
xeſis: imò verò laborabit, feret grauia, torquebitur, fa-
tigabitur in æternum (apud inferos) & ſic viuet miſe-
rè, & infœliciter in finem, in perpetuum. Semper viuet,
vt ſemper crucietur. Hebræa ſunt adhuc obſcuriora,
& incommodiùs à Maſoretis diſtincta, *& ceſſabit*, vel
C per Metatheſim, *& durabit in ſæculum*, חדל *Hadal*, pro חלד
*Halad*, vt infrà *c*. Quare alterutrum iſtorum mihi pla-
cet, vel certè interrogatio R. Abraham. *Et viuet*. & an vi *c Pſal.88.*
uet adhuc in perpetuum? q. d. minimè.
10 *Non videbit*. Eſt & hîc interrogatio. An non vide-
bit: an non patietur interitum, quando etiam ſapientes
moriuntur, qui digni videbantur vita immortali? Vi-
dere interitum, eſt mori. *Simul*. Similiter, pariter, æquè
ac ſapientes. Per ſubiectionem reſpõdet interrogatio-
ni, vel etiam auget. Sanè ad vnum omnes inſipientes,
D & ſtulti morientur, ſimul ac peribunt, non tantùm mo-
rientur vt ſapientes, ſed & peribunt, interibunt fundi-
tùs. Sed propriè *ſimul* יחדיו *Iahdau*, ſuperiora reſpicit.
q. d. æquè inſipientes ac ſapientes morietur, & quidem
deteriore conditione, vt per collationem ſequitur
vſque ad verſ.17. Nam ſtultus, & inſipiens morientes
ſepelientur, corpore quidem in terra, cum omni pom-
pa, & oſtentatione: ſed ipſorum anima, nullum alium
in locum in æternum deſcendet, quàm in infernum.
Sapientium autem morientium animam Deus acci-
piet, ac redimet de manu inferi.

11 *Et*

11 *Et ſepulchra*. In ſepulchris perpetuò conſiſtent vſque ad conſummationē ſeculi (*In æternum* enim iſtud hoc loco ſignificat) citra ſpē reuertendi ad ſuas diuitias & facultates. קרבם *kirbam*, Metatheſis pró קברם *kibram*, ſepulchrum: quo modo *a ſepulchrum* appellatur *domus æternitatis humanæ*. Nam cæteræ intepretationes frigent. Etiam hæc, *Medium eorum* (i. cogitatio eorum eſt, quód) *domus ſuæ* (manebunt) in *æternum*. A

a Eccl. 12. 5

12 *Tabernacula eorum*, erunt *in progenie & progenie*, Diu durabunt. Ipſis pereuntibus eorum domicilia in alias atque alias ætates manebunt. Quod iſtorum miſeriam & infœlicitatem auget. Nam coguntur aliis ſua inſana ædificia relinquere, iuxta illud *b*, *Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat*. Vel pendet è ſuperiore, vt idem dicat aliis verbis Et (ſepulchra) erunt tabernacula eorum perpetua: illa habebūt pro æternis tabernaculis, fœtidis in ſepulchris manebunt in perpetuum, nō in ditibus illis locis, quibus voluptuosè ædificatis ſua impoſuerunt nomina. *Nomina ſua:* Hypallage. Vocarunt nominibus ſuis terras ſuas, ſuas appellationes & vocabula eis indiderunt, vt ſua nomina & titulos redderent immortales. Multorum nomina celebrantur in terris, quorum animæ cruciantur apud inferos. B

b Eccl. 1.

*Multi celebrantur in terra, qui apud inferos cruciantur.*

13 *In honore*: in pretio, in nobili & pretioſa conditione, & excellenti rationis, imaginíſque Dei ſtatu, ſupra bruta & pecudes, quod dicitur de hominis per peccatum abiectione, & vſque ad brutam viuendi rationem deiectione. Hinc Chald *Homo peccator in honore non commoratur cum iuſtis. Aſſimilatus eſt beſtiæ mutæ* In hominis ſtatu multis Dei beneficiis cumulato. Cùm honeſto gradu opum & honorum, cùm huius præſentis vitæ ornamentis, opibus, aliíſque multis beneficiis à Deo honoraretur & ornaretur homo, non attendit, ſed obrutuit ſiue obduruit animo, nihil iſtorum contemplans, aut etiam brutè vixit. Aliis, de honore & gloria huius vitæ. Sæpè enim fit, vt homines rebus ſecundis excæcentur, in eis autem non diu permanent, dum breui in puluerem rediguntur, ſicque quantum ad corpus iumentis neceſſariò exæquantur. Quidam reſtringunt ad Adami lapſum, qui in originali gratia & iuſtitia conditus, proindéque ab omnibus miſeriis corporeis alienus, oblitus eſt ſtatus ſui, diuinæque voluntatis. Atque C D

*Adami lapſus.*



A que ita aſſimilatus eſt beſtiis, vt deinceps cum vniuerſis ſuis poſteris fieret obnoxius omnium generum morbis & calamitatibus, mortalis, famelicus, ſitibundus, fatigabilis, æſtu & gelu patibilis, animalis, carnis & ſenſuum motibus ſubditus, cœcus ad ſcientias & virtutes, minimè ad res cœleſtes facilis, brutorū more ſola ſpectans præſentia. Verùm rectiùs de ſingulis impiis, qui Dei imaginem in ſe labefactant. *Non intellexit* ſuam illam nobilitatem. Nō ſapit, dum brutis obſequitur concupiſcentiis, dum æterna negligit: ad caduca & bruta ſe conuertit, ad paſtum, ad ſenſum, ad voluptates ſe deiicit, perinde ac ſi beſtiis non excelleret. Heb. *Non pernoctat, non permanet* (in illa nobilitate imaginis Dei, & præſtantia rationis & gratiæ) *vel noctem vnam*. Ex quo Rab. Ahai in Talmud alluſum putauit ad Adamū humani generis patrem, qui vltima diei, quo productus fuerat, hora propter peccatum paulò antè commiſſum paradiſo extruſus eſt, atque ita foris in hoc miſeriarū loco, ſuo honore & ornamentis exutus pernoctauit. Niſi malis eſſe literā pro litera, ילין *ialin*, pro יבין *iabin*, vt reſpondeat Verſ. 21. *Inſipientibus*. Rectè. Nā Heb. *iumentis* (quæ) *ſilent*. i. quæ ſunt muta, expertia orationis & rationis, bruta & ſtolida: è R. Ataia. Cæteræ interpretationes ſtolidæ ſunt.

B

*Adamus eódem die quo fuerat conditus peccauit, & paradiſo expulſus eſt.*

C

12 *Hæc via ipſorum ſcandalum*. Hæc quidem viuendi ratio ipſis eſt ſcandalum, peccatum, error, & ſtultitia.) Nam Heb. כסל *cheſel*) attamen poſteri eorum illud laudant, in ipſorum verbis & dictis ſibi placent, eorum ſermonibus & dicteriis delectantur, nec propter ſcandala, & errores vitæ, & conſuetudinis ipſorum, eos imitari deſinunt. Scādalum etiam pro ruina ſumi poſſit, & perditione, materia ſiue cauſa ruinæ, & perditionis. Idq; fortaſſe rectiùs, vt ſit ס pro ש. Nam כשל *caſhal*, corruere. Iſte viuendi modus illos perdet in vitæ exitu (nedum ſtultos demonſtrabit) illis erit cauſa exitij, poſteri tamen illum laudabunt. *Poſtea*, qui ſunt poſtea, eorum poſteri tamen laudabunt illud.

D

15 *Sicut oues*, gregatim & magno numero in infernum detruſi ſunt, vt infra *a*. Alij, vt oues in ſtabula concluduntur, vt mactentur & edantur, ita &c. *In inferno*, Orco, miſerorum loco, vt & ſeq *b*. Etſi recentiores de Sepulchro. Quàm aptè alibi docui. *Depaſcet*, cōficiet, conſumet, excludendo eos à vita æterna. Pabulum erunt

a Pſa. 106. Verſ. 41.

b Verſ. 16. & 17.

mortis perpetuæ. A

16 *Eorum*, eis Syntaxis Græca. *In matutino*, in altera vita, cum reuiuiſcent mortui. Futurum beatorum ſæculum vocat matutinum, quoniam in eo aurora vitæ ſolidæ exorietur, & perpetuum mane, nullus veſper: quibus duobus deſcribitur tempus huius ſæculi *a*, *Auxilium*. Nemo eis auxiliabitur. Præſidia, quibus nituntur, erunt putrida, infirma, inutilia. *Veteraſcet*, putreſcet, deficiet, abolebitur, peribit, inutilis prorſum erit illorum potentia. A *gloria eorum*, poſt ipſorum gloriam. Sic Latinè, *Acœna*. i. poſt cœnam. Heb. *Petra eorum* (i. fortitudo, potentia, præſidium) *ad inueteraſcendum* (erit) *in inferno, ab habitaculo ſuo* (poſt ſuũ glorioſum domiciliũ.) Aliqui legunt per Caph, לכלות, *Lecalloth*, ad conſumendum, non לבלות *Leballoth*, per Beth, ad veteraſcendum. B Quin & צורם *Tſuram*, accipiunt per Syncopen, pro צורתם *Tſurathã*, imago, figura eorũ, nõ autẽ petra eorũ.

*a Gen. 1.*

17 Verumtamen. *Deus redimet animam*, At verùm cùm obiero, non ſinet me deſcendere in infernum, aut ſi deſcendero, me inde eripiet. Antitheſis de ſalute piorum. Pij ab inferis excitabuntur ad beatam vitam, in quem locũ Cabuenaki, דל שלא אבא בשאול ואף אם אבאבס יבת החטאתהוא ברחמיו יפדה אותי לאחר זמן כי יקחני אצלו *dai lammenin ſhelo awo biſhol veaph im awo beſibbath habhathaa hu berabhamau iphde othi leabhar zeman chi iikkabheni etſlo*, *Vult dicere, non veniam in infernum, quod ſi venero propter meum peccatum, ipſe miſericordia ſua redimet me, poſt tempus aliquod, quoniã me ad ſe recipiet*. C Hebræi enim cõſtanter Purgatoriũ credunt. Baſilius cenſet vaticinari pſaltem de deſcenſu Chriſti ad inferos, qui cum aliis etiam ſuam animam redimat, ne in illis maneat in perpetuum. *Cùm acceperit me*, ad ſeſe ex hac vita mortali. Cùm ſuſceperit ſpiritũ meum, cùm me ex hac vita abſtulerit. Sic Gall. *Quand Dieu m'aura prins*. i. cùm mortuus fuero. In fine verſus eſt *Sela*, ô magna bonitas Dei, &c.

*Hebræi conſtanter purgatorium credunt.*

18 *Ne timueris*, ne cõmoneare. Synecdoche, ſpecies motus pro genere. Ne timete, neque admiremini quaſi aliquid magnum: ne conturbemini, aut magni æſtimetis, ſi quis diues ſit, & domum habeat multi ſplendoris & gloriæ, neque offendamini fœlicitate impiorum. D

19 *Non ſumet omnia*. Hebraiſmus, Nulla ſumet, nihil eorum ſecum auferet, neque eum ad inferos vel ſepulchrum ſua ſequetur gloria & diuitiæ: in morte ſua non accipiet



A accipiet quicquam. *Cum eo*, Heb. *poſt ipſum*.

20 *Quia anima* & 21. *Introibit*. In hac quidẽ vita, anima eius benedicetur, fœlix erit & fortunata, rebus ad votum fluentibus, ſed introibit in infernum ad maiores ſuos impios. Sic Abraham *a*. *fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris*. Hebraica ſunt generis actiui. *Quia animam ſuam in vita ſua benedicet*. (i. fœlicem faciet, vel prædicabit). *Cõfitebitur tibi*. Laudabit te in os, palàm & publicè, cùm ei aliquid lucri attuleris, cùm eis profueris, ô homo. Adeò eius amicitia eſt vana & infirma, vt te dumtaxat laudet, cùm ei benefeceris. Tempora ſi B fuerint nubila, te deſeret. Poſt mortem, quando deſieris ei eſſe vtilis, tui non meminerit. Eſt enim Apoſtrophe, non ad Deum, ſed ad hominem, vt proximè *b*. Sin minus ei benefeceris, te negliget, vel etiam vituperabit. Nam lucro, & vtilitate omnia metitur. Sibi placet in huius vitæ bonis, commodis & voluptatibus. Sine tropo dicendum fuerat, Confitebitur ei, qui benefecerit ſibi. *Ei*, Hebraicè לך *lecha*, tibi, *confitebuntur te, cùm bene feceris tibi*. Septuag. לו *lo*, vel reſpexerunt ſententiã. Etſi enim exponant, Cùm tibi indulſeris, cùm tuis voluptatibus ſeruieris, cùm tibi opes paraueris, te laudabit: poteſt tamen datiuus vacare more Hebraico, vel eſſe com-C modi: Cùm tibi amicos, gratiam & bona comparaueris, multis erga ipſum officiis, & meritis, te laudabit.

*a Luc. 16. 25*

*b Verſ. 18.*

21 *In progenies patrum ſuorum*, in infernum, vbi ſunt impij ipſius maiores, quos imitatus eſt. Patres enim appellat progenitores, quorum prauitatis imitatores extiterunt. Damnabuntur, vt eorum patres, quorum imitantur impietatem, & laudant, *Et vſque in æternum non*. ideſt, numquam videbit lumen, & gloriam Dei, quia in ſempiternis deget tenebris atque horroribus. Lumen appellat vitam æternam.

22 *Homo cum in honore*. Epiphonema de impiis, Dei imaginem & rationis dignitatem, quam in ſe gerunt, obli-D terantibus. *Comparatus eſt*. De ſtatu innocentiæ hæc etiam accipiuntur. Nempè moritur æquè ac bruta, quam neceſſitatem moriendi vitaſſet, ſi in honore & gloria iuſtitiæ originariæ permanſiſſet, neque peccaſſet.

A

## ARGVMENTVM.

*Chriſtum homines in ſuo vltimo iudicio ſaluaturum, non ex cæſis victimis, ſed animi pietate, vitæ innocentia, puritate, iuſtitia.*

## 1 Pſal. Aſaph. XLIX. Heb. 50.

2 Deus deôrum Dóminus locûtus eſt:
& vocâuit terram.
3 A ſolis ortu vſque ad occâſum:
ex Sion ſpécies decôris eius.
4 Deus manifêſtè vêniet: Deus
noſter, & non ſilêbit.
5 Ignis in conſpêctu eius exardêſcet: & in cir-
cúitu eius tempêſtas válida.
6 Aduocâuit cœlum deſúrſum: & terram diſcér-
nere pópulum ſuum.
7 Congregâte illi ſanctos eius: qui órdinant te-
ſtamêntum eius ſuper ſacrifícia.
8 Et annunciâbunt cœli iuſtítiam eius: quó-
niam Deus iudex eſt.
9 Audi pópule meus, & loquar Iſraël: & teſtifi-
câbor tibi, Deus Deus tuus ego ſum.
10 Non in ſacrifíciis tuis árguam te: holocâuſta
autem tuo in conſpêctu meo ſunt ſemper.
11 Non accípiam de dómo tua vítulos: neque de
grégibus tuis hircos.
12 Quóniam meæ ſunt omnes feræ ſyluârum: iu-
mênta in móntibus, & boues.
13 Cognôui ómnia volatília cœli: & pulchritû-
do agri mecum eſt.

14 Si



A
14 Si eſuríero, non dicam tibi: meus eſt enim or-
bis terræ, & plenitûdo eius.
15 Numquid manducâbo carnes taurôrum? aut
ſánguinem hircôrum potâbo?
16 Immola Deo ſacrifícium laudis: & redde Al-
tíſſimo vota tua.
17 Et înuoca me in die tribulatiônis: & éruam te,
& honorificâbis me.
18 Peccatôri autem dixit Deus: quare tu enârras
iuſtítias meas, & aſſûmis teſtamêntum meum per
os tuum.
19 Tu verò odîſti diſciplînam: & proiecîſti ſer-
mônes meos retrôrſum.
20 Si vidêbas furem, currêbas cum eo: & cum a-
dúlteris portiônem tuam ponêbas.
21 Os tuum abundâuit malítia: & lingua tua con-
cinnâbat dolos.
22 Sedens, aduêrſus fratrem tuum loquebâris, &
aduêrſus fílium matris tuæ ponêbas ſcândalum:
hæc feciſti, & tacui.
23 Exiſtimâſti inîque, quòd ero tui ſímilis: ar-
guam te, & ſtâtuam contra fáciem tuam.
24 Intellígite hæc, qui obliuiſcímini Deum: ne-
quândo rápiat, & non ſit, qui erípiat.
25 Sacrifícium laudis honorificâbit me: & illic
iter, quo oſtêndam illi ſalutâre Dei.

D

1 Aſaph, nomen nobiliſſimi & ſanctiſſimi cantoris, Dauidis temporibus.

2 *Deus Deorum*, Angelorum, vel iuxta *Iudæos*, principum & iudicũ. Alij de idolis, de quibus Paulus *a*, *ſ. ut qui dicuntur dij ſiue in cœlo, ſiue in terra. Sunt enim dij multi, & domini multi.* Eorum autem omniũ Deus Dominus eſt, tum quia ab illo ſunt procreati, neque dij ſunt niſi appellatione, vel participatione, tum quia ipſe vnus eos *a 1. Cor. 8. 5.*

S 3 omnes

A omnes in immenſum ſuperat. Ipſe enim eſt ſupra omnem principatū & poteſtatem & virtutem, & *ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula a*. R. Moſi Nahmanides *b* accipit appoſitoriè, *Deus potens Deus Dominus locutus eſt*. Nam hîc ſunt tria diuina nomina אל *El* potēs & fortis De⁹. אלהים *Elohim* Deus iudex & vltor. יהוה *Adonai tetragrammaton*, Dominus miſericors ſiue beneficus. Idque quoniā proceſſurus eſt ad iudicandū orbē cū in his tribus potiſſimum proprietatibus, nempe potentia, iuſtitia & miſericordia, *Vocauit terram*. Meton. Terrigenas, terræ incolas, B ad iudicium ab omnibus mundi extremis vocabit in terram ſanctam. Vel eſt Proſopopœia. Deus vocauit terram & cœlum, vt coram eis diſceptet cauſam populi ſui.

a Rom. 9. 5.
b Leuit. 1.

3 *Ex Sion*, Ex Sion, non ex Sinai, aut alio terræ loco, gloria maieſtatis eius affulgebit. Illic enim iudicium faciet. Eclipſis verbi illuceſcet, vel reſplēdebit, in Heb. expreſſa eſt, vt Maſoretæ quidem diſtingunt. *Ex Sione conſummatio pulchritudinis, Deus manifeſtè ſplenduit. Veniet Deus noſter, & non ſilebit*. Nam iuxta Septuaginta eſt alia diſtinctio.

C 4 *Manifeſtè*, cum gloria & maieſtate, non vt in primo aduentu, obſcurè & humiliter. Ad diſcrimen vtriuſque aduentus, Septuag. verſum hîc inceperunt. *Deus illuceſcendo venit*, &c.

5 *Ignis in conſpectu*. Poëtica hypotypoſis aduētus Chriſti ad iudicium Habebit in promptu grauiſſima ſupplicia quibus impios afficiat. Loquitur autem de igne conflagrationis, quo purgabitur mūdus *c*, & mira agitatione, & conturbatione elementorum omnium. *Exardeſcet, comedet* prop. conſumet. *Et in circuitu eius* (ignis erit) *tempeſtas valida*, ad vlciſcendos ſui contemptores. D Ignis in modum tempeſtatis ſiue turbinis vehementis ante ipſum deſæuiet. Tempeſtas enim valida cōſtruitur cum igne & regitur à parte poſteriore verbi ſubintellecti, *Erit*. Hebr. *In circuitu eius turbinabitur* (in modum turbinis vertetur) *ad ſpeciem*.

c 2. Petr. 3. 10. 11.

6 *Cœlum & terram*, aduocabit in teſtes. Proſopopœia. Poſſit eſſe Metonymia, Cœleſtes & terreſtres vocabit ad diſcernendum, & iudicandum populum ſuum. Nempè in iudicio aderunt cœlites, & homines pij, vt ipſi aſſideant, ipſum ſtipent, & vt perfectum in corpore

iam



A iam conſequantur præmium. Quin etiam Sancti vnā cum Chriſto iudicabunt mundum *a*, id eſt, iudicio eius aſſiſtent & ſuffragabuntur. *Diſcernere*, τῦ διακρῖναι, לדין *ladin*, ad iudicandum, vt iudicet. Verbo diſcernendi, pro iudicandi & vlciſcendi vtuntur noſtri interpretes, vt infra *b* ad redarguendum Chryſ. Aliqui, ad ſeparandum agnos ab hœdis, illis ad dexteram, his ad ſiniſtram collocatis. *Suum*. Et ſi de omnibus iudicaturus ſit, populi tamen ſui improbitatem in primis redarguet. Nam *à domo Dei iudicium incipiet c*.

a 1. Cor. 6. 3.
b Pſ. 67. v. 15
c 1. Petr. 4. verſ. 17.

7 *Congregate illi*. Apoſtrophe ad Angelos, vt colligant B Sanctos, vel, vt in Hebræo, *beneficos & miſericordes*, ad iudicium *d*, vt iudici obuiā procedant in nubibus in aëra. Angelorum enim miniſterio perficienda creditur corporum ſuſcitatio, & ante Dominum repræſentatio *e*. Vel eſt Apoſtrophe ad cœlum & terram, quorum meminerat, vt cœli reddant animas, & terra corpus. *Congregate*, ſeorſum collocate, eóſque à reliquis ſeparate. *Qui ordināt*, qui cum eo paciſcuntur adhibitis ſacrificiis qui per victimas, qui cæſis hoſtiis ſanxerunt & inierunt cum eo fœdus, & q. ordinarunt teſtamentū, ſiue pactum teſtamentarium, id eſt, qui ſolenniter ei dederunt fidem. In Hebræo, Pronomina ſunt primæ perſonæ. C *Congregate mihi ſanctos meos, qui excindunt fœdus meum ſuper ſacrificio*. *Super*, Supra, per, accedentibus ſacrificiis. Deras, *Super*, intelligit, pro, vltra, pluſquā. Qui præpoſuerunt teſtamētum & legem Dei, ſacrificiis corporalibus, qui non ſat eſſe putarunt offerre ſacrificia, niſi etiam Dei teſtamentum, & leges ſeruarent, ſcientes obedientiam meliorem eſſe victima & holocauſtis. Chaldæus, *congregate mihi meos bonos, qui ſtatuunt pacta mea, paciſcuntur legem meam & occupantur in precibus, quæ oblationibus ſunt pares*.

d Matt. 25. v. 31.
e Mat. 13. v. 41. & aliis locis.

D 8 *Et annunciabunt*. Cœli prædicabunt Deum eſſe iuſtum (per Proſopopœiam) nempe quòd Deus iudex ſit iuſtus. Alij Metony. Cœlites, Angeli, & Sancti. *Quoniam*. Continuatiua particula, non cauſalis. *In fonte Sela*, ô rem contemplatu digniſſimam.

9 *Audi popule meus*. Verba iudicis ſignificantis ſe non iudicaturum ex legis victimis, ſed ex animi puritate, cultu & fide noui teſtamenti, tacitè innuendo abrogationem Leuiticorum ſacrificiorum. *Loquar*, tecum colloquar. *Teſtificabor*, palàm annunciabo tibi.

10 *Non in ſacrificiis tuis.* Docet ſe non ſimpliciter, & primò requirere à nobis ſacrificia externa *a*, ſed ſecundariò, nempè poſt animi ſacrificiũ, ideſt, pietatem, de quo infra *b*. *In*, על *hal* propter, ſuper. *In conſpectu meo.* Holocauſta tua adſunt ſemper mihi pręſentia, ſunt perpetuò ante me, ſunt mihi cognita & perſpecta. Aliqui ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetunt negationem: Non ſunt in conſpectu meo ſemper, non ea habeo grata & accepta: Sed nihil eſt neceſſe. A

*a vt & Hier. 22. 23. & 1. Reg. 15. v. 22*
*b verſ. 16.*

11 *Non accipiam*, non acceptos & gratos habebo. Et tamen. Leuit. 1. 2. 3. 4. & ſeqq. ſacrificia illic inſtituta ſibi eſſe gratiſſima luculentè, imò & propitiatoria affirmat. B Reſponde ratione quidem fidei, pietatis, piíve animi motus offerentium, talia extitiſſe, item ratione typi & imaginis. (referebãt enim Chriſtum veram victimam, qui eſt Filius Dei dilectus, in quo ſibi perpetuò complacuit) ſed non per ſe neque ſui ratione. Nam res, quę offerebatur, bruta, & inſipida erat, Deóque indigna. *Vitulos, hircos.* Animalia apta ſacrificiis, cuiuſmodi dumtaxat erant quinque ſpecies ordinarię, duę ex auibus, columbæ & turtures, tres ex quadrupedibus, oues, boues, capræ, vtroque ſexu, ídque ob myſteria, de quibus Philo, libr. περὶ ζώων τῶν εἰς θυσίας. C Nam extra ordinem aliæ aues, modo eſſent mundæ poterant offerri, vt in leproſorum ſacrificio.

*Veterum ſacrificia quomodo Deo grata vel ingrata fuerint.*

*c Leuit. 14. ver. 4.*

12 *Iumenta* mea ſunt, *Et boues.* Septuag. diſſoluerunt ob ſententiam verba Hebræa, in montibus boum. Et quia Aleph etiam ſignificat mille, quidam vertunt, in montibus mille. Vtroque modo docet infinitam multitudinem, atque adeò vniuerſitatem beſtiarum in ſua eſſe poſſeſſione, ſuæque ditioni ſubiectam.

13 *Cognoui.* Sciò vbi nidulentur, vbi lateant & verſentur, D ſi eis vti velim. Sũt in mea poteſtate, & ditione. Pulchritudo frugum agri, quibus campi ornantur, & amœnitatem præbent mea eſt, & in mea poteſtate. Euthym. Secundum eſſe propriũ, & reale, creaturas omnes Deus cognoſcit, & quidem non tantùm ſecundum communia, ſed etiam ſecundum propria earum attributa, atque adeo ſecundum indiuiduas atque ſingulares rationes tam liquidè, vt hæc ſcientia viſionis à Theologis appelletur, non modo, ſimplicis intelligentiæ. זיז *ziz*, idem quod זיו *ziu*, pulchritudo, ſplendor. Rabbinis recentioribus nomen eſt ſpeciei ferarũ. Et feræ agri, vel

agro



A agrorum meorum mecũ (ſunt) .i. in mea notitia, itémque poteſtate. Nomè Chaldæus, de aue illa, cuius mẽtio fieri videtur *a Iuchné* (ſic enim illic legendũ literis tranſpoſitis, non Enoch.) Quã autẽ dicunt eſſe immanis magnitudinis, in tractatu *Beracoht*, & Teſbite Eliæ. *Gallus Syluester* (inquit Chaldæus) *cuius pedes quieſcunt in terra, & caput tangit cœlum, cantat coram me. Omnia.* Nam Dei prouidentia ad minima etiam quæque ſe extendit, vt ea nõ modò ſciat vniuersè & ſigillatim, per genera & indiuidua, ſed etiam ad ſuos fines moueat, diſponat, di- B rigat. Prouidentia enim apud nos nõ tantùm ſcientiam rerum futurarum. i. præſcientiam, vt apud Ciceronem, notat, verùm etiam actionem, qua vnaquęque res, prout ipſius natura poſtulat, in finẽ perducitur. Hinc Deus nõ tãtùm res præſcit, verùm etiã ordinat atq; mouet.

*a 4. Eſdr. 6. ver. 49.*

*Dei prouidẽtia ad quæ ſe extendat.*

14 *Non dicam tibi*, non à te petam cibum, non dicam, vt mè paſcas, aut ſacrifices. *Plenitudo eius*, quicquid eo continetur. Orbis creaturis plenus.

15 *Numquid manducabo.* Deus non vtitur cibo vel potu, quia eſt Spiritus ſiue ſpiritualis, & incorporea ſubſtantia. Sola enim corpora animata, vt vitam tueantur, his indigent: & ne ea quidem omnia, verùm dumtaxat quæ C ſubſtantiæ fluxum patiuntur, eum vt reſtaurent. Quare nec glorificata corpora, qualia expectamus, poſt ſanctam corporum reſurrectionem magis edent aut bibent, quàm nubent aut nubentur *b*. Niſi quod diuina virtute organo cuiuſque ſenſus inerit humor quidã ſuauis dulci voluptate ſenſum perfundẽs, vt actu ipſe ſenſus vigeat, in ipſóque ſit voluptas ſiue delectatio vitalis, nedum ſpiritualis, ſine tamen vllo ciborum & Venereorum vſu, appetitione, cogitatione, neceſſitate. Contra Mahometanos, qui ex cap. 2. Auicennæ, libri de Almahad, ſiue ſtatu animarum poſt mortem, cre- D dunt in alia vita vſum eſſe iſtorum, quod in Alcorano ita ſcriptum ſit, vt ſequenti capite idem Arabs docet. de quo & Cantacuzenus *c*. *Potabo.* In ſacrificiis ſanguis victimarum cratere exceptus ſuper populum aſpergebatur, deinde ad altaris crepidinẽ fundebatur, poſtquã eius cornua fuiſſent illita. Alludit etiã ad carnes, quæ totæ Deo cremabantur in Holocauſto, ſola pelle ſacerdotibus cedẽte, in aliis autem ſacrificiis ſoli adipes, quaſi iſtarũ rerum nidoribus paſceretur. Vmbra & pædagogia Chriſti ſanguinis.

*Corpora poſt reſurrectionem cibo & potu non indigebunt.*

*b Mat. 22. 30*

*c Oratio. 2. κατὰ μωαμεθ pag. 85.*

S 5 16 Im

a *vt Pſ.*116. 16 *Immola Deo ſacrificium laudis*.id eſt, Deum lauda *a*,in- A
b *Heb.*13.15. terprete Paulo *b*.Nam ſacrificium laudis, vt iuſtitiæ *c*
c *Pſ.*4.*v.*7. non propriè ſumitur,ſed tranſlatè, pro laude, gratiarum actione, prece, Dei celebratione, iuſtitia, opere caritatis & pietatis, non pro oblatione publica per ſacerdotem ſolenniter facta, vt intelligamus ad ſacrificiorum ſolennium participationem afferendam eſſe caritatem erga proximum, & pietatem erga Deum. Explicat enim ſuperiora, & docet ſe primum ſacrificium ſpirituale requirere. Hoc videlicet oportet primùm facere,deinde aliud non omittere *d*.
d *Rom.*12.1 *Obſecro,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem,rationale obſequium veſtrum.* B Alludit interim ad *Sacrificium laudis*, genus ſacrificij pro vniuerſis iniquitatibus,quo profitebantur Dei poteſtatem & magnitudinem, ſuam autem miſeriam & infirmitatem *e*
e *Leu.*7.*ver.*29.*&* 22.*v.*2. Hebræa תודה *Todá*, confeſſionis. Confeſſionem autem nunc laudationem, nunc confeſſionem peccatorum appellant.
*Confeſsio duplex laudis & peccatorum.* Rabbini hîc poſteriore modo ferè interpretantur:*Agnoſce,& confitere Deo tua peccata,tibi ea remittet.* Noſtri priore, Lauda Deum, gratias ei age, ipſum cole. Chryſoſtomus de ſacrificio Euchariſtiæ videtur intellexiſſe. C Et certè ſacrificiorum Leuiticorum abrogationi,ſubiiciendi erant veri Dei cultus. Quin & תודה *Toda*,vti Euchariſtia, erat ſacrificium non ſolùm laudis ſiue Euchariſticum,ſed etiam ἱλαστικὸν, & expiatorium.Nam vt Kimhi in Radicibus docet, non differebat ab hoſtiis pro peccato,& pro delicto,niſi quòd hæc offerrentur pro ſingularibus peccatis vel delictis, iſto fiebat confeſſio iniquitatum omnium, per oblationem
*Toda ſacrificij genus quale.*
f *Leuit.*7.*v.*2.*&* 22.*v.*29. incenſi & fermenti *f*, in aliis enim non licebat iſta offerre *g*.
g *Leui.*2.*v.*11. Atque ita quia pro cunctis peccatis fide offerebatur, erat expiatorium, quia pro pace ſiue beneficio obtento, vel obtinendo, more pacificorum,Euchariſticum. Chryſoſtomo aſſentiũtur veteres Thalmudici. D
h *in Pſ.*100. Nam hi ex eodem Kimhi *h omnes* (inquiunt) *orationes in aduentu Meſsiæ ceſſabunt,at confeſsio non ceſſabit. Omnes oblationes ceſſabunt, at non oblatio* תודה *Toda.* Quod, & repetit Ghekitilia Cabbalicus in libro Saare orá.
*Miſſæ ſacrificium ſucceſſurum eſſe veteribus ſacrificijs Rabbini fatentur.*
*Vota tua*, promiſſum cultum, fidem,obedientiam, in Circumciſione, ac aliis publicis Religionis profeſſionibus, quæ vota ſunt vniuerſorum fidelium communia. *I*tem promiſſa, quæ Deo ſponte ac priuatim nun-
cup



A cupaueris. Votum enim eſt quælibet promiſſio Deo facta legitimè,quæ ſi ſolemnis,& publica extiterit, gignit votum ſolemne, ſin priuata,ſimplex. De vtroque voti genere loquitur.Nam vtriuſque præſtationem requirit Deus.Alludit autem ad נדר *Neder* votiuam oblationem,ſacrificij genus. Duplex enim erat ſacrificium pacificũ,vnum נדר *Neder* ex voto,alterum נדבה *Nedaba* ſponte,quòd illud obligaret abſque libertate reuocandi,vel omittendi hoc eſſet liberum,non imperatum,& præceptum *a*. Etſi eorum ad literam exhibitionem hic non poſtulet,quoniam iam ſignificauit,Moſaica huiuſmodi Deo nõ eſſe curæ,ſed ea potius,& in primis, quæ Moſaicis adumbrabantur.
*a Leu.*7.22.23.27.

B 18 *Iuſtitias.* Statuta mea propriè verbis loqueris, non factis imples. Origenes ad hunc verſum complicato libro è concione receſſit,ac miſerè eiulare cœpit recordatus ſe Alexandriæ, vi perſecutionis adactum ad grana thuris Diis gentium offerenda, adeò vt auditores omnes commiſeratione tacti cum eo lachrymarentur, Epiph.in Origeniſtarum hæreſi.
*Origenis pœnitentia.*

19 *Diſciplinam.* Dei verbum, & doctrinam vel potius correctionem, emendationem vitæ. *Proieciſti*, contempſiſti.Nam מוסר *Muſar* correptio,caſtigatio à יסר *Iaſar*, corripuit,caſtigauit.

C 20 *Portionem.*Cum iis habebas commercium, cum iis ſocietatem coibas.

21 *Malitia.*Maledictis. Hinc Heb. *Os tuum laxaſti ad malum.Concinnabat*,coniungebat fraudem,complectebatur inſidias.

22 *Sedens.*Quietus,otioſus, nihil aliud agens, per delectationem,& cũ voluptate detrahebas fratri tuo, ſiue proximo.*Scandalum* cõuitium,opprobrium. De eo detrahebas.*Et tacui*,conniui,& diſſimulaui magna lenitate & patientia.

D 23 *Exiſtimaſti inique.*Meã patientiam,& diſſimulationẽ ſic es interpretatus,quaſi ego tui ſimilis eſſem,& malefactis delectarer.Exiſtimaſti me tui eſſe ſimilem, quòd tua peccata non punirem. Nunc ergò arguam, ſiue reprehendam te,& ſtatuam,&c.Chald.*Hæc mala opera feciſti,& ego expectaui conuerſionem tuam. Exiſtimaſti permanſurum te in æternum pacificè,dixiſti in corde tuo:ero fortis,ſicut tu. Arguam te in hoc ſæculo, & præparabo gehennam in futuro coram te.Statuam*,quę geſſiſti,aut quid ſimile per apoſiopeſim.

A ſim,cogam te ea in iudicio agnoſcere,quæ patraſti.Sic Hebraicè:*Et inſtruam,vel ordinabo ob oculos tuos* ( rationes, vel faciem meam,Metapho.à bello ) ordine explicabo tuas prauitates , producam ea quæ feciſti ante oculos tuos,te præſentem conuincam ,& impugnabo.

24 *Qui obliuiſcimini.* Qui ſecurè peccatis. *Ne quando rapiat,*ad pœnam ſcilicet,per leones.Inde enim ducitur Metaphora,per Angelos carnifices,& exactores.

25 *Sacrificium.* Sacrificans cõfeſſionem propriè,id eſt, confitens publicè,laudans,& celebrãs Deum. Nam non B
*a ver.ſ.16.* loquitur,vt nec ſuprà *a* de Moſaico, & legali תודה *Todá,*ſed de ſpirituali,de quo veteres Thalmudici,vt refe rũt Gnekitilia Cabbalic⁹ libro Saarè Orá,& Kimhi *b*:
*b Pſal.100.* *In aduentu Meſſiæ cunctæ oblationes tollentur* , תודה *Todá ſolùm remanebit*.i.confeſſio, laus, gratiarum actio. *Et illic.* In illó ſacrificio laudis eſt via, modus, ratio, iter, per quod oſtendam,& præſtabo illi diuinam ſalutem.Hæc eſt via, qua illi demonſtrabo cœleſtem liberationem. *Dei,*eximiam,& inſignem ſalutem.Nam vocabulo Dei C exaggeratur, quicquid eſt maximum, & præſtantiſſimum. Salutare Dei,non incommodè etiam Chriſtum Saluatorem deſignabit. *Illic* : שם *Sham* per ש dextrum. *Ibi illic.* Maſoretæ legunt per ש ſiniſtrum ſatis obſcurè. *Et ponenti iter.*( i.diſponenti viam ſuam,rectam eam facienti)oſtendam ſalutem Dei.Hinc Chaldaicè:*Domanti fomitem prauum,veluti ſacrificiũ laudis imputabitur ei,& honoranti me,ac caueti ſemitas prauas,oſtendã ei Dei redẽptionem.*

ARGVMENTVM.

*Parricidium in Vriam, adulterium in Bethſabeam expiari, Spiritu ſancto ſibi reddito, obſecrat non propter* D *Moſis ſacrificia, ſed Chriſtum Eccleſiam ædificaturum, cuius ſacrificium iuſtitiæ placiturum ſit.*

1 In finem,Pſalmus Dauid,cùm venit ad eum Nathan Propheta, quãdo intrauit ad Bethſabee. 2.Reg.12.a. L.

MIſerêre mei Deus, ſecûndùm magnam miſericórdiam tuam.

3 Et ſecûndùm multitúdinem miſerationum tuarum:dele iniquitâtem meam.



A 4 Amplius laua me ab iniquitâte mea : & à peccâto meo munda me.

5 Quóniam iniquitâtem meam ego cognôſco, & peccâtum meum contra me eſt ſemper.

6 Tibi ſoli peccâui,& malum coram te feci : vt iuſtificêris in ſermónibus tuis,& vincas cùm iudicâris.

7 Ecce enim in iniquitâtibus concêptus ſum: & in peccâtis concêpit me mater mea.

8 Ecce enim veritâtem dilexíſti:incêrta, & ocB cùlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

9 Aſperges me Dómine hyſſôpo,& mundâbor: lauâbis me,& ſuper niuem dealbábor.

10 Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam:& exultâbunt oſſa humiliâta.

11 Auérte fáciem tuam à peccâtis meis:& omnes iniquitâtes meas dele.

12 Cor mundum crea in me Deus : & ſpíritum rectum ínnoua in viſcéribus meis.

C 13 Ne proiícias me à fácie tua:& Spíritum ſanctum tuum ne aúferas à me.

14 Redde mihi lætítiam ſalutâris tui : & Spíritu principali confirma me.

15 Docêbo iníquos vias tuas:& ímpij ad te cõuertêntur.

16 Líbera me de ſanguínibus Deus Deus ſalûtis meæ : & exultâbit lingua mea iuſtítiam tuam.

17 Dómine làbia mea apéries: & os meum anD nunciâbit laudem tuam.

18 Quóniam ſi voluîſſes ſacrifícium , dedìſſem vtique:holocaûſtis non delectáberis.

19 Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus : cor contrîtum,& humiliâtum,Deus non deſpícies.

20 Benîgnè fac Dómine in bona voluntâte tua Sion:& ædificêntur muri Hieruſalem.

21 Tunc

21 Tunc acceptâbis ſacrificium iuſtitiæ, oblatiô- A
nes, & holocauſta: tunc impônent ſuper altâre
tuum vítulos.

---

*Lingua Hebraica iure ſancta dicitur.*

1 *Intrauit*. Honeſtè de re turpi. Quare hæc lingua re-
ctè dicitur ſancta, non modò, quia conſignata habet di-
uina oracula, eáque Deus, Angeli, Adamus, ſancti deni-
que Patres antiquitus locuti ſunt, verùm etiam quia
ſanctè, aſtè, & honeſtè de omnibus rebus, vt vt obſcæ- B
nis, & turpibus loqui ſolet, è R. Moſe *a*. Aliqui addũt,
quòd eius vſus propriè in cœlo futurus ſit poſt reſur-
rectionem, dum ea, Sancti in ſæcula ſæculorum lauda-
bunt Deum: Ideóque Angelicam dici ab Apoſtolo *b*, vt
Haymo in eum locum, item Remigius, Viualdus de
monte regali *c*. Ioan. Cardinalis ſuper Magnificat, Vi-
guerius è D. Thoma *d*.

*a Lib. 3 Moré, c. 9. p. 75.*
*b 1. Cor. 13. 1*
*c Lib. de laudibus, & triũphis triũ liliorum. c. 9*
*d cap. 9. § 1 verſ. 8 p. 103.*

*Christus eſt hic deſignatus.*

2 *Secundum*. Pro tua magna miſericordia *Magnam* ad-
diderunt, vt indicarẽt reſpici ad Chriſtum, nec de qua-
libet miſericordia hic agi ad peccati remiſſionem, ſed
illa magna, quæ eſt per illum, iuxta illud *e*: *Secundum* C
*miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem per Chri-
ſtum in hæreditatem incorruptibilem.* Quare, & infrà *f* ad
ipſum reſpiciet.

*e 1. Petr. 1. 3.*
*f Verſ. 14. & 20.*

3 *Dele*. מחה *Mehé*, abſterge. Metaph, à maculis. Macula
tam altè inhæſit, vt copioſa lotione opus ſit ad eam e-
luendam.

4 *Amplius*. Comparatiuus pro poſitiuo vel ſuperlati-
uo, plurimum, copioſè. Vnde Heb. חרב *Hereb*, vel חרבה
*Harb* Quin Comp. quadrat. Amplius & copioſius, quã
anteà, purga me, ne in peccatum deinceps recidam,
Copioſiore opus eſt lotione, & gratia, vbi prior non D
ſufficit ad retinendam, & conſeruandam purita-
tem.

5 *Contra me*. E regione mei, coram me, נגד *Neghed*, cõ-
trà, ex aduerſo i. coram Gall. *vis à vis*, vt *g Caſtellum quod
contra vos eſt.* Quare Philoſophi Hebræorum oppoſita
vocant מתנגדים *Mithnaggedim*. Peccatum meum aſſiduè
video, mihi ſemper obuerſatur ob oculos. Aperire ocu
los nequeo, quin illud mihi ſe obiiciat. Illud perpetuò
fero in mea conſcientia.

*g Matt. 21. 2*

6 *Tibi ſoli*. Id eſt, te ſolo ſciente, & conſcio peccaui.
Nam



A Nam hoc cæteros latuit. Kimhi. Sic Auguſtinus inter-
pretatur illud Euangelij *a*. *Si peccauerit in te frater tuus*, te
ſciente. Quare ſubiunxit: *Et malum coram te* (ſolo) *feci*,
per Expexeſin. In Vriam quidem peccauerat, ſed ſo-
lùm Deum offendiſſe ſe dicit: quia ſolus Deus eius
erat conſcius. Peccatum enim erat occultum. At R. Saa-
dias, *Tibi ſoli peccaui*, id eſt, *tibi ſoli peccatum confiteor, tibi
ſoli dico, peccaui.* Hinc veteres Hæbræi: *Peccatum in ſolum
Deum eſt tegendum, in proximum eſt confitendum.* R. Ioſeph,
*Tibi*, (nunc ſupple,) ſoli peccaui, quoniam interiit
Vrias: qui ſi viueret, in ipſum quoque peccaſſem, &
me ei oporteret ſatisfacere. *Vt iuſtificeris*, iungendum
cum primo vel quarto verſu. Miſerere, vel munda me,
*vt iuſtificeris in ſermonibuus tuis*, id eſt, eo vt iuſtus, bo-
B nus, ſiue verax ſis in promiſſis, quibus pœnitenti ve-
niam es pollicitus, vt tuorum dictorum, promiſſorum-
que veritas appareat. Hîc iuſtitiam ſumi pro bonita-
te, & in promiſſis veritate, patet ex Paulo *b*, Hebraicè
למען *Lemahan* finem declarat. *Eò vt, propterea vt.* Vnde
Septuaginta verterunt ὅπως, non Διὸ, vel ὥστε. Quod
qui non obſeruant, *Vt*, accipiunt pro *ita vt, adeò vt*, quaſi
euentum rei non cauſam, ſiue finem deſignet. Quare
iungunt cum proximis. Ita vt, adeò vt iuſtus ſis in tuis
ad me per prophetam Nathan ſermonibus, & vincas
C hominum iudicia atque ſententias, cùm inſimularis
iniuſtitiæ erga me, ſiue iniuſtæ punitionis mei *c*, q. d.
Iuſtus es Domine, & recta iudicia tua, quia peccaui ti-
bi. Non me iniuſtè damnas, iudicas, punis. Quo perti-
net illud Danielis *d*: *Tibi Domine Deus noſter miſericordia,
& propitiatio, quia receſſimus à te*, id eſt, miſericorditer
nos puniuiſti. Nã grauiora merebamur, quoniam à te
receſſimus. *Et vincas* (in iudicio) *cùm iudicaris*, iniuſtitiæ,
ſcilicet, vt cùm damnaris atque argueris promiſſionum
non præſtitarum, ſis cauſa ſuperior, litis victoriam ob-
tineas, purus appareas ab omni inconſtantia, & vitio.
D Hebræa eodem recidunt. *Et purus ſis*, id eſt, irreprehen-
ſibilis, inculpatus, *quando tu iudicaris*, vel *in iudicio tuo*. Ne
quis dicere poſſit, te tunc aliter iudicare, quàm promi-
ſeris, mihi meum remitte peccatum *e*. *Mundi eſtote, quie-
ſcite agere peruerſè, & venite, & arguite me dicit Dominus,
niſi peccata veſtra atra, quaſi nix dealbentur f. Iudicaris*, paſ-
ſiuè

*a Mat. 18. 15*
*b Rom. 3. 4.*
*c De quo 2. Reg. 12.*
*d Dan. c. 9. 9*
*e Eſai. 1. 16. 17.*
*f Sic Eſa. 30. ver. 15. Ier. 3. 1. 17. Ezech. 18. verſ. 21. 23.*

ſiuè, ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, in iudicari te, quando tu iudi- A
caris,accuſaris,condemnaris,quãdo de te ſit iudicium,
quando tua opera homines iudicant,& tua facta curio-
ſius examinant &exquirunt.Impij iudicant Deũ,quan-
do accuſant iniuſtitiæ,ſæuitiæ,duritiei,vel negant eſſe
miſericordem,& exorabilem.Heb. *in iudicare te*.Sed in-
finita, quantumuis voce ſint actiua, ſunt tamen etiam
ſignificatione paſſiua. Cõſule noſtram ſyntaxin.Hiero-
nymus actiuè contra Iouinianum, *cùm iudicabis*. Vt vin-
cas,inueniaris iuſtus & purus,cùm iudicia tua exerces.
Nam non niſi merentes caſtigas. Sed rectius paſſiuè, B
Vt r .hi condonando iuſtus deprehendaris in ſermo-
nibus ac promiſſionibus tuis,& vincas,purus ſis, rectè-
que feciſſe proberis, cùm de te iudicabitur.Et ſic citat
Paulus.*a* Nam tum ipſe, tum Apoſtoli reliqui hac ferè
tranſlatione vſi ſunt, quòd eam intelligerent non mo-
do toto orbe receptam,verùm etiam fidam,vt quæ ſen-
tentiam magis, quàm verba in locis obſcurioribus
ſpectaſſet.

*a Rom. 3. v. 4*
*Apoſtoli vſi ſunt translatione 70. interpretum.*

*Originalis peccati fons & principium.*

7 *Conceptus ſum*. Formatus ſum prop.Sept. explicarunt
fontem & principium peccati originarij. Nempè in
conceptu transfunditur per ſeminis emiſſionẽ.Semen
enim virile eſt peccati originarij vehiculum, vt non ſit C
diſputandum,animáne an corpus illud inuehat.*Conce-
pit me*. Hebr.calefecit me,calore cõcepit me, חמם *hamá*
transfertur ad fœminas concipientes, & per metapho-
ram cõcipere ſignificat.Inde ſe natura & origine pro-
penſum eſſe ad peccatum queritur.Nam hoc intelligi
de peccato & corruptela originaria Hebræi nobiſcum
aſſerunt,vt Abben Ezra *b* quam ſeptẽ nominibus appel-
lari in Scriptura docent,Malum *c*. Præputium cordis *d*.
Inimicum ſiue oſorem *e*,ſcãdalum,ſiue offendiculum *f*,
cor lapideum, ſiue lapidem *g* Aquilonarem, ſiue eum,
qui ab Aquilone eſt *h*,denique immundum *i*.Aliqui e- D
tiam interpretantur,calefecit me.i. fouit me, & geſta-
uit in vtero. Vnde Auguſti. legit, in vtero me aluit,vt
non tantùm concepti, & nati ſimus in peccato : ſed e-
tiam nutriti, & geſtati in materno vtero. Symma-
chus, *genuit*. Rom. Pſal. *peperit*. Ineptè nonnulli non de
peccato originis, ſed actualis parentum libidinis, &
concupiſcentiæ intelligunt. Prætereain Hebr. ſingula-
riter, *in iniquitate,in peccato* : quoniam non niſi eſt vnum
peccatum originale, in quo concipiamur, & nobis ad
malum

*b in 14. Iob*
*c Gen. 6. 16*
*d Pro. 26. 24*
*e Deu. 10. 5.*
*Hebræi originis peccatum quibus nominibus nuncupent.*
*f Eſa. 57. 14*
*g Eze. 36. 26*
*h Ioe. 2. v. 14*
*i vt hoc loco. Iob 14. v. 4.*



A malum procliuitas inſeratur : quod tamen multa dici
poſſit,quia eſt omnium aliorum fomes,origo,ac ſemi-
narium. Vnum ergo eſt per ſe, multa per effectus.
8 *Ecce enim veritatem*. Alia ratio, qua eblanditur ve-
niam. Ecce enim fidẽ dilexiſti, & ignota, atque abſtru-
ſa myſteria tuæ ſapientiæ reuelaſti mihi. Parce : nam
fidem retinere me vides, & notitiam tuæ cœleſtis ſa-
pientiæ,qua me imbuere dignatus es, ne fruſtrà ſpiri-
tum Propheticum mihi dediſſe videare. *Veritatem*, fi-
dem,religionem,& doctrinam veram,firmitatem reli-
C gionis,vel integritatem conſcientiæ. *Incerta*, abſtruſa
& arcana,nullis aut paucis cognita de Chriſto, & le-
ge tua,vt promiſſiones miſericordiæ per ſemen bene-
dictum *a*. Sic me dilexiſti,vt ineffabilia ſapientiæ arca-
na per Propheticum Spiritum mihi monſtraueris. Eu-
thym. Maſoretæ conſtruunt cum præcedentibus: *in te-
ctis ſiue incruſtatis*.id eſt, in renibus, qui ſunt obtecti &
incruſtati adipe, & intus *veritatem dilexiſti*. Sed nihil eſt
neceſſe. Itaque Septuag. ſic diſtinguunt. In obtectis, &
in occulto ſapientiam manifeſti mihi, id eſt, in rebus
mihi occultis,vt interpretatur R. Abraham,qui ſenſus
B eſt Septuaginta.

*a Gen. 2. ve. 15. Colloſſ. 1. ver. 2.*

9 *Aſperges*,expiabis propriè,à peccato purificabis. Tu
aſpergito me,non ſacerdotes legis, & mundabor, laua
me,&c. Futura pro Imperat. vel hypotheticæ locutio-
nes *b*.q.d. Si me aſperſeris, non Sacerdotes Aaronij,
mundus verè ero:ſi tu me laueris, non miniſtri Moſai-
ci,verè albeſcam. Nam id facies aſperſione ſanguinis,
non vitulorum,hircorum,vitulæ ruffæ,qui tãtùm con-
fert ad emundationẽ carnis,ſed Chriſti Domini, quem
non eſt dubium emundare conſcientias *c*. Eſt enim a-
gnus Paſchæ verus,de quo illud *d*, *Immolate Phaſe,faſci-
D lóſque hyſſopi tingite in ſanguine, & aſpergite ex eo ſuper limi-
nare,& vtrumque poſtem*. *Hyſſopo*,faſciculo ex ea herba o-
rigano ſiue ſerpyllo ſilueſtri ſimili facto *e*. vel Metony-
micè,hyſſopœo aſperſorio, quo ſpargebatur ſanguis
victimarum ſuper populum. Alludit quidem ad typum
vaccæ ruffæ *f*, & reliquas legis expiationes, quæ fie-
bãt ſola hyſſopo,ſiue faſciculo ex ea facto, vt in purifi-
catione è contactu mortui,quemadmodum docet Ab-
ben Ezra *g*, vel aſperſorio conſtante ligno cedrino,
hyſſopo aqua & ſanguine pecudum madefacto, & filo
cocci

*b vt ver. 17.*
*c Heb. 9 14.*
*Chriſtus agnus paſchæ verus.*
*d Exod. 12. 22. 23.*
*e Exo. 12. 23.*
*f Num. 19. ver. 2.*
*g Leuit. 14. ver. 6.*

A coccineo, ad ſpargēdũ vel victimæ ſanguinē, vel aquã luſtralem pro purificatione Iſraëlitarum mãducaturorũ agnũ Paſchæ, leproſi, domus lepra infectæ *a*, ſed tamē intelligit *aſperſionem ſanguinis Domini*, ſecundũ quam electi ſumus, atque adeò ſalui *b*. q. d. Aſperges me Chriſti tui ſanguine, ſiue, vt Petrus loquitur, mũdabis me aſperſione ſanguinis veri agni Chriſti, tũmq; *ſuper niuē dealbabor*, verè iuſtus ero, non per imputationem dumtaxat, &c. Petit ergo expiationem à peccatis per Chriſti ſanguinē, qui victimarũ ſanguine ſignificabatur. Nec tamen inutilis erat ſanguis externarũ pecudũ illo tēpore aſperſus. Nã expiabat, vt & reliqua veteris legis ſacramenta ex opere operãtis. i. ex fide & pietate offerentis. B

*a Exod. 12. ver. 23. Num. 19. ver. 6. Leu. 14. v. 6. Heb. 9. v. 13.*
*b 1. Pet. 1. ver. 2. 10.*
*Sacrificia veterum quomodo eis prodeſſent.*

10 *Auditui meo dabis.* Me ſi à peccato laueris, lætum facies. Tunc libenter & iucundè audiam de tua reconciliatione nuncium, quam ſequitur animi gaudium & lætitia *c*, & corporis melior habitudo *d*, *Humiliata*, attrita prop. q. d. ſum extremo dolore ad oſſa vſque affectus propter iſtud homicidij, & adulterij ſcelus. Alij oſſa Metonymicè accipiunt pro membris.

*c Rom. 5. v. 1.*
*d Prou. 17. ver. 22.*

11 *Auerte faciem.* Peccatum cum iniquitate cõfundit *e*, ἐκ παραλλήλου. Hinc apud Ioannem *f*, *faciens peccátum, idem & facit iniquitatem, quia*, inquit, *peccatum eſt iniquitas.* Errant ergo, qui peccatum generalius eſſe dicunt. Nam iniquitatem propriè enunciari de iniuria proximo facta, ilud etiam, cũ quis in ſeipſum peccat, vel in Deum. C Hæc enim re nihil differunt, ſed ſola notatione.

*e vt ver. 7.*
*f 1. Ioa. 3. 4.*

12 *Cor mundum*, puram mentem & integram conſcientiam. *ſpiritum rectum*. i. Spiritum ſanctũ, vel animam rectam, non deflectentem, firmam (ad ſuperandas omnes tentationes & difficultates.) Vtrũq; affert R. Kimhi. *In viſceribus*, in intimis, vt interiora mea ſint pura, & recta, & ſpiritus quem prius habui, renouetur.

13 *Spiritum Sanctum*, רוח הקודש, *Ruah hakkódes*, interdum eſt diuina res, quæ tertiã S. Trinitatis perſonam conſtituit à Patre Filiôque procedentem. Interdum diuina eius actio, ſiue inſpiratio. Vterque intellectus loco congruit, Ne auferas mihi tuum Sanctum Spiritũ, per quem tua dona nobis diſtribuis, per quem nos interim conſolaris & foues, quem & ſubſtantialiter in animos noſtros infundis, non modo efficaciter. Rurſum ne auferas mihi ſanctam eius in homines actionem, diuinam eius inſpirationem & afflatum. D

*Spiritus S. quid deſignet.*

14 Læ



A 14 *Lætitiam*, conſolationem tuam ſalutarem, quam antea habebam ex fide in Chriſtum, & ex gratia ipſius in me tũ inhabitante. *Salutaris tui*, conſeruationis tuæ, vel ſaluatoris tui lætitiam, quam mihi ſolebat afferre Chriſtus ſalutare tuum *a*, Sic meminerit trium diuinarum hypoſtaſεων. ) mihi redde, mihi reſtitue. Eam enim amiſerat peccato adulterij cum Bethſabea, & homicidij in Vriam. Sic nos peccatis amittimus lætitiam & conſolationem ſpiritualem, recuperamus Dei reconciliatione. *Principali*, Spiritu præcipuo, principe, & primario ſuſtenta & corrobora me. Sic hanc vocem interpretatur R. Salomo. At recentiores, Spiritu ſpontaneo, liberali & benefico. Spiritus ſanctus eſt Spiritus principalis, quoniam inter cæteros, qui dicuntur ſpiritus, vt Angeli, excellit, vt inter creaturas creator, inter ſubditos princeps & dominus. Vnde κατ' ἐξοχὴν, appellatur Spiritus, Spiritus ſanctus, Spiritus Dei. Eſt etiã ſpontaneus, beneficus, & liberalis, quoniam liberaliter ſe communicat, noxas remittit, profuſè dona Dei diſtribuit, nos ſpontaneos & liberos facit, ne peccato ſeruiamus, ſed ſponte ac liberè Deo pareamus. *Verè liberi eritis, ſi filius vos liberauerit b* per ſuum S. Spiritum liberũ noſtrum arbitrium ſanans, & perficiens. Hîc recentiores non Spiritum ſanctum intelligunt in nobis iſtorũ auctorem, ac cauſam, ſed ſpiritum ſiue animũ humanum, quem renouari petat. *Confirma*, fulci me, corrobora, ſuſtenta.

(B and C stand in the margin at the lines "terpretatur R. Salomo" and "ſtrum arbitrium ſanans" respectively.)

*a Luc. 2. 30.*
*Trium hypoſtaſεων diuinarum meminit.*
*Spiritus S. cur dicatur Spiritus principalis.*
*b Ioa 8. 36*

15 *Vias tuas*, voluntatem tuam, & legem, vt reſipiſcant, docebo. Intendam conuertendis aliis. Satisfactionis ſpecies. Pollicetur enim in beneficij agnitionem ſe daturum operam, vt ſuo exemplo alij ad reſipiſcentiam perducantur.

*Satisfactionis ſpecies intendere aliorum conuerſioni.*

16 *A ſanguinibus* à peccato homicidij, à cæde Vriæ, ne propter eum interfectũ puniar, *Deus ſalutis meæ*, qui me D ſaluare ſoles. *Exultabit*, actiuè, laudabit cũ gaudio, modulabitur, exultando canet iuſtitiam tuam, qua ſcilicet iuſtificas impios. q. d. Remittite mihi peccatum, & pœnam ſanguinis Vriæ iniuſtè effuſi, & exultabit lingua mea de tua iuſtitia, canet tuam virtutem & fidem in ſeruandis promiſſis. Ea enim præſtare iuſtum eſt.

17 *Domine labia mea.* Hunc verſum veteres Hebræorum Patres (in tract. Berachoth) decreuerunt in cuiuſque precationis principio commemorari, (quos imitamur

*Hebræi veteres vnde preces incipiant.*

 in

in Matutinis ) tum quoniam commodus eſt ad mentis A
præparationem impetrandam , tũ quia incipit ab אדני
*Adonai*, per Aleph, Daleth, Nun, Iod, quo ſcilicet diuino nomine duce in conſpectũ nominis Tetragrammi intrat oratio, indéque tranſmittitur & impletur, quicquid creaturarum neceſſitas exigat, exẽplo Abrahæ, qui primus Altiſſimum vocauit. אדני Adonaï, clamans *a*, אדני *Adonai Elohim quid dabis mihi?* Hæc R. Ioſeph in Saare Orá. *Aperies*.i.aperi. De quo ſupra *b*, vel hypothetica linguæ locutio. Si Domine labia mea aperies, os meum annunciabit laudem tuam. Dabis enim argumentum tui laudandi è meorũ peccatorũ condonatione. Locus cõtra Pelagianos de Dei gratia ad precandũ neceſſaria.

*a Gen. 15. 2.*

*b Pſal. 6. verſ. 11.*

18 *Sacrificium*, Leuiticum ſcilicet. Heb. *mactationem*. *Vtique*, ſanè dediſſem. Non enim fuiſſet graue tanto regi, B multas hecatombas offerre, ſi huiuſmodi ſacrificia ſufficere exiſtimaſſet ad peccatorum remiſſionem. Debet conſtrui cum verbo dediſſem. Nam Græcè eſt particula potentialis, ἔδωκα ἄν. Latinè eſſet expletiua. Quare in Heb. deſideratur. *Non delectaberis*, ad placandam iram tuam. Etſi autem, & tunc, & poſtea ſacrificarit Dauid, id tamen in fide, & legis reuerẽtia factũ. Euthymius. Quoniam legis opera, etſi ſecundum ſe accepta non iuſtificarent, tamen quatenus fiebant ex obedientia erga Deum, & fide in venturum Mediatorem iuſtificabant. Itaque huiuſmodi iuſtificatio in Scriptura ſolet tribui C fidei, & obedientiæ, potius quàm Sacrificiis.

*Sacrificia veteris legis quo modo iuſtificandi vim haberent.*

19 *Contribulatus*, fractus prop. verè pœnitens. *Humiliatum*, percuſſum, attritum Contritione Deus vtitur pro inſtrumento ad peccati remiſſionem. Nazianz. Apologia prima.

20 & 21. *Benigne fac do.* Hos duos verſus R. Kimhi de diebus Chriſti nobiſcum interpretatur. Benefac Domine pro tuo fauore, & gratia Sioni, & reſtaura Hieroſolymam à Barbaris, & tyrannis Satanæ adminiſtris dirutã. *Præ-* D *cipuè* ſpiritualem eius per Chriſtum redintegrationem intelligit, quam experitur quotidiè Eccleſia. Interim quia Dauid verebatur, ne propter ſuum peccatum multa pateretur populus, vt fuerat Deus cõminatus *c*, quando peſtem immiſit, rogat ne id fiat, ſed ædificentur muri Hieruſalem .i. durent, vigeant, ſtabiliantur, & ſi eos deſtrui contingat, reſtaurentur. Ædificari eſt firmari, ſtabiliri, manere in ſua firmitate, & ſtatu, vſu Scripturæ

*c 2. Reg. 12. ver. 10. 11.*

*Sion,*



A *Siõ*, datiui caſus. Benefac Eccleſiæ tuæ, tuo populo. Sionẽ elegerat, in qua ſolenniter inuocaretur. Aliqui referũt ad reſtitutionem è reditu Babylonicæ captiuitatis.

21 *Tunc*, tempore illo fauoris, benignitatis, & bonæ voluntatis tuæ, & quo Sionis muros ſiue Eccleſiam reſtitues *acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ*, noſtræ, acceptam habebis iuſtitiam noſtram, opera noſtra iuſta, quæ hoc iræ tempore tibi minus placent, nec tuam merẽtur gratiam. Illud eſt Scholaſticorum. *Extra gratiam opera bona non ſunt meritoria, niſi diſpoſitiuè.* Sacrificium Iuſtitiæ nihil aliud B eſſe, quàm iuſtitiam, iuſta opera & ſancta docuimus ſupra *a*, de tempore Chriſti. Tunc acceptam habebis noſtram iuſtitiam, quæ cùm per legẽ, ſiue propter legem, tibi minus grata ſit, per, ſiue propter Chriſtum erit gratiſſima. Tũc gratos & acceptos vitulos ad aras tuas immolabunt. Cultum Euangelicum Deo ſuauiſſimum legalibus, & Moſaicis ceremoniis adumbrat. Sic Oſeas. *Reddemus vitulos labiorum noſtrorum*, ſiue, vt Septuag. vertunt, & Paulus ſequitur *b*, *fructum labiorum*. Sunt autem vituli, ſiue fructus labiorum, laudes Dei, gratiarum actio, & vt Paulus interpretatur, Hoſtia laudis. Quod de ſacrificio Euchariſtiæ commodè intelligitur. *Habemus* C *enim & nos altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſeruiunt c.* nempe arã in qua conſecratur corpus Chriſti ex Oecumenio, & Haymone ad illũ locum. Et tunc *Sacrificium Iuſtitiæ*, id eſt, iuſtificans, iuſtitiam & gratiam conferens. *Imponent*, gratè & acceptè ſcilicet, cum tua gratia, acceptatione, & beneuolentia. Alioqui imponebant tempore Dauidis victimas ſuper altare, ſed illæ minus erant gratæ & acceptæ, propter pretium nondum perſolutum. Et quando acceptabantur à Domino, hoc contingebat ex opere operantis .i. fide & pie- D tate offerentis, non per ſe, ex ipſa actione & inſtitutione, cum iam per & propter Chriſtum cultus Chriſtianus ſit vtroque modo Deo gratus & acceptus, ſuapte ſcilicet ratione ac inſtitutione, deinde fidei & pietatis interioris vi.

*Opera non ſunt meritoria extra gratiam.*

*a Pſa. 4. ver. 7.*

*Oſe. 14. 3.*

*b Ibidem. Heb. 13. 15.*

*c Ibid. 10.*

*Sacrificium Chriſtianorum ex opere operato & ex opere operantis Deo gratum.*

***

A

## ARGVMENTVM.

*Doeg Idumæum Saulis pecuarium increpat, ei exitium, ſibi ſalutem præſagiens.*

### 1 In finem, intellectus Dauid, cùm venit Doeg Idumęus, & annunciauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Achi-melech. 1. Reg. 22. b. 9. LI. Hebr. 52.

QVid gloriâris in malítia: qui potens es in iniquitâte.

3 Tota die iniuſtítiam cogitâuit lingua tua: ſicut nouácula acúta fecîſti dolum.

B

4 Dilexîſti malítiam ſuper benignitátem: iniquitâtem magis, quàm loqui æquitâtem.

C

5 Dilexîſti ómnia verba pręcipitatiônis: lingua dolóſa.

6 Proptérea Deus déſtruet te in finem, euêllet te, & emigrâbit te de tabernáculo tuo, & radîcem tuam de terra viuéntium.

7 Vidêbunt iuſti, & timêbunt, & ſuper eum ridêbunt, & dicent: ecce homo, qui non póſuit Deum adiutôrem ſuum.

8 Sed ſperâuit in multitûdine diuitiârum ſuârum: & præuâluit in vanitâte ſua.

D

9 Ego autem ſicut olîua fructífera in domo Dei: ſperâui in miſericórdia Dei in ætérnum, & in ſæculum ſæculi.

10 Confitêbor tibi in ſæculum, quia fecíſti: & expectâbo nomẽ tuum, quóniam bonum eſt in conſpéctu ſanctôrum tuórum.

2 Qui



A

2 *Qui potens.* Vocatiui caſus. O potens Doëg iniquitate & ſcelere. Chald. *qui potens es, vt damnes ſanguinem iuſtum.* Non tam rectè aliqui Apoſtrophas Pſalmi referunt ad Saulem ipſum. Doëg (erat enim Idumæus, ideſt, ſemiiudæus) typus hæreticorum accuſantium Achimelech, & ſacerdotes Domini innocentes. *In iniquitate.* Hebr. iuxta Septuag. *ſcelus ad*, id eſt, ad ſcelus, per Anaſtrophen: vt apud Virgilium, *Italiam contra*; חסד *Heſed* ſæpius in Leuitico *a*, ſcelus, probrum. Maſoretæ, quos ſequuntur recentiores, acceperunt pro Dei miſericordia, quoniam aliter diſtinxerunt, & אל notarunt per Tſeri, non Segol, *Miſericordia Dei tota die eſt.* Quid gloriaris in malefactis ô potens Doëg, cùm Dei miſericordia ſit perpetua erga bonos? Græca debent reſtitui è noſtra verſione. Nam in eis deſideratur Prępoſitio, *ἐις.* a ſeorſum, c. 20.

B

3 *Tota die.* quouis tempore, vel per ſingulos dies, vt Symmachus. Hæc ad ſuperiorem verſum Maſoretæ tranſtulerunt, vt iam attigi. *Cogitauit.* Meditatam locuta eſt, diúque animo agitatam, & deliberatam, è compoſito, & deſtinata malitia, non per imprudentiã. Ideò

C

enim Metaphoricè tribuit linguæ, quod eſt cordis & animi. *Sicut nouacula*, quæ præter expectationem aberrat, ſecans carnem, vel iugulum loco capillorum & barbæ. Sic tu pernicioſè fefelliſti. Sic tu celeri fraude, & præter opinionem meã, me grauiter læſiſti. Nouacula ſæpè imprudenter acutie ſua fallit, & aberrans petit iugulum: idqúe expeditè & celeriter. Ita *lingua puſillum membrum ingentium malorum incendium excitat b.* b Iac. 3. v. 5.

4 *Super.* pluſquam. Malum præ bono. Modus comparationis Hebraicæ. *Sela*, ô indignitatem, ô ſcelus.

D

5 *Præcipitationis*, deglutitionis propriè, & abſorptionis *καταποντισμῦ demerſionis.* Verba, quæ bonis, præſertim ſacerdotibus Domini, pręcipitationem, deuorationem, perniciémque attulerunt. Rabbi Dauid. Vniuerſam enim ſacerdotum familiam penitùs perdiderunt, etiam fœminas, liberos, iumenta, & ciuitatem, pręter Abiathar c, *Lingua doloſa.* ô lingua. Vocatiui caſus. Rabbi Abraham, O maledice, ô fraudulente. Alij Ablatiui, per linguam. Hebraica vtrumque patiuntur. c 1. Reg. 22. v. 28. 29.

6 *In finem*, in perpetuum, funditus, vt feras pœnam talionis. Nam ſic Hebr. *Emigrabit*. Actiuè: expellet, transferet te. *Radicem*, firmitatem, potentiam, opes, familiam, prolem. *De terra viuentium*, hominum, qui hac in vita degunt. De hoc mundo, in quo degitur hæc mortalis vita: quoniam te tuóſque omnes interficiet. Vel de futura vita, de cœlo, vbi eſt terra verè viuentium. Etiam hîc *sela*, ô iuſtum Dei iudicium. A

7 *Videbunt*, exitium tuum ô Doeg, & timebunt Deum, eum venerabuntur, reuerebuntur. Nam timere hîc non de timore ſeruili, ſed de filiali reuerentia. In Hebr. autem eſt elegans Paronomaſia, inter verba, quæ vtcumque hîc cernitur, *Videbunt, timebunt, ridebunt*. *Super eum*, eius ſupplicio & vltione lætabũtur *a*, iudicia Dei comprobando, tamquam iuſtarum vltionum ſpectacula & exempla, vt cæteri erudiantur, & diſcãt pietatem atque virtutem. *Ecce*, *δειϰτιϰῶς*, quaſi Doeg digito commonſtrans. *Homo*. In fonte eſt Ironia Gallicè, *voila le braue*. Nam גבר *Gheber* non ſonat hominem quemlibet, ſed præcellentem aliis, vel virtute, vel potentia. *Adiutorium*, fortitudinem propriè. B

a vt Pſa. 58. verſ. 11.

8 *Præualuit*, roborauit ſe in prauitate ſua propriè. Nixus eſt in ſua improbitate, dum octoginta quinque Sacerdotes, & totam eorum ciuitatem trucidauit, carnificis officio apud Saulem functus. Chald. *fortis factus es in pecunia tua*, vt Septuag. *In vanitate*, in vanis & fluxis opibus. Solet enim Dauid more Prophetarum eadem repetere. Sic R. Saadias pro opibus accepit à verbo הוה, *Hawa, fuit*, vt Græcè *ὄντα*, Latinè, olim. *Habentia*, apud Nonium è Claudio Quadrigario, *Animos* (inquit) *eorum habentia inflaret*. הוה *Hauua* tamen aliis locis prauitatem propriè ſignificat. C

9 *Ego autem*, ero ſupple, vel verſabor, ſicut oliua virens. *in Domo Dei*, in qua Deus colitur, & è qua nũc exulo. Eſt autem Antitheſis, Periit Doëg, ego autem ſupereroSaüli, & regnabo. Sic *b*. *Vade & reuertere in Aegyptum, Mortui enim ſunt, qui quærebant animam tuam*. *Fructifera*, virens propriè vel frondoſa. Sed plus eſt *Fructifera*. Nam iuſti non ſolùm ſempiternis foliis virent, ſed etiam *fructum faciunt in tempore ſuo c*. D

b Exod. 4. ver. 19.

c Pſal. 1. v. 3.

10 *Quia feciſti*. hanc rem, hanc vindictam inſignem, iudicium meum ex Doëg. *Expectabo nomen tuum*, te, tuum auxilium, vim, virtutem, efficaciam tui nominis. Etiamſi



A etiamſi differas opem, ſperabo in nomine tuo, in te, in tua gratia, miſericordia, auxilio, quoniam id ſalutare eſt apud Sanctos: quoniam id bonum & vtile eſt coram Sanctis tuis, & ex eorum ſententia atque iudicio. *Quoniam bonum eſt*. Refertur ad totum cõplexum. Quoniam bonum eſt expectare nomen tuum. Alij ad nomen, Quoniã bonum eſt nomẽ tuum *a*. *In conſpectu*, quoniam piis eſt dulce, *Aug*. cum impiis, & iis qui non guſtarunt nomen tuum, ſit ludibrio, proptereàque amarum.

a vt ſeq. Pſ. verſ. 7.

---

B

## ARGVMENTVM.

*Impiorum infinitum eſſe numerum. Quare optat aduentum Chriſti, qui ab illis bonos ſeruet.*

## 1 In finem, pro Maeleth intelligentia Dauid. LII. Hebr. 53.

C

DIxit inſipiens in corde ſuo: non eſt
Deus.
3 Corrúpti ſunt, & abomínábiles
facti ſunt in iniquitátibus: non eſt
qui fáciat bonum.
4 Deus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hôminum: vt vídeat, ſi eſt intélligens, aut requîrens
Deum. D
5 Omnes declinauêrũt, ſimul inútiles facti ſunt:
non eſt qui fáciat bonum, non eſt vſque ad vnum.
6 Nónne ſcient omnes, qui operântur iniquitâtem: qui déuorant plebem meam, vt cibum
panis?
7 Deum non inuocauêrunt: illic trepidauêrunt
timôre, vbi non erat timor.
8 Quóniam Deus diſſipâuit oſſa eórum, qui hominibus placẽt: confûſi ſunt, quóniam Deus ſpre-

uit eos. A

9 Quis dabit ex Siõn ſalutâre Iſraël? cùm conuerterit Deus captiuitâtẽ plebis ſuę: exultâbit Iacob, & lætâbitur Iſraël.

---

2 Concurrit cum decimo tertio ſuprà. At illic loquebatur de corrupto ſui temporis mundo, hîc dē eodem corrupto ſub Chriſti tempora. Vnde de Gog & Magog (Sarracenis & Turcis) Hebræi intelligunt. *In corde ſuo*. Nam ſcelus Atheïſmi eſt turpius, quàm vt quis palàm illud audeat profiteri, niſi Reſp. planè ſit perdita. Hinc Athenienſes Protagoram, Theodorum, Diagoram, &c. propter ſolam ſuſpicionem ſuſtulerunt, &c. B

*Peccatum Adæ corruptionis cauſſa.*

3 *Corrupti ſunt*, Aliqui de homine corrupto per peccatum Adæ, vt enumeret præcipuos effectus peccati originarij. Nam à lapſu Adæ omnes ad impietatem deſciuerunt.

*Duæ Dei proſpicientis mundo filiæ Iuſtitia & miſericordia.*

4 *Deus*, à pſal. 13. diſcrepat, quod hîc *Deus*, id eſt, אלהים *Elohim*, illic *Dominus*; id eſt, יהוה *Adonai* ſiue nomen ineffabile, quòd Deus proſpiciat nunc vt iudex, & vltor: nunc vt clemens & miſericors. Sic infra *a Deum*, cùm pſ. 13. *Dominum*. Sic etiam infra *b Deus* cum illic *Dominus*. Duæ enim ſunt rationes & modi prouidentiæ, quaſi Dei mundo proſpicientis filiæ, Iuſtitia & miſericordia. *E cælo* tamquam è ſpecula. *Si eſt intelligens*, an ſit qui ſapiat, vel curet Deũ. *Si*, interrogat Græcè & Hebraicè. C

a *verſ. 7.*
b *verſ. 9.*

5 *Omnes declinauerunt*. Et vidit cunctos declinauiſſe à ſuo officio, nec eſſe vnum qui ſuæ vocationi reſpõdeat, vt proinde erumpat in voces ſequentis verſus.

6 *Nónne ſcient*, nónne ſapient. Vel eſt Apoſiopeſis. Nónne ſcient Deum eſſe, ex ipſius tam euidẽtibus iudiciis. *Plebem meam*, meos populares, vel populum mihi ſubditum *c*: vt pronomen referat Dauidem, non Deum. Si Deum, Deum Dauid inducet ex abrupto loquentem per πάθος *d*, atque plebem ſuam appellantem pauperes *e*, de quibus violatis ſimiliter Scriptura conqueritur his verbis *f*. *Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit, vos autem exhonoraſtis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos?* D

c *ſicut pſal. 58. verſ. 12.*
d *vt pſal. 94. verſ. 11.*
e *vt Ex. 22. verſ. 24.*
f *Iac. 2. v. 6.*

7 *Deum*



A 7 *Deum non inuocauerunt*. Reuertitur ad ſuam narrationem de corrupto hominum ſtatu, ſi duo præcedentes verſus interpoſiti ſint per Mimeſim Dei loquentis. Sin minus, continuabit. *Vbi non erat timor*, vbi nulla erat timendi cauſa, & occaſio, fugientes nemine perſequẽte. Metonym. effectus pro cauſa. Quod refert ad mentis perturbationem, & conſcientiam *a*. Alij, vbi viderint Deum de impiis ſupplicium ſumere, trepidabunt timore, cui nullus vmquam ſimilis. Hæc autem addita ſunt præter Pſalmum 13. cum toto ſequenti verſu.

*a vt Leu. 26. verſ. 17.*

B 8 *Quoniam*. Ratio ſuperioris hemiſtichij. Illic trepidauerunt timore panico, & diuinitus immiſſo. Quare? quia illorum vires Deus diſiecit. Sequens hemiſtichiũ continet eandem ſententiam. *Oſſa*, potentiam, robur. Præterita autem pro futuris, diſſipabit, confundentur. *Qui hominibus placent*. i. carnalibus, qui in gratiã hominũ & carnalium Dei metũ deſerunt, religionẽ diſſimulãt, perſequuntur, &c. Homines hic ſumuntur in malũ pro vanis, carnalibus, mundanis, vt apud Paulum *b*, *An quæro hominibus placere? Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Homo enim ſuaptè natura, & niſi ducatur Spiritu ſancto, quid aliud quã vanitas, &, vt loquitur Scriptura, *caro, & ſanguis*? In fonte eſt elegans apoſtrophe ad populũ, vel Chriſtum. *Diſſipauit oſſa obſidentium, atque oppugnantiũ te, ô popule mi*: de quo ſupra *c*, vel potius ô Chriſte. Vnde quod ſequitur, confudiſti (eos) ſpe ſua eos deiecisti, quoniam Deus auerſatus eſt illos, ad Chriſtum per apoſtrophen, R. Kimhi reſtringit. Si etiam ad populum, confudiſti, ô popule mi, eos, eorum ſpem, qui te deuorare cupiebant, & expugnare, fruſtratus es, quoniam Deus eos eſt auerſatus, ac illorum conatus à te depulit. C

*b 1. Cor. 3. 3. & Gal. 1. 10*
*1. Cor. 15. 50*
*c Verſ. 6.*

9 *Quis dabit ex Sion*. Vtinam det Dominus. Vaticinatio de Chriſto dando ex Sion. *Cùm conuerterit*, cùm liberarit populum ſuum à captiuitate. *Captiuitatem*, à peccato, morte, & vinculis Satanæ. D

---

ARGVMENTVM.

*Deum contra aduerſarios implorat. Seſe eius laudes, poſt liberationem, prædicaturum.*

1 In fin

1 In finem, in carminibus intellectus Dauid, A
cùm veniſſent Ziphei, & dixiſſent ad Saul, Nónne
Dauid abſconditus eſt apud nos? 1. Reg. 23. c. 19.
26. a. 1. L I I I. Hebr. 54.

DEus in nómine tuo ſaluum me fac:
& in virtúte tua iúdica me.
3 Deus exaúdi oratiónem meam:
áuribus pércipe verba oris mei.
4 Quóniam aliéni inſurrexérunt B
aduérſum me: & fortes quæſiérunt ánimã meam:
& non propoſuérunt Deum ante conſpéctum
ſuum.
5 Ecce enim Deus ádiuuat me: & Dóminus ſu
ſcéptor eſt ánimæ meæ.
6 Auérte mala inimícis meis: & in veritáte tua
diſpérde illos.
7 Voluntáriè ſacrificabo tibi: & confitébor C
nómini tuo Dómine, quóniam bonum eſt.
8 Quóniam ex omni tribulatióne eripuiſti me:
& ſuper inimícos meos deſpéxit óculus meus.

---

2 *In tuo nomine.* Per, vel propter tuum nomen, tuo nomine, tua cauſa, propter te, ſic quod ſequitur: *In virtute tua*, propter tuam potentiam, quia potes, vel vt ſit ablatiuus non cauſæ, ſed modi, vel inſtrumenti, per tuas vires, & robur vlſciſcere, & defende me. Alij, patrocinare D
mihi tuis viribus. Pſalterium Romanum, *Libera me.*

4 *Alieni.* Extranei, alienigenæ. Sic appellat Ziphæos, vel vniuerſum exercitũ Saulis, quaſi barbaros, & hoſtes *a*. etiam ſi eſſent de ſua gẽte. Aliqui tamen gentiles miniſtros, quorũ præſidiis Saul ſtiparetur, intelligunt, quaſi plus eis, quàm popularibus fideret. *Fortes*, violẽti, ſæui inſidiantur vitæ meæ. Saul, & eius Satrapæ, *Deum*, Dei metum ante oculos ſibi non propoſuerũt. Nullam Dei rationem, & ſenſum habuerunt. *Sela*, ô indignitatem, ô rem luctuoſam, & lachrymabilem.

*a Eſa. 1. 7.*

5 ſuſcep



A 5 *Suſceptor.* Tutor, adiutor, & defenſor. Optimè expreſſerunt. Hebraiſmum: *Tu es in ſuſtentantibus animam meam, ſiue fulcientibus*, vel potius, *Tu es in ſuſtentatoribus.* Nã participium conſtructum ad nominum inſtar, in nomen degenerat. Quomodo ſæpè Scriptura loquitur *a*, vt: *Moſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel in inuocatoribus nominis eius b, & ne eſto in fideiuſſoribus c, & ne eſto in vini potoribus.* Hunc fortaſſe ſenſum Plautus in prologo Caſinæ. *Qui eſtis in ſenioribus*, id eſt, qui eſtis ſeniores. Neque enim hæc formula tam ſignificat Deum inter eos, qui ſuſtentant, quaſi aliqui alij ſuſtentent, quàm
B eſſe ſuſtentatorem ſimpliciter. *Animæ*, vitæ per Metonymiam.

*a Pſal. 98. 6.*
*b Pro. 22. 26*
*c Pro. 23. 20*

6 *Auerte.* Redde, repende mala, quæ mihi machinantur. Retorque mala mihi fruſtra, in inimicos meos. q. à me verte mala in inimicos meos. Nam non temerè Septuaginta vſi ſunt hoc compoſito ἀπόστρεψον, vt attigit Theod. pro ἀπ' ἐμοῦ στρέψον. Hinc Heb. *Redire faciat* per Enallagen. perſonæ. i. retorque à me, & regere in illos. *In veritate tua*, per tuum verum promiſſum, per tuorum dictorum fidem, & veritatem. *diſperde*, exſcinde propriè.

C 7 *Voluntariè.* Animo voluntario, vltrò, ſpontaneè, libenter. Vel vltra debitum, ſpontanea oblatione, quæ pertinebat ad gratiarum actionem, & erat ſpecies ſacrificij pacifici, נדבה *Nedaba d*, Sacrificium ſupererogationis, hodie loquimur, oblationem ſpõtaneam, & voluntariam ſacrificabo tibi. Non tantum offeram, quæ mihi iniunxiſti, & ad quæ me obligaſti, verum etiam addam multa ſpontè, & liberè. Vox Hebræa hæc ſonat *e*: Quod imitabantur Pagani, vt apud Virg. *f Communémque vocate Deum, & date vina volentes. & g Volens vos Turnus adoro. Confitebor*, profitebor, palàm, & publicè
D celebrabo nomen tuũ, id eſt, te. (Sic de Deo loquuntur per circumlocutionem, honoris cauſa) quoniam id bonum eſt, & ſalutare. Scilicet confiteri, & laudare. Alij ſubtiliùs referunt ad nomen, quia nomen tuum eſt bonum. i. quia tu es bonus.

*d Leuit. 7. 16*
*e Leui. 7. 12.*
*f 8. Aeneid.*
*g & 10.*

8 *Quoniam ex omni.* Sub. לאמור *leemor, dicendo*, Eſt enim mimeſis. Confitebor te dicendo, *Quoniam* (quod) *ex omni tribulatione, &c.* Sine mimeſi, *quoniam* erit cauſalis, quòd eo quòd me ex omni tribulatione eripueris, & deſpexeris, &c. *Deſpexit*, reſpexit quicquid optabam. Nam Saul ab obſidendo Dauide deſtitit coactus exer-

citum

citum in Philiſtæos ducere, qui irruperant in terram A
Iſraël *a*, Chaldæus ſubaudit vindictam, quam expectabam. *cum voluptate*, inquit, *videri vltionem inimicorum.* Eſt enim Apoſiopeſis. è R. Kimhi. Vel more Hebraico præpoſitio. *ſuper*, Latinè redundabit. Omnes inimicos contempſi, eos minimè deinceps metuam, tua fretus gratia. Licet lætari Dei iudiciis zelo iuſtitiæ, non amore vindictæ.

*a* 1. Re. 23. ver. 22. 23.

---

ARGVMENTVM. B

*Deum, vt ſe à falſis ſimulatiſque amicis ſeruet, eóſque puniat obteſtatur. Chriſto congruit.*

## 1 In finem, in carminibus intellectus Dauid. LIIII. Heb. 55.

EXaûdi Deus oratiônem meam, &
ne deſpéxeris deprecatiônẽ meam:
intênde mihi, & exâudi me.
3 Contriſtâtus ſum in exercita- C
tiône mea: & cõturbâtus ſum à vo-
ce inimîci, & à tribulatiône peccatôris.
4 Quóniam declinauêrunt in me iniquitâtes, &
in ira molêſti erant mihi.
5 Cor meum conturbâtum eſt in me: & formî-
do mortis cécidit ſuper me.
6 Timor, & tremor venêrunt ſuper me: & con-
texêrunt me ténebræ. D
7 Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut colûm-
bæ: & volâbo, & requiêſcam.
8 Ecce elongâui fúgiens: & manſi in ſolitú-
dine.
9 Expectâbam eum, qui ſaluum me fecit: à pu-
ſillanimitâte ſpíritus, & tempeſtâte.

10 Præ



A 10 Præcípita Dómine, & díuide linguas eô-
rum: quóniam vidi iniquitâtem, & contradictiô-
nem in ciuitâte.
11 Die ac nocte circúmdabit eam ſuper muros
eius iníquitas: & labor in médio eius, & iniu-
ſtítia.
12 Et non defêcit de platêis eius: vſura, &
dolus.
13 Quóniam ſi inimîcus meus maledixîſſet
mihi: ſuſtinuîſſem vtique.
B 14 Et ſi is, qui óderat me, ſuper me magna
locûtus fuiſſet: abſcondîſſem me fórſitan ab
eo.
15 Tu verò homo vnânimis: dux meus, & no-
tus meus.
16 Qui ſimul mecum dulces capiêbas cibos: in
domo Dei ambuláuimus cum conſênſu.
17 Véniat mors ſuper illos: & deſcêndant in
inférnum viuêntes.
C 18 Quóniam nequítiæ in habitáculis eôrum:
in mêdio eôrum.
19 Ego autem ad Deum clamâui: & Dóminus
ſaluâbit me.
20 Véſpere, & manè, & merídie, narrâbo, &
annunciâbo: & exâudiet vocem meam.
21 Rédimet in pace ánimam meam ab his, qui
appropinquant mihi: quóniam inter multos erant
mecum.
D 22 Exáudiet Deus, & humiliâbit illos: qui eſt
ante ſæcula.
23 Non enim eſt illis commutátio, & non ti-
muêrunt Deum: extêndit manum ſuam in retri-
buêndo.
24 Contaminauêrunt teſtamêntum eius: diuîſi
ſunt ab ira vult⁹ eius: & appropinquâuit cor illîus.

25 Mollîti

25 Mollîti ſunt ſermônes eius ſuper óleum: & ipſi ſunt iácula. A

26 Iacta ſuper Dóminum curam tuam, & ipſe te enútriet, non dabit in ętêrnum fluctuatiônẽ iuſto.

27 Tu verò Deus dedûces eos: in púteum intéritus.

28 Viri ſánguinum & dolôſi non dimidiâbunt dies ſuos: ego autem ſperâbo in te Dómine.

---

B

2 *Et ne deſpexeris*, ne abſcondas te à prece mea propriè.
3 *Contriſtatus ſum.* Hebr. *vociferatus ſum*, eiulaui in loquela vel prece mea. In precationibus ſæpè diſtrahimur mœroribus & curis. Omnia, quæ illic ferè ſunt futura, pro præſentibus, Septuaginta exponunt in præterito. *In exercitatione*, in oratione mea, & muſſitatione, ἐν ἀδολεσχίᾳ, in meditatione mea, in exercitio meo, & occupatione, in precatione, in qua meditor plurima & maxima pericula. Preces ſunt piorum exercitatio. Nam ἀδολεσχεῖν, apud ſacros ſolet ſumi pro contemplari, aſſiduè ſe exercere, meditari, teſte Euthymio, cùm apud C
a Pſal.118. profanos, *nugari*, ſignificet, vt infra *a*, *In mandatis tuis* ἀδολεσχήσω, *exercebor*, aſſiduè me occupabo. Quin & olim apud profanos in bonam partẽ accipiebatur, vt μετεωρολογεῖν, licet poſtea in loquacitatis, & vanitatis notationẽ venerit. Sic vox Heb. שוח *ſchauah*, meditari, loqui apud ſe, precari. Vel, in calamitate mea, qua me exerces & probas. Calamitates ſunt piorum exercitia & probationes. *A voce*, propter vocem, & propter tribulationem peccatoris.
4 *Declinauerunt*, actiuè, vt alibi ſuprà. Nam *iniquitates* D
accuſatiui caſus. Quoniam impoſuerunt mihi iniqua, inclinarunt in me, ſuper me, & q. in meos humeros crimina falſa & ficta deuoluerunt. *Et in ira*, cum magna ira, & indignatione aduerſabãtur mihi, odio habuerũt me.
5 *Conturbatum*, cruciatum eſt, quaſi torminibus mulierum, propriè in medio mei, vt cor trepidet, & contremiſcat, *formido*, terrores, propriè.
6 *Tenebræ* Symbolum maximarum calamitatũ. Hebr. horror, tremor cooperuit me.

7 *Quis*



A 7 *Quis dabit.* Hebraicus modus optandi: Vtinam haberem pennas inſtar columbæ, (Nam *columbæ* eſt genitiui caſus.) vt volarem in tutum, & procul ab hoſtibus meis. Columbę alas expetit, vel quod leuiores ſint, & expeditiores ad volandum, vel quod Spiritum S. adũbrẽt, cuius vnius auxilio omnia pericula effugimus.
8 *Ecce elongaui fugiens.* Dixi, ecce abeo in exilium, & in ſolitudinem fugio, vbi pernoctem. i. diu permaneam, *Selá*, ô improbitatem. Hi duo verſus debent intelligi, συνημμένως. Ecce procul diſcederem, & manerem in locis deſertis: expectarem eum, qui ſaluũ me hactenus fecit.
B 9 *A puſillanimitate ſpiritus*, ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, ab animi anguſtia, mœrore, deiectione. Heb. *à ſpiritu vehementi*, *vel rapido*, vt quidam hodie interpretantur, à vento vehementius tumultuante, quàm tempeſtas. Nam non occurrit alibi: vnde Rabbini monent eſſe exponendũ pro commoditate ſententiæ. Quid ſi igitur commoda ſit ſententia veterum, à ſpiritu puſilanimi & paruo: & ſpiritus non ventũ ſignificet, ſed animũ, vt ſæpè alibi?
10 *Præcipita*, perde. Heb. *abſorbe.* καταπόντισον, demerge. *Et diuide*, ne ſint in eadem ſententia. Hoc modo fregit conſilium Achitophel *a*, Diſſeca ſententias, & diſſol- a 2.Reg.17. 2.3.4.
C ue conſilium, & animorum concordiam, vt in varias ſententias diſſipentur. Alludit ad confuſionem, quæ in turri Babylonica diuinitus cõtigit. *Contradictionem*, contentionem, diſcordiam in vrbe Hieruſalem, rixas, factionem. Vidi in vrbe omnia licere, ſcelerum magnam eſſe impunitatem. Notat corruptelam ſui ſæculi, eámque Poëticè depingit ſeq. Verſ.
11 *Die ac nocte circumdabit.* Per muros eius die noctéque iniquitas vrbem obſidet, ne poſſit elabi. Sic repleta eſt iniquitate & violentia, vt eis cincta, & circundata videatur. *Labor*, Actiuè, quo vexant probos, eſt in media vrbe, dolor in foro, & in commerciis fraus, totam vr-
D bem occupant, vt nulla platea ſit à fraudibus & impoſturis libera.
12 *Defecit*, non diſcedit vſura ſiue fraus, & dolus.
13 *Quoniam ſi inimicus.* Septuaginta ſecuti ſunt hîc ſenſum, vt clarior eſſet oratio, & communi loquendi conſuetudini propior. Queritur enim clandeſtinis cõſiliis, amicitiæ prætextu, ſe fuiſſe obrutum. Hebr. *Non inimicus exprobraſſet mihi, & ſuſtinuiſſem.* Sic ferè Geometræ veteres loquebantur. Et Cicer. de Fato, & Topicis, *Non*

 *fatum*

*fatum eſt, & omnia ſiunt caſu*, id eſt, Si fatum eſt, non omnia ſiunt caſu. Vel לא *lo*, acceperunt pro לו *lu*, ſi. Idem iudicium ſequentis verſus. *Inimicus*, ſingularis cuiuſdã inimici perfidiam exaggerat. Quem putant eſſe Achitophelem Iudæ typum *a*. A

*a* 2. Reg. 15. 31.

14 *Super me*, contra me magna conuitia, & proba iactaſſet. *Magna*, enim in malam partem intelligitur.

15 V*nanimis*, vnius mecum animi, & quondam dilectiſſime. Apoſtrophe ad Achitophel, & alios proditores. Hebr. כערכי *keberki*. vnius mecum exiſtimationis, & dignitatis, vel ordinis, qui dignitate mihi eras ſimilis, quem habebam eodem mecũ loco & ordine. Te enim tanti faciebam. *Dux meus*, me maior, & quaſi princeps meus, quem habebam pro duce & principe, quẽ in ducem mei regni elegeram, quem ad dignitatem ducis, & ſummi præfecti euexeram. Erat enim Achitophel dux, princeps, & è magnatibus Iudæorum. Quia autem carus erat Dauidi, ideo dux Dauidis dicitur, vel Dauid eum ducem fecerat. *Ita dux meus*. i. à me factus. אלוף, *Alluph*, etiam doctorem deſignat, Hinc Chal, *præceptor meus*, qui me docuiſti & intelligere feciſti ſapientiam. *Notus*, ſocius, amicus, familiaris. In Heb. alluſio eſt ad nomen proditoris Iudæ, מידעי *Meiudahi*. B

16 *cibos*. Heb. conſilium. Sed prouerbio, de communione cibi, menſæ, & ſalis. Septuaginta vti voluerunt, vel Synæreſin Poëticam eſſe putarunt, סוד, *Sod*, pro סעוד *Seod*, cibus, conuiuiũ. Hinc Chaldæi & Syri paſſim Gutturales per hanc figuram abſorbent, quaſi ſint de Vocalium genere, q. d. qui arcana ſuauiter inter nos communione vtebamur magna familiaritate. *In domo Dei*, qui in templum ventitabamus coniunctim & familiariter, ſiue in ſocietate. i. ſimul, vel in turba. i. cum magna frequentia & comitatu, vt ſolent magnates. q. d. quem non ſolùm habebam amicum in politicis, ſed etiam in religione, qui non modo mihi erat ſocius politiæ, verum etiam religionis. רגש *Reghes*, & turbam, tumultum, & congregationem, ſocietatem ſignificat. C D

17 V*eniat mors ſuper*. Alludit ad exitium Choræ, Dathan, & Abirõ, quos viuos terra abſorpſit *b*, propter ipſorum contra Moſem & Aaron conſpirationem. *Veniat*, ſe explicarunt ab obſcuritate fontis ישי *Iashi*, mutuet mors ſuper eos. Gall. *Que la mort emprunte ſur eux*. Alij cõdemnet mors eos, alij decipiat, obruat. à נשא *Nasha*.

*b* Num. 16. 31. 32.





A 18 *In habitaculis*, vel in ſocietate. *In medio eorũ*, inter eos.

20 *Veſpere, mane, & meridie*. Alludit ad tres ſtatas & ſolennes precationis Iudæorum horas, quæ & dicũtur ſacrificium veſpertinum, matutinum, & pomeridianum, quod appellant. מנחה *Minhá*: *Indicans* (inquit Enthymius) *fixa tempora trium magnarum Synaxewn ſiue Collectarum Chriſtianarum*. i. matutinum, veſpertinum, & Liturgiam (Sic Miſſæ ſacrificium Græci vocant, quod inter duas præcipuas preces matutinas & veſpertinas perpetuo celebratum fuit.) Ex quo Apoſtoli inſtituiſſe leguntur, vt ter in die oratio dominica funderetur, apud Clementem *a*. quot vicibus in die flectebat Daniel genua ſua, & adorabat, confitens coram Deo ſuo *b*. *Narrabo*, orabo, vt Heb. Narrabo & annunciabo, ſiue prædicabo tuas laudes, & meas neceſſitates, ac miſerias. Eſt enim Apoſiopeſis.

*Stata tria Synaxeon Chriſtianorum tẽpora.*

B

*a constitutionum Apoſtolicarum lib. 7. c. 25.*
*b Dan. 6. 10.*

21 *In pace*, aſſeret in pacem & proſperitatem, in pacificum & ſecurum ſtatũ vindicabit. *Qui appropinquant*, qui me aggrediuntur, & inuadunt. Appropinquare Heb. eſt confligere, colluctari, bellum cominus gerere. *Mihi*, cõtra me, &c. *Quoniã ipſi inter multos erant mecũ*. i. contra me. Nam verba bellandi etiam Hebraicè conſtruuntur cum præpoſit. עם *him*, hoc in ſenſu. Sic Latinè, pugnare cũ aliquo. *Inter multos*, hoſtes, cũ multis, in multorum medio, & comitatu erant contrà me. Quia cum multis me oppugnabant. Quia multos ſibi adiungebant, vt me faciliùs & crudeliùs adorirentur. Quia inter multos, in medio multorũ, ſtipati multis, plurimíſque aſſumptis, contra me erant. R. Kimhi etiã hanc interpretationem affert de protectoribus Angelis *c*, *Quoniam multi* (Angeli) *erant mecum, mihi aderant ad me tuendũ*, vt propoſitio ב *be*, quam verterunt, *Inter*, redundet. Idem cenſet Hieronymus, ſed in malam partem. Quoniam multi erant contra me. Kimhi interpretatio etiam retineri poteſt præpoſitione non redundante. *Inter multos* (hoſtes) (Angeli) *erant mecum, mihi aſsiſtebant, me protegebant*.

C

*c vt 4. Reg. 6. 17.*
*Angeli protectores.*

D 22 *Qui eſt ante ſæcula*. Rectè. Nam Hebr. *qui habitat antiquitatem, vel æternitatem*, qui eſt æternus, qui ſedet (in) antiquitate, qui inſidet vel præſidet æternitati. Chald. *qui (ab) initio habitat cœlos*. Hæc enim ſubaudit. *Sela*. hîc. Ex quo colligo rectè finem verſus hîc à noſtris conſtitutũ, malè à Maſoretis medium. Quoniã hæc nota, ſiue

aſſeuerandi,ſiue modulandi,finibus verſuum dumtaxat eſt accommodata,vt ex aliis locis apparet. A

23 *Commutatio*,conuerſio morum in melius. Nolunt reſipiſcere & emendari. Quia manent in violẽtia ſua,nec mutãt ſuũ viuẽdi genus. Chald. *peccatores non mutantur à viis ſuis prauis,neque timent conſpectum Dei. Extendit*.Confuſio Numerorum Poëtica Extẽdit,ſiue mittit impius manum ſuam ad retribuendum malum. *In retribuendo*.In tribuenda iniuria ad vlciſcendum ſe,In malum enim ſumitur. Hebræa etiã patiuntur recentiorum verſionẽ. In pacificos ſuos,in ſtudioſos pacis,in eos qui cum eo erant pacati, mittit manum. B

24 *Contaminauerunt*,profanarunt,violarunt. *Diuiſi ſunt*, à Deo irato ſe ſepararunt,& diſtraxerunt.Irã vultus, vel oris Dei neglexerunt: Iratus eſſet,nécne,non curarunt. Maſoretæ ſatis incõmodè notarunt, מחמאות *mahamoth*, & וקרב *vkroub*. Nam ſecutis interpretibus crearunt difficultates,quas ſine eclipſibus & aliis figuris non concoquerent. *Lenia ſunt* ( præ) *butyris os eius* ) ( i. ora eius ) *& bellum cor eius* ( gerit ſ. ) Septuaginta multò ſimpliciùs חמה *hamah* à יחם *iaham*, *ira*, Aleph interpoſito per Epentheſin, vel protractionẽ, vt ſæpè alias. *Et appropinquauit cor illius*, ei ſcilicet i. Deo. Enallage numeri *Illius* C pro *Illorum*,ſic mox, *Eius* pro *Eorum*. Et bellum geſſit cor
a Verſ. 21. illorum,conflixit,repugnauit, rebellauit Deo. Propinquandi verbum ſic ſumebatur *a*.

25 *Super oleum*,pluſquàm oleum, quod blandum eſt & molle. Vtitur verbis oleo mollioribus ad homines ineſcandos,& fallendos, cùm ipſi ſermones ſint ſpiculis nocentiores & pernicioſiores, vulnerent vt lanceæ, iacula,gladij.

26 *Curam tuam*. Optimè repræſentarunt Hebræa, Onus tuum,põdus tuum,tua negotia,tuas neceſſitates & moleſtias proiice,repone ſuper Deum. Deo cõmitte, conquieſce in ipſius prouidentia. Pſalt. Romanum, *cogita-* D
b 1.Pet.5.7. *tum tuum*. Sic Petrus *b*. *Omnem veſtram ſollicitudinem proiicientes in Deum,quoniam ipſi cura eſt de vobis*. Seipſum autem alloquitur & conſolatur. Etſi ferè malint eſſe Apoſtrophen ad quẽlibet pium. *Fluctuationem*, nutationem, vexationem. Non patietur vmquam, vt iuſtus malis obruatur.

c Apo.9.2. 27 *In puteum interitus*,in perditionis foueam, in Gehennam,Rabbini in perpetuum exitium *c*.





A 28 *Non dimidiabunt*,non perducent ad dimidium ſuæ ætatis,neque metam: immatura & imparata morte præripientur,longè ante tempus naturæ ipſorum conſentaneum,nondum ad ætatis mediũ prouecti,interibunt, neque peruenient ad dimidium dierum ſuorum. Dimidium vitæ,quod ſperant,non attingent *a*. Sic Saul an- a 1.Re.31.7.
te tempus ſublatus eſt proprio cadens gladio cum ſeruis,& liberis ſuper montibus Gelboe *b*. Sic Abſalon in b 2.Reg.18. 9.10.
acie ſuiſmet crinibus ſuſpenſus *c*. Sic Achitophel ſibimet laqueo vitam corripiens. Dauid contrà, Abraham, c 2.Reg.7. 23.
Patriarchæ,Prophetæ,& ſancti in multam ſenectutem B vixerunt,& prorſus compleuerunt dies vitæ ſuæ placidè morientes. Ita ferè fit. Rara enim & extraordinaria iudicia Scriptura prouidentiæ Dei committit, non opponit.

## ARGVMENTVM.

*A Deo petit promiſſionibus eius fretus,vt ſibi contra tot hoſtes ſubueniat,ſeſe eum poſtea celebraturum.*

1 In finem,pro populo,qui à ſanctis C longè factus eſt,Dauid in tituli inſcriptione, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth. 1. Reg. *21.d.12*. LV. Heb. *56*.

MIſerêre mei Deus,quóniã conculcâuit me homo: tota die impùgnans tribulâuit me.
D 3 Conculcauêrunt me inimîci mei tota die: quóniam multi bellántes aduêrſum me.
4 Ab altitúdine diêi timêbo: ego verò in te ſperâbo.
5 In Deo laudâbo ſermônes meos, in Deo ſperâui: non timêbo,quid fáciat mihi caro.
6 Tota die verba mea execrabântur: aduêrſum

me omnes cogitatiônes eôrum, in malum. A
7 Inhabitâbunt, & abſcôndent: ipſi calcâneum
meum obſeruâbunt.
8 Sicut ſuſtinuêrunt ánimam meam, pro nihllo
ſaluos fácies illos? in ira pópulos confrínges.
9 Deus, vitam meam annunciâui tibi: poſuîſti
láchrymas meas in conſpêctu tuo.
10 Sicut & in promiſſiône tua: tunc conuertên-
tur inimîci mei retrôrſum.
11 In quacûmque die inuocáuero te: ecce cognô- B
ui quóniam Deus meus es.
12 In Deo laudâbo verbum, in Dómino laudâ-
bo ſermônem: in Deo ſperâui, non timêbo, quid
fáciat mihi homo.
13 In me ſunt Deus vota tua: quæ reddam, lau-
datiónes tibi.
14 Quóniam eripuîſti ánimam meam de morte,
& pedes meos de lapſu: vt pláceam coram Deo C
in lúmine viuéntium.

---

2 *Conculcauit*, oppreſſit, abſorbuit me, anhelauit in me.
a *verſ.3.* Quæ omnia eodem recidunt. Sic infra *a. Homo*, Achis &
b *2. Reg. 21. 11. 12.* eius aulici *b*. Singulare pro plurali.
3 *Bellantes*. ſunt ſup.
4 *Ab altitudine diei*, ab altis & ſummis periculis, propter profundas calamitates, quæ quotidie oriũtur, propter mea periculoſa tempora, timebo quidẽ: verùm in te confidam, & in tuo auxilio. Non poſſum non timere periculoſis temporibus: nã homo ſum, & à me nihil D humani alienum puto: at in te ſperare non deſinã. Interrogatio aliorum, Hebraïco contextui non quadrat. An ab altitudine diei timebo? nequaquã: verũ in te ſpe-
c *Pſal. 4. v. 6.* rabo. Eſt enim hypothetica enunciatio huius linguæ, de qua ſupra *c*, pro hac Latina, Si ab altitudine diei timeam, ego in te ſperabo. מרום *Marom* Maſoretæ aliter ſignant, & diſtinguunt per Camets & Soph paſuc: O altitudo, ô Deus qui in altis habitas, die (quo) time-
bo in



A bo in te, confidã. Septuaginta legunt ממרום *merom* vbi מ eſt *a* vel *ab* per tſeri, & inde aſpicantur verſum ſenſu non minus recto.

5 *In Deo*, Dei ope, fauore & gratia. Nam בהעזר *Beth habézer*, id eſt, *In*, eſt præpoſitio auxilij, Deo auxiliante *laudabo ſermones meos* (paſſiuè, ad me) promiſſiones meas, id eſt, mihi factas, vt infra *a*, vota tua, id eſt, tibi facta, a *ver. 13.*
quare abſolutè enunciatur infra *b*. *In Deo laudabo ver-* b *ver. 12.*
*bum* (promiſſum) *in Domino laudabo ſermonem* (pollicitationem) Vnde Hebr. *ſermones eius*, promiſſa eius, Dei, & per metalepſim, promiſſionum eius præſtationem ce-
B lebrabo. *In Deo*, poſſit etiam retineri in vulgato ſenſu. In ipſo Deo laudabo promiſſorum, ſermonum & dictorum præſtationem. Septuaginta potuerunt legere per Iod דברי *Deuari*, non per Vau, דברו *Deuaro*, *verbum eius* (promiſſum, vel rem eius, i. quicquid fecerit) vt accipiatur דבר *Dauar* tranſcendenter pro re. In Deo laudabo res meas, quicquid mihi acciderit, laudabo, velut de manu Domini acceptum. Vel ſi retineatur vocabuli notio, Deo opitulante laudabo meos de eo, & eius gratia, & beneficiis ſermones, Pſalmos, ſcripta. Sed ſimplicius vt ſuprà, ſermones meos. i, mihi factos, q. d. Etiam ſi videatur Deus me fruſtrari ſua ope, neque promiſſio-
C nes mihi factas præſtare, non deſinã tamen in ipſo ſperare, ipſiúſque verbis niti. *Caro*, quicquid faciat mihi carnalis & mortalis, homo infirmus per contemptum affectibus obnoxius, mortalis. Alij ſimpliciter, pro Homine per Synecdochen, vt *c*, *Verbum caro factum eſt*. id eſt, c *Ioan. 1. 14*
homo effectus eſt.

6 *Execrabantur*. Hebr. moleſtia afficiebant. Calumniabantur, Alij. *In Malum*, ſunt vel erant, vt mihi ſcilicet noceant. Sequentibus exaggerat hoſtium inſidias.

7 *Inhabitabunt*, in vnum habitabunt. i. congregabuntur,
D coibunt, vt eſt in Hebr. aduerſum me ſcilicet, *Et abſcondent* ſe ſup. Sunt enim Apoſiopeſes & Hebraïſmi. pro, aſſiduè inſidiabuntur, inhærebunt inſidiationi, conuenient ad inſidias. *Calcaneum*, mea veſtigia, mea itinera, & profectiones, per quas iturus ſum, vt in illis ſtatuant laqueos, meos greſſus diligenter notabunt, quid ſuſcipere velim, quid coner, quid inſtituam, inſidioſè conſiderabunt. Actiones ſuas & opera, vt ſupra *d*, ſic vocat. d *Pſ. 48. v. 6.*

8 *Sicut ſuſtinuerunt*. Ironia cùm Epanorthoſi, ſiue correctione. *Sicut ſuſtinuerunt*, & expectauerunt animam

meam, ſicut ſperarunt ſe eam mihi erepturos: *pro nihilo*, i. pro hac vanitate & iniquitate, pro hoc opere nihili ſaluabis eos: imò verò iracundè deiicies & perdes. q. d. tantùm abeſt, vt eos propter hanc iniquitatem ſis ſaluaturus, vt graues luituri ſint pœnas. Quare etiã Rabbini legunt interroganter, an propter nihilũ, vel an propter iniquitatem ſaluabis eos? an hoc eorum ſcelus erit impunitum? q. d. Illud eſt tua iuſtitia indignum. Hos tropos qui non intellexerunt, hunc locum perperam inter næuos Sept. repoſuerunt, & notarunt *Saluos facies*, poſitum eſſe pro *Expelles*, vti etiam habet Complutenſis editio. *Confringes*, deſcẽdere facies prop *Deiicies*. ſunt enim infinitiui pro futuris in Archetypo. Populos autem vocat aduerſarios propter multitudinem.

9 *Vitam meam*, vitæ meæ neceſſitates & ærumnas. *In conſpectu*, vt earum recorderis. Hebræorum ſenſus eſt idem *a*: *Vagationem, fugam meam* (i. exilium meum) vel *Errorem meum numeraſti tu* (liquido noſti, habes in numerato, vt alibi, *qui numerat ſtellas*) *Pone*, (i. *poſuiſti*. Nã שימה *Shima* hîc etiam infinitiuus eſt pro præt. vt aliâs) *Lachrymas meas in vtre tuo*, in ſacculo tuo, vt eas ſcilicet ſerues, vt earum memor ſis, id eſt, in tuo commentario, in tua mente & memoria. q. d. certo noſti vitam meam erraticam, & vagam, exilium meum nullo certo loco tutũ. Primùm fugit Dauid ad Regem Achis *b*. Deinde ad Regem Moab *c*. Tertio ad Ceilitas *d*. Quarto in deſertum Ziph *e*. Quinto in deſertum Maon *f*. Sexto in deſertum Engaddi *g*. Septimo in Pharan *h*, deniq; ad Philiſtæos *i*. Quin & alibi quater ſedes mutat eiuſdem Saulis metu, vt duodecim fugis exercitatus, nuſquam tutas latebras reperiens, Deo exilium ſuum ſæpius in his Pſalmis commendet. Expoſuerunt Septuag. paranomaſiæ obſcuritatem, quæ erat alioqui elegãtiſſima inter נוד *Nod* vagationem & נאד *Nod* vtrem, vbi fortaſſe legerunt נגדך *Negdecha*, coram te pro נאדך *Nodecha*, vtre tuo. Alij malunt שימה *Shima* eſſe Imp Pone.

a Pſ.146.4.
b 1.Reg.21. v.10.11.
c 1.Reg.22. v.3.
d 1.Reg.23. v.5.6.
e ibid.4.
f ibid. 24.
g 1.Reg.24. ver.1.
h 1.Reg.25. v.1.
i 1.Reg.27.

10 *Sicut & in promiſsione tua*, eſt: ſicut & tu promiſiſti. Etiam hîc obſcuritatẽ interrogationis Hebraïcæ emolliunt, *Nónne in libro tuo?* i. ſicut in libro tuo eſt iſtud ſcriptum, vel iſte fletus meus: quaſi ageret Dauid cum Deo ex obſignatis tabellis, & promiſſionibus. Debent autem hæc iungi cum præcedentibus. *Tum* & tunc. Hæc autẽ particula opportunum tempus in diuina prouidentia conſtit



conſtitutum, certò tamen euenturum ſecundum quoſdam denotat.

11 *Cognoui*, experimento didici, quoniam mihi faues. Quoties te inuoco, te ſentio beneficum & tutelarem. Te meum vindicem & iudicem experior. אלהים *Elohim* ſiue Deus pro benefico, vindice, tutore, vt Latinè, *Homo homini Deus*, cui opponitur, *Homo homini lupus*. Dei enim eſt proprium iuuare mortales & beneficiis afficere.

12 *Verbum*. meum, vt ſupra, ſic. *Sermonem*, meum, ſiue rem meam, quicquid mihi acciderit. Vel verbum & ſermo, vt ſuprà, pro promiſſis, & promiſſorum præſtatione. Nixus promiſſione hoſtes contemnere ſe hac repetitione declarat.

13 *In me*, apud me, in mea manu, in promptu Conſtructio autem eſt perturbata. In me ſunt Deus vota, laudationes (per appoſitionem) quæ reddã tibi. Habeo apud me vota, quæ tibi perſoluam: nempè laudationes tuas. Vnde in Romano pſalterio & Græco laudationis. Vel eſt Aſynthetõ, habeo vota, quæ tibi perſoluã, & laudationes, Hebr. תודות *Todoth*, laudes, confeſſiones gratiarum actiones. Alluditur autem ad ſacrificia eius nominis *a*. *Tua*, tibi facta paſſiuè, non quæ tu facis, ſed quæ tibi fiunt à me nuncupantur.

a Leuit.7.v.11.

14 *Quoniam eripuiſti*. Cauſa votorum, ereptio & liberatio è periculis animi & corporis. *De lapſu*, de periculis, ne laberentur in malorum præcipitium. *Vt placeam*. vt placita agam in hac viuentium luce, in hac vita, vt vitam meam inter mortales ad eius voluntatem componam, quandiu fruar hac Solis luce, ſic infra *b*. *Placebo Domino in regione viuorum*. Alij cœlum. *Vnde* Hebr. *vt ambulem coram Deo in luce viuentium*. i. vt pietatem, virtutem, & iuſtitiam colam, quamdiu vſura lucis huius fruar. Aliqui tamen per *lumen viuentium*, intelligunt lumen fidei (lumini gloriæ oppoſitum) in quo ambulamus in hac vita, dum ad Deum tendimus. Midras, *coram Deo*, id eſt, in terra Iſraël, *In lumine viuentium*, id eſt, in paradiſo.

b Pſ.114.9.

## ARGVMENTVM.

*Opem implorat contra tam pertinaces æmulos, Se eum publicè cantaturum. Chriſto etiam conuenit.*

# 1 In finem, ne diſperdas, Dauid in tituli inſcriptione: cùm fugeret à facie Saul in ſpeluncam. *1. Reg.* 24. verſ. 4. L V I. Hebr. 57. A

2 MIſerêre mei Deus, miſerêre mei: quóniam in te confidit ánima mea.
3 Et in vmbra alârum tuârum ſperâbo: donec tránſeat iníquitas. B
4 Clamâbo ad Deum altíſſimum: Deum qui benefécit mihi.
5 Miſit de cœlo, & liberâuit me: dedit in oppróbrium coculcântes me.
6 Miſit Deus miſericôrdiam ſuam, & veritâtem ſuam: & erípuit ánimam meam de médio catulôrum leônum, dormîui conturbâtus.
7 Fílij hóminum, dentes eôrum, arma & ſagíttæ: & lingua eôrum, gládius acûtus. C
8 Exaltâre ſuper cœlos Deus: & in omnem terram glória tua.
9 Láqueum parauêrunt pédibus meis: & incuruauêrunt ánimam meam.
10 Fodêrunt ante fáciem meam fóueam, & incidêrunt in eam.
11 Parátum cor meum Deus, parátũ cor meum: cantábo, & pſalmum dicam. D
12 Exúrge glória mea, exúrge pſaltérium & cíthara: exúrgam dilúculo.
13 Confitêbor tibi in pópulis Dómine: & pſálmum dicam tibi in géntibus.
14 Quóniam magnificáta eſt vſque ad cœlos miſericórdia tua: & vſque ad nubes véritas tua.
15 Exaltâre ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terram glória tua.

2 Repet



A

2 Repetitio affectus vehementiam commonſtrat.

3 *In vmbra.* In protectione. Metaphora à Gallinis, & volucribus. *Donec tranſeat iniquitas*, ſiue prauitas. Auxeſis, donec pereant iniqui. Donec abeant iniqui hominum conatus, & ſtudia.

4 *Altiſſimum.* In excelſis cœlis habitantem, ſuamque gloriam communicantem. *Qui benefecit mihi*, qui me liberauit à Saule, me per antra, & ſpecus montium perquirente. Quod qua arte fecerit, Chaldæus conatus eſt exprimere. *Ad Deum, qui præcepit araneæ, vt conficeret in ore ſpeluncæ telam ad defenſionem meam.* Excurrit in Dei erga ſe beneficia vſque ad verſum 7. Quare relatiuum *Qui*, cadit in ſingula membra, vt mox verſ. 5. (*Qui*) *miſit*. Vel per abſyntheton ſubaudienda eſt coniunctio. (*Et*) *miſit*. B

*Dauid araneæ beneficio liberatus.*

5 *Miſit de cœlo.* Auxilium ſibi allatum eſſe, quod expectauerat, exponit. Vnde futura Hebraica verterunt per præterita. *Miſit*, Angelos: Verbi gratia. *conculcantes*, abſorbentes propriè, abſorbere cupientes. *Sela*, de quo ſuprà *a*, Contra Maſoretas.

*a Pſal. 54. verſ. 22.*

6 *Miſit Deus miſericordiam.* Deus beneficia confert partim ex miſericordia. i. miſericorditer, partim ex promiſſione, quam veritatis nomine adumbrat. Hæc enim aliquid habet debiti, dum ſe ea fidelibus deuinxit, & obligauit. *Veritatem ſuam*, fidem, fidelitatẽ, qua promiſſa ſoluit. Deus eſt miſericors, & ſtat promiſſis. Aliqui iuſtitiam. *Leonum*, Saulis, & militum eius, hoſtium truculentorum, & ferocium. *Domini*, (quando) dormiui *conturbatus* inter leones. Subaudiendum enim quando, vt infrà *b*, Hæc autem poſuerunt pro Hebraicis (quando) *iacebam*, (in medio per zeugma) *ardentium*. Quando cubabam inter ardentes, & furore excandeſcentes. Sic eos vocat, qui torquent, & vexant alios: vt Latinè, *Vrere hominem*, id eſt, cruciare. C D

*b verſ. 22.*

7 *Dentes.* Metonymia, quorum verba dentata, & virulenta ſunt inſtar armorum, & ſagittarum. *Sic lingua*, linguæ virulentia. Calumnias intelligit, quibus traducebatur perniciosè.

8 *Super.* Supra, vltra. Exageratio Hebraica, vt infra *c*, Sublimis eſto, excelſior appare cœlis, vim, & poteſtatem tuam declarando in impios. Sic *ſanctificetur*, id eſt, ſanctum appareat *nomen tuum*. Exaltat autem

*c Verſ. 14.*

Deus

*Deus qua ratione ſeſe exaltet.* Deus ſeſe, dum impios punit, & vlciſcitur, ſeque magnum proborum liberatorem, & conſeruatorem oſtendit. *Gloria tua*, ſit. Oſtende tuam potentiam, & gloriam, quam habes in terris. Illa enim rebus confuſis non apparet. Gloria autem Dei eſt ſuccurrere afflictis *a*. A

*a Eſa.66.5.*

9 *Incuruauerunt.* In laqueum inclinârunt.

10 *Ante faciẽ meam.* Catachreſis. Ante me, ante meum iter occultè, in loco, per quem videbar tranſiturus. q.d. Inſidias ſtruxerũt illis locis; per quæ me exiſtimabant iturum, Aliàs, hæc locutio ſignificat, in oculis meis, me aſpiciente. *Et inciderunt.* Incautus enim Saul in manus meas incidit *b*. *In eam.* in medium eius. Atque in periculum ipſius perſequutoris verſæ ſunt inſidiæ. *Sela*, in fonte, ô iuſtum Dei iudicium, vel quid ſimile. B

*b 1.Reg.24. verſ.4.& 26 verſ.7.*

11 *Paratum.* Ad omnia, quæ mihi immiſeris. Vox Hebraica etiam firmum, & ſtabile ſignificat.

12 *Exurge gloria mea.* Se per Apoſtrophen conuertit ad animam ſuam, & inſtrumenta ſua muſica. *Gloria mea*, anima mea. Synecdochicè enim eſt animæ epithetum, vt ſupra *c*, quia hominis gloria decuſque eſt anima, non corpus. *Sic* Kimhi. *Exurge anima mea ad Deum celebrandum.* Alij hanc gloriam exponũt carmen ſiue Pſalmum, alij linguam, vt ſuprà *d*. Alij inſtrumentum muſicum, quo Deus glorificatur. *Pſalterium.* Eia mea inſtrumenta muſica decantate Dei laudes, quando exurgam diluculo ad matutinam precem, vel quia matutinum tempus precibus magis eſt accommodatum, vel quòd maturè id præſtiturum polliceor. Proſopop. *Exurgam.* Kimhi ſub. quando. Vos mecum exuſcitate ad Deum perſonandum. Sed nihil neceſſe. Exurgite, exurgam, & ipſe diluculo, & confitebor, laudaboque Deum. Chaldæus autem *Diluculo*, ad precem matutinam reſtringit. Vide plura infra *e*. C

*c Pſal.29.16*

*d Pſal.15.10*

*e Pſal.107.3*

13 *In populis.* inter, apud populos, & gentes. De Eccleſia è Iudæis, & gentibus colligenda. Dauid enim hîc figuram Chriſti gerit. D

14 *Quoniam magnificata eſt.* Gemina hyperbole, de qua ſupra *f*.

*f Pſal.35. verſ.6.7.*

15 *Gloria tua*, ſit. Monſtra tuam magnitudinem, & potentiam in me liberando, vt extollaris, & magnus habearis. Epiphonemate concludit, & repetit verſ.8. vt Dei beneficia, & promiſſionum veritatem toto orbe agnoſcendam declaret.

ARG



A

## ARGVMENTVM.

*Perituros impios, & peſtilentes, pios, & iuſtos fructum ſuæ virtutis percepturos, ita vt Dei prouidentia, & iudicium appareat.*

## 1 In finem, ne diſperdas, Dauid in tituli inſcriptione. LVII. Hebr. 58. B

2 SI verè útique iuſtítiam loquímini:
rectè iudicâte filij hóminum.
3 Etenim in corde iniquitâtes operámini in terra: iniuſtítias manus
veſtræ concinnant.
C 4 Alienâti ſunt peccâtores à vulua: errauêrunt
ab vtero, locûti ſunt falſa.
5 Furor illis ſecúndùm ſimilitúdinem ſerpéntis:
ſicut áſpidis ſurdæ, & obturântis aures ſuas.
6 Quæ non exâudiet vocem incantántium: &
venéfici incantántis ſapiênter.
7 Deus cónteret dentes eôrum in ore ipſôrum:
molas leônum confrínget Dóminus.
8 Ad níhilum deuénient, tamquam aqua decúrrens:
D intêndit arcum ſuum, donec infirmêntur.
9 Sicut cera quæ fluit, auferêntur: ſupercécidit
ignis, & non vidêrunt ſolem.
10 Priúſquam intellígerent ſpinæ veſtræ rhammum:
ſicut viuêntes, ſic in ira abſôrbet eos.
11 Lætábitur iuſtus, cùm víderit vindíctam: manus
ſuas lauâbit in ſánguine peccatôris.
12 Et dicet homo, Si útique eſt fructus iuſto:
útique eſt Deus iúdicans eos in terra.

2 Si verè

A

2 *Si verè vtique.* Si ex animo, è mentis ſententia, non fucatè, non hypocriticè, & externa ſpecie, *iuſtitiam loquimini*, id in iudiciis faciendis, operibus, & factis oſtẽdite. Non eſt in verbis iuſtitia, ſed in virtute. Hinc illa ſententia Socratis. *Qualis videri vis, talis eſto.* Interrogatio Hebraici contextus non mutat ſententiam. *Num verè certè iuſtitiam loquemini, rectitudines iudicabitis filij hominum?* q.d. debetis rectè iudicare. *Rectè iudicate*, recta iudicia exercete.

3 *Etenim, etiam, vel at enim.* At verò iniquitates in animis veſtris fabricatis, & machinamini. Gall. *Forger des meſchancetez*, iniqua concipitis, & animo deſignatis. *In terra*, qui eſtis in terra. Niſi iungas cum ſequentibus. Manus veſtræ in terra iniuſtitias machinantur, & librant, vel palam, & inter homines terrenos. Diſtinctionum in libris אמת *Emath*. i. Iob, Prouerbiorum, & Pſalmorum obſcura eſt ratio, & ſæpè dubia: vt proinde R. Iuda Ben Bilham, & alij Rabbini, lõgè aliter eorũ proſodiam tractent, quàm librorum reliquorum. *Concinnãt*, peccatum peccato nectentes, vt interpretatur Auguſtinus. Ponderant, librant propriè. C

*Peccati originarij vis quanta.*

2 *Alienati ſunt.* A iuſtitia, & virtute, à Deo, iam ab vtero. Vix dum nati ſe dant vitiis. Chryſ. Peccati originarij vis in impiis elucet ab incunabulis, ita vt ſtatim ab infantia, in malitia adoleſcant, & proficiant. A vulua ſunt compoſiti ad prauè agendum. Aliqui ſeminaria, & igniculos virtutis à natura habent, & origine, alij ſcelerum. Parentum virtus, vel improbitas ad vtrumque maximè confert. item educatio, &c.

5 *Furor.* חמת *Hemath*, etiam venenũ ſignificat. Rabiem, furorem, venenum habent, quale ſerpens, non quilibet, D ſed nocentiſſimus, quem præ veneni, & rabiei copia magus non poſſit incantare, quaſi ad eius carmina obſurdeſcat Sic enim deſcribit hoc verſu, & ſequẽti perniciosiſſimum, & venenoſiſſimum ſerpentem. *Sicut aſpidis.* Furor eſt ſcilicet, & venenum per zeugma. *Obturãtis*, cauda, qua ſibi cauet ab incantatoribus, ne eorum carminibus magicis cogatur manſueſcere, & venenũ deponere. Sic ad vocem Stephani principes Sacerdotum aures clauſerunt *a*.

*a Act. 6. 57.*

6 Et



A 6 *Et venefici incantantis ſapienter.* Venefici expertiſſimi, & exercitatiſſimi in magia. Hoc dicit, quoniam nolebant audire monitiones ſalutares Prophetarum, in Dei lege excellentium, nulloque modo ſe à propoſito reuocari patiebantur. Sic Palamnem aſpidem, tradit Euthymius, ne audiat incantatoris carmina, alterã aurem terræ affigere, alteram cauda obturare. *Sapienter*, doctè ac ſcienter, iuxta artis ſuæ præcepta ac carmina. Sic Marſi inuitamentis, vel Phyſica arte ſerpentes è latebris euocabant *a*, & Virg. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* His ſuos ſycophantas, & maledicos, tãquam venenatos comparat. Quamquam autem comparationes ab incantatoribus ducuntur, non tamen per hoc eorum artes comprobantur, quoniam Deus hoc hominum genus interficiendum præcipit *b*, vti nec iudex Deum non timens à Chriſto probatur *c*, lege in hunc locum Auguſt.

*a Plinius lib. 28. c. 3.*

*b Deut. 18. 10. & Leu. 20. 27.*

*c Luc. 18. 2.*

B

7 *Deus conteret dentes eorum.* Sequuntur elegantes aliquot ſimilitudines, & Metaphoræ. *Molas leonum*, tyrannidem, & potentiam impiorum. Molæ ſunt molares, ſiue duriores dentes, quibus teritur ac molitur, quod manducatur. Aliis maxillæ ipſæ continentes ipſos molares, vel maxillares dentes. Sic autem methaphoricè appellat hoſtium ſuorum ſycophantias, & ſermones maledicos, vel robur, & potentiam.

C

8 *Ad nihilum.* Liqueſient, euaneſcent, tamquam aqua, quæ ſubito dilabitur. Prima ſimilitudo inopinati exitij. *Intendit*, Deus per zeugma è ſuperiore verſu intendit Deus arcum ſuum, donec debilitentur, & pereant, (impij) *Donec infirmentur*, confringantur, excindantur propriè, impij videlicet. Aliis eſt Enallage numeri, donec debilitetur, & pereat, vt omnia ad impium referantur. *Tetendit ſagittas ſuas, veluti excindentur.* q.d. arcu impius nititur probos configere, at ipſe ſagitta ſua, vel aliena

D

ictus peribit. Sicut tetẽdit in alios arcum ſuum, ſic ipſe confringetur, & infirmabitur. Vel, tetendit arcum ſuum, ac ſagittas ſuas direxit, donec viribus deſtituatur, & præ virium defectione in irritum iaculetur. Tanto ardore contra probos iaculatur. Nam, vt hoc referatur ad probos Hebræa non ferunt Alij ſine Enallage ad ſagittas, donec infirmentur ſagittæ, & in irritum iaciantur. Nam Hebraicè pro *Arcum ſuum*, legitur ſagittas ſuas.

9 Sicut

9 *Sicut cera.* Septuag. ſimilitudinem vulgariorem ſub- A
ſtituerunt. Hebraicè enim, *Sicut limax qui diſſoluitur & li-
queſcit, qui in limum abit. Supercecidit ignis.* ſupernè de cœlo
cecidit ignis, & extincti ſunt. Eos de cœlo diuina vltio
tetigit oppreſſitque, ſicque vſura ſolis huius ſunt orba-
ti. Hebræa hoc perſpicuè ſonant, אשת *Eshet* enim idem
quod אש *Esh* poëticè & Syriacè. Vnde *ἑστία* Græcè, &
Veſta Latinè. Rabbini quidem alium ſenſum, cúmque
commodum efficiunt, vt ſit tertia ſimilitudo, ſed non
ſine eclipſibus & enallage. (Sicut) *abortus mulieri*, (qui)
*non viderunt*, (vidit) *ſolem*: Accidet eis, quod mulieris ab-
ortui, qui numquam ſolem vidit. Docetur impios per- B
dendos eſſe ſubito, quaſi numquam extiterint, quem-
admodum abortiuus, qui in vtero matris corrumpitur
& tabeſcit, priuſquam educatur in lumen.
10 *Priuſquam intelligerent.* Quarta ſimilitudo, eos imma-
tura morte perituros, antequam peruerſitas illorũ cre-
ſcat. In ea per Proſopopœiam tribuit ſpinis, quod erat
tribuendum hominibus. Priuſquam intelligantur ſpi-
næ veſtræ factæ Rhãnus, & creuiſſe in Rhamnũ (*Rham-*
Rhamnus quid. *nus enim eſt ſpina maior, quæ ſpeciem arboris ferè gerit*: Kimhi.
Noſtris, Rubus aculeis acutiſſimis, & præduris in re-
ctum extenſis, vnum è generibus ſentium aſperrimum, C
cùm Spinæ ſint teneriores: Fruticem ſpinis horridum
facit Dioſcorides, duorúmque generum album & ni-
grum, ſemper virentem, Theophraſto inſtar lauri. De
a Iud. 9. 14. quo illud *a*, *Et dixerunt ligna ad Rhamnum, Impera nobis*:
Priuſquam ergo ſpinæ veſtræ peruenerint ad iuſtam
magnitudinem, creueríntque in Rhamni menſuram,
acutiem, duritiem, ſic Deus ira ſua eos, quaſi viuentes
abſorbebit, & perdet. q. d. immatura ætate quando id
non ſperabunt, delebit eos, vt quando ſpinæ non-
dum intellexunt ſe adoleuiſſe in Rhamnum. Alij pro
*Spinæ veſtræ*, ollæ veſtræ. Hebræa enim ambigua ſunt, D
eadem interim ſententia conſtante. Perdet eos ante
ætatem maturam, vt ſi carnes extraherentur ex ollis,
quaſi viuentes, i. crudæ. (*crudum* Hebræi viuum appel-
lant.) Quod contingit, dum ollæ nondum intellexe-
runt (id eſt, ſenſerunt, metaphoricè) Rhamnum, id eſt,
Rhamni ignem, quem ollis ſubiiciunt. *Sicut viuentes*,
quaſi viuos, adhuc virentes & valentes, quaſi crudos.
Nam *ſicut* non hic comparationem deſignat, ſed aſſe-
uerationem. Eſtque ordo inuerſus. Regitur enim à
parte



A parte poſteriore. *Sic in ira abſorbet eos, quaſi viuentes*, id
eſt, magna vindictæ cupiditate. Sic Gall. *Il me mange-
roit volontiers tout vif. Sic in ira*, cum ira. Aliqui etiam hic
*Sicut*, legunt, quòd vtrobique eadem ſit vox כמו *Kemó*.
Verùm hi non aduertunt Similitudinis aduerbium re-
petitum vno loco ſignificare *Sicut*, altero *ſic*, & ferè de-
clarare perfectã, in ſéque reciprocãtem ſimilitudinem,
vt *ſicut Sacerdos, ſicut populus*, id eſt, ſicut Sacerdos, ſic po-
pulus. & viciſſim, Sic ſacerdos, ſicut populus. Elias in ca-
pitulis. Vnde & hic eſt redditio ſimilitudinis. Vt ſpinæ
B ante maturã Rhamni magnitudinem extirpantur, ſic
cum ira eos (Deus) abſorbebit, quaſi viuos & crudos.
Verbum, שער *Sahar*, deturbare, velut turbine abſor-
bere. Violenta morte impios interituros ſic declarat.
Quidam exponunt integrum verſum allegoricè, priuſ-
quám (inquiunt) ſcelerum veſtrorum ſpinæ adoſce-
ſcant aculeatæ, in ira vos Deus ſubitò abſorbebit, quaſi
viuentes. Antequã malitia veſtra perducatur ad exitum,
antequam noceatis pungatíſque pro voto, à Deo abſor
bebimini. Chal. *priuſquam impij teneri dureſcant, ſicut ſpinæ,
dum adhuc ſunt ſicut herba, tempeſtate & turbine deſtruet
C eos.*
11 *Lætabitur*, non inſultans afflictis, ſed Dei gloriam ex-
petens, nõ amore vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ. Dolet qui-
dem eorum interitu caritate: at gaudet iuſtitia, quia
videt Dei gloriam illuſtrari. *Manus ſuas*, Hebr. *Plantas
ſuas*, immutatur metaphora, ſed non intellectus.
12 *Si vtique, ſi profectò præmium bonum* (Chal.) *eſt iuſto*, ſi
digna operibus merces, ſi non ſine fructu colitur Deus,
*eſt Deus iudicans in terra*, iudicia exercens & prouidens.
*Vtique*, profecto. *Eſt Deus iudicans in terra.* In He- S. Trinitas
bræo aperta eſt perſonarum diuina- exprimitur.
D rum Sanctiſſima Trinitas: *Pro-
fectò ſunt Dij iudicantes in
terra. Si*, pro, quia,
quare in fonte
deſideratur.
***

## ARGVMENTVM.

*Opem efflagitat aduerſus* Saulem *& eius aulicos. Eis punitis, ſe Dei potentiam & gratiam perſonaturum. Chriſto competit, & Eccleſiæ contra impios.*

**1 In finem, ne diſperdas, Dauid in tituli inſcriptione, quãdo miſit Saul, & cuſtodiuit domum eius, vt interficeret eum. 1. Reg. *19*. b. *11*. LVIII. Heb. *59*.** B

ERipe me de inimîcis meis Deus meus: & ab inſurgéntibus in me líbera me.
3 Eripe me de operántibus iniquítatem: & de viris ſánguinum ſalua me.
4 Quia ecce cepêrunt ánimam meam: irruêrunt C
in me fortes.
5 Neque iníquitas mea, neque peccâtum meum
Dómine: ſine iniquitâte cucûrri, & dirêxi.
6 Exûrge in occûrſum meum, & vide: & tu Dómine
Deus virtûtum, Deus Iſrael.
7 Intênde ad viſitândas omnes gentes: non miſereâris
ómnibus, qui operântur iniquitâtem.
8 Conuertêntur ad véſperam, & famen patiêntur D
vt canes: & circumíbunt ciuitatem.
9 Ecce loquêntur in ore ſuo, & gládius in lábiis
eôrum: quóniam quis audíuit?
10 Et tu Dómine deribébis eos: ad níhilum
dedûces omnes gentes.
11 Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam, quia
Deus



A Deus ſuſcêptor meus es: Deus meus miſericórdia
eius præuéniet me.
12 Deus oſtêndit mihi ſuper inimîcos meos, ne
occîdas eos: nequãdo obliuiſcântur pópuli mei.
13 Diſpêrge illos in virtûte tua: & depône eos
protéctor meus Dómine.
14 Delíctum oris eôrum, ſermônẽ labiôrum
ipſôrum: & comprehendântur in ſupérbia ſua.
15 Et de execratiône & mendácio annunciabûntur B
in conſummatiône: in ira conſummatiônis, &
non erunt.
16 Et ſcient, quia Deus dominábitur Iacob: & fínium
terræ.
17 Conuertêntur ad véſperam, & famem patiêntur
vt canes: & circumíbunt ciuitâtem.
18 Ipſi diſpergêntur ad manducândum: ſi verò
non fúerint ſaturâti, & murmurâbunt.
C 19 Ego autem cantâbo fortitúdinem tuam: &
exaltâbo mane miſericórdiam tuam.
20 Quia factus es ſuſcêptor meus, & refúgium
meum: in die tribulatiônis meæ.
21 Adiûtor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſcêptor
meus es: Deus meus miſericórdia mea.

---

3 *De viris ſanguinum*, de viris ſanguinariis & homicidis.
D 4 *Ceperunt*, ſtructis inſidiis. Vnde Heb. *Inſidiati ſunt animæ meæ*, id eſt, vitæ, per Metonym. Græcè ἐθήρευσαν, venatu ceperunt, venati ſunt, vt & legit Auguſt.
5 *Neque iniquitas mea*. Eſt ſupple, id eſt, nulla mea culpa & peccato, citra vllã meam iniquitatem & culpã. Apud aduerſarios nõ merui, vt perſecutionẽ in me cõcitent. *Cucurri*, Septuaginta immutarunt ad perſpicuitatẽ perſonas, ſed nõ ſenſum. Nam his ęquipollẽt iſta Heb. Sine *iniquitate* (mea vlla) *cucurrerunt* (aduerſum me) *direxe-*

runt,ſiue firmarunt ( ſe,in me) vel potius , *cucurrerunt,* A
( pedes mei ) *& firmarunt ſe* Eſt enim aperta Eclipſis in
vtróque verbo. *Direxit*,pedes meos , vel viam meam,
Viam meam ſine iniquitate aptaui. Poſſit etiam ſubau-
*a Pſa.77. 8.* diri cór meum *a*. Vel in genere, me & alios q. d. non
*b Pſal.50.15.* ſolum abſque iniquitate cucurri,ſed etiam alios eò di-
rexi , vt ſupra *b*, *Docebo iniquos vias tuas*. Eclipſes variè
implentur.

6 *Et tu*.Hoc hemiſtichiũ cadit in verſum ſequentem.
Quare debet virgula dumtaxat affici.Tu Domine Deus
exercituum,&Angelorum intende,ſiue exurge:vt eſt in
Heb Cui militant & ſeruiunt omnia, Angeli ipſum
glorificando & mandata eius exequendo,ſidera craturis
inferioribus influendo , Pij & fideles contra carnem, B
mundum & diabolum pugnando.

7 *Ad viſitandas*.Puniendas,iudicandas,in malam par-
*c Oſeæ.4.* tem viſitare eſt vlciſci , grauiter punire *c*. alias in bo-
*14.* nam,gratiam exhibere *d*, *Gentes*. omnes , hoſtes meos
*d vt Luc.1.* barbaros & truces. Gentes vocant homines feros &
*68.* impios,etiã ſi ſint de ſua gente,ſic infra *e*, *Omnibus*, om-
*e ver.10.* nium. Conſtructio Græca.Sel *.*

8 *Conuertentur ad veſperam*.Deſcriptio Poëtica extremæ
*f verſ.17.* miſeriæ & egeſtatis,quam repetit infra *f*. Si non miſe-
rearis eorum tum peruenient ad veſperam miſeri, &
mendici. Vbi peruenerint ad veſperam , quo tempore
homines ſolent requieſcere à diurnis negotiis &labo- C
ribus,ac cibum quietè capere,famem patientur, & fre-
ment vt canes , nihílque habentes , neque quicquam
per diem conſequuti , cogentur diſcurſare , quærendi
*Iudæorum* victus & hoſpitij cauſa. Vaticinium de calamitatibus
*extrema mi-* Iudæorum,qui per mundum vniuerſum vagantur in-
*ſeria.* certis ſedibus,tributariíque ſunt. Alij verſum 8. putant
deſcribere ſedulitatem hoſtium,qui iuſſu Saulis nocte
partim cingebant domum ſuam, ad ipſum capiendum, D
partim luſtrabant ciuitatem,ne per noctis ſilentia ela-
beretur,néve quis ad ipſius opem accurieret.17.autem
ad futurum iſtorum ſtatum poſt Saulis mortem,verbis
in alium ſenſum falſè deflexis: Nunc à veſpera totam
ciuitatem circumeunt diſcurrendo & fremendo vt ca-
nes ſed vt victum quæritent.Malo vtrobique idem di-
ci. *Famem patientur*,frement,Hebr præ fame ſcilicet, &
ira,vt etiam verſ. 17 . omnes intelligunt . *Circuibunt*,
more mendicorum,vel exulum.





A 9 *Ecce loquentur in ore*. Reuertitur ad furorem hoſtium.
Loquuntur ore ſuo aduerſum me,& gladius,( id eſt,me
ra cædes,verba aculeata & pernicioſa ) in labis eorum
eſt,( dicendo ſup.) Quis audiuit,vbi ſit Dauid, vt eum
imparatum celeriter opprimamus,vel ad regem traha-
mus?eſt enim Mimeſis cum Apoſiopeſi *Quoniam*, quòd,
continuatiua particula quæ Latinè redundat. Rabbini
ferè huius Mimeſεως aliam afferunt rationem. Non ti-
ment vti labiis ſuis,vt gladio cõtra me. Nã ( inquiunt)
B quis audierit nos?Liberè inter nos loqui poſſumus. Ne-
mo enim nos audit, qui ea ad Dauidem deferat Quod
ſequuti Symmachus & Hier.ſine tropo vertunt. *Gladij*
*ſunt in labiis eorum.tamquam nemo audiat*. Chaldæus autem,
*labiis ſuis dicunt præualebimus, quoniam quis ille qui audiet &*
*puniet?* Quaſi iſti iſta ſuſcipiant ſecuri de Dei prouiden-
tia & iudicio.

10 *Ad nihilum deduces*.eorũ conatus reddes irritos pro.
ἐξουδενώσεις , nihilo habebis , flocci facies , Heb. *ſubſannabis*.

11 *Fortitudinem meam ad te*.Fortitudinem meam tibi ſer-
C uabo,& acceptam feram , ſi quæ ſit,eam tibi tribuam,
vires meas ad te referam.Hebraicè quidem, *fortitudinem*
*eius ad te cuſtodiam*:ſed eodem ſenſu.Nam *eius*,paſſiuè de-
bet accipi id eſt,fortitudinẽ contra eum Saulem. Meas
contra illum, me alioqui multò potentiorem, vires ti-
bi acceptas feram.Alij vires eius,quibus me ſuperat,ti-
bi committam.Tu enim illas facilè cohibebis, vt viri
bus Saulis opponat Dei fortitudinem. Malo eius com-
paratione,vires meas paruas in te coniiciam,tibi com-
mittã,tuũ auxiliũ libẽter expectaturus. illas vt augeas,
neque me ab eo vinci patiare. *Deus meus*. Hebraiſmus,
pro, Dei mei miſericordia præueniet me , mihi priùs
opem feret , quàm implorem , præuertendo excipiet
D hoſtium vim.

12 *Oſtendit mihi*.Apoſiopeſis vel eclipſis Hebraica cum
verbis videndi.Supplicium,vel vltionem,quam facturus
eſt,videre me fecit Deus ſuper inimicos meos. Ali-
qui miſericordiã ſuam *Ne occidas eos*. tam celeriter, ſed
ſerua eos ad vitam miſeram, vt langueant, & diu por-
tent tuum iudiciũ:lento & diuturno ſupplicio eos affi-
ce,vt tuam iuſtitiã in ſeſe multis ſæculis oſtentent. & *Iudæi cur ho-*
admoneatur populus tuus de vltione impiorum . Sic *die miſerri-*
Iudæi hodie in ſua miſera captiuitate per orbẽ diſperſi, *mè viuant.*

diuinam iuſtitiam in ſeſe cernendam clarè exhibent: A
Quin & conſeruantur propter eos, qui ex ea gente per
Dei gratiam ad Chriſti agnitionem fidémque conuer-
tentur *a*, *Populi*, nominatiuus pluralis numeri. Ne forte (*a Rom.11.v.5.6.*)
obliuiſcantur iuſtitiæ, quam exerceres in illos, ſi ſemel
eos deleas, & è conſpectu hominum ſubducas, Populi,
quos mihi ſubiicies, quorum regem me facies: vel
populares, & gentiles mei. Sic diſperſi ſunt Iudæi, non
ad vnum cæſi, quò eius fidei, cuius inimici ſunt, vbique
teſtes fiant. Auguſtin. Item vt ſint capſarij Chriſtiano-
rum, eíſque conſeruent Scripturas, inſtrumenta ſalutis
æter[næ].

13 *Depone*, deiice, deſcendere fac. B

14 *Delictum*, Poëtica etiam hîc eclipſis propoſitionis בעבור *bahabour*, *propter*, è Rabbi Selomo pendente è proxima ſententia. Depone eos, & deprime (ob) eorum oris peccatum, (& ob) ſuorum labiorum ſermonem: de quo ſupra *b*. (*b verſ.9.*) Sic vbique Græcè locus eſt accuſatiuo, ſi intelligas *κατὰ*. vt *Cætera Graius*. Poſſit eſſe nudũ zeugma: depone, (è ſuperiore verſ.) deiice delictum oris ipſorum: quicquid loquuntur, delictum eſt. Depone illud delictum, vt nihil eorum, quæ illi ſuperbè, & impiè loquuntur, impleatur. Non tam rectè in Ro. Pſalt. C in nominatiuo. Delictum oris eorum, ſermo labiorum ipſorum (eſt.)

15 *Et de execratione*. Ab execratione (vel periurio) & à mendacio vocabuntur, accerſentur, mittentur ad conſummationem, & exitium. Gallicè. *De blaſpheme & menſonge ils ſeront appellez à extreme ruine. In ira conſummationis*. conſumptionis, Idiotiſmus pro, *in ira conſummante*. Exaggeratio. Ad iram (inquam) Dei, quæ eos conſummabit, conſumet, & conficiet, vocabuntur, ſícque in nihilum redigentur, propter ſuas execrationes & blaſphemias. Congruit Iudæis, qui non modo Chriſtum crucifixerunt, ſed etiam aduerſus eum D iniurias, blaſphemias & mendacia concinnarunt. Lectio Maſoretarum non immutat ſententiam, niſi quod deprecanter enuncietur. *A periurio & mendacio* (quod) *annunciant ſiue narrant*, *conſume* (eos) *in ira conſume*, & *non ipſi* (erunt.) Propoſitio *De*, vel *A*, ritu Hebraico etiam ſumi poſſit pro Propter. Propter execrationem, &c.

16 *Iacob*



A 16 *Iacob*, Eccleſiæ collectæ ex Iudæis. *Et finium terræ*, Eccleſiæ gentium, *Selæ*. Eſt autem conſtructio Græca, qua verba dominandi conſtruũtur cum genitiuo. Vnde Hebr. quia dominabitur in Iacob (&) in fines terræ, vel citra Eclipſin copulæ, ad fines vſque terræ longè & latè, vbicumque ſit Iacob.

17 *Conuertentur ad veſperam*, *&c*. More mendicorum *a*, (*a verſ.8.*) ſiue de Saülis ſatellitibus intelligas, qui à morte illius diſperſi ſunt, ſiue de Iudęorum diſperſione poſt Romanam cladem.

18 *Et murmurabunt*, *Et*, expletiuè. Accedet ad iſtorum in-
B fœlicitatem, quòd non ſatiabuntur in ſua mendicitate: indéque impatientes impotentéſque animi erunt, adeò, vt palàm & publicè cõtra Deum & homines murmurent, & ringant. Aliqui non tam commodè vertunt. Non ſaturati dormient, vel, famelici & incœnati pernoctabunt. לין *lan*, murmurare & pernoctare.

19 *Ego autem cantabo*, Antitheſis, per quam de ſua liberatione vaticinatur.

20 *Suſceptor*. protectio, eleuatio prop.

21 *Adiutor meus*. Hebr. *ô robur meum:* Niſi malis eſſe accuſatiui caſus, & idem dicere, quod ſuprà *b*. *fortitudinem meam tibi pſallam*. (*b verſ. 11.*) Pſallere autem eſt inſtrumentis ca-
C nere, non tantùm ore. *Miſericordia*, Appoſitio. O Deus, qui es mea miſericordia, qui erga me es clementiſſimus, qui mei miſereris Nam Hebræa. *Deus miſericordiæ meæ*, ſuperlationem includunt. Poſſint eſſe Aſyntheta. Quia Deus ſuſceptor meus es (&) Deus meus (&) miſericordia mea. Nam legi poſſit אלהי *Elohai* Deus meus, non אלהי *Elohe* Syntacticè.

---

D

# ARGVMENTVM.

*Populus Dei auxilium petit in expeditione contra Idumæos & cæteros vicinos. Apoſtolis congruit, & Eccleſiæ à Mahometanis oppreſſæ.*

 1 In

1 In finem, pro iis qui immutabuntur, in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam. Cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ & Soba, & conuertit ſe Ioab, & percuſſit Idumæam in valle Salinarum ad duodecim millia. 2. Reg. 8. 13. & 10. 6. 7. 8. 1. Par. 18. 4. 5. 6. *LIX. Heb. 60.*

A

Deus repulíſti nos, & deſtruxíſti nos: irâtus es, & miſértus es nobis.

B

3 Commouíſti terram, & conturbâſti eam: ſana contritiônes eius, quia commota eſt.

4 Oſtendíſti pópulo tuo dura: potáſti nos vino compunctiônis.

C

5 Dediſti metuéntibus te ſignificatiònem: vt fúgiant à fácie arcus.

6 Vt liberéntur dilécti tui: ſaluum fac déxtera tua, & exaùdi me.

7 Deus locûtus eſt in ſancto tuo, lætâbor, & partîbor Síchimam: & conuállem tabernaculôrum metîbor.

8 Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manáſſes: & Ephràim fortitúdo cápitis mei.

D

9 Iuda rex meus: Moab olla ſpei meæ.

10 In Idumæam extêndam calceamêntũ meum: mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

11 Quis dedûcet me in ciuitatêm munîtam? quis dedúcet me vſque in Idumæam?

12 Nónne tu Deus, qui repulíſti nos: & non egrediêris Deus in virtútibus noſtris?

13 Da



A 13 Da nobis auxílium de tribulatiône: & vana ſalus hóminis.

14 In Deo faciêmus virtûtem: & ipſe ad níhilum dedûcet tribulântes nos.

---

1 *Soba.* hanc Syriam Saphenam appellat Ioſephus. Alia enim Syria Damaſci, alia fluuiorum, id eſt, Meſopotamia. Quare & Plinius tradidit Syriam diuerſis nominibus fuiſſe appellatam. Nam & quondam terrarũ fuit maxima, vt & eius lingua etiamnum hodiè latiſſimè patet per Orientem, quemadmodum Sclauonica per Occidentem.

B

2 *Deus repuliſti nos.* Orditur ex abrupto à miſero Eccleſiæ ſtatu. *Et miſertus es nobis*, & rediiſti ad nos poſt huiuſmodi calamitates, reconciliatúſque es nobis, תשובב *theſobeb*, fut. pro præterito. Aliqui vertunt in imperat. Redeas, redi ad nos, miſerere noſtri. Sed nihil eſt neceſſe. Nã infra *a* ad præcedentes miſerias ſubiiciet ſimilẽ Dei conſolationẽ. Deinde precatur, vt pro veteri cõſuetudine ſe erga ſuum populum gerat. Latinè ergo: Deus (qui olim) repuliſti nos, deſtruxiſti nos, iratus es, miſertus es noſtri (omnia enim in Hebręo ſunt aſyntheta quodam orationis impetu) commouiſti terram, dirupiſti eam, ſana, &c. O Deus, qui ſoles iraſci & viciſſim miſereri, ſana, medere calamitatibus terræ. a *verſ.* 5.

C

3 *Conturbaſti*, ſcidiſti, Vnde mox continuata metaph. Contritiones ſiue confractiones.

4 *Compunctionis*, ſtuporis, vt apud Paulum. *b Dedit illis ſpiritum compunctionis.* Sic appellat vinum ſoporiferum, ſtupore feriens. Vel doloris, qua phraſi dicitur *c. ſuſtentate cum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ.* Vocem Hebræã aliqui exponunt pro veneno, & toxico mortifero. Significatur ſumma crux. b *Rom.* 11. 8. c 3. *Reg.* 22. *verſ* 27.

D

5 *Dediſti*, præteritum pluſquam perfectum. Ab antiquis factis Deum conciliat, & ad idem gerendum excitat. (Qui) dediſti olim ſignum cultoribus tuis, vt ſe ſeruarent à malis imminentibus, qui monuiſti olim velut ſigno, & vexillo erecto, vt metuentes te arcus effugerent, ſibiq́ue fuga conſulerent, nunc idem mihi præſta, méque ſaluum fac. *Arcus*, קשת *koshet*, pro קשת *koſcheth*

*koſcheth* per Antitheſim, ſiue permutationem litterarum A
eiuſdem poteſtatis & inſtrumenti. Nam ſumere pro
veritate, nec ſententia, nec veteres patiuntur. Quàm
frigidum enim, vt fugiant, vel, vt erigantur à facie ve-
ritatis (propter veritatem) *Sela*.
6 *Vt liberentur*. Sic debet iungi cum præcedẽtibus. Qui
olim oſtendiſti, & viciſſim dediſti ſignum ad effugien-
dos hoſtium arcus, vt tui liberarentur, dextera & potẽ-
tia tua ſaluos nos fac, *ſaluum fac*, me, per hypozeugma.
7 *Deus locutus eſt in*. Ex promiſſo vrget: & quaſi ſyngra-
a *vt & Pſal. 107. v. 7. 8.* pha *a*, pollicitus es nõ modò nos potituros, pacificè re-
gionibus noſtris, verùm etiam exteras nationes ſubiu- B
gaturos, præſertim Arabiam & Idumæam, quæ tamen
hodiè nos opprimũt, & ſub iugo tenent. Reſpicit enim
ad ſtatum Eccleſiæ, ſub Mahometanis ex iſtis regioni-
bus ortis. Sed eſt Enallage perſonæ, cum Eclipſi parti-
culæ. Quòd Deus tu es locutus, ꝙ lætabor, &c. Nihil
precor quàm quod iam promiſiſti, *In ſancto ſuo*. in ſuo
ſanctuario, in ſuo oraculo, in domo ſanctuarij, vbi ora-
culum Vrim & Thummim. In propitiatorio, è quo reſ-
b *Num. 7. v. 89.* ponſa dari ſolebat *b*. Chal. & Hier. quaſi per ſuum ora-
culum & diuinã promiſſionem. Alij, vt Kimhi, per ſan-
ctitatem ſuam, per Spiritum ſanctum ſuum. *Partibor*, di- C
uidam *Sichimam*, Samariam, in qua fuit Sichima, ſiue
Sichem. *Tabernaculorum*, Arabum, qui ſunt Nomades &
Scenitæ in tabernaculis habitantes, Alij malunt סכות
c *Gen. 33. v. 18.* *Succoth* eſſe nomen loci in tribu Gad vltra *Iordanem c*.
*Metibor*. metiar, partibor, & metibor antiqua futura,
quibus præſertim vtebantur in ſacris, quòd fortaſſe
cantui aptius congruerent.
8 *Meus eſt Galaad*. Galaad & Manaſſes terra Iudææ ſi-
ta trans Iordanem. Ephraim, alia Iudææ pars cis Ior-
danem, quæ potentia & numero militum poſt tribum
Iuda, cæteris præſtabat. Vnde & pro reliquis omnibus
ſupponit apud Prophetas. Fortitudo autem dicitur ca-
pitis populi, quòd ſtrenuis abundaret militibus ad eum
tuendum, & regnum Iſrael penes illam tribum, foret à
Hieroboam Ephraimita conſtituendum.
9 *Iuda rex meus*. è domo Iuda Rex meus. Chald. Tri-
bus Iuda mihi regem ſuppeditabit, Populus perpetuò
d *Gen. 49. verſ. 10. & alias.* loquitur, non Dauid, qui etſi Pſalmum condiderit, at
non in perſona ſua, ſed populi & Eccleſiæ. *Rex*. Hebr.
Legifer, Legiſlator, Regis epithetum *d*. *Olla ſpei meæ*.
Moab



A Maobitas, & Idumæos, qui ſunt populi Arabiæ, & Sa-
racenici, ad infimam redigam ſeruitutem. Moab ergò
olla ſpei meæ erit, id eſt, olla, quam ſpe complector,
olla, quam me poſſeſſurum ſpero, olla, qua ſpero me
vſurum ad rem culinariam, vel, vt Hebræi exponunt,
ad pedum lotionem, ad res viles, & abiectas. i. Moab
mihi ſubiicietur ad omnia, mihi in omnibus inſeruiet,
meum vile erit mancipium. Quod Dauidi etiam ipſi
contigit *a*: רחץ *Rahatx*. ſperare Chaldaicè, & Syriacè, *a 2. Reg. 8. 2.*
cuiuſmodi voces iam notauimus affectari ab Hebræis
poëtis, vt nihil ſit opus vertere, olla lotionis meæ: ma-
ximè cum olla vas ſit ineptum ad lauandum, ſiue ma-
B nus, ſiue pedes. Niſi fortaſſis figuratè, tam copioſè ſan-
guinem Moabitarum fundam ad eos mihi ſubiicien-
dos, vt quaſi pedes ſim lauaturus, in eorum ſanguine.
Hinc Chaldaicè: *Dum conculcarentur Moabitæ, fœdati ſunt
pedes mei ſanguine procerum eius, ſicut in olla lotionis*.
10 *In Idumæam extendam*. Quæ ſequuntur pertinent ad
externas nationes ſubiiciendas Eccleſię, & regno eius.
*Extendam*, proiiciam Hebraicè, nempè vt ſit conculca-
tio pedum meorum. Eſt autem prouerbium de ſeruitu-
te viliſſima: quod variè enunciant: *Portare calceos alicuius* *b Matt. 3. 11.*
*poſt ipſum b*. *Soluere corrigiam calceamentorum eius c*. Chal- *c Luc. 3. 1. 6.*
daicè: *Super collum occipitij proceres Idumæorum conculcabunt*
C *calcei mei*. Hieronymus ſimplicius: *Super Idumæam ince-
dam calceamento meo*. Eò perducam imperium, vt pedibus
conculcare liceat. Cætera infrà *d*. *Alienigenæ*, Mihi Pa- *d Pſa. 107. 11*
læſtina fœderata eſt *e*. Sic Palæſtinos ſolent appellare *e 2. Reg. 8. 1.*
Septuaginta, quoniam è Cappadocia irrumpentes, E-
uæos vſque ad Gazam deleuerunt, illicque pro eis *f Deut. 2. 23*
deinceps habitarunt *f*. Ita inter habitatores terrę Cha-
naan, hi erant alienigenę, & ſic inuidioſo vocabulo ap-
pellabantur à Iudæis, qui eis erant ſempiterni hoſtes,
quòd occuparent partem terrę ſanctę, ipſiſque promiſ-
ſæ, nec eos inde poſſent expellere. *Subditi ſunt g*, amici *g Pſa. 107. 10*
D facti ſunt. Hebræa, quocumque modo vertantur, nihil
aliud deſignant. *Super me Palæſtina clãge. buccinato*. Ironi-
cè iuxta Abben Ezram: *Super meis victoriis plora, nam poſt-
ea meam bellicam manum, & poteſtatem ſenties*. Et ſine ironia.
O Palæſtini, habetis quo lætemini, veſtramq; ſeruitutẽ
exiſtimetis tolerabiliorẽ. Iã enim habebitis iſtiꝰ cõdi-
tionis ſocios Idumęos, Moabitas, & Arabas, quaſi Palę-
ſtinos

ſtinos Dauid primũ ſuę ditioni ſubieciſſet. Vel ex Anonymo: *Confringâre, conterare, ſuper meis victorijs dole. Poſt illas enim te ſubigam.* Denique iuxta alios, ad me Palæſtina ſociâre, mihi eſto ſociata, & fœderata, ſi tibi velis conſultum. A

11 *Quis deducet me.* Hactenùs oraculum. Quis ergò deducet me in Rabbatha munitiſſimam ciuitatem filiorum Ammon *a*, vel Idumeæ. Vel eſt ſingulare pro plurali per ſinecdochen, in ciuitates munitas, & fortes, & de illis, quis mihi dabit victoriam, niſi tu Deus. *In Idumæam*, quæ videtur inuicta ob loci naturam ſitumque, & populi ferocitatem, & perpetuas inimicitias cum Domini populo. Cùm hæc ſis pollicitus, contrarium accidit. Nam ab Arabibus, & Idumæis opprimimur, & ſub iugum mittimur. Ad Eccleſiam captiuam ſub Mahometanis videtur reſpicere. B

*a* 2. *Reg.* 12. *verſ.* 26.

12 *Egredieris.* Et (qui) non egrederis: futurum pro præſenti, in rebus ſolitis, more linguæ. *In virtutibus*, cum exercitibus, & copiis.

13 *Et, quia*, *[illegible]*. Hebraicè enim ו *vau*. *Et*, pro כי *chi*, *quia*: vt alibi ſæpè, auctore Kimhi in Michlol. Seorſum ibi *b*. *Et erat Sacerdos Dei altiſſimi.* Vbi proinde noſter rectè vertit: *Erat enim Sacerdos* de Melchiſedech. C *Salus hominis* hominum tutela, & defenſio.

*b Gen.* 14. 18

14 *In Deo.* Dei ope, & auxilio hoſtes vincemus. Hanc prępoſitionem appellãt בחזר *Beth babezer*. *In* auxilij. *Virtutem*, fortia, & potentia. *Ad nihilum deducet.* Conculcabit propriè.

## ARGVMENTVM. D

*Ab exilio poſcit reſtitutionem, longámque vitam, vbi regnum fuerit conſequutus, Chriſto accommodatus eſt.*

1 In finem,



A

# 1 In finem, in hymnis Dauid LX. Hebr. 61.

EXaûdi Deus deprecatiônem meam:
intende oratiôni meæ:
3 A finibus terræ ad te clamáui:
dum anxiarētur cor meum, in petra
exaltâſti me.
4 Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris B
fortitúdinis à fácie inimici.
5 Inhabitâbo in tabernáculo tuo in ſæcula:
prótegar in velamênto alârum tuârum.
6 Quóniam tu Deus meus exaudiſti oratiónem meam: dedîſti hæreditâtem timéntibus nomen tuum.
7 Dies ſuper dies regis adiícies: annos eius vſque in diem generatiônis, & generatiônis.
C 8 Pérmanet in ætêrnum in conſpêctu Dei: miſericórdiam, & veritâtem eius quis requîret?
9 Sic pſalmum dîcam nómini tuo in ſæculum
ſæculi: vt reddam vota mea de die in diem.

2 *Deprecationem.* Vel clamorem *Intende*, auſculta prop.
3 *A finibus terræ.* Ab extremis terris, in quibus exul vitam inopem, vagam, & miſeram dego. Aliqui, à finibus terræ, ſanctæ ſcilicet, quaſi in extremas Iſraëliticæ regionis partes Saulem fugiſſet. Sed inſcriptio *in finem*, *a Pſal.* 4. D ſiue למנצח *Lammatſeah*, vt ſupra *a* docui, hęc in perſona totius populi, ſiue Eccleſiæ cani docet. Tacitè innuit Eccleſiam ad omnes terras peruenturam, & vbique futuros, qui Deum in ſuis crucibus inuocent. *Anxiaretur*, deficeret. *Exaltaſti*, in loco tuto, & ſuapte natura munito collocaſti me. Iuxta Maſoretas, quia verſum protenderunt in ſequentis principium, ſic eſſet reddendum. In petram, quæ eſt alta præ me, quæ eſt altior, quàm vt in eam per me poſſim aſcendere, meiſque viribus, deduxiſti me, vel deducas me. Sic loquuntur de euaſione, & ſubductione à periculis, quaſi in rupe forti, ad quam

hoſtib

hoſtibus non ſit acceſſus. A
4 *Deduxiſti me* In petram per zeugma,id eſt,in locum
tutum,& ſecurum.Gall.*Tu m'as conduit*.*Turris*,fortitudo,
turris fortiſſima contra inimicum.Sic repręſentant ſu-
perlatiuos.*A facie*,vtuntur hac formula pro prępoſitio-
ne *contra*,*aduerſus*.item,*propter*.
5 *Inhabitabo in tabernaculo.* Commorabor reſtitutus ab
exilio, in tuo templo, manebo membrum Eccleſiæ. *In
velamento*,in protectione,& præſidio.In abſcōdito pro-
priè,*Sela*,ô humanitatem.
6 *Orationem meam*. Hebraicè vota mea, vota quæ tibi
in hoc exilio nuncupo. Vota enim ſolent precibus B
coniungi.*Hæreditatem*, terræ meæ ſanctæ poſſeſſionem,
à qua nunc ſum eiectus. Templum Kimhi intelligit.
*a Rom.8.17.* Noſtri cœlum,hæreditatem æternam,& cœleſtem *a*.
7 *Regis*. Regem immortalitate,& immortali imperio
donabis,de Chriſto Chaldæus,& Rabbini ferè.Sic Au-
guſtinus.Kimhi duas affert interpretationes,vnam de
Dauide , alteram de Chriſto , cuius anni ſunt æterni.
Chaldæus duas has generationes,vel, vt in fonte, æta-
tes, ſæcula , ſic diſtinguit, vt vna pertineat ad præſens
ſæculum,altera ad futurum. Anni eius erunt ſicut ſæ-
culi huius,& ſicut ſeculi venturi.
8 *Permanet*. Rex ille,perpetuò ad Dei dexteram. Heb.
*Sedebit*, *habitábit*, permanebit , ſemper ante faciem Dei, C
quod ad meditationis, & interpellationis pro nobis
officium,iudiciariam poteſtatem , & ſeſſionem in dex-
tera Patris , apertè refertur. *Eius* , Dei, vel potius regis
huius.*Quis requiret*.quis requirere, & ſcrutari poſſit.q.d.
quis plenè obſeruare , & conſiderare poſſit , quanta ſit
illius miſericordia , & veritas , ſiue fides in promiſſis
præſtandis? מן *Man* Syriacè,idem quod מי *Mi*,quis.Iam
docuimus Poëtas ſacros captare Syriaca. Miſericor-
diam,inquit,& veritatem (eius)quis obſeruet eam? Vel
*quis*,quàm fœlix.Quàm fœlix,& beatus, qui eius Re-
gis miſericordiam , & veritatem requiret , & obſerua- D
*b Pſal.24. verſ.14.* bit *b*. Rabbini,qui hoc non niſi in locis deſperatis ad-
uertunt, malunt eſſe imp à verbo מנה *Minna* præpara-
uit,cum Eclipſi, miſericordiam, & veritatem præpara,
(quæ) ſeruent eum, vel iis, qui cuſtodiunt eum , id eſt,
eius præcepta,alienius Chaldæus: *Bonitas,& veritas,quas
præparauit auctor ſæculi,ſeruabunt eum.* De miſericordia,&
veritate Patris, quæ Meſſiam ſeruarunt ab omni malo,
atque



A atque à morte in vitam reuocarunt.
9 *Sic Pſalmum dicam.* Itaque ſi mihi hoc conceſſeris,
pſalmis nomen tuum canam. *De die*, per ſingulos
dies.

---

## ARGVMENTVM.

*Se in Dei tutela poſitum fruſtra oppugnari.*
*In eo iuſtis eſſe ſalutem, qui pro*
B *ſuis quemque factis re-*
*muneretur.*

## 1 In finem,pro Iduthun, Pſalmus Dauid. LXI. Hebr. *62*.

NOnne Deo ſubiêcta erit ánima
meaⁱ ab ipſo enim ſalutâre meum.
3 Nam, & ipſe Deus meus, & ſa-
C lutâris meus : ſuſcêptor meus non
mouêbor ámpliùs.
4 Quoûſque irrúitis in hóminem : interfícitis
vniuêrſi vos,tamquam paríeti inclinâto, & macé-
riæ depûlſæ?
5 Verúmtamen prétium meum cogitauêrunt
repéllere,cucûrri in ſiti:ore ſuo benedicêbant, &
corde ſuo maledicêbant.
6 Verúmtamen Deo ſubiêcta eſto ánima mea:
D quóniam ab ipſo patiéntia mea.
7 Quia ipſe Deus meus,& Saluâtor meus : ad-
iûtor meus non emigrâbo.
8 In Deo ſalutâre meum, & glória mea : Deus
auxílij mei,& ſpes mea in Deo eſt.
9 Sperâte in eo omnis congregátio pópuli , ef-
fúndite coram illo corda veſtra : Deus adiûtor
noſter in ætêrnum.

10 Verúm

10 Verúmtamen vani filij hóminum: mendâces A
filij hóminum : in ſtatêris vt decípiant ipſi de va-
nitâte in idìpſum.
11 Nolite ſperâre in iniquitâte, & rapînas nolîte
concupíſcere: diuítiæ ſi affluant, nolîte cor appó-
nere.
12 Semel locûtus eſt Deus, duo hæc audîui: quia
potêſtas Dei eſt, & tibi Dómine miſericórdia:
quia tu reddes vnicuîque iuxta ópera ſua. B

---

2 *Nónne*. Pronunciatiua fontis enuntiatio nõ immutat ſententiam, certè Deo ſubiecta erit anima mea, patientérque feret eius iudicia, & voluntatem expectabit. Abruptum exordium ob πάθος. *Subiecta erit*. Hebr. *ſilebit*, ſummiſſa erit. *Deo*, Dei voluntati. *Salutare*, ſalus, defenſio. C

3 *Deus*: Expoſuerunt abſtracta concretis. Nam Hebr. rupes mea, & ſalus mea, munitio mea, vt non admodum commouear. Perpetuis Metaphoris: *Amplius*. Comparatiuum pro poſitiuo, vt ſupra *a*, paulò ampliùs, paulò grauiùs, multùm, multa calamitate: Non labar grauiter, nam reſurgam, iuxta illud *b*, *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit*. Chaldæus, *Non mouebor in die tribulationis magnæ*.

a *Pſal*. 50.4
b *Prouer*. 24 *verſ*. 16.

4 *Irruitis*. Alij, tenditis fraudes, malignè vos geritis. *In hóminem*: in me infirmum, ſimplicem & innocuum. De ſe loquitur in tertia perſona. At R. Iona in genere. D *Quouſque exeritis linguam veſtram in homines nocendi ſtudio? Interficitis*. Quouſque interficitis homines, ac ſi paries eſſet diſiectus, & maceria conuulſa, id eſt, ac ſi omnia eſſent ad omnem iniuriam aperta, & expoſita, ac ſi omnia licerent? Eſt Græciſmus potiùs quàm Hebraiſmus, ἐπὶ enim in hac ſignificatione, & ſimiles particulæ, cum datiuo conſtruuntur. Multi exponunt paſſiuè, ſed inſipidè: Interficiemini omnes vos, quemadmodum paries inclinatus, & maceria depulſa proxima



A xima eſt ruinæ, & maximo impetu, atque terrore caſura eſt. Quare Ben Nephtali actiuè per pathah cum noſtris legendum docet. *Inclinato*, diſiecto. Alij minanti ruinam, mox ruituro.

5 *Pretium meum*, quod mihi eſt pretioſum, id eſt, ſalutem, vitam, quæ mihi eſt pretioſa & cara, gloriam, ſtatum & dignitatem. Conſilium inierunt, vt me expellerent & deturbarent, de vita, dignitate, fortunis, &c. *In* Hebræo, *de ſublimitate ipſius*, id eſt, mea, deliberarunt depellere. Nam de ſe in tertia perſona loqui pergit. Pretium ergo ſuum appellat decus, honores, & ſtatũ ſuum B ſublimem, & proſperum. *Cucurri*, ἔδραμον cucurrerunt, vt Hebræo reſpondeat. ירוצו *Iarútſu*, à רוץ *rauats*. Magno ſtudio perſecuti ſunt me, cucurrerunt, vt etiã ſitim contraherent, ad me depellendum de ſtatu, vel etiã cum ſua ſiti. Gal. *n'ont pas eu le loiſir de boire pour courir apres moy*. Vt habemus, ſummo ardore, & q. curſu conatus ſum euadere eorum improba cõſilia, celeriter fugi cum mea ſiti, non licuit mihi bibere, etſi ſitirem, præ præcipiti fuga. Cucurrerunt in ſiti, id eſt, magna ſiti & ardore, vt me propellerẽt, & viciſſim cucurri in ſiti, vt fugerem, vt per Eclipſim ſubaudiantur (pedes mei) ſicuti ſupra *a*, C Maſoretæ à רצה *ratſa*, voluerunt (dilexerunt) mendacium, ſibi placuerunt in mendacio. *Sela*.

a *Pſal*. 58. *verſ*. 5.

6 *Patientia*, expectatio, ſpes omnis ſalutis meæ ab eo pendet. *Subiecta eſto*. Sile prop. Ne murmura de eius iudiciis & conſiliis.

7 *Deus*. In fonte abſtracta pro concretis vt ſupra *b*. Petra mea, ſalus, munitio ſiue arx. *Non emigrabo*. in exiliũ, vel, non mouebor de meo ſtatu, non vacillabo, non labar.

b *verſ*. 5.

8 *Salutare*, ſalus mea, eſt, *Deus auxilij mei*. Conſtruitur cum fine verſus. Nam *Deus*, hîc accipitur appellatiuè, non eſſentialiter & propriè, pro Hebræo petra, rupe, firD mitate, Auxiliator & roborator meus, itémque mea ſpes eſt in Deo vero. Hoc enim loco poſteriore ſumitur, eſſentialiter. Itaque Hebraicè eſt, אלהים *Elohim*.

9 *Omnis congregatio*, ô omnes populi pro בכל עת *be col heth*, omni tẽpore, Sept. habere potuerunt in ſuis exemplaribus, כל עדת *col hadath*, omnis ſynagoga, vel potius, עת *heth*, pro עדת *ha dath*, per ſyncopen intellexerunt, vt ſupra *c*, צרם *tſuram*, pro צרתם *tſuratham*. Sperate in eo in omni congregatione. *Effundite* magna vi ei obiicite, patefaci

c *Pſa*. 48. 16.

A tefacite, & fuſè ei explicate corda veſtra, mentium veſtrarum vota & optata, q. d. totos vos ei committite, in eum omnes veſtros affectus reiicite, vni ei fidite. *Corda*, animi deſideria & vota. Metonym. *In æternum.* Septuaginta more Chaldæi ſic verterunt, *Sela*, in æternum, cum tamen aliâs, *Diapſalma*, vide ſupra *a*.

*a Pſ. 3. ver. 3.*

10 *Filij hominum.* Poſteriore loco Heb. *filij virorum*, id eſt, clariſſimi & potentiſſimi. vt ſup. *b* Ne illi exiſtiment ſe eximendos ab hac generali conditione & regula. *In ſtateris vt.* Anaſtrophe, vt etiam ipſi in ſtateris poſiti decipiant & fallant præ vanitate in idipſum, id eſt, ad vnum omnes, pariter. q. d. in libris videntur aliquid eſſe, & ponderare, cùm tamen vanitas, ſi in alteram lancem inferatur, præponderatura ſit. Ita fallunt & deci- B piunt: nam videntur aliquid eſſe, & nihil ſunt: videntur futuri multò ponderoſiores, & tamen ab inanitate eleuantur, ſunt vanitate vaniores, & leuiores. Elegantiſſima αἶνος, ad deiiciendum quorumlibet faſtum. Si aſcendat (inquit) in alteram libræ lancem inanitas, in alteram verò vniuerſum humanũ genus, profectò inanitas ipſa præponderabit. Vnde Heb. ad verbum: *In ſtateras vt aſcendant, ipſi* (ſunt) *præ vanitate pariter*, id eſt, vanitate ſunt ad vnum cuncti leuiores. Qui conſtruunt, *In ſtateris*, cum præcedentibus citra Anaſtrophē, ſenſum hunc natiuum retinere poſſunt, modò meminerint, *In* præpoſ. ſignificare hic locum, non modum. Intra ſtateras & libras, in ſtateris poſiti & appenſi. Aliud enim He- C bræa non patiuntur. *In idipſum*, in eadem ſtatera omnes poſiti, vel ſimul omnes. *De vanitate*, præ, vel propter vanitatem *De* Heb. ſine מן *Min*, hoc ſæpe denotat.

*b Pſ. 48. 3.*

*Hominum omnium quorumcumque vanitas.*

11 *In iniquitate*, in calumnia, oppreſſione, *& rapina.* Ad Verb. & in rapina ne vaneſcatis. Ne ſitis vani rapiẽdo.

12 *Semel, & duo.* Semel & bis ſiue duabus vicibus, id eſt, ſæpius per prophetas audiui. Vt Latinè, Semel atque iterum, pro ſæpiùs. ita Hebraicè, ſemel & ſecundò, ſemel & bis, ſiue vt hîc habemus, ſemel & D duo. q. d. Sæpiùs Deus locutus eſt, & audiui: ſæpius Deum dicentẽ audiui per prophetas, Dei ſolius eſſe potentiam. R. Dauid. Ratio cur non ſit ſperandum in rebus vanis, & iniquis. Quia irreuocabilis eſt ſententia ſæpius conteſtata, Deum vnũquemque remuneraturum pro ſuis geſtis. Aliæ interpretationes apud eundem Allegoriam reſipiunt. Vt illa R. Salomonis initio canticorum,



A rum, *Vnum locutus eſt Dominus, duo, quæ audiui.* q. d. vna ſcriptura Deus duos ſenſus delineat. Quam ſequitur R. Abraham *a*, Vnum *Dei præceptum eſt verum, ſecundum literæ ſententiam, at præter eum includit myſteria intellectualia, quæ non niſi valdè eruditis patent, proinde quodlibet Dei præceptum eſt duo.* Et R. Menahem *b*. *In cunctis verbis legis duo ſunt*, פנימי & חיצון, *penimi & hitſon, interius & exterius*, גלוי ונסתר *Galui veniſtar, apertum & opertum. Quia dictum vnum locutus eſt Deus, duo quæ audiui.* Sic iſta ſubſtantiuabuntur in neutro genere, vt, *Vnum*, id eſt, vnam rem. *Duo* B duæ res, & זו *Zu, qui quæ quod*, nõ autem, *hic, hæc, hoc*, ſignificet. Aliqui noſtrorum, Semel locutus eſt Deus, id eſt, irreuocabiliter *c*, Irreuocabiliter Deus eſt locutus, duo hæc quæ audiui, de præmio pœnáve afficiendis hominibus, ne quis temerè iniquitati & rapinis vacet. Dixit ita firmè & certò, vt irritum fieri non poſſit, nẽpè duo hæc, quæ audiui, videlicet tibi eſſe poteſtatem & miſericordiam ad iudicandum, deinde te ſingulos pro ſuis factis remuneraturum. Magna conſolatio, Deum velle, & poſſe iuuare, quia omnipotens & miſericors *d*, Sic *ſemel & duo*, referentur ad diuerſa. *Semel*, ſcilicet ad firmi- C tatem & certitudinem aſſeuerationis. In Dei enim Verbo omnia ſunt maximè vna, & ſibi prorſus conſona, in quibus nihil repugnans inueniatur, nihil contrarium. *Duo* autem ad poteſtatem iuſtitiæ, & bonitatem miſericordiæ, quæ duo doceat Deo conuenire ad remunerãdũ vnumquemque pro ſuis factis. Et certè paſſim duo hæc coniungit Scriptura: Potentiam Dei, & bonitatem, iuſtitiam & miſericordiam, veritatem & miſerationem. *Poteſtas*, fortitudo, robur, *Iuxta opera*, Nam non ſecundum fidem & incredulitatem dumtaxat iudicaturus eſt, verum etiam pro cuiuſque operibus & fructibus.

D

*a Ex. 16.*

*b Exo. 21.*

*c Heb. 12. 2.*

*d Rom. 2. 6. 7.*

*In Dei verbo omnia ſunt maxime vna.*

*Iudicium Dei quale futurum.*

***

 A

## ARGVMENTVM.

*Exul ſe Deo laudibus, & gratiarum actione afficiendo conſolatur, hoſtibus interitum, ſibi malorum finem ſperans.*

## 1 Pſal. Dauid cum eſſet in deſerto Iudeæ. 1. Reg. 22. a. 5. LXII. Heb. *63.* B

DEus, Deus meus: ad te de luce vígilo.
3 Sitîuit in te ánima mea: quàm multiplíciter tibi caro mea.
4 In terra deſêrta, & inuia, & ináquôſa, ſic in ſancto appárui tibi: vt vidêrem virtûtem tuam, & glóriam tuam. C
5 Quóniam mêlior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: làbia mea laudâbunt te.
6 Sic benedîcam te in vita mea: & in nómine tuo leuâbo manus meas.
7 Sicut ádipe & pinguédine repleâtur ánima mea: & lábiis exultatiônis laudâbit os meum.
8 Si memor fui tui ſuper ſtratum meũ, in matutînis meditâbor in te: quia fuîſti adiûtor meus. D
9 Et in velamênto alârum tuârum exultâbo, adhæſit ánima mea poſt te: me ſuſcêpit déxtera tua.
10 Ipſi verò in vanum quæſiêrunt ánimam meam, introîbunt in inferiôra terræ: tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.
11 Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes, qui iurant in eo: quia obſtrûctum eſt os loquéntium iníqua.

1 *In*



A 1 *In deſerto Iudææ.* Quod deſertum ziph, vel Idumæorum etiam dicitur; vbi propter Saulis perſecutionem latuit *a*.

2 *De luce vigilo:* ὀρθρίζω; manico; manè te quæro, diluculo ſurgo ad te precandum. Nam & Hebræum שחר *ſchahar*, thema hoc declarat.

*a* 1. Reg. 22. 5. & 23. 14. 11.

3 *In te*; ad te ſitit, te anxiè expetit. Verbũ ſitiendi Hebr. conſtruitur cũ præpoſ. *In* vel cum datiuo. *Quàm multiplicìter tibi.* Sitit, deſiderat, ἀπὸ τοῦ ποθεῖν. Reſpicit ad reſurrectionẽ carnis, eiúſque ſtatũ. Caro humana multipliciter ſitit Deum. Primùm, vt liberetur à motuum igni-
B bus, cupiditatibus, Spiritui, rationi, legi diuinæ contrariis, Secundo vt vindicetur ab infirmitatibus corporis, morbis, ſtatu corruptionis, & ſepulchri. Tertio vt quod in ipſa eſt mortale & miſerum, abſorbeatur beata immortalitate, & reſurrectionis gloria. Quarto vt à peccatis, inſultibus, & inſidiis Satanæ, mundi illecebris, & vitiis redimatur. Non te tantùm animo ſitio, verum etiam corpore, idque multis modis. Affectus animi, præſertim vehementes in carnem redundant, illámque variè afficiunt. Quin & caro cupit ſe Deo ſubiicere, eum ſitit, amat, appetit, vt perfectionem ſuã, non modò quia animæ piæ & ſanctæ deſiderium, atque ardor redundat
C in corpus, ac illud reddit diuini amoris cupidum, & ad eius venerationem vegetum, excuſſo irreligionis ſtupore, verùm etiam, quia Dei ſpiritu agitatur, & per eum renata reformatáque eſt Hinc illud *b, omnia oſſa mea tibi dicent gloriam, & c, irrigantur oſſa timore Domini ac pietate.* כמה *Cámma.* Heb. pennacutè, quãtùm, quàm plurimùm, admirandi propriè particula. Maſoretæ legunt verbaliter, accentu in vlt. כמה *Camah*; expetere, deſiderare. Sed nihil neceſſe.

*Caro humanã Deũ multipliciter ſitit;*

*b* Pſ. 24. 10. *c* Prou. 3. 7.

4 *In terra deſerta.* In terris miſeris & calamitoſis exi-
D liorum & perſecutionũ video, agnoſco, intelligo, contemplor tuam virtutem & gloriam, Maieſtatis tuæ illic non obliuiſcor, perinde ac ſi eſſem in ſancto, in ſancta tua æde, in mea patria, in qua multa ſunt ſolatia; pietatis adminicula, & præſidia, in qua denique eſt liber, & ſolatij plenus religionis vſus. q. d. locorum pericula & miſeriæ non me abducunt à tui notitia & deſiderio. *Sic*, ſicut, quaſi, ſic, atque ſi eſſem, *In ſancto*, in ſanctuario, in templo, extra hoc exilium. In terra hac deſerta & ſquallida, in qua exulo, non aliter ſum erga te

Y 3 affe-

A affectus & animatus, quàm olim cùm Hieroſolymis omnia mihi erant proſpera, & fruebar libero ſancti tẽpli ingreſſu, ac ſolenni religionis vſu. Exilium nõ me dejecit de tuo cultu, & obſeruantia. Quin id nunc abſens præſto ſpiritu, quod illic in Sanctuario peragere eram conſuetus. Hic poëticè alteram particulam ſimilitudinis tranſiliit. Nam fuerat dicendum (*ſicut*) *in terra deſerta, ſic in ſancto*, &c. id eſt, ſicut in deſerto, ſic in ſancto, & viciſſim ſicut in ſancto, ſic in deſerto. Eodem videlicet mentis ſtatu vtrobique fui. Nam Caph repetitum, vel habens poſt ſe כן *Ken* declarat omnimodam, id eſt, perfectam & reciprocam ſimilitudinem. B *Apparui tibi*, Hebr. vidi te, contemplatus ſum te. *Vt viderem*, ita vt viderem. Vt, non dicit cauſam ſed euentum, vel *τὸ ἰδεῖν*, vt videam in his miſeris locis tuam ſalutarem vim, potentiam, & gloriam. Etiam eam quaſi in ſacro tuo templo hîc contemplor. Quaſi eo fine in deſertis locis de Deo meditaretur, vt Dei vim ſentiret.

5 *Super vitas*, quàm vita. Miſericordia Domini, quam experior in his ſolitudinibus deſertis, & incultis, mihi eſt vitæ vſura ſuauior. Chaldæus refert hanc miſericordiam ad ſæculum venturum. *Bona miſericordia tua, quam facies iuſtis in mundo venturo, pluſquam vita quam* C *dediſti impiis in mundo iſto*.

6 *Sic benedicam te*. Itaque, ob hanc cauſam. כן *Ken* pro על כן *aal ken*. Poſſit eſſe particula blandientis, & demulcentis. Nam eius ductu ſolent poëtæ aliquem demulcere vel placare poſt eum compellatum, precémve illi factã, vt Prudentius in fine carminis de Hippolyto martyre, Ouidius & alibi *a*, *Leuabo*, in cœlum: te ſublatis in cœlum manibus precabor, & inuocabo. *In nomine tuo*, tua cauſa, propter nomen tuum & celebritatem, propter magnitudinem, virtutem & potentiam tuam, Nomen Dei hæc omnia includit.

a *li.2.de ponto Eleg.8.*

*Gratia Dei ſaginatur anima.*

7 *Sicut adipe & pinguedine*. Adeps, & pinguedo, ſymbo- D la gratiæ, & conſolationum diuinarum. Gratia tua ſaginetur anima mea, & tunc te lætis labiis os meum celebrabit. Gratia Dei, pinguiſſimus paſtus animorum: conſolatio, delicatiſſimus cibus, *Labiis exultationis*, quæ exultant Dei laudatione, & confeſsione, non torpentibus, non languentibus, non frigidis, vel tepidis.

8 *Si memor fui tui*. Si memor fui tui in meo cubili, quo tẽpore minus de te cogitatur, quòd ſpiritus mergatur ſom-



A ſomno, ſanè in vigiliis matutinis multis de te cogitabo. quia, &c. Symbolicè. Si in nocte afflictionum memor fui tui, multo magis in luce proſperitatum. Vel, *Memorem eſſe*, pertinet ad beneficia. Si memor fuerim tui in meo lectulo, & in eo ſenſerim præſentiam & opem. Si me nocturno tẽpore iuueris, manè tibi gratias agam. *In matutinis*. Heb. in cuſtodiis. De vigiliis matutinis, atque adeo antelucanis. *Sic*, mendosè in quibuſdam exempl. Nam Græcè *εἰ* & Hebr. אם *im*. *In te*, de te, ב *Beth* pro בעבור *Baabur*.

9 *In velamento*, vmbra, id eſt, protectione & tutela tua B canam (te.) *Poſt te*, tibi, *vel poſt vias tuas* ſecundum Chaldæum. Animam alicui adhærere eſt ardenter aliquem deamare, ad eum ſuſpirare. *Suſcepit*, adiuuit, ſuſtentauit.

10 *Quæſierunt*, ad perdendam. ſ. Nam in malã partem accipitur. *In vanũ*. Fruſtrà, vt qui Dei præſidio eſſem tutus: vel potius, ſine cauſa, immeritò, nulla mea culpa. Noratio Maſoretarum patitur etiam hanc interpretationẽ, in deſolationẽ in exitiũ. Notant enim שואה *Sſchoa*, non שוא *ſchaue*, vt vox non *vanitatem* ſed *vaſtitatem* ſonet, C & ſecundum Chaldæum *ſepulturam*, locum deſolatum, vt ſolent eſſe tumuli. q. d. Quæſierunt animæ meæ exitium, me perdere ſtuduerunt. At ipſi contrà malè peribunt. Eorum corpora introibunt in ſepulchra, animæ tradentur in manus tortorum dæmonum, bona & opes cedent vulpinis, & improbis hominibus, qui ea abligurient. Alij, gladio interficientur, deinde cedent vulpibus, & feris in eſcam. Sic Saul & eius ſectatores gladio Palæſtinorum ceciderunt, & eorum cadauera vul- D pibus, ac feris lanianda relicta ſunt *a*. *Partes*, portio, poſſeſſio. a 1. *Reg. vlt.* 5.6.

11 *Rex*. Ego lætabor in Deo, qui in regẽ vnctus ſum *b*. b 1. *Reg.* 16. *v.* 13. De ſe loquitur, in tertia perſona, quem Deus regem erat conſtituturus. Sic & Abigail eum vocat, ante Saulis mortem *c*. Arnobius, Hilarius, Auguſt. Chriſtum intelligunt verum regem & æternum, qui pereuntibus Iudæis, & Tyrannis gloriam & imperium eſt conſecutus *d*. *Laudabuntur omnes qui iurant*, gloriabuntur. *In eo*, Deo, per eum Deum, qui agnoſcunt eum. Periphraſis piorum, qui iurant per Deum, non per idola, quando eſt neceſſarium. Iuſiurandum enim ritè factum eſt actus latriæ & religionis. Qui eum pro veritatis & ſanctitatis omnis fonte agnoſcunt, ſicque eius ſolius nomen

c 1. *Reg.* 25. *ver.* 25.

d *Eſ.* 45. *v.* 23.

*Iuſiurãdum ritè factum actus eſt religionis.*

men in legitimis iuramentis vſurpant & inuocãt, non A
idolorum, gloriabuntur, quòd ora mẽdacium & iniqua
loquentium tam inſignibus ſuppliciis obſtruxerit.

---

ARGVMENTVM.

*Contra inſidias & calumnias opem implorat, cõfidens earum auctores magna iuſtorum voluptate oppreſſum iri.*

## 1 In finem, Pſalmus Dauid. B
## LXIII. Hebr. 64.

EXaúdi Deus oratiónem meam, cùm déprecor: à timôre inimíci éripe ánimam meam.
3 Protexíſti me à conuêntu malignántium: à multitúdine operántium iniquitâtem.
4 Quia exacuêrunt, vt gládium, linguas ſuas: intendérunt arcum, rem amâram: vt ſagittent in occúltis immaculâtum. C
5 Súbito ſagittâbunt eum, & non timébunt: firmauêrunt ſibi ſermônem nequam.
6 Narrauêrunt, vt abſcónderent láqueos: dixêrunt, quis vidêbit eos?
7 Scrutâti ſunt iniquitâtes: defecêrunt ſcrutântes ſcrutínio.
8 Accêdet homo ad cor altũ: & exaltábitur De⁹. D
9 Sagittæ paruulôrum factæ ſunt plagæ eôrum: & infirmâtæ ſunt contra eos linguæ eórum.
10 Conturbâti ſunt omnes, qui vidêbant eos: & tímuit omnis homo.
11 Et annunciauêrunt ópera Dei: & facta eius intellexêrunt.
12 Lætábitur iuſtus in Dómino, & ſperábit in eo: & laudabûntur omnes recti corde.

2 *A tim*



A

---

2 *A timore*, ne timeam inimicum. Præp. מן *Min* (à) trahit ſæpè ſententiam ad negationem. *Eripe*, cuſtodias vitam meam propriè.

3 *Protexiſti*. Grecè σκέπασον, protege, ſuffragãtibus Heb. *A conuentu*, à factioſa coitione. סוד *Sod* non tantum conſilium occultum ſignificat, ſed & concilium ſiue cœtum, & conuentum. *à multitudine*, à tumultu & fremitu populi, à turba, à tumultuoſo conuentu.

B 4 *Quia*, ad nocendum grauiſſimè & detrahendum. *Rem amaram*, appoſitoriè arcum amarè & pernicioſè ferientem, דבר *dabar* etiam verbum & ſermonem ſignificat, vt mox a, vt pergat loqui de calumniis ſub arcus inuolucro, velut tenſo arcu pro ſagittis verba amara, & noxia iaculantur, Chald *tetenderunt arcus ſuos, vnxerũt ſagittas ſuas veneno mortifero & amaro. Arcum*. Hebraicè quidem. *Sagittas ſuas*, ſed doctè noſtri. *Arcum*, ad hyperbaton ſiue inuerſionem explanandam. Neque enim ſagittæ intenduntur, ſed arcus. *In occultis*, ex inſidiis.

a *Ver. 5.*

5 *Subitò*, de improuiſo, citra vllum Dei, & hominum metum. *Firmauerunt*, firmiter & pertinaciter ſtatuerunt ſermonem, id eſt, conſilium ſuum nefarium perficere.
C Alij rem, vt ſupra b. Confirmarunt ſe ad rem malam.

b *ver. 4.*

6 *Narrauerunt vt abſconderent*. Se inuicem monuerunt. *Eos*, laqueos. Quis noſtras inſidias animaduertet? Aliqui codices mendoſè, *Nos*.

7 *Scrutati* Veſtigarunt iniquas nocendi vias, excogitarunt varias nocẽdi rationes & modos. *Defecerunt* conſumpti ſunt in ſuis illis vehementibus ſcrutiniis & cõſiliis, ea nequiuerunt perficere, irriti abierunt. Per *Scrutinium* intelligit latentes nocendi artes. Hebr. per Mimeſim, *defecimus* (in) *ſcrutinio ſcrutato*, ſiue *veſtigato*. q. d. ſollicitè ſcrutati ſunt, & ad deliquium penè animi, vt
D quidem ipſi confitentur. Eſt valde mirum, recentiores omnes interpretes ex omnibus Rabbinorum expoſitionibus ſelegiſſe deteriorem, ſtudio dumtaxat contradicendi noſtris Sept. *Perfecerunt, ſcrutinii veſtigatum, perfecerunt, quæ ſcrutati ſunt diligenter*. Primùm, quia תמם *thamam* in Kal eſt intranſitiuæ ſignificationis. 2. quia hoc repugnat Pſalmographi ſententiæ, qui mox docet irritos fuiſſe eorum conatus, neq; perfectos. 3. Quia תמנו

Y 5 *Thamnu*,

A *Thamnu a*, propriè eſt primæ perſonæ, dicendo ſupplè defecimus, vt ſit Mimeſis.

a *vt Num. 17, ver. 13.*

8 *Ad cor altum.* Metonymicè. Ad altas, profundas, callidas cogitationes. ad cõſilia profunda, μυστήρια τῆς κακίας; homo iſte impius ſe conferet, at Deus erit altior, iſta diſſipando. At Deus qui eas diſsipabit, exaltabitur, & extolletur laudibus. Altè, profundè, & callidè multa homo excogitabit, & machinabitur: at Deus illis machinationibus altior apparebit, ſumendo vindictam, & eius conſilia diſsipando. Hebræa ſic ſunt doctè & facilè repræſentata: Et medium viri & cor, profundum (erit) at exaltabitur Deus. Nam וירם *Vaijarum, & exaltabitur*, melius è רם, *Ram*, quàm וירם *Vaijorem, & ſagittauit eos* è ירה *Iara* notatur, vt nihil ſit opus vertere. B *Et medium viri, & cor profundum* (ſupple perfecerunt:) *Et ſagittabit eos Deus.* Perpetuò docet prauos attentiſſimo conſilio, & perueſtigatione profundiſſima occupari circa bonorum noxiam. At Deum eorum conſilia infirmare, per Antitheſin. Etſi aliqui ſimpliciter, vtrobique idem dictum exiſtiment. Et medium viri, & cor profundum defecerunt, q. dicat, omnia iſta conſumpta ſunt, nec peruenerunt ad exitum, ſagittatique ſunt à Deo, C *Et* aduerſatiuè, at verùm,

9 *Sagittæ paruulorum.* ſagittæ debiles, quarum ictus eſt valde infirmus, ſunt eorum plagæ, ſuntque ſimiles ſagittis, quas paruuli dirigunt, & iaculantur. i. non valdè nocent, quia à Domino retunduntur, vel detorquentur. Plagas eorũ intelligit, non quas ipſi accipiunt, ſed quas aliis inferunt. Heb. ſagittæ repentinæ, quæ repentè iaciuntur & temerè, viribus nondum collectis, & ſcopo non rectè conſiderato, פתאום *pitheon*, repente, à פתו *pathi*, paruulo, ſimplice, inconſiderato. Quod alij paſſiuè D exponunt, vt deſignetur ſubitus & inexpectatus impiorum interitus, cui ſe obnoxios per impietatem reddiderunt. Impij repentè, dum nihil minus cogitant, pereunt, *Et infirmatæ ſunt*, impegerunt, debilitatæ ſunt linguæ eorum, quibus iuſtum calumniis & probris obruebant, contra ipſos, contra ipſorum ſalutem, in ipſorum perniciem, malo ipſorum maximo q. d. Malum linguæ eorum à me in ipſos reflexum eſt. Hebraica ſic faciliora reddiderunt: *& corruere fecerunt ipſam ſuper ſe linguam ſuam.* q. dicat inquit R. Dauid, *Verba eorum*



A *rum mala, quæ contra me dixerunt, recident in ipſos.* Infirmarunt, & debilitarunt eos linguæ ipſorum, illos perdiderunt, tantùm abeſt, vt prouexerint ipſorum res, ſicuti ſperabant.

10 *Conturbati ſunt, commoti ſunt:* omnes, qui videbant eos ſic à Deo percuſſos, attoniti facti ſunt, mirantes Dei iudicia, & impiorum alternationem. *Et timuit.* Indoctè recentiores vertunt, *Et vidit*, vel, *Et videbunt*. Nam in emendatis exemplaribus, & Chaldæo legitur וייראו *vaijreu*, per duplex iod, omnes homines his exemplis, & B iudiciis Domini à maleficio deterriti ſunt, & Deum reuerenter coluerunt. Sunt autem præterita pro futuris, Prophetico more.

11 *Opera Dei.* Supplicia diuinitus illata. Hoc enim excitat ad agnoſcendum, & laudandum iuſta Dei iudicia. *Intellexerunt*, contemplati ſunt.

12 *Laudabuntur.* Gloriabuntur. Gall. *ſe loueront de luy.*

---

## ARGVMENTVM.

C *Deum eſſe laudãdum, ob ipſius in Sionem, atque adeò vniuerſum hominum genus, beneficentiam. Eſt propheticus de futura Gentium conuerſione.*

## 1 In finem, Pſalmus Dauid, canticum Aggęi, Ieremię, & Ezechiel populo tranſmigrationis, quando incipiebãt proficiſci. LXIIII. Heb. 65.

D
2 TE decet hymnus Deus in Sion: &
tibi reddêtur votum in Ierúſalem.
3 Exaûdi oratiônem meam: ad te
omnis caro véniet.
4 Verba iniquôrum præualuẽrũt
ſuper nos: & impietátibus noſtris tu propitiáberis,
5 Beâtus, quem elegîſti, & aſſumpsîſti: inhabitâbit in atriis tuis.

6 Repléb

6 Replébimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitâte. A

7 Exaûdi nos Deus ſalutâris noſter: ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

8 Præparans montes in virtûte tua, accínctus poténtia: qui contûrbas profûndum maris, ſônum flúctuum eius.

9 Turbabûntur gentes, & timébunt, qui hábitant términos, à ſignis tuis: éxitus matutíni, & véſperæ delectâbis. B

10 Viſitâſti terram, & inebriâſti eam: multiplicâſti locupletâre eam.

11 Flumen Dei replétum eſt aquis: parâſti cibum illôrum, quóniam ita eſt præparâtio eius.

12 Riuos eius inébria, multíplica genímina eius: in ſtillicídiis eius lætâbitur gérminans.

13 Benedîces corônæ anni benignitâtis tuæ: & campi tui replebûntur vbertâte. C

14 Pinguêſcent ſpecióſa deſérti: & exultatióne colles accingêntur.

15 Indúti ſunt aríetes óuium, & valles abundâbunt frumênto: clamâbunt, étenim hymnum dicent.

---

*Aggæi Ieremiæ*. Hæc, & ſequentia omnia addita ſunt præter fontem, vt doceremur hæc præſertim cani de D læto è captiuitate Babylonica reditu, quem hi Prophetæ canebant, & inculcabant populo abeunti in captiuitatem, vt eum conſolarentur ſpe futuræ reſtitutionis in integrum, imò verò in melius per Chriſtum. Nam ille eſt ſcopus Prophetiarum Ieremiæ, Ezechielis, & Aggæi, quæ extant: non quòd hunc Pſalmum condiderint.

2 *Te decet*. Tibi debet tribui *Hymnus*. Te decet hymnum à rectis accipere, tu debes laudari in Sion. Hymnus enim paſſiuè, te decet laudari, tibi debet exhiberi laus.



A laus. *Sion*, & Hieruſalem Eccleſiam Dei ſignificabant, extra quam neque Deus ritè colitur, neque vllum votum Deo gratum eſt, & acceptum. Hebraicè: *Tibi cõgrua, tibi conueniens, tibi expectata, & ſilens*. laus. Vox דומיה *Dumiiá* vſque adeò emphatica pro ſilere ſignificatur laudes eſſe tãtas, vt eas nemo poſſit dignè enarrare. Hymnus in Sion tuas laudes non ſatis explicat. Chaldaicè: *Coram te reputatur ſicut ſilentium, laus*. Vox *Hieruſalem*, addita à Septuaginta, ad explicationem, & numerum.

*Extra Eccleſiam Deus non rectè colitur.*

3 *Exaudi*. Non video, cur Maſoretæ legerint in Benoni, exaudiẽs, ô qui exaudis. *Omnis caro*, omnes homi-
B nes, per ſynecdochen, totus orbis Deum agnoſcit. i. ex omni hominum genere, Hilar. Prædicitur vocatio gentium. *a Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem.*

*a Ioel. 2. 28.*

4 *Verba*. λόγοι, non res, Verbis valent, non effectu. Vnde *Et*, mox aduerſatiuè intelligitur. Verbis minacibus contra nos inſoleſcunt, at, ſed fruſtra, &c. *Iniquorum*. Hebraicè quidem, *iniquitatum*: ſed eſt abſtractum pro cõcreto. Iniquorum hominum minæ, & ſtudia nos oppreſſerunt, & grauarunt, propter peccata noſtra, ſci-
C licet. At impietates noſtras tu expiabis, & remittes, ſicque eorum verba nobis non nocebunt. Nam ſublata cauſa, tollitur effectus. Acuta antitheſis. Opponit enim perſequutionibus impiorum impietates noſtras, quòd illæ ferè contingant propter noſtra peccata. Kimhi tamen exponit: *Peccata noſtra quidem inualuerunt nobis, nos ſuperauerunt, fortiora nobis extiterunt, tam multa ſanè commiſimus: at tu ea remittes*. Verba iniquitatum accipiens pro rebus iniquis, operibus prauis. Quò, & pertinebunt, noſtra, ſi *iniquorum* ſumatur ſubſtãtiuè, pro *rerum iniquarum*,
D *Et*, aduerſatiuè, *At*, ſed, vt, ſæpè aliàs. Quæ interpretatio etiam congruit, *Præualuerunt*, per tyrannidem oppreſſerunt me, vt vertit Symmachus. Nam in fonte גברו *Gaberu*, à qua radice גבורים *Gibborim*, fortes, violenti, quos alij interpretantur gigantes, alij tyrannos. Et certè *b* Nimrod cœpit eſſe gigas, τουτέστι, inquit Chryſoſtomus τύραννος. *Super nos*, ſingulariter in fonte, ſuper me, vel aduerſum me. *Impietatibus*, propriè præuaricationibus, tranſgreſſionibus in Deum. פשעא *Paſchaba* ſic exponunt, de peccatis videlicet in Deum directó commiſſis.

*b Genſ. 10. 8.*

5 *Aſſumpſiſti*. Ad te, in tuam ſocietatem, admouiſti, applic

applicaſti, adoptaſti: feciſti appropinquare propriè. De A
electione, & aſſumptione æterna ſecundum ſpem vitæ futuræ. i. de præparatione gratiæ, & gloriæ, quam prædeſtinationem appellamus. Aliqui de tẽporaria, id eſt, protectione, cura, cuſtodia, gratia, & fauore præſenti. *In atriis*. In Eccleſia. Erit membrum Eccleſię, verſabitur in ea, & commorabitur. *Quos elegit, hos & vocauit, &c.* *a* Eccleſiæ eſſe beneficium eſt Dei ſingulare, vt fructus donorum Dei percipiatur, vt gratia, iuſtitia, & conſcientiæ tranquillitas, ſpes vitæ æternæ, &c. *b*.

*a Rom. 8. 30*
*b Gal. 5. 22. Epheſ. 5. 9.*

6 *Replebimur in bonis*. Hebræi ferè putant eſſe Mimeſim inhabitaturorũ in atriis, & templo Dei. Illic dicent, B Replebimur bonis domus tuæ, &c. Sic & noſtri putant eſſe vocem iuſtorum ad cœleſtem patriam aſpirãtium. Hinc Chaldaicè: *Dicent verò iuſti, Satiabimur bonitate domus tuæ* (cœleſtis.) *Mirabile*, pleniſſimum æquitate, admirandæ æquitatis. Nam illinc excluduntur impij, polluti, prophani, peccatores: illic docetur iuſtitia, puritas, ſanctitas, caſtimonia, religio, &c. Hebraicè: *Mirabilia, ſiue terribilia in iuſtitia* (eſt templum tuum.) Iuſtitia autem Heb. omnem virtutem complectitur, quam in Eccleſia, & in templo Dei diſcas. Eccleſia eſt columna veritatis, errare non poteſt in doctrina morum, & fidei. Cæteri C cœtus deprauãtur multis opinionibus, vt Paganorum, Mahometanorum, Hęreticorum. Maſoretæ ſuis diſtinguentibus accentibus hîc perſpicuam turbant ſententiam. Quod proinde Rabbini, vt Kimhi, cogũtur emollire Eclipſi: (Per) mirabilia tua, quæ apud nos agis, in iuſtitia (tua) exaudi nos. Hîc enim incipiunt verſum, ſubaudito (in) ad præcedentis finem. (In) ſanctitate templi tui.

*Eccleſia eſt columna veritatis, & errare non poteſt.*

7 *Et in mari longè*. Eorum quoque, qui agunt in remotiſſimis inſulis.

8 *Præparans*. herbis, arboribus, ſyluis, metallis, &c. per D ſuam vim, & fortitudinem, in vſum animãtium, & hominum. Chald. *Qui præparat cibum ibicibus, vi fortitudinis ſuæ*. Vel ſtabiliens, roborans, conſtituens, vt loco nullis humanis viribus demoueri queant. Nam vox Hebræa vtrumque ſignificat. Excurrit in Dei laudes. *Accinctus*, immenſa poteſtate præditus, omnipotens. *Qui conturbas*, Hebræi quidem משבח *hiſhbiah*, exponunt in contraria ſignificatione, qui tranquillas, & compeſcis commotionem maris, & fremitũ fluctuum eius. Verùm multa ſunt



A ſunt huiuſmodi, quæ in Piel, & Hiphil mutent ſignificatum in contrarium per Antiphraſim, vt alibi obſeruauimus. *Sonum*, (&) ſonum. Aſyntheton.

9 *Turbabuntur* Legunt והמון *Vehamun*, in pręterito, vau conuertente, vel etiam וחמון *Iehemun*, per Iod. Niſi reſpexerint ad ſententiam ſolam, ſecundum quam homines turbantur, & commouentur ad Dei terrifica opera. Maſoretæ maluerunt eſſe nomen: Et tumultum populorum (compeſcis, vel conturbas.) Hîc enim finiunt verſum. *Terminos*, terræ. *A ſignis*, propter ſigna tua, & miracula. His enim cõuerſus eſt mũdus per Apoſtolos. Aliqui de ſignis cœleſtibus intelligunt. *Exitus* ἐξόδους, accuſatiui caſus, pluralis numeri. Extrema Orientis, & B Occidentis lętitia afficies, donis, & beneficiis. Sic regiones Orientales, & Occidentales appellat, quod ex altera parte dies, ex altera nox exeat, atque oriatur, *Veſperæ*, ἑσπέρας, vt ſit Genitiui caſus, Occidentis, ad quem ſol veſpere reuertitur. Chaldaicè: *Ab ortu matutino, & veſpere ordinabis in ore eorum laudem*.

10 *Viſitaſti terram*. Hypotypoſis poëtica egregiæ fertilitatis; quæ haud dubiè ſignificat copiam gratiarum, & virtutum omnium, quibus humanum genus abundauit, poſtquàm ad fidem conuerſum eſt. *Terram*, reC ſpicit ad terram ſanctam, cuius mira erat feracitas, quãdiu habitatores erant pij, iuxta promiſſiones eis factas in Deu. & Leui. *Inebriaſti*, copioſè irrigaſti pluuia *a*. *Multiplicaſti*. variis rebus, & modis, variaque fructuum vbertate ditaſti eam.

*a Deu. 28. verſ. 22.*

11 *Flumen Dei*. Singularis, pro plurali. Fluuios repleuiſti tuos aquis, vt cibum, & potum habitatoribus terræ parares, ob alias item commoditates, & cauſas. Aliqui, vt Euthym. reſtringũt ad Iordanem fluuium diuinum, Deoque dicatum, vt tota terra ſancta. Certè ad eũ eſt alluſio, inſtar. Nili exundantem, & ſeſe agris viciD nis ad eos irrigandos ſuperfundentem *b*. Vt proinde Plinius pluuiis eum dicat amœnum, & quatenùs locorum ſitus patitur, ambitioſum, ſeque accolis velut inuitis præbentem, aquas laudatas habẽtem, lacum Genezaram fundentem amœnum, circumceptum oppidis, ab Occidente aquis calidis ſalubrem *c*. Aliis, opponit flumen Dei naturalibus fluminibus, vt reſpiciat ad illud Deuteronomij *d*: *Terra, quam ingrederis, non eſt, ſicut terra Aegypti, vbi iacto ſemine in hortorum morem*

*b Ioſue. 3. 15. & alibi.*
*c Lib. 5. Nat. hiſt. cap. 15.*
*d Deu. 11. 10*

*morem aquæ ducuntur irriguæ, ſed expectabit pluuiam è cœlo,*
*(quaſi nõ ſit natura, ſed benedictione ferax.)* *Cibum* דגן *Daghan*, A
generale eſt ad omnes fruges, ſiue ad ſeptẽ frumenti ge-
nera. *Illorum*, qui in terra habitant. *Eius*, terræ : quoniam
ſic terram præparaſti, vt ferendo fructus, poſſet ſuos ha-
bitatores copioſè alere.
12 *Riuos eius*, ſulcos eius ( terræ ) copioſo imbre made-
facito: in ſulcos, & foſſas ſulcorum eius pluere fac. Hu-
milia terræ, & ſulcos riuos vocant, quoniam demiſſi
ſunt, & depreſſi in longum, vt per eos aqua in totum a-
grum deriuetur, ἄυλακας Septuag. quibus opponuntur
liræ, id eſt, terra inter ſulcos eleuata. Adde Iordanem
deductum fuiſſe in alueos ad fœcundandam terram, vt B
apud Aegyptios Nilum. Præterea terram ſanctam certis
locis fontibus fuiſſe irriguam, vt versus Hiericontem
a Plin. lib. 5. cap. 14. palmetis conſitam a. *Multiplica*, immiſſis in valliculas, &
liras eius pluuiis. Hebræa magis ſunt poëtica, & meta-
phoris illuſtria. *Sulcos eius inebria : occa, ſiue æqua liras eius*
(imbribus) *ſtillis mollefacito eam, germini ipſius benedic*. In ali-
quibus exemplaribus: *Inebrians*, eodem ſenſu inebrian-
do, & aquis madefaciendo riuos ſiue canales eius ( ter-
ræ ) multiplica genimina ipſius. *In ſtillicidiis eius*, ἀυτῆς,
eius terræ irrorationibus, ſiue roribus, & pluuiis, læta-
bitur id quod germinat. Nam *Germinans*, neutri generis, C
pro germine. Ne quis putet eſſe epithetum terræ. Qua-
re & Græcè legendum, ἀνάτελλον, non ἀνατέλλουσα. Plu-
uiis terræ ( in terram cadentibus ) lætantur germina, &
herbæ. Vel ἁυτῆς cum aſpero ſpiritu non tenui. Stilli-
cidiis ſuis terra germinans lætabitur. Maſoretæ aliter
diſtingunt, *Pluuiis eius liquefac illam* (terram ) Deinde in-
cipiunt verſum, *Germinans, ſiue germen eius benedicens, coro-*
*naſti*, &c. vt ſeq. verſ.
13 *Coronæ*, prouentui, fructibus. Fœcundabis coronam
anni, qui tua benignitate erit fertiliſſimus. Vberem &
fertilem annum reddes. Chald. *Coronabis annum bonita-*
*te benedictionis tuæ*. Coronam ſiue ornamentum anni, me- D
tonymicè vocat fruges, fructus, herbas, flores, quibus
annus coronatur, atque ornatur: עטרת *hatereth*, cum ge-
mino Segol, eſt nomen. Maſoretæ punctis coniuga-
tionis Piel affecerunt, eodem ſenſu: Benedices ( & )
coronabis annum benignitatis tuæ. *Et campi*. Hebræa
elegantem poeſim reſipiunt: Et orbitæ tuæ ſtillabunt
pinguedinem. Semitæ per quas gradieris manabunt
vbertate.



A vbertate. Campi, quibus benedices, & quos veluti inuiſes, erunt fertiliſſimi.
14 *Pingueſcent*. Sic hæc poëtica exponunt :- Stillabunt
caulæ deſerti. Nam in his eſt repetendum *pinguedinem*,
per Zeugma, etiam manſiones deſerti, & loca inculta
hanc fœcunditatem & benedictionem percipient *Et e-*
*xultatione*, lætis ſegetibus, vel fructibus, læto omnium
fructuum prouentu exornabuntur. Meton. Loca deſer-
ta, & colles erunt fructiferi, ſuperueſtientur lætis viri-
dibúſque herbis.
5 *Induti ſunt*, copioſis, puris, & nitidis velleribus, &
B lanis. i. benè, ſpecioſè, purè & denſè veſtiti ſunt ob bo-
nitatem & vbertatẽ paſcuorum. Nam paſtionis copia,
& bonitas ad id confert. Quare conferuntur, & capra-
rum ouium Galaadinarum vellera cum pilis filiſve ſe-
riceis pulchritudine, ſubtilitate & præſtantia, vt tangit
Salomon in canticis. Alioquĩ lanæ ſolẽt eſſe craſſiores
& impuriores. כרים, *Carim*, agnos & campos ſignificat.
Hinc etiam nonnulli vertũt, Induti ſunt campi ouibus,
ſed fortaſſe 70. rectius, quoniam non campi Iudææ a-
lebant greges magna copia, ſed montes. Ita enim Scri-
ptura ſolet illam regionẽ diſtinguere, vt plana & cam-
peſtria eſſent frugifera, montana compaſcua, & arbo-
rum veſcarum faracia. Nec obſtat, כרים *Carim*, eſſe abſo-
C lutum. Nam apud poëtas & prophetas abſolutum pro
ſyntactico crebro occurrit. vel iunxerunt, cum ſequen-
ti legerúntque כרי מהצאן *Care mehatſon*.
6 *Arietes ouium*, ex ouibus nati, vel ouilium, ſiue gre-
gum. צאן *thſon*, grex ouium. Et eſt Eclipſis præp. ב *be*, vel
more poëtico, כרים *Karim*, pro Syntactico Abſolutum.
*Frumento*. Nam vt pars terræ ſanctæ ſummè erat com-
paſcua, ita & alia mirè frugifera, fructiferáq;, cãpeſtris
præſertim & plana. Mõtoſa etiam, ſuas habebat dotes,
de quibus infra a, *Clamabunt*, iubilabunt, canent, per a ps. 80. vlt.
Proſopop, vt cùm montes & valles alibi inducuntur
geſtire & plaudere. De Anagogico ſenſu huius Pſal-
D mi conſule Euthymi. & Auguſt. *Etenim*, e-
tiam. גם *Gam*, per καὶ γὰρ ſo-
lent vertere, vt γὰρ ſit
expletiua par-
ticula.

## ARGVMENTVM.

*Omnes inuitat ad Deum celebrandum, & adorandum, qui mundum, præcipuè populum ſuum, tot bonis afficit. Eſt propheticus de Gentium vocatione, & Martyribus.*

## 1 In finem, Canticum pſalmi reſurrectionis. LXV. Heb. 66. B

IVbilâte Deo omnis terra, pſalmum
dícite nômini eius: dateglóriam lau-
di eius.
3 Dícite Deo, quàm terribília ſunt
ópera tua Dómine in multitúdine
virtûtis tuæ mentiêntur tibi inimíci tui.
4 Omnis terra adôret te, & pſallat tibi: pſalmum C
dicat nómini tuo.
5 Venîte, & vidête ópera Dei: terríbilis in con-
ſiliis ſuper filios hóminum.
6 Qui conuêrtit mare in áridam, in flúmine per-
tranſîbunt pede: ibi lætábimur in ipſo.
7 Qui dominâtur in virtûte ſua in æternum, ó-
culi eius ſuper gentes reſpíciunt: qui exâſperant,
non exalténtur in ſemetípſis.
8 Benedícite Gentes Deum noſtrum: & audî- D
tam fácite vocem laudis eius.
9 Qui póſuit ánimam meam ad vitam: & non
dedit in commotiônem pedes meos.
10 Quóniam probâſti nos Deus: igne nos exami-
nâſti, ſicut examinâtur argêntum.
11 Induxîſti nos in láqueum, poſuîſti tribulatió-
nes in dorſo noſtro: impoſuîſti hómines ſuper cá-
pita noſtra.





A 12 Transíuimus per ignem: & aquam: & eduxîſti
nos in refrigérium.
13 Introîbo in domum tuam in holocaûſtis: red-
dam tibi vota mea: quæ diſtínxêrunt lábia
mea.
14 Et locûtum eſt os meum: in tribulatiône
mea.
15 Holocaûſta medullâta ófferam tibi cum in-
B cênſo aríetum: ófferam tibi boues cum hircis.
16 Venîte, audîte, & narrâbo omnes, qui timêtis
Deum: quanta fecit ánimæ meæ.
17 Ad ipſum ore meo clamâui: & exultâui ſub
lingua mea.
18 Iniquitâtem ſi aſpêxi in corde meo: non exaú-
diet Dóminus.
19 Proptérea exaudîuit Deus: & attêndit voci
C deprecatiônis meæ.
20 Benedíctus Deus, qui non amôuit oratiônem
meam, & miſericórdiam ſuam à me.

---

1 *Reſurrectionis.* Non eſt in Heb. ſed additur ad myſterium indicandum. Eſt enim Propheticus de mundi regeneratione, & quaſi reſuſcitatione, id eſt, de Gentium conuerſione, & martyribus.

2 *Terra*, terrarum omnium incolæ. *Laudis eius*, Laudem eius dicite glorioſam, plenam gloriæ & maieſtatis, cum
D ſupra modum communẽ extollite, glorificate laudem eius, glorioſè cum celebrate. Vnde ad Verb. *Ponite gloriam laudem eius.*

3 *Terribilia*, mirifica, admirãda. Sic נורא *nora*, ſolet Kimhi exponere. *In multitudine*, propter multã tuã potẽtiam hoſtes tui ſimulabunt fidẽ erga te, negabũt ſe tuis vmquã fuiſſe infeſtos, Chryſ. & Kimhi, Ob tuã poteſtatẽ ſe

A tibi ſubiicient, *Mentientur*, ſeruient, timebunt te valdè
(per Metalepſin) adeo, vt mentiãtur tibi ſe tuos vnquã
fuiſſe inimicos, adeò, vt negent ſe aduerſum te, & tuos
quicquam commiſiſſe, vel tentaſſe præ metu. Qui ti-
ment aliquem, ſolent coram eo mẽtiri. Timebunt con-
fiteri ſe tuos fuiſſe inimicos. Mentiri hic ſubiici, & ſup-
plicem fieri ſimulatè, ex neceſſitate magis, quàm ex a-
nimo ſeruire. Nam ſerui ſolent mentiri præ domino-
rum metu. Hinc illud, mendaciũ ſeruile vitium. Sic *a*,
*Mentientur tibi inimici tui*, (vbi nos, *negabunt te*) *& tu eo-
rum colla calcabis*, id eſt, humiliabuntur, ſubiicientur, ſer-
uient.

*a Deut. 33. 29.*

4 *Pſalmum dicat.* Verb. Pſallat, fidibus canat nomen B
tuum, id eſt, te. Sic ſupra *b*.

*b verſ. 2.*

5 *Terribilis*, Genitiui caſus. Admirandi in ſuis conſiliis
& operibus. In Græco, nominatiui ὡς φοβερὸς, quàm ter-
ribilis (eſt), vt ſit nouum comma.

6 *Mare*, rubrum, in exitu ex Ægypto, exiccauit *c*, *In
flumine*. Alluſio ad fiſſum Iordanem, vt pede ſicco è diu-
turno quadraginta annorum exilio in terram ſanctam
populus tranſiret *d*, *Pertranſibunt*. Nazianzenus alicubi
cum Rabbinis putat eſſe futura pro præteritis, *Pertran-
ſierunt*, *lætati ſumus*, de traiecto Iordane, & mari rubro. Sed
ſimplicius futuri notatio retineatur. Qui conuertit ma-
re in ſiccum, ita vt pertranſeant homines pede ſicco, v-
bi & lætemur ipſius ope, è periculo merſionis liberati. C
*Pede*, ſicco ſcilicet. *Ibi*, in illis locis, in quibus nobis tu-
tum iter faciet, ad euadendum è noſtris captiuitatibus
& exiliis. Vel, in his geſtis, & mirabilibus. Nã indè ſpe
concipimus, quòd ſimiliter nos volet, & de maximis
periculis liberare, hæc Dei miranda ad nos poſſe etiam
pertinere intelligentes *e*, *In ipſo*. in ipſius ope & gratia,
vt qui malit rerum naturam inuertere, quàm ſuos de-
ſerere.

*c Ex. 14. 21.*

*d Ioſ. 3. 13. ſic Eſa. 11. 15.*

*e è. 1. Cor. 10. 11.*

7 In *virtute*, per ſuam poteſtatem. *In æternum.* עולם *ho-
lam*, ſæculum, id eſt, tempus diuturnum, cuius incertus D
ſit finis. Vix orbem, ſiue mundum ſignificat, niſi apud
Rabbinos. Quare parum conſentaneè immutant aliqui
noſtram verſionem, ac interpretantur. *Qui dominatur in
fortitudine ſua ſæculo ſiue orbi*, id eſt, qui orbis, & mundi
tenet imperium, per fortem ſuam potentiam. *Qui exaſpe-
rant*,



A *rant* Deum, non erunt apud ſe fœlices. Heb. *Qui rebelles
ſunt.* (Deo). Tales autem exaſperant, & ad iracundiam
Deum prouocant. *Non exaltentur*, deprecanter. Ne eri-
gant criſtas contra eum, ei ſe ſubiiciãt. Ad verb. Ne ex-
tollant ſe. In לָמוֹ *lamo*, ל eſt articulus Accuſatiui caſus,
more Syriaco.

8 *Gentes.* Apoſtrophe ad gentes. Earum conuerſionem
oſtendit. *Auditam facite*, enunciate, vt alij exaudiant.

9 *Ad vitam.* Qui in vita conſeruauit animam meam,
ſiue, vt in Heb. noſtram, qui variis in periculis nos ſer-
uauit incolumes. Chald. *ad vitam venturi ſæculi. Non de-
B dit*, non paſſus eſt me labi in peccatum, vel exitium.
Non permiſit pedes meos, ſiue, vt in Heb. noſtros va-
cillare.

10 *Quoniam.* Cadit in verſ. 13. Quoniam nos rebus ad-
uerſis variè exploratos, tandem recreaſti, introibo in æ-
dem tuam cum victimis, & ſolenniter gratias agã. *Pro-
baſti*, tentaſti, expertus es nos, id eſt, noſtram fidem, &
integritatem. *Igne*, rebus aduerſis, crucibus.

11 *In laqueum*, vt caperemur. *In dorſo noſtro.* Heb. *in lumbis
noſtris.* Vnde ad catenas, & vincula Sanctorum reſpe-
ctum putat Chaldæus. *Homines*, tyrannos, duros Domi-
C nos impoſuiſti, & ex Heb. *equitare feciſti ſuper capita no-
ſtra*. i. regnare, ex Euthym. de quo vide ſupra *a*, Subieci-
ſti nos inimicis noſtris, vt ab eis conculcaremur, vel
calcaribus pungeremur, quaſi eſſemus iumenta. Metap.
ab equorum ſeſſoribus.

*a Pſa. 4*. ver. 6.*

12 *Per ignem, & aquam*, prouerbialiter, quia ignis vrit, a-
qua mergit & ſuffocat, varia & contraria pœnarum &
calamitatum genera. Nam afflictiones, ſicut & proſperi-
tates ſunt à Domino *b*. *Et*, at, ſed. Tranſiuimus quidem
per contraria mala, at ex iis nos eripuiſti. *In refrige-
rium*. Heb. *in irrigationem*. i. in refocillationem. Alluſio
ad terram promiſſionis, quæ erat irrigua, fertilis, & fœ-
D cunda. Vnde *irriguum ſuperius & inferius c*.

*b Eſa. 45. 7. Lament. 3. ver. 43. Oſe. 6. ver. 2.*

*c Iudi. 1. 15.*

13 *In* cum. *diſtinxerunt*, diſtinctè nuncuparunt & promi-
ſerunt. Aliqui vertunt, aperuerunt, eodem ſenſu: id eſt,
quas votiuas promiſſiones apertè protulerunt mea la-
bia. Vota huiuſmodi obligant abſque facultate reuo-
candi, vel omittendi. Nam materia per ſe libera, per vo-
tum fit neceſſaria. Vota quidem in genere interdũ La-
tinè reciprocantur cum optatis, animi propoſitis & de-
ſideriis; at Hebraicè non niſi dicunt promiſſiones Deo

*Vota obligant abſque facultate reuocandi.*

Z 3 factas,

factas, quas poſtea non ſit liberum & integrum reuocare, vel omittere. Quare נדרים *Nedarim* opponuntur τοῖς נדבות *Nedaboth*, oblationibus ſpontaneis & liberis *a*. Hîc inconſultè aliqui relatiuum *quæ* putant eſſe nominatiui caſus, ac regi à parte verbi anteriore: contrà *labia*, Accuſatiui caſ. à parte poſteriore, quaſi vota diſtinguant, & aperiant labia, quæ per labia egrediantur. Nam apertè Græcè ὡς. A

a Leu. 7.16.

14 *Et locutum eſt os.* (quæ ſup.) locutum eſt os meum dum affligerer. Nam per Zeugma iungendum cũ proximo hemiſtichio. In calamitatibus eſt votis locus maximus, & materia. *Cogar opémque tuam timidis expoſcere votis*. inquit, Naſo *b*. B

b Met. 9.

15 *Medullata*, plena medullæ, & ſucci pinguia, ſelecta. vt alibi *c*. *cum incenſo*, cum ſuffitu arietini adipis. Hæc qui nõ intelligunt, exiſtimãtes *incenſum* ſiue thymiama ſignificare thus, non autem ſuffitum & incendium, cõſtruunt. *Arietum* cum *holocauſta*, non *incenſo*. Notat autem tria holocauſtorum genera à Deo inſtituta, Arietum, Boum, & Hircorum. Ex alio enim quadrupedum genere ſacrificare non licebat. Optima quæque ſibi offerri Deus mandarat in Leuitic. & Deuteronom. Secus faciẽtes obiurgat, & execratur *d*. *Offeram*, Rectè, etſi Hebr. *faciam*: vt & apud Virgilium, *Cùm faciã vitula*. Quo ſenſu aliqui, *Hoc facite in meam commemorationem*, id eſt, offerte, Nam Euchariſtia non ſolùm eſt ſacramentum, verùm etiam ſacrificium, id eſt, oblatio facta Deo per legitimum ſacerdotem, vt agno Paſchæ reſpondeat, qui ſimul erat ſacramentum & ſacrificium. *Sela*. C

c Eſ. 5. v. 16.

*Holocauſtorũ tria genera.*

d Malach. 1. 7. & 2. 12.

*Euchariſtia ſacramẽtum, eſt & ſacrificium.*

16 *Omnes*, ô omnes. Vocatiui caſus, *Quanta*, quæ beneficia mihi contulit.

17 *Exaltaui*, (ipſum) Sic legendũ, non Exultaui, è Græco & Heb. ipſum laudibus lingua mea extuli, & glorificaui, vel ſub lingua mea, id eſt, intus, & in animo. Nam ad verb. Et exaltatus eſt ſub lingua mea: quod duobus modis exponitur, in lingua mea per linguam. Per protheſeωn parallagen Poëticam. Vel in corde & pectore, quæ ſubſunt linguæ, de cordis profundo, è quo ad linguam aſcendit locutio. Debet enim Deus exaltari ore & corde, orari lingua, ſiue ſpiritu, ſiue voce & mente *e*. Si retineatur vitioſa lectio, ſenſus nõ deſinet eſſe commodus per Zeugma. Et (ad ipſum Deum) exultaui animo. Eius inuocatione lætatus ſum, & præ gaudio geſtiui. D

e 1. Cor. 14. ver. 15.

18 Iniq



A 18 *Iniquitatem ſi aſpexi*. ἀπωγτικῶς. Si aſpexiſſem iniquitatem in corde meo, ſi animo fuiſſem iniquo & improbo niſi eum purè & candidè, & citra conſcientiæ fucũ coluiſſem, non me exaudiuiſſet. Iniquitatem aſpicere in corde ſuo, eſt iniqua cogitare, & animo verſare.

20 *Amouit*, repulit, ſpreuit.

## ARGVMENTVM.

B *Deum obſecrat, vt ſe toto orbe cognoſcendum exhibeat. Eſt Propheticus de Eccleſiæ propagatione, & collectione.*

## 1 In finem, in hymnis Pſalmus cantici Dauid. LXVI. Hebr. 67.

C DEus miſereâtur noſtri, & benedicat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri.

3 Vt cognoſcâmus in terra viã tuam: in ómnibus géntibus ſalutâre tuum.

4 Confiteântur tibi pópuli Deus, confiteântur tibi pópuli omnes.

5 Lætêntur, & exúltent gentes, quóniam iúdicat pópulos in æquitâte: & gentes in terra dírigis. D

6 Confiteântur tibi pópuli Deus, confiteântur tibi pópuli omnes: terra dedit fructum ſuum.

7 Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: & métuant eum omnes fines terræ.

A

*a Num. 6.* 2 Adumbratio formulæ benedictionis Sacerdotum *a*
in qua eadem vocabula reperiuntur. *Miſerendi, benedi-*
*b verſ. 24. & 25.* *cendi, illuminandi* etſi mutato ordine *b*, *Miſereatur*, gratifi-
cetur, gratiam det nobis propriè, vt intelligatur pecca-
*c Num. 6.* torum remiſſio: & gratiæ ſpiritualis collatio. Et ſic
Rabbi Selomo *c*: vnde חן *Hen* gratia, vbi tamen verbum
חנן *Hanan* duobus aliis modis exponitur, vt hic, *miſe-*
*reatur*, ex Chaldæo Onkelo, & *largiatur optata*, vota pre-
céſque impertiat, ſiue exaudiat è Rabbi Abraham, vn-
de תחנה *Tehinna* precatio. Tanta eſt huius benedictio- B
*d Abbē Ez-* nis fœcunditas & energia. *Benedicat*, bonis augeat, cu-
*ra & R. Se-* mulet nos beneficiis tēporariis, copioſè benefaciat *d*.
*lo. ibid.* Vnde in Moſe præponitur, quoniam lex primùm tem-
*Legis & E-* poraria promittebat, ex conſecutione ſpiritualia & æ-
*uangelij dif-* terna. Hic poſtponitur, quia Dauid canebat Euange-
*ferentia.* lium, quod in primis, ac potius pollicetur ſpiritualia,
*e 1. Tim. 4.* deinde temporaria *e*. *Illuminet*, lucere faciat, lucidum, fa-
*verſ. 8.* uentē, placidum, & ſerenum exhibeat nobis vultū, nos
vultu benigno reſpiciat. Cui locutioni Scriptura oppo
nit. *Abſcondere faciem ab aliquo, vel auertere oculos. Et miſe-*
*f Pſal. 3. v. 1.* *reatur*. In fonte eſt *Sela*, de quo ſupra *f*. Propter cuius C
emphaſim hæc per Epanalepſin repetiuerunt. Affectus
enim magnitudo declaratur, ob quam, quæ nobis ſunt
cordi, congeminamus, vel per Epizeuxin, vel per Epa-
nalepſin, vel per Anaphoram. Item vt docerent ad ver-
ſum 25. ſexti Numerorum reſpectum eſſe.

3 *Viam tuam*, tuam religionem, tui agnitionem & cul-
tum, tuam legem & præcepta, quibus nobis eſt inſi-
ſtendum. Sic paſſim in alio pſalmo *g*. *Salutare tuum*,
*g Pſal. 118. ver. 4.* tuam ſalutem, ſiue tuum ſaluatorem Chriſtum. Vt in
Hebr. ſit abſtractum pro concreto, cum Paranomaſia
nominis Ieſu.

5 *Iudicas*, regis, gubernas, citra delectum perſona- D
rum. *Dirigis* adducis ad ſalutem, moderaris, veluti dux
itineris & præmonſtrator. *Sela*, ô bonitatem.

6 *Terra*: quoniam terra edidit Chriſtū fructum ipſius
*Chriſtus fru-* præcipuum, ab omni antiquitate promiſſum, quoniam
*ctus terræ* in terra natus eſt Chriſtus, confiteantur tibi, te laudēt,
*præcipuus.* tē colant omnes populi. Precatur, vt propter Chriſtum
in terris natum Gentes longè, & latè per totam orbis
amplitudinē Dei cognitione imbuantur. Et certè Chri-
ſti ſanguis hoc copioſè meretur. Alij per fructum in-
tell



A telligunt prouentum multarum virtutum, quem terra
ediderit ſuo tempore, poſtquam multa ſæcula fuiſſet
ſterilis *a*, q. d. Labor Apoſtolorum & Prophetarum non *a vt Pſ. 84.*
fuit inanis in Domino. Imbue igitur tui notitia & con- *verſ. 14.*
feſſione cunctos populos. Sic *Terra* pro terræ habitato-
ribus Metonymicè. Quem tropum etiā, ſed alio reſpe-
ctu, prior enarratio patitur. (Nam ſup.) terra, id eſt, ter-
rena ſubſtantia Virginis dedit Chriſtum fructum bene-
dictum ventris ſui, Spiritus S. virtute & fœcūdatione *b*. *b vt Pſ. 84.*
Aliqui citra tropum explanant, de terra elementari & *verſ. 14.*
fructu eius. Nam, & terra fructum ſuum tua beni-
B gnitate largitur omnibus populis, quocumque ſint lo-
co & climate, profert copioſiſſimè benedictionis tuæ
vi cibum cunctis viuentibus commodum, vt vel hoc
ſolo nomine omnia tibi ſint deuinctiſſima, tuóque cul-
tui addictiſſima.

7 *Benedicat nos Deus*. Trina repititio nominis אלהים
*Elohim*, ſiue Dei, non caret myſterio Sanctiſſimæ Tria-
dis, quæ per Euangeliū apud omnes populos innotuit.
q. d. Saluet nos tota Sāctiſſima Trinitas, & ab omnibus
colatur. Vſurpatur ſingulare in verbo *Benedicat*, & Pro-
C nomine *Eum*, ob eſſentialem vnitatem: Plurale in no-
mine אלהים *Elohim* propter perſonarū S. Trinitatē. Sic
enim tres in diuinis perſonæ, in vna conueniunt eſſen-
tia. Quas ob res in benedictione Sacerdotali, cuius hūc *Sanctiſſima*
Pſalmum eſſe paraphraſim iam ſignificauimus, cuncta *Trinitas qua*
trina animaduertuntur. Trinitas verſuum, trina repeti- *ratione hic*
tio nominis Tetragrammati, ter poſita copula vau, ter- *& in li. Nu-*
na vocabula primi verſus, ſubleuatio manuum in pal- *mer. expreſ-*
mam tripartitam, eleuatio trium primorum digitorum *ſa ſit.*
in pronuniatione Tetragrammati. Ad quod myſte-
D rium explicandum Rabbi Iſaac, & alij ſecretiores Rab-
bini inaniter reſpectū putant ad multas Scripturæ me-
morabiles Terniones, cùm interim hanc ſummam &
præcipuam, cuiúſque cauſa reliquæ celebrentur, ſub-
ticeant. Secundo autem loco Deus, cum Pronom. *no-* *Filius Deus*
*ſter*, propter perſonam Filij, qui incarnatus, habitúque *noſter eſt.*
inuentus, vt homo, arctiſſima quadam nobiſcum con-
iunctione & inter nos viſibiliter verſatus, ſalutémque
noſtram foris operatus, ex אל *El* & אלהים *Elohim* euaſit
עמנואל *Emmanuel*, quod interpretatur *nobiſcum Deus c*, *c Eſ. 7. v. 23.*
*fines terræ*. Metonymicè. Qui in finibus & extremis ter- *Mat. 1. v. 14*
ræ habitant.

A

## ARGVMENTVM.

*Canit Chriſti,& Eccleſiæ de hoſtibus victorias,vt in exitu ex Aegypto,Chriſtum Deum in cœlum aſcenſurum indéque Apoſtolos de diuerſis tribus miſſurum ad gentes conuertendas.Carmen triumphale de Eccleſiæ curſu.*

B

## 1 In finem, Pſalmus Cantici ipſi Dauid. LXVII. Hebr. *68.*

EXûrgat Deus,& diſſipêntur inimîci eius:& fúgiant,qui odêrũt eum, à fácie eius.

3 Sicut déficit fumus,deficiant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatôres à fácie Dei. C

4 Et iuſti epulêntur, & exûltent in conſpêctu Dei:& delectêntur in lætítia.

5 Cantâte Deo,pſalmum dícite nómini eius, iter fácite ei,qui aſcêndit ſuper occâſum: Dóminus nomen illi.

6 Exultâte in conſpêctu eius: turbabûntur à fácie eius, patris orphanôrum & iúdicis viduârum. D

7 Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitâre facit vnius moris in domo.

8 Qui edûcit vinctos in fortitúdine: ſimíliter eos qui exáſperant, qui hábitant in ſepúlchris.

9 Deus, cùm egrederêris in conſpêctu pópuli tui:cùm pertransîres in deſérto.

10 Terra



A 10 Terra mota eſt,étenim cœli diſtillauerunt à fácie Dei Sínai: à fácie Dei Iſraël.

11 Plûuiam voluntáriam ſegregâbis,Deus,hæreditâti tuæ, & infirmâta eſt:tu verò perfecîſti eam.

12 Animália tua habitâbunt in ea: parâſti in dulcédine tua paúperi,Deus.

B 13 Dóminus dabit verbum Euangelizántibus: virtûte multa.

14 Rex virtútum dilêcti dilêcti: & ſpeciêi domus diuídere ſpólia.

15 Si dormiâtis inter médios cleros, pennæ colûmbæ deargentâtæ:& poſteriôra dorſi eius in pallôre auri.

16 Dum diſcêrnit cœlêſtis reges ſuper eam,niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.

C 17 Mons coagulâtus,mons pinguis: vt quid ſuſpicámini montes coagulâtos?

18 Mons, in quo beneplácitum eſt Deo habitâre in eo:étenim Dóminus habitabit in finem.

19 Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium:Dóminus in eis,in Sínai, in ſancto.

20 Aſcendîſti in altum,cepîſti captiuitâtem:accepîſti dona in homínibus.

D 21 Etenim non credêntes: inhabitâre Dóminum Deum.

22 Benedîctus Dóminus die quotídie: próſperum iter fáciet nobis, Deus ſalutáriũ noſtrôrum.

23 Deus noſter Deus ſaluos faciéndi:& Dómini Dómini éxitus mortis.

24 Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicôrum ſuôrum:vérticem capîlli perambulántium in delîctis ſuis.

25 Dixit

25 Dixit Dóminus, ex Baſan conuêrtam: conuêrtam in profúndum maris. A
26 Vt intingâtur pes tuus in ſánguine: lingua canum tuôrum ex inimícis ab ipſo.
27 Vidêrunt ingrêſſus tuos Deus: ingrêſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.
28 Præuenêrunt príncipes coniúncti pſalléntibus: in médio iuuenculârum tympaniſtriârum.
29 In Eccleſiis benedícite Deo: Dómino de fóntibus Iſraël. B
30 Ibi Béniamin adoleſcentulus: in mentis excêſſu.
31 Príncipes Iuda, duces eôrum: príncipes Zábûlon, príncipes Néphthali.
32 Manda Deus, virtûti tuæ: confírma hoc, Deus, quod operâtus es in nobis.
33 A templo tuo in Hierúſalem: tibi ófferent reges múnera. C
34 Increpa feras arúndinis, congregátio taurôrum in vaccis populôrum: vt exclûdant eos, qui probâti ſunt argênto.
35 Díſſipa gentes, quæ bella volunt, vénient, legâti ex Ægypto: Æthiópia præuéniet manus eius Deo.
36 Regna terræ cantâte Deo: pſállite Dómino.
37 Pſállite Deo, qui aſcéndit ſuper cœlum cœli: ad Oriêntem. D
38 Ecce dabit voci ſuæ vocem virtûtis, date glóriam Deo ſuper Iſraël, magnificéntia eius, & virtus eius in núbibus.
39 Mirábilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtûtem, & fortitúdinem plebi ſuæ: benedictus Deus.

1 Pſalm



A
1 *Pſalmus cantici.* Pſalmum diſtingunt à Cantico, quòd hoc ore caneretur, eſſet metro magis ſoluto, communi cônſtaret cantu, & quaſi plano: ille modos haberet muſicos, numeros, & metrũ artificioſius, & magis lyricum caneretúrque ad citharam, lyram, pſalterium, & alia inſtrumenta harmoniaca. Pſalmus ergò Cantici, quem ſimul ore, & inſtrumẽtis concinerent, & modularentur.

*Pſalmus, & Canticũ quomodo differant.*

2 Verſus ſumptus è Num. *a* quando proficiſcebatur arca aduerſus Chananæos ob ſimilitudinem argumenti. Nam bella Moſis, & Ioſuæ in iſtos, typus erant bellorum Chriſti in mundum, & mundi principes ſiue viſibiles, ſiue inuiſibiles, per quæ terra ſubacta eſt Eccleſiæ. *Deus,* Toto hoc Pſalmo Dei, & Domini notio reſtringitur ad perſonam Chriſti, Apoſtolo *b* interprete. Orditur autem verſu à Moſe cantato, cum Iſraëlitæ progreſſuri eſſẽt, & arca fœderis eleuaretur à Leuitis *c.* vt eum ad Chriſti victorias, quarum illæ contra Chananæos typi erant, accommodaret. Quare Arnobius; *Exurgat* (inquit) *Deus à mortuis, & diſpergantur inimici eius, & fugiant, qui crucifixerunt eum, à facie eius.* Sed exurgere accipio latiùs pro excitari ad res gerendas, & Eccleſiæ ſuæ ſalutem parandam.

*a Num. 10. verſ. 35.*
*b Epheſ. 4. 8.*
*c Num. 10. verſ. penult.*

B

3 *Deficit. deficiant.* Propriè diſpellitur, diſpellãtur, *Fluit,* tabeſcit. His ſimilitudinibus vſus eſt ſup. *d* ad repentinum hoſtium interitum delineandum.

*d Pſal. 57. 9.*

C

4 *Epulentur,* lætentur, voluptate (æterna) fruantur. Sic Græcè, εὐφρανθήτωσαν. Epulum, & lætitia animi maxima Deus, Dei guſtus, fauor, præſentia, viſio. Alludit ad ſolemnitates in quibus epulabantur coram Domino, id eſt, in templi locis de pacificorum carnibus, & libaminibus *e.*

*e Deu. 12. 11. 14. verſ. 11. 16. verſ. 13. 26. verſ. 5. & Neh. 8. verſ. 10.*

5 *Cantate Deo pſalmum dicite.* Vox præconia triumphaturum præcedens Dominum, vt ſupra *f.* *Iter facite,* parate viam, cedite, concedite locum ei omnes: ne ei reſiſtite, qui aſcendit ſuper occaſum. Locus nobis, qui verſamur in Occidente, valdè conſolatorius. Concedite locum apud vos Deo, qui inequitat in occaſum, qui in veſtras regiones Occiduas aſcendit, & vehitur. Eum reuerenter excipite. Theodoritus putat eſſe hortationem ad Apoſtolos, vt cum tripudiis, & hymnis ad gentes currant, iterque Chriſto præparent. ערבות *Haraboth,* hoc propriè ſignificat, nẽpè occaſum,

D

*f Pſal. 23. 8.*

verſp

*a Ierem. 5. 6.*

A veſperas *a*, Rabbini tamen recentiores, ſed ſine alio exemplo exponunt, cælos, orbes cœleſtes, vel nubes, à dulcedine haud dubiè. Quid enim cœlo, cœleſtíve patria dulciùs? Quin & eorum aliqui reſtringunt ad ſupremum cœlum, quaſi ſuauè, & iucũdum, vel deſertum, & vacuum ſtellis. q. d. qui tam ſublimis eſt, vt ſupremo cœlorum orbi inſideat. Extollite eum, qui inequitat cœlos (qui in eis ſedet veluti in equo, vel in curru.) Vnde, & Chald. *Qui ſedet ſuper ſolium gloriæ.* Eſt quidem egregius, ſed veterum ſenſus magis placet, inter quos Symmachus vertit γὴν ἀοίκητον terram incultam סלל *Salal*, autem, & extollere, & ſemitam facere. Hinc מסילה B *Meſilla*, ſemita, *Dominus*. In Domino (יה *Iah*) nomen eius. id eſt, cuius nomen eſt יה *Iah*, ſiue Dominus verè exiſtens. Vel per appoſitionem, In יה *Iah*, nomine ſuo, per יה *Iah*, nomen ſuum. q. d. Virtute ſuæ diuinitatis, & diuini nominis.

6 *Turbabuntur à facie eius.* Inimici ipſius. Deſunt in fonte, ſed ad connexionem commodè interſerta ſunt. Vel potius duplex lectio, & ſignificatus Verbi עלז *halaz*, expreſſus eſt. Significat exultare, geſtire præ lætitia, aliàs, etſi rariùs, tremere, moueri præ metu, vel impotentia *b*. è R. Iona. Quæ notatio crebra eſt apud Arabas. In imp. עלזו *Hilzu* exultate vel tremite, in præter. C עלזו *Halezu*, exultarunt, vel tremuerunt, pro futuro, יעלזו *Iahalzu*, exultabũt, vel trement. *Patris orphanorum*, qui aduerſum iſtos orphanorum, & viduarum ſuſcipit patrocinium, cauſam, vindictam.

*b Eſa. 51. 39. Eſa. 5. 14. & 22. ver. 2.*

7 *Deus in loco ſancto.* Per locum ſanctum, Hebræi Hieruſalem ſiue Sionem intelligunt. Rectè, ſi non ad terreſtrem, ſed ſpiritualem, id eſt, Eccleſiam, vt interpretatur Paulus *c*, animum conuertas, quam multis nominibus hic Pſalmus appellat, locum ſanctum Dei, domum, hæreditatem, Dei montem, montem pinguem, montem coagulatum, currum Dei, millia lætantium, Sanctum, Eccleſias, Templum Dei in Hieruſalem, Sancta deniq; D ſiue ſanctuaria. *Vnius moris*, μονοτρόπους, homines vnius modi, & ritus. *In domo* ſua, per zeugma. Quem locum ſanctum ſuum dixit, nunc appellat domum. In Eccleſia ſchiſmata, hæreſes, ſectas Deus non vult. Hebr. *ſolitarios, ſingulares, vnicos*, id eſt, ſingularis, & vnius animi, vt vnanimitatem concordiamque Chriſtianam

*c Heb. 12. 22. Gal. 4. 26. Epheſ. 4. 8.*

firma



A firma ſibi, atque inſeparabili caritate connexam declaret, è Cypr. ad Magnum *a* Populum ſuum ſolitarium, & ſeparatum à reliquis religione, & moribus, vel triſtem, & afflictum in Eccleſia collocat, & ſeruat, & protegit. Kimhi. Alij, ſolitarios, vnicos, derelictos, triſtes, gementes, mœſtos, quales eſſe ſolẽt ſolitarij, deſertos, & deſtitutos omni humano præſidio, domo, & famila honeſta cumulat: vel domi ſuæ conſeruat nec eos inde ſinit extrudi vi, & potentia impiorum. Alij, Dominus habitare facit modi vnius, id eſt, vnicos, ſolitarios, ſteriles in domo, dat illis ſobolem, ſolitariis, & prole orbis dat familiam copioſam, & liberos: ex vnicis facit B multos, vti Abraham de poſteritate ſua penè deſperantem multa ſobole fœcũdauit. Domus enim vſu linguæ vti in vernaculis linguis, hoc interdum declarat, vt infrà *b*. *Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum*, id eſt, multiplicat, fœcundat.

*a Lib. 1. Epiſt. 6.*

*b Pſa. 112. 9.*

8 *Qui educit vinctos.* Effectus aduẽtus, Domini *c*, *Educit vinctos*, è malis, & miſeriis ſuis: ſed & rebelles, qui (per appoſitionẽ) inhabitant ſquallorem. i. locũ deſertum, ſepulchra, inferos. Vel (per aſyntheton.) Sed & educit è malis eos, qui exaſperant ipſum (&) qui habitant in ſepulchris, id eſt, rebelles, itemque miſeros, ſiue mortuos. *In fortitudine.* Fortiter, viriliter, ἐν ἀνδρείᾳ, manu C valida, & forti eos educit. *In congruentiis* aliqui, vt R. Selomo, id eſt. congruenter, congruo, & opportuno modo, vel tempore. Sic enim menſe Martio eduxit Iſraëlitas ex Ægypto, cum neque vigeret frigus, neque æſtus. Recentiores, *In compedibus*, vt in כושרות *koſaroth*, caph ponatur pro koph. Vinctos autem compedibus intelligunt miſeros, captiuitatibus, & tyrannide potentiorum oppreſſos, quales erant Iſraëlitæ in Ægypto. *Sic in fortitudine* conſtruetur cum adiectiuo *vinctos*, non verbo *Educit*, qui educit eos, qui ita fortiter, & firmiter vincti ſunt, vt deſperent liberationem. *Qui exaſperant*, D ſupple Deum, vt ſupra *d*. Vnde & Hebraicè, *Rebelles*, (qui) habitant in ſepulchris, vel in locis aridis, & ſiticuloſis (educit fortiter, liberat à morte, & diabolo, vel à periculis, & malis.) Hoc Hemiſtichium debet conferri cum verſ. 21. de incredulis eductis à Deo in admirabilem Euangelij lucem infrà & cũ his Petri *e*,

*c 1. Pet. 3. 18. 19. & 4. ver. 6.*

*d Pſal. 65. verſ. 7.*

*e 1. Pet. 3. 18. 19.*

*His qui*

*His qui erant in carcere ſpiritibus veniens prædicauit, qui incre-* A
*duli fuerant aliquando*, &c. *Propter hoc enim in mortuis Euan-*
*gelizatum eſt*. Vt totus verſus attingat myſterium de de-
ſcenſu Chriſti ad inferos, ob liberationem iuſtorum,
atque adeò incredulorum & rebelliũ, de quibus Petrus
tractat. Nazianzenus *a* huc videtur alludere, & referre
*a orat.* 40. ad mortuorũ reſurrectionem, quam nõ eſt dubiũ con-
tingere Dei virtute & potentia. Recentiores malunt
eſſe Antitheſin. Verùm rebelles habitabunt in ſiccita-
tibus, id eſt, in egeſtate, afflictionibus, miſeriis, ſine
Dei conſolatione, cùm pij contrà bonis omnibus affi- B
ciantur. Pij è locis deſertis ad terras fertiles, & amœnas
à Deo ducuntur, contrà impij à fertilibus ad vaſtas,
& ſteriles. Malo, vt ſit Appoſitio, vel Aſyntheton,
vt ſuprà.

9 *Deus cum egredereris*. Exitum ex Aegypto canit: O
Deus cum præcederes populum tuum per deſertum.
Deus egrediebatur ante populum ſuum, inſtar ducis e-
gredientis ante ſuos milites. Erat enim illis pro ducto-
re, per diem ſimul & noctem, cuius vexillum eſſet nu-
bes, & columna ignea. *In conſpectu*, ante populum, *Sela*:
ſignificatur Deum perpetuò ſic ſe habiturum cum ſuis. C

10 *Terra mota eſt*. Metaphoræ de calamitatibus in ho-
ſtes Iudæorum, Aegyptios & Arabicos immiſſis.
Quamquam etiam ad literam terra tremuit, & mons
ipſe Sinai, cælis grandines, tonitrua, fulgura iaculan-
tibus ad aduentum Dei in Sinai *b*. *Mota eſt*, Tremuit,
*b Exod.* 19. *verſ.* 18. 19. moueri viſa eſt. *Etenim*, etiam. In hoc ſignificatu ſolent
vti hac particula, vt infrà *c*, vt *Enim* addatur per *Parel-*
*c verſ.* 21. con. *Diſtillauerunt*, נטפו *natephu*, fluxerunt, pluerunt ad
Dei, qui apparebat in Sinai, præſentiam, voluntatem
*d Exod.* 16. *verſ.* 16. & iuſſum: fuderunt rorem. Aliqui Manna ad modum
roris *d*. *Pluam vobis panes de cælo*. Ego vtrumque. Nam D
*e Ibidem & Num.* 11. 9 tam rorem, quàm manna de cælo ſiue aere pluit *e*. Phi-
lo quidem rorem confundit, cum manna, ſed è locis
præcedentibus diſtinguitur. Quin & Rabbini exiſti-
mant manna duplici rore tectum fuiſſe: ſuperiore &
inferiore, hoc eſt, primùm rorem cœlitus deſcendiſſe
circum caſtra ad purgandam terram, poſtea manna ſu-
perueniſſe, ſuper quod mox ros alius deſcenderit, adeò
vt in duobus iſtis roribus, tamquam in theca recon-
ditum



A ditum iacuerit, apparuerit autem, quando ſuperior ros
ad exorientem ſolem euanuit. Quæ haud dubiè adum-
brabant corpus Chriſti manna verius, ſpeciebus panis *Manna quomodo corporis Christi in Eucharistia figura fuerit.*
recondendum, appariturum verò, quando ros humanæ
rationis, ad exorientem diuinum ſolem, & lumen fidei
diſpareret. Ergo *diſtillauerunt*, id eſt fuderunt tria, ro-
rem videlicet inferiorem, manna intermedium, & ro-
rem ſuperiorem. vt R. Selo *a*. Aliis, נטפו *natephu*, fluxe- *a Ex.* 16.
runt diffluxerunt, ſoluti ſunt metu, ſigno externo oſten-
dentes ſe commoueri ad Dei præſentiam, vt R. Iſaac *b*. *b Ex.* 19.
*Sinai*. In Heb. זה סיני *Ze Sinai*. *huius Sinai*, *Δεικτικῶς*, qua-
B ſi eum digito oſtendat, vbi & repetẽdum Syntacticum,
אלהי *Elohe*, poſteriore membro, vel אלהים *Elohim*, erit
abſolutum pro Syntactico poëticè. Dei, Dei inquam Si-
nai. i. qui ſui fecit copiam multa maieſtate in Sinai *c*. *c Exod.* 19. *v.* 20. & 20. *ver.* 18. 19.
Parum aptè recentiores in nominatiuo, *Iſte Sinai*, ſci-
licet motus eſt tonitru & variis ignibus, quare & Græcè
*τὸ σινᾶι*. Repetitur hic verſus è Debora & Barac in vi-
ctoria Chananæorum *d*. vt intelligas ad Chriſti victo- *d Iud.* 5. *v.* 4.
rias canendas epinicia reliquorum non ſufficere: item
Sanctorum veteris Teſtamenti triumphos, earum ty-
pos fuiſſe.

11 *Pluuiam voluntariam*. Antitheſis. Super hoſtes diſtil-
C laſti, & depluiſti iracundiæ tuæ imbres: at ſuper popu-
lum tuum pluuiam gratam, ſuauem, (liberalitatum vel
voluntatum Heb.) tempeſtiuam, & qualem homines
optant, demittes. *Hæreditati tuæ*, terræ tui populi. i. Ec-
cleſiæ. Hæc ſunt allegorica de diuinis gratiis & bene-
ficiis. *Et* (ſi) *Infirmata* eſt. Hypothetica linguæ phraſis,
de qua ſupra *e*. Quare eſt Eclipſis particulæ *Si*, vt docet *e Pſ.* 4.
Kimhi, Quòd ſi hæreditas tua infirmata eſt, fatigata,
oppreſſa, afflicta, & malè affecta ab hoſtibus, tu ſanè ſta-
biliuiſti & roboraſti eam.

D 12 *Animalia tua*, tui electi, tuum peculium, tui greges &
copiæ, tuæ oues, quarum tu es paſtor *f*. Pergit in Meta- *f Ioan.* 10. *ver.* 11.
phora. *Paraſti*, res neceſſarias, vel quid ſimile, per Apo-
ſiopeſin, vt Manna in deſerto, cibum & potum, *In*, per
tuam dulcedinem & bonitatem. Vel, cum dulcedine,
cum dulcibus fructibus & rebus. Non tantùm res para-
uit ad neceſſitatem, ſed etiam ad delicias. Vnde terra
dicebatur, *fluens melle & lacte*.

A

13 *Dominus dabit verbum.* Ordo inuerſus, vt Ablatiuus, *Virtute*, cõſtruatur cum verbo *Dabit:* Deus dabit magna virtute & potentia, cum magna efficacia & fortitudine, vel cum magno exercitu & copiis ( ב *be*, ſub. ) verbum Euangelizantibus, ne erubeſcāt Euangelium, néve metuant liberè illud perferre ad barbaros quoſque Eis ſuppeditabis multas vires & magnam fortitudinem ad perferendum Euangelium. Eis ſubminiſtrabit multos Angelorum exercitus ac præſidia, ad eos tuendos contra hoſtes viſibiles & inuiſibiles. Eos tuebitur, ac muniet inter medias perſecutiones & pericula, ac ſi numeroſiſſimo inſtruerentur exercitu. צבא *Tſaba*, non ſolùm exercitum ſignificat, ſed & fortitudinem *a*, Poſ-

*a vt Dan. 10. verſ. 1.*

B

ſit conſtrui cum Participio proximo. Suggeret Dominus ſermonem iis, qui Euangelizauerint multa virtute, i. fortiter, magno conatu, & ſtudio. Nam *facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam*, imò auget. Poſſit etiam exponi. *Deſiderio multo.* Nam *Tſaba*, aliquando exponitur צבי, *Tſebi, deſiderium.* Iis qui multo deſiderio, magnis vocis, optatis, & ſtudiis euangelizant, Dominus copiosè verbum ſuggeret. *Non eritis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, &c.* Chaldæus videtur in Datiuo accepiſſe, quando ſic interpretatur; *Deus dedit verba legis populo ſuo miniſterio Moſis & Aaronis, qui primi nunciauerunt verbum Dei exercitui magno* Iſraelis *Euangelizantibus.* Græcè quidem eſt maſculini gen. at Heb. fœminini, alluſione ad conſuetudinem, qua mulieres ſolebant publicè victo-

*Gratiā Deus non denegat facienti quod in ſe eſt.*

*Matth. 10. ver. 20.*

C

rias principum choris & cantibus celebrare *b*. Quare aliqui interpretantur de mulieribus, quibus Chriſtus in vitam reuocatus apparuit, monens vt ſuæ reſurrectionis Euangelium, lætúmque nuncium ad Apoſtolos deferrent *c*. vt quemadmodum mulier mortem & culpam viro prima nunciarat, ita primum reſurrectionis & gloriæ nuncium viris redderet. Hilarius *d*. Ambroſe. Auguſt *f*. Poſſit tamen referri ad *Animalia*, verſus præcedentis, quia Nomen חיות *Hhaioth*, Heb. eſt fœ-

*b 1. Reg. 18. ver. 6. & alibi.*

*c Mat. 28. 7. Mar. 16. 7.*

*d can. 33. in Matt.*

*e 3. de S. Spiritu. c. 12. & Luc. 22.*

*f ſerm. de tem. 57.*

D

min. Vel Apoſtolos ſic appellat, quòd eſſent infirmi, imbecilli, abiecti quaſi fœminæ coram mundo, tamquam oues in medio luporum. Rabbini hunc locum non intelligunt. Itaque variè interpretantur.

14 *Rex virtutum.* Heb. Reges virtutum ſiue exercituum.





A

Ex quo intelligimus regem virtutū non hîc ſignificare Deum, ſed regem quemlibet potentiſſimum & fortiſſimum. q. d. Magnarum copiarum reges, & potentiſſimi principes dilecti erunt dilecto Deo, vel Dei filio, qui Patri eſt cariſſimus, cedent, ſuccumbent, in eius venient ditionem & poteſtatem, eius erunt poſſeſſio. *Dilecti*, ἀγαπητοῦ, Genit. caſus. Repetitur autem per Epizeuxim, vt celerior & nobilior victoria ſignificetur. Septua. putarunt, ידודון eſſe cognomen Chriſti, *Iedudun*, formæ, ישורון *Ieſhurum* ( cog. populi Iſrael *a*, ) vt Iod ſit radicale, à ידד *Iadad*, vel heemanticū, à דוד *Dod*: quod

*a Deut. 32. ver. 5. Eſa. 44. ver. 2.*

B

fortaſſe eſt rectius, quàm vt ſit fut. verbi נדד *nadad*, *Fugit.* Vel etiam dumtaxat reſpexerunt ad ſententiam. Nam huiuſmodi hoſtium populi Domini clades, non tam abolitionem ſignificant, quàm conuerſionem, vt Hieronymus docet ad illud *b*. *Omnes inimici tui interibunt:* & Abben Ezra *c*, & Kimhi *d*, Noſtris igitur Latinis & Græcis hæc Hebraica quantum ad inſtitutum conſonant. *Reges exercituum fugient*, fugient, id eſt, cedent Deo Chriſto, ei terga vertent, ab eo vincentur, in eius venient poteſtatem. Antitheſis regum fugientium, qui copias immenſas habuerint, & Apoſtolorum, qui eorum partientur inter ſe ſpolia. *Et ſpeciei domus eſt.* Ad ſpeciem & gloriam domus Dei pertinet

*b Mich. cap. 5. ver. 9.*

*c in Pſa. 149.*

*d initio 11. Eſaiæ.*

C

diuidere ſpolia regum iſtorum deuictorum: hoc faciet ad domus Dei ſpeciem, & ornamentum, vt ſpolia gentium dæmonibus erepta partiatur. Illud eſt glorioſum & honorificum Eccleſiæ. Loquitur de Apoſtolis, vt de ducibus & militibus, qui poſt peractam pugnam, proſtratorum & interfectorum hoſtium ſpolia partiuntur Hebræa idem ſonant: Et habitatio ( vel, Species, pulchritudo: nam נוה *naua*, interdum reſpondet, τῷ נאה *naa*, ) domus diuidet ſpolia, id eſt, habitatores domus, Metonymicè, ſpolia hoſtium robuſtiſſimorum partientur. Dei domeſtici & miniſtri fana idolorum mutabunt in Chriſtianas Eccleſias, & illorum cultori-

D

bus errores eripient. *Spolia*, ſunt bona alicui detracta, & in hac lingua interdum bona ſimpliciter, vt *e*, *ſpoliis non indigebit*, & *f*, *ſpolia eius diſtribuet.*

*e Pro. 31. ver. 11.*

*f Luc. 11. ver. 22.*

A 15 *Si dormiatis inter medios cleros*, inter medias ſortes, inter media & præſentiſſima pericula, euadetis fœliciter, & cum honore & gloria. Si verſemini in mediis periculis, vt de veſtro capite iam iaciatur alea, vel etiam iacta ſit, ſi de vobis, de vita veſtra & bonis ſortiantur, vt ſolent victores, glorioſè eruemini, ac eritis ſicut alæ columbæ argento coopertæ, cuius pennæ dorſi virent, vt aurum purum. q. d. Luctus veſter conuertetur in gaudium. Dormire hic per *κατάχρησιν* pro, *iacere ſitum eſſe*, vt è fonte apparet. Poteſt tamen natiuus intellectus retiner. Si ſomno opprimamini præ nimia triſtitia, interea dum de vobis iacitur alea. Locus, de quo tamquam de cruce, pependerunt omnium ingenia. B Ex quo alij eum ſuſpectum de mendo, alij Septuaginta hallucinatos, alij clerum clericorúmve ſtatum, alij ſortes Iſraelitis diſtributas, alij vtramque ſortem præſentis & futuræ vitæ, alij duo teſtamenta, alij aliud ſignificatum dixerunt. Difficultatem auxit noſter interpres, quia vocem Græcam reliquit. Nam ſi vertiſſet, *Inter medias ſortes*, vel, vt habet codex S. Germani Pratenſis vetuſtus, *In medio ſortium*, fortaſſe eum aliqui cōtuliſſent cum Pſalmo *a*. *Super veſtem meam miſerunt ſortem*, Ioel, *b Super populum meum miſerunt ſortem*, C Nahum *c*, *& ſuper honoratos eius* (Alexandriæ) *proiecerunt ſortem, & cuncti magnates eius alligati ſunt, catenis d*. &c. His enim etiam locis Græcè eſt κλῆροι, periculi aleæque genus. Vel cum profanis ſcriptoribus, vt Ariſtide in Pericle, *vna ſuper omnibus alea, vna ſors iaciebatur corporibus, vita, pecuniis, fama, principatu*, vt Homero, Virgilio, Æſchylo, apud quos à militibus ſortes in galeam deiiciebantur ad ſortiendum de captiuis, & rebus aliis multis. Eſt ergo ſenſus facilis: *Si dormiatis inter medias ſortes* (eritis ſicut) *pennæ columbæ deargentatæ, cuius poſteriora* (i. cauda) *dorſi in pallore auri*. (ſunt.) D Vbi vides dumtaxat eſſe Eclipſim Hebraicam, quam crebrò fieri notauimus, Verbi ſubſtantiui & literarum Moſè vecaleb. quarum vna eſt nota ſimilitudinis. q. d. Si verſemini in præſentiſſimis & certiſſimis periculis, vt quando de captiuorum vita, libertate, fortunis, victores ſortem mittunt, tum illa in rerum deſperatione eritis tutiſſimi, sereniſſimi, lætiſſimi, vultu & colore tā pulchro, ſereno, ac vegeto, quàm

*a Pſal. 21. ver. 19.*
*b Ioel. 3. v. 3.*
*c Nah. 3. ve. 10.*
*d Heſter. 3. ver. 7. Ioan. 19. ver. 24.*



A quàm columba, cuius pennæ ſunt veluti deargentatæ, inſtar argenti pellucentis, & dorſum, vel cauda dorſi ſplendet, ac rutilat inſtar fului ſiue pallentis auri. Tam præſens vobis erit numen, vt illic ſitis in tuto, & animi ſecuritate, neque quicquam perdatis de vultus ſpecie, & habitu. Columbæ ſimilitudinem appoſuit, quòd in hac aue pennarum elegantia & morū forma excellant: quin & capta niret, eodem eſt colore, ſpecie, & ſtatu. Hebræa eodem recidunt. *Si cubetis inter medios lebetes, vel tripodes, vel ollas*, vt iam torreamini. Sic è mediis ignibus eruit tres pueros *a*. & multos martyres, in hiſtoriis B Eccleſiaſticis, alios in ſumma patientia, & animi tranquillitate conſeruauit. Alij vulgò. Si tam atri & ſordidi ſitis, quàm hi, qui iacent inter nigras ollas, eritis poſthac tam candidi, quàm alæ columbæ argenteæ, & inſtar auri fulgentes: Depoſito ſcilicet mœrore omni, poſthæc læti eritis & fortunati. Sed Septuag. ſubmutarant hanc Metaphoram ab atris ollis, in clariorem & vſitatiorem, more ſuo. Eſt igitur Prouerbium Græcum, *Inter medias ſortes*, & Gallicum, *Entre les hazards*, his conſonans, inter medias cruces, inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter ſacrum & ſaxum, inter malleum & incu-C dem, in acie nouaculæ, in rei cardine, in rei articulo, in extrema alea, pro eo quod eſt verſari in rerum deſperatione, & ſummo diſcrimine. Hæc prolixiùs contra Gnoſticos, qui quā Patrum ſapientiam non percipiunt, carpunt. Idem alia tranſlatione declarat ſequenti verſ. *Deargentatæ*. Genit. caſus in Heb. Nominatiui pluralis in Græco, *Pallore*. virore. Pulchritudo autem colli, & pennarum columbæ, vt & caudæ pauonis, manat è colorum varietate, & incertitudine.

25 *Dum diſcernit*, dum iudicat, punit, vlciſcitur. Diſpergit propriè, vel extendit, expādit, id eſt, dum proſternit reges in ea, ſcilicet Eccleſia, erunt niuei ſicut nix in D Selmon, præ lætitia, quam è perſecutionibus diſcuſſis conceperint. Sic ſolent ſumere hoc verbū Sept. ſupra *b*. & Paulus *c*. *Quis enim te`diſcernit*, id eſt, iudicat. Hinc Hebraicè, dum extendit, dum profligat. *Cæleſtis* Deus, Dei enim, vel etiam Chriſti epithetum *d*. Heb. שדי *Saddai*, omnipotens, à שדד *Sadad vaſtando*, quòd omnia vaſtare poſſit, atque adeò in nihilū redigere. Vel à ש *ſchim*, & די *Dai*, *ſufficientia cui ſatis*. quòd per ſe ſufficiens omnia præ-

*a Dan. 3. 23. 24. & ſeq.*
*b vt Pſa. 49. ver. 6.*
*c 1. Cor. 4. 7.*
*d 1. Cor. 15. ver. 47.*

 ſtare

ſtare poſſit. Epithethum loco huic de bellis valdè con- A
gruens, *Reges*, potentes & crudeles dominos, tyrannos
Eccleſiam perſequentes, & oppugnantes. *Niue dealba-*
*buntur in Selmon* monte opaco. χιονωθήσονται, vt nix exiſtēt.
Sic Heb. vnica voce, *Niueſcet, niuebit*, candeſcet, dealba-
bitur, domus ſcilicet, illa Dei. *Niue* ergo Ablatiuus ſimi-
*a verſ. 34.* litudinis, vt infrà *a. Argento*, ſicut argentum. Nix autem
vt cādor, lux & ſimilia, ſymbolum ſunt proſperitatis &
ſalutis. In modum niuis, quæ iugiter inuenitur in mon-
te Selmon, alba apparebit domus Dei, tamquam nix. Pij
vt nix erunt candidi in locis obſcuris & calamitoſis,
exhilarabuntur lætitia, & voluptate: veluti niuium B
candore perfundentur. Niue dealbari in Selmon, pro
recreari, & exhilarari in locis tenebroſis & infœlici-
bus. Prouerbium ductum à Selmone monte Ephraim
Iordani vicino, perpetuis niuibus candente, cauerno-
*b Iud. 9. ver. 48.* ſo, tenebris & aſperitate horrido, vmbroſo & caligi-
noſo *b*, ex quo nomen acceperat. צלם *tſelem*, imago,
vmbra, tenebræ. Niue autem illuſtratus, pulcher & ſe-
renus apparebat. Lux, nix & candida omnia lætitiam, &
res ſecundas, Selmon & loca alia atra & vmbroſa, tri-
ſtitiam & calamitatem ſignificant. Rabbini appellati- C
uè fere exponunt, Niue dealbabitur (ea domus) in tene-
bris & vmbra (id eſt, in malorum caligine.) vt *Selmon*
parum aut nihil differat à צל *Sel* vmbra. *Mons Dei.* De
Eccleſiæ excellentia, poſt tot bella & perſecutiones:
*c Eſa. 2. v. 1. Dan. 2. v. 25. Mich. 4. v. 1. Eccleſia mōti comparatur & cur.* Sic monti comparatur *c* ob mōtem Sionem, è quo pro-
diit Eccleſia: item quoniam eſt in alto & conſpicuo po-
ſita, maximéque viſibilis, ęterna, inexpugnabilis. Mons
Dei eſt mons pinguis, ſiue vt in Hebr. הר בשן *har baſ-*
*han*, mōs Baſan, id eſt, fertiliſſimus & feraciſſimus. Nam
Baſan regio eſt vberrima trans Iordanem, in qua regna-
uerat Og De variis Spiritus ſancti virtutibus & donis.
17 *Mons coagulatus, mons pinguis.* Extollit Sionem, tam-
quam montem excelſum, fœcundum & pinguem om- D
nes gentes excellentem. *Coagulatus eſt*, pinguis, abūdans
gratia, caſeoſus propriè, à גבינה *Gebina*, caſeo. Alij gib-
boſus, excelſus, & tumidus. à גבן *Gibben*, ſiue גב *Gab. Vt*
*quid ſuſpicamini.* Correctio eſt Rhetorica: Cur ſuſpicitis,
cur cogitatis montes coagulatos & pingues, dum iſta
enuncio de Dei monte? Imò verò (18) eſt mons, in quo
beneplacitum, &c. Latinè quid dico montes coagula-
tos? imò verò eſt mons, &c. contra animales, qui non
per



A percipiunt ea, quæ ſunt ſpiritus, ac dum audiunt inſig-
nes Scripturarum promiſſiones, cogitant ſtatim tem-
porarias, neque animos attollunt ad præſtantiores, nē-
pe ſpirituales & æternas, q. d. Cur ſuſpicamini, cur co-
gitatis bonis temporariis, & caducis hos montes diſ-
fluere, & non potius ſempiternis, & immarceſcibili-
bus benedictionibus: quid cogitatis terram affluentem
melle & lacte externo, & non potius deliciis ſolidis, &
in perpetuum manſuris? Rab. Hai ſic ſumpſit verbum
רצד *ratſad*, quid intentis oculis exſpectatis vel inſpici-
tis, cur conſideratis vſque adeò montes excelſos? vel
B caſeoſos, & hoc ſignificare docet Arabicè. Iam autem
docuimus Poëtas & Prophetas affectare ſępiuſculè Sy-
riaca & Arabica. Sic ferè Arnob. *vt quid ſuſpicitis montes*
*vberes.* id eſt, *plures facientes Deos, coagulatum montem in vni-*
*tate tenete, & Patrem, & Spiritum ſanctum, in vno Chriſto ſuſ-*
*picite.* Vulgò in nominatiuo Rabbini, Quid exilitis
mōtes excelſi, cur inſoleſcitis, cur inſultatis huic mon-
ti (Eccleſię) cùm hunc montem concupierit Dominus?
Allegoricè de Idolorum excelſis ſiue populis & princi-
C pibus bella huic inferentibus, qui ſint veluti montes
viribus, & auctoritate pollentes.
18 *Mons in quo beneplacitum.* Hunc montem deſiderauit
Deus, vt in eo inhabitet, & efficax ſit. *In finem.* in perpe-
tuum, in eo (per Zeugma) habitabit.
19 *Currus Dei decem.* Mons Dei eſt currus Dei ſtipatus *Angelorum quanta multitudine De⁹ ſit ſtipatus.*
multis Angelorum millibus, ex decem millibus multi-
plicatis veluti compoſitus. (μυριοπλάσιον deciesmillecu-
plex, ad Verb. Numerus finitus pro infinito.) Eſt & mil
lia lætātium, cum quibus ipſe Dominus eſt, ſicut olim
in Sinai, ita nunc in ſuo ſanctuario. i. habet multa mil-
lia beatorum ſpirituum ſecum, cum quibus habitat in
D ſuo ſancto templo, ſicut in monte Sinai. q. d. Illud mul-
tis præſidiis inſtruit contra hoſtes, vt olim fuit in Sinai
ſua præſentia tremendus. Huc alluſit Paulus *a. Acceſſiſtis* *a Heb. 12. v. 22.*
*ad Sion montem, & multorum millium Angelorum præſentiam,*
*& Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. Lætan-*
*tiū.* Epithetum Angelorum è Rabbinis, qui שנאן *Sinan*
dictum putant, quaſi שאנן, *Sanan*, tranquillus, Beatus,
*In eis*, cum eis, Kimhi, *In Sinai.* Eclipſis כ k notæ ſimili-
tudinis, (ſicut) in Sinai: Idem Dominus eſt cum eis in
ſancto monte Sion, ſicut fuit olim in Sinai, vel eſt
Aſyntheton. Dominus cum eis in Sinai (&) in
AA 4 ſanct

A

ſancto. In vtráque Eccleſia, veteri (quę per Sinai adumbrabatur *a*,) & noua (quæ per Sion montem ſanctum) *b* fuit Dominus cum multorum millium Angelorum frequentia, *In ſancto*, in templo, in ſuo ſancto ſacrario, vt infra *c*. Anonymus D. Quinquarborei, in ſanctitate, cum ſanctimonia.

a *Gal. 4. v. 24. Hebr. 12. v. 18.*
b *ibid.*
c *V. 27. & Pſ. 88. V. 36.*

20 *Aſcendiſti in altum*. Apoſtrophe ad Chriſtum Deum in cælos aſcendentem, & de peccato, morte, inferno, diabolo, idolis, & idolorum cultoribus triumphantem. Nam ad ipſum, hunc verſum refert Apoſtolus *d*, vt intelligar ·usDeum, qui alioqui eſt vbique, aſcendiſſe in incarnato & glorificato Chriſto, id eſt, aſcẽdiſſe per humanitatem, *in altum*, in cœlos. Alluditur autem ad aſcẽſum Domini ex Ægypto in mõtem Sinai, indéq; Sionium, Ex Ægypto regione humili & depreſſa aſcẽdiſti illos montes captiuis factis hoſtibus tuis Ægyptiis, iſſque in mare merſis. Bonis, vt legis libertatis, adoptionis beneficiis homines, nempè Iudæos, affeciſti. *Cepiſti captiuitatem*, ſubieciſti (Heb. & Græcè, captiuaſti) duxiſti captiuam captiuitatem, Pſal. Rom. Captiuos hoſtes cepiſti, qui tuum populum opprimebant, eos captiuos feciſti & ſubegiſti. Noſtri, Satanam, infernum, mortem, peccatum in triũpho duxiſti veluti captiuos: vel captiuos Satanæ, captos de illius manu in libertatẽ tecum abduxiſti. Subegiſti eos, qui olim à diabolo poſſidebantur, tuóſque feciſti iam captiuos, atque inde dimiſiſti per Spiritum ſanctum, varia dona Quod peculariter aliqui ad Patres in ſinu Abrahæ detentos referunt, non ad totum humanum. In quo conſideranda duplex hominum captiuitas, vna dura & tyrannica, qua ſub diabolo detinebantur (quæ poteſtas Satanæ dicitur *e*) altera dulcis & paterna, qua ſerui facti ſunt Dei & iuſtitiæ, qua videlicet per Chriſtum è priore duriſſima fuerũt liberati, vt enim prior captiuitas ſeruitutis, ita hęc poſterior libertatis genus eſt. Ad hoc enim Chriſtus ereptos de poteſtate Satanæ cepit captiuos, vt liberos faceret. Nam qui extra captiuitatem tyrannicam abducuntur, in libertatem adducuntur. *Accepiſti*, ad dandum videlicet, vt *f. loquere ad filios Iſrael, vt accipiant mihi primitias*. Vbi Abben Ezra, Verbum Accipiẽdi dare ſignificat, dum accipiunt alicunde, vt dent, & ſic in libr. Reg *g*. *Accipe mihi parum aquæ*. id eſt, da. Quare Apoſtolus *h* ad ſenſum citat, dediſti dona hominibus

B

C

D

d *Ep. 4. v. 8.* *Chriſtus per humanitatẽ in cœlum aſcendit.*
*Captiuitas duplex vna Chriſti, altera Diaboli.*
e *Act. 26. v. 18.*
f *Exod. 25. v. 2.*
g *3. Reg. 17. 10. iuxta Heb.*
h *Eph. 4. 8.*



A

bus. Sic Chaldæus ſic R. Selomo. Alioqui plurimũ differunt dare & accipere. *In hominibus*, pro hominibus, vt ea ſpargeres, & copiosè dares. ב pro בעבור *Baabur*, pro, propter. Sic Gall. *Il prent de l'argent aux pauures, ou pour les pauures*, id eſt, vt tribuat pauperibus. Quare apud Paulũ *a*, Præpoſ. *In*, prætermittitur, *dediſti dona hominibus*: de gratiis & donis variis Spiritus ſancti. Quæ eſt hypotypoſis magnifici triumphi. Sic enim victores aſcendunt cum triumpho & pompa in regiam, in regium palatiũ, arcem, & loca vrbis eminentiora, trahunt in oſtentationem ouationémque captiuos, ſpargunt populo miſſilia ac munera.

a *Eph. 4. 8.*

B

21 *Etenim*, pro etiam, id eſt, ואף *veap* ſæpius apud Septuagint. Etiam non credentes, cepiſti ſcilicet, vt inhabitet Dominus Deus cum eis. Sic enim debet reſolui: Etiam rebelles & incredulos in gratiam recepiſti. *Inhabitare*, τ̃ κατασκηνῶσαι, ſub. ἵνα, cauſa inhabitandi *b*, ad inhabitandum, vt inhabitet. Hebr. literę congruenter. Nam eſt Græciſmus ſimul & Hebraiſmus. Eſt ergo ſenſus, vel per Zeugma, vel per conſtructionem inuerſam. Per Zeugma quidem ad verbum proximè poſitum: vt *non credentes*, regatũr à verbo *cepiſti*. Etiam non credentes, ſiue incredulos (Hebr. *rebelles*) cepiſti vt iam inhabitet Dominus Deus cum eis. Etiam rebelles plurimos, & Dei penitus ignaros tibi ſubegiſti, Gentiles cepiſti, comprehẽdiſti, tui iuris feciſti, vt verè dici poſſit te nunc habitare cum eis, vt ſaluatorem Deum. Per ordinem verò inuerſum, vt nihil repetatur, ſed Accuſatiuus *non credentes*, regatur à parte poſteriore infinitiui *inhabitare*, quod Chaldæus mauult, vt inhabitet Dominus Deus etiam rebelles & incredulos, apud eos reſideat, quibus antea erat infeſtus. *Dominum Deum*. Regitur à parte anteriore verbi *inhabitare*. Sic hic verſus è ſuperiore pendet. Cepiſti dona pro hominibus, idque etiam vt Deus inhabitet non credentes. Non modo vt ea Iudæis, & fidelibus effusè tribuas, verùm etiam Gentibus fide, ſpe, caritate Dei patris tui carentibus.

b *vt Pſal. 9. verſ. vlt.*

C

D

22 *Die quotidie*, ἡμέραν καὶ ἡμέραν, die & die, per ſingulos dies, ſemper. Romanum Pſalt. de die in diem. *Proſperum iter faciet*, proſperabit & fœlicitabit nos in noſtra ad gẽtes ſubiiciendas profectione, nos onerabit beneficiis (Hebræa enim hoc ſonant) Deus ſalutum noſtrarum, Deus, qui nos ſicut oues inter lupos conſeruabit.

 23 *Deus*

23 *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi.* Deus noſter eſt Deus ſaluationis, eſt Deus qui ſaluos nos facit, & cuius ſunt mortis exitus, id eſt, ereptio & liberatio à morte. Eius eſt nos eripere à morte, in eius eſt poteſtate, quemcumque voluerit à morte eruere. Vt ſuprà *a Domini eſt ſalus*, id eſt, Domini eſt ſaluare: ita nunc, Domini ſunt exitus mortis, id eſt, Domini eſt educere è morte. *Habet claues vitæ, & mortis b, Occidit & viuificat c*, quod luculentè oſtendit in Tyrannorum perſecutionibus, Martyribus aſſiſtens, neque ſinẽs abſorberi Eccleſiam. *Exitus*, ſunt ſupple, ἀι δι...δοι, egreſſiones, tranſitiones. q. d. Dominus educit à morte. Tamen aliqui exponunt, exitus ad mortem, vt duo verſus membra ſint antithetica. Prius, Domini eſt ſaluare: poſterius, Domini eſt perducere ad mortem. Nam tam vitæ, quàm mortis æqualem habet poteſtatem: vt *d, Occidam & viuere faciam.* Malo vt ſuprà, idem vtrobique enùnciari per Epexegeſim, quòd variis modis poſſit ſuos à morte eripere. A B

a Pſal. 3. v. 9.
b Apo. 1. 18
c 1. Reg. 2. 6.
d Deute. 32. verſ. 39.

24 Verumtamen *Deus confringet capita. Verticem*, confringet, ἀπὸ τῆ κοινῆ (&) verticem comatum, capillatum, comis coruſcantẽ, & cincinnatũ verſantium in ſuis peccatis cõteret. De Romano imperio, & cæteris Euangelio infeſtis. Vel etiam de Iudæorum regno & ſacerdotio. C

25 *Dixit Dominus, ex Baſan*, homines ex Baſan, eos qui ſunt ex Baſanitide regione. Sic infra *e* de *fontibus Iſrael*, homines de fontibus Iſrael, eos qui ſunt de genere Iſraelis. E Baſan regione Og, hoſtis tui ſæuiſſimi, ex ipſiſmet regionibus inimicorum tuorum conuertam inimicos tuos in profundum maris, eos in mare demergam, vt olim Pharaonem, & Aegyptios. Ad Og enim & Pharaonem reſpicit, vel ex Baſanitide regione (te retraham) & conuertam (inimicos tuos) in mare. Heb. *De profunditatibus*. Te conuertam, reducam, retraham è Baſan regione tibi infeſta, & è profundi pelagi gurgitibus, id eſt, de locis deſperatis. Sic enim adumbrat loca exiliorum propinqua, & remota, atque adeò deſperata. De, poſteriori loco acceperunt pro *in, ad*, per parallagen Protheſeon. D

e verſ. 29.

26 V*t intingatur pes tuus in ſanguine*, rubeat, adeò vt laues, ô popule mi, pedes ſanguine illorum, & canes tui eodem cruore ſaturẽtur. *lingua* (&) lingua, Aſyntheton inter duos crebrum. *Ex inimicis* intingatur. *Ab ipſo*, ſanguine (ex inimicis effluente) id eſt, eodem ipſo ſanguine. poëticè



A Poëticè deſcribit has victorias, & triumphos, ex conſuetudine præliorum, in quibus ſanguis copioſiſſimè fundi ſolet. Quin & ad literam, prælium Chriſti cum Iudæis, & Romanis Eccleſiam martyriis afficientibus fuit valdè atrox, & cruentum, dum Veſpaſiani Traianus, Adrianus, Iudæos, Perſæ, bella ciuilia, Conſtantinus magnus, Gotthi, & exteræ nationes Romanum Imperium vetus penè conſumpſerunt.

27 *Viderunt ingreſſus tuos.* Tui, ſiue tuus populus viderũt has tuas expeditiones, ſucceſſus, victorias, geſta. *Ingreſſus*, ſemitas. *Quies*, qui es in ſancto templo tuo. Mutat enim perſonam. Hieronymus teſtatur ſe in Septuag. & B Hexaplis ſic reperiiſſe, nempè, ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου, non vt hodie, ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου ὁ θεός, *viſi ſunt ingreſſus tui Deus*, quamquam ſenſus eodem labitur.

28 *Præuenerunt principes.* Conuenerunt cantores, & fidicines vtriuſque ſexus, ad perſonandas tuas victorias, ita vt alij cantu præeant, alij ſequantur. Omnis ſexus, & ætas celebrabit hanc victoriam. Moris enim erat, vt etiam mulieres canerent ἐπινίκια, tam voce, quàm inſtrumentis. Alluſio ad Exodi locum *a*, vbi viri in vno choro, fœminæ in altero cum Maria Moſis ſorore celebrabant victoriam de Pharaone. Vel ad Eſdræ lo- C cum *b*, vbi cantores, & cantatrices erant in reditu Iſraëlitarum de Babylonia, ad itinerum moleſtias leniẽdas, & reduces conſolandos, & recreandos. Sic Apoſtoli, & diſcipuli vtroque ſexu in Eccleſia de victis Domini hoſtibus. Nec tantùm viri, ſed & mulieres ſequebantur Chriſtum etiam à Galilæa *c*, & viduæ Apoſtolos *d*. *Principes*, שרים *Satim* per ש ſiniſtrum, hoc ſignificat: Præuenerunt principes plebeios ad tuos triumphos concinendos. Exemplo inferioribus ordinibus ad id præluxerunt. Vaticinatio de regibus, & magnatibus Chriſtum agnituris. Per ש dextrum, vt Maſoretæ D legunt, cantores. Præceſſerunt cantores, & pòſt (ſequuntur) Pſaltes. נגנים *Noghenim*, qui pulſant manu, qui canũt fidibus, vel inſtrumẽtis. שרים *Sarim* qui ore.

a Exod. 15. 20.
b Eſd. 2. 65.
c Luc. 8. 27. & 23. 49.
d Act. 61. verſ. 2. 3.

29 *In Eccleſiis benedicite.* Verba cantorum, & fidicinum. *De fontibus Iſrael.* O vos qui eſtis de origine, & ſtirpe Iſraël, qui ex eius ſemine, tamquam è fonte manatis. Ita vulgò Rabbini. Quid ſi Maſoretarũ diſtinctionẽ ſequare, vt *Deo* habeat Athnah. i. colon, *Domino* autẽ cadat in ſequẽtia, vt ſit Chriſti periphraſis hoc modo? In Eccleſiis bened

benedicite Deo : Domino de fontibus Iſraël, id eſt, A
Chriſto (inquam) ortum habenti ex Iſraël,ac inde ſe-
cundum carnem propagato, vel aſynthetos, Deo (&)
Chriſto,de ſemine,origine,progenie Iſraël.

30 *Ibi Beniamin adoleſcentulus.* Iudæi primi ad Euange-
lium vocati,tamquam Eccleſiæ principes *a*, *Beniamin*
a Pſal.44. *adoleſcentulus*,paruulus.Synecdoche numeri. Ibi adſunt
verſ.54. è tribu Beniamin,quamuis paruula,ob paucitatem ho-
minum. Nam penè funditus deleta fuerat ob ſtuprum
b Iud.20. Gabaonitarum *b*. Vel potiùs, qui minimus fuit natu
46.47. filiorum Iacob.Gall.*Le petit Beniamin*.Vnde in Hebræo B
eſt eadem vox, צעיר *tſahir*, quæ in Geneſi habetur,
c Gen.43.33 alias *c*, קטן *Katon* paruus, & נער *nahar* puer dici-
Gen. 42.32. tur. Sumitur autem pro poſteris, quoniam autem no-
& 43.29. mina propria apud Hebræos, ſunt ſæpè Patronymica,
& 44.2 & &poſteros denominãt.Lubens reſtrinxerim ad D.Pau-
alibi. lum adoleſcentem,de tribu Beniamin. *In mentis exceſſu*,
in extaſi,in profunda contẽplatione,vt fit dum humani
ſenſus amittuntur, & diuini acquiruntur, vt D.Paulo
d Act.9.9. contingit *d*, רודם *rhedem*, ſoporatus, graui ſomno op-
& 2. Cor. preſſus,vt ם ſit radicale Nec verò ſatis eſt ad repudian-
12.23. dam hîc auctoritatem Septuag.quod alibi non reperia- C
tur in Kal. Nam quot ſunt verba alia, quæ vno dumta-
xat loco in vna coniugatione reperiuntur, in aliis ſæ-
pius? Quibus ם eſt affixum, *Dominator* (inquit) *eorum eſt*.
Beniaminius inter eos, qui ibi adſunt,dominatur, eſt
ex Eccleſiæ principibus,& proceribus.

31 *Principes Iuda*. vt Ioannes,& Iacobus filij Zebedæi,
Iacobus,Iudas,Simon, & eorũ fratres.*Duces eorum*. Ex-
preſſerũt etiam hic ſenſum.Nam רגמה *Regama* eſt pur-
pura,& ornamentum ab ארגמן *argamen*.Principes Iuda
purpurati eorũ erunt,& principes.Cæteræ interpreta-
tiones frigent,& ſubaudiunt Præpoſ.*in*,vel *cum*.Princi- D
pes Iuda cum purpura, vel phrygionibus eorum, cum
veſtibus ſumptuoſis,& aureis. *Zabulon*, *Nepthalim*,Tri-
bus hę in Galilæa,è quibus Petrus,Andreas,Philippus,
Thomas,& plerique alij Eccleſiæ Apoſtoli, & proce-
res.

23 *Manda Deus virtuti tuæ*. Non eſt dubiũ Septuaginta
appoſitius hîc legiſſe in imperatiuo : quàm Maſoretas
in præterito, iiſdem planè literis, ſed diuerſis pũctis,
quæ iſti pro ſuo arbitratu, & ſæpè ſine iudicio affixe-
runt Sequens enim mox imperatiuus id oſtendit.Præ-
cipe



A cipe Domine tuę fortitudini,vt iſta perficiãtur:hoc tua
poteſtate perfice,Mandare in Deo eſt facere,firma hoc,
id eſt,has fidei victorias,& triumphos,hanc fidem,pie-
tatem,gratias,omnia ea denique,quæ mirabiliter es in
nobis,& per nos operatus, robora. Precatur, vt Chri-
ſtus,vires Apoſtolis, & Apoſtolicis ſuppeditando, ad
iſta ſtabiliendum iuuet Eccleſiam, & eius hoſtes euer-
tat,vel conuertat *Deus*,Iuuare videtur Maſoretas,quod
affixum ך *cha* hîc reperiatur, אלהיך *Elohecha*, *Deus tuus*,
vt ſit ſenſus. Mandauit Deus tuus virtuti, ſiue fortitu-
dini tuæ, ô popule. Atqui decepti affinitate tractuum,
B putarunt eſſe ך *chaph*,vbi erat, ן *Nun*, vel ſaltem legen- a 3.Reg.1.
dũ Nun,vel Mem,אלהים *Elohim*.Sic & ipſimet Maſore- verſ.47.
tæ [a] Caph legi pro Mem in hoc ipſo vocabulo docet,
אלהיך *Elocha*,pro אלהים *Elohim*, vbi tamen nihil cogit.
Quin & dictant ה הלא כתיב מם *Hameſch dala cathebmem*.
*Quinque ſunt, in quibus legitur Mem*, (non Caph,&c.) Hoc
apparet è Symmacho, & veteribus aliis interpretibus,
qui nobiſcum legunt אלהים *Elohim*,Deus.

33 *A templo*. Propter templum, Poſt Iudæos cæteræ
Gentes ad Euangelium perducentur.

34 *Increpa feras arundinis*. Quæ verſantur inter cannas,
& calamos.Perde, vel arce populum agreſtem, & bar-
barum.Hoc enim eſt per metalepſim increpare.Sic vo-
cat Iudæos, & Paganos ſæuientes in Eccleſiam. Feræ
erant beſtiæ è ſuis luſtris infidelitatis prodeuntes, ve-
lut ex arundineto. Alij malunt arundinem ſumi pro
lancea Metonym. Increpa, & perde turbam lanceis ar-
matam, greges lanceariorum in populum tuum inſur-
gentium. *congregatio*. Eclipſis Hebraica verbi ſubſt.
Congregatio eſt taurorum cum vaccis. Iſta congrega-
tio populorum veluti grex eſt taurorum inter vaccas,
D vel vitulos.i.inter populos laſciuientes,ſalaces,& diſ-
ſolutos,more vitulorum.Quadrat Turcis,&Saracenis,
quibus per Alcoranum licet indulgere voluptatibus,&
vxorum multitudini. *Vi excludant*, vt eiiciant è Patria
Apoſtolos,Martyres,populum denique tuum crucibus
exploratos, & probatos, vt argentum igne. Vel iuxta
Chaldæum : *ſtudentes legi,quæ argento eſt multò purior*. *Ar-
gento*,ſicut argentum. Ablatiuus ſimilitudinis,vt ſupra,
*Niue*,ſicut nix *b*. Sic Græcè datiuus eſt ſimilitudinis,
tamquam argentum, ex Euthymio, vel Metonymicè b Verſ.16
argenti igne,igne,quo probatur, & purgatur argẽtum.
Hebr.

Hebr. (vt ſit) *Calcatus vel extentus in* (cum) *argenti ſegmen-* A
*tis*.i.vt populus ille ſit proſtratus cum argenteis num-
mis vel maſſis, ad tributa pendenda, vt ſupplex veniat,
ac argentum tributi nomine perſoluat. Gall, *Auec pieces
d'argent*. Vt ille ſeruiliter ſubiiciatur tributis argenti, &
& humillimê ac abiectiſſimè argentea tributa perſol-
uat. Vt humiliter ſe iſte populus, offerendo tributum,
& Chriſto cognito munera, & ſacrificia offerat. Quod
quidem Septuag. & Chaldæus ad populum Domini re-
ferunt, Rabbini autem ad populum hoſtilem.

35 *Diſſipa Gentes, quæ bella volunt*. Rectè. Vnde & pleri-
que Rabbinorum monent Hiric notatum pro Pathah B
בזר *Bizar*, & inſipidè exponit per prçterit. diſſipauit, di-
ſperſit. Quod & ſequitur Chaldæus: *Diſſipa populos, qui
perſequutionibus aduerſus regnũ Chriſti delectantur*. *Praeueniet*.
Heb. Currere faciet, celeriter manus ſuas Deo proten-
det: properabit recipere Euangelium. Significatur Æ-
thiopas primos populorum ſuſcepturos fuiſſe Euange-
a *Act*. 8. 38. lium, quod etiam impletum indicatur à Luca *a*, &
b *In catalog*. in D. Matthæi hiſtoria apud Abdiam Babylonium, Eu-
ſebium, & Hieronymum *b* *Eius*. ſuas, reciprocè. *Venient
legati*, vel principes. Metaphora ab iis, qui pacem quæ-
runt, vel ſe volunt dedere. Nam legatos mittunt, qui de C
pace, vel deditione tractent. Hinc Alexandriæ Ægypti
Schola fuit Chriſtianorum celeberrima ſub Marco E-
uangeliſta, primo eius Epiſcopo, de qua Philo.

36 *Regna terræ cantate Deo*. De remotioribus à terra
ſancta regionibus. *Sela* in Hebræo verſum concludit.

c *Verſ*. 20. 37 *Pſallite Deo*. Repetitur à Septuaginta ad connexio-
nem efficaciorem. *Qui aſcendit*. Alludit ad ſuperiora *c*.
d *Epheſ*. 4. Qui aſcendit, vehitur, inequitat in cœlum ſupremum
*verſ*. 10. cum triumpho & pompa, ſuper omnes cœlos *d*. *cœlum
cœli*, hęc repetitio ſummũ cœlorum deſignat, quo Chri- D
ſtus aſcendit ad Patris dexteram, ſuper omnes cœlos.
Alij ſimpliciter intelligunt ſedem beatorũ. Tres enim
e 2. *Cor*. 12. 2 ſunt cœli *e*, ex Hebræorum veterum mente. Primum,
in quo aues.i.aër. Secundum, in quo ſtellæ.i.æther, ſiue
firmamentum. Tertium, in quo beati.i.cœlũ cœlorum,
empyreũ ſupremum. Nec refert cœlũ dicas an cœlos.
Nam שמים *Samaim*, duale eſt, ſine ſingulari, vel pluralis
vnde eadem voce vnitatem, & multitudinẽ ſignificat.
Etſi in hoc, vt nihil eſt in lingua ſancta inane, maxima
inſit vis, & ratio, ſiue phyſica, ſiue Theologa, de quo
aliàs.



A aliàs. *Ad Orientem*, verſus Orientem. Chriſtus aſcendit *Eccleſia cur*
in cœlum, in monte ſcilicet Oliuarum, ſitò ad Orientẽ, *ad Orientem*
reſpectu ad Hieruſalem *a*. Vnde, & verſus illam par- *erat*.
tem orat Eccleſia: de quo habes integrum caput Dama- *a Zacha*. 14.
ſceni *b* Hebraicè קדם *Kedem*, etiam antiquitatem, *verſ*. 4.
principium originis. Ex quo aliqui exponunt, inſidet *b Lib*. 4. *Or-*
cœlis cœlorum, qui perſtant ab antiquo, ab initio, à die *thod*.
quo conditi ſunt, citra vllam alterationem, tam in ſe,
quàm in ſuis ſingulis, Ad verbum: *Qui equitat in cœlis cœ-
lorum antiquitatis*, id eſt, qui ſunt ab initio, vel Orientis,
id eſt, qui ſunt ab Oriente. Nam de parte cœlorũ verſus
B Occidentem ſuprà locutus eſt *c*; Sic æquat Orientales *c Verſ*. 5.
Occidentalibus, ac vtriſque prædicit regnaturum Do-
minum. Equitare enim eſt regnare, per Metaph. Chri-
ſtus non ſolùm in occaſum inequitauit, ſed etiam in
Orientem extrema nedum media mundi ſub ſuis fræ-
nis poſuit, diuerſo tamẽ tempore. Primus enim aſcen-
ſus Chriſti fuit *ſuper occaſum* *d*, id eſt, verſus noſtram
Europam, Africam, & Aſiæ Occidentalia, Hieroſolymç *d Verſ*. 5.
reſpectu, è qua ſitus, & plagas regionum notare ſolet
Scriptura. Illic enim præcipuè, & ſolemniùs receptum *Chriſto quo-*
C eſt Chriſti regnum atque cultus. Nam Orientis regio- *modo orbis*
nes Meſopotamia, Chaldæa, Arabia, Perſia, India, &c. *ſubiectus*
tardiùs ſeſe dediderunt, & minus vniuerſè, ac publicè. *fuerit*.
Quare vix dum etiam hodie principes Perſarum, & In-
dorum (præter vnum Presbyterum Ioãnem iam à 300.
annis Tartarorum armis in Indiis extinctum, vt narrat
M. Venetus) publicè fidem receperũt, ſed perpetuò vel
Paganiſmum, vel Mahometiſmum profeſſi ſunt. Secun-
dus autem aſcenſus hîc *ad Orientem*, quia tandem illic
ſolemniter vigebit, coleturque Chriſtus, quod indica-
tur in Apocalypſi *e*, vbi Antichriſtus præcipuè ab eius *e Apoc*. 16.
D incolis, & regibus conficiendus oſtẽditur *Et ſextus An-* *verſ*. 12.
*gelus effudit phialam ſuam in flumẽ illud magnum Euphratem,
& ſiccauit aquam eius, vt præparetur via Regibus ab ortu ſolis*, *Conuerſio in-*
(ad ſuccurrendum Eccleſię.) Cui myſterio Portugalen- *fidelium, quæ*
ſes, & Hiſpani in ſuis ad illos populos nauigationibus, *his tempori-*
& conuerſionibus iam ab anno 1500. inſeruiunt. *bus ſit à Da-*
38 *Ecce dabit voci ſuæ*. Efficiet vocem ſuam Euangeli- *uide prædi-*
cam, potentem, & efficacem, ei tribuet vim, & robur, *cta*.
vt ei illicò omnia obediant, mundus ſubigatur.
Aliqui

Aliqui tonitrua intelligunt, in quibus vocem Dei, & quaſi Deum loquentem audiuimus. *Gloriam.* Hîc perſpicuitati ſeruiunt. Tribuite fortitudinem Deo, eum fortem prædicate, ei gloriam potentiæ & fortitudinis tribuite, qui ſic turbatores & hoſtes veſtros compeſcuit. *Et virtus* eſt, ſupple, eius vis, robur, potentia ad nubes vſque pertingit, latiſſimè patet, vt ſit hyperbole. Kimhi mauult, *Et* eſſe Vau *habaſuaba*, id eſt, ſimilitudinis. Magnificentia, gloria, & maieſtas eius elucet in Iſraelitica gente, perinde ac potentia eius in cœleſtibus. A

39 *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.* Neutro genere, Nam Hebraicè *de ſanctuariis ſuis*, id eſt, de, vel in Eccleſiis, vt ſupra *a* dixerat. Deus (eſt) mirabilis in Eccleſia, in ea mirabilia operatur, ei dans virtutem & progreſſum initis dæmonibus & mundo. Epiphonemate proinde concludit eum eſſe glorificandum. B

*a vers. 29.*

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus ſe ob religionis zelum multa pati conqueritur. Auxilium à Patre petit, & Iudæorum punitionem. Se illi laudes dicturum,* C
*Ioan. 2. 15. & 18. Act. 1.*
*Rom. 10. 11.*

## 1 In finem, pro iis qui commutabuntur Dauid. LXVIII. Hebr. 69.

SAluum me fac Deus, quóniam intrauêrunt aquę vſque ad ánimã meã. D
3 Infîxus ſum in limo profûndi: & non eſt ſubſtántia.
4 Veni in altitúdinem maris, & tempêſtas demêrſit me.
5 Laborâui clamãs, raucæ factæ ſunt fauces meę:
defe



A defecêrunt óculi mei, dum ſpero in Deum meum.
6 Multiplicâti ſunt ſuper capîllos cápitis mei: qui odêrunt me gratis.
7 Confortâti ſunt, qui perſecûti ſunt me, inimîci mei iniûſtè: quæ non rápui, tunc exoluêbam.
8 Deus tu ſcis inſipiéntiam meam: & delîcta mea à te non ſunt abſcóndita.
9 Non erubêſcant in me, qui expêctant te Dómine: Domine virtûtum.
B 10 Non confundântur ſuper me: qui quærunt te Deus Iſrael.
11 Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium: opéruit confúſio fáciem meam.
12 Extráneus factus ſum frátribus meis: & peregrînus fíliis matris meæ.
13 Quóniam zelus domus tuæ comêdit me: & oppróbria exprobrántium tibi, cecidêrunt ſuper me.
C 14 Et opérui in ieiúnio ánimam meam: & factum eſt in oppróbrium mihi.
15 Et póſui veſtimêntum meum cilícium: & factus ſum illis in parábolam.
16 Aduêrſum me loquebântur, qui ſedêbant in porta: & in me pſallêbant, qui bibébant vinum.
17 Ego verò oratiônem meam ad te Dómine: tempus benepláciti Deus.
D 18 In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaûdi me: in veritâte ſalûtis tuæ.
19 Eripe me de luto, vt non infîgar: líbera me ab iis, qui odêrunt me, & de profûndis aquârum.
20 Non me demêrgat tempêſtas aquæ, neque abſórbeat me profûndum: neque vrgeat ſuper me púteus os ſuum.
21 Exaúdi me Dómine, quóniam benîgna eſt miſericórdia tua: ſecundum multitúdinem miſera-

tiônum tuârum rêſpice in me. A

22 Et ne auêrtas fáciem tuam à púero tuo: quóniam trîbulor, velóciter exaúdi me.

23 Intênde ánimæ meæ, & líbera eam: propter inimîcos meôs éripe me.

24 Tu ſcis impropérium meum, & confuſiônem meam: & reueréntiam meam.

25 In conſpêctu tuo ſunt omnes, qui tríbulant me: impropérium expectâuit cor meum, & miſériam.

26 Et ſuſtínui, qui ſimul contriſtarêtur, & non fuit: & qui conſolarêtur, & non inuêni. B

27 Et dedêrunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauêrunt me acêto.

28 Fiat menſa eôrum coram ipſis in láqueum: & in retributiônes, & in ſcándalum.

29 Obſcurêntur óculi eórum, ne vídeant: & dorſum eôrum ſemper incûrua.

30 Effûnde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehêndat eos.

31 Fiat habitátio eôrum deſêrta: & in tabernáculis eôrum non ſit, qui inhábitet. C

32 Quóniam quem tu percuſsîſti, perſecûti ſunt: & ſuper dolôrem vúlnerum meórum addidêrunt.

33 Appóne iniquitâtem ſuper iniquitâtem eôrum, & non intrent in iuſtítiam tuam.

34 Deleântur de libro viuéntium: & cum iuſtis non ſcribântur. D

35 Ego ſum pauper, & dolens: ſalus tua Deus ſuſcêpit me.

36 Laudâbo nomen Dei cum cantico: & magnificâbo eum in laude.

37 Et placêbit Deo ſuper vítulum nouêllum: córnua producéntem & vngulas.

38 Vid



A 38 Vídeant paúperes, & lætêntur: quærite Deum, & viuet ánima veſtra.

39 Quóniam exaudîuit paúperes Dóminus: & vinctos ſuos non deſpêxit.

40 Laudent illum cœli, & terra: mare, & ómnia reptília in eis.

41 Quóniam Deus ſaluam fáciet Sion: ædificabûntur ciuitâtes Iudæ.

42 Et inhabitâbunt ibi: & hæreditâte acquîrent
B eam.

43 Et ſemen ſeruôrum eius poſſidêbit eam, & qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea.

---

2 *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ.* Poëticè deſcribit ſuas calamitates & pericula integumento aquarum, profundi ſiue abyſſi, maris, limi, tempeſtatis, luti, putei, & ſimilium.

3 *Infixus ſum in limo.* Demergor in limo maris & abyſ-
C ſi, & continuò infigor profundiùs propter fundi viſcoſitatem. In limo pedem neque figere, neque attollere licet. *Subſtantia*, in quo (limo, vel profundo) non eſt ſubſiſtentia, ὑπόστασις, ſubſiſtentia, ſedimentum, locus in quo firmiter poſſim premere veſtigia, & pedibus conſiſtere, fundus, ſtatio. Gall. *fermeté*. Limus non eſt firmus.

4 *Veni in altitudinem*, in profunditatem, in altũ & profundum mare. *Maris*, aquarũ Heb. pro מים *Maim*, ימים, *Iammim*, legerunt, aut potius reſpexerunt ſententiam. Nam profunditas eſt propriè in mari, & eius aquis. Alibi facilè fundus reperitur, ſed & Aphæreſis eſſe poteſt. *Tempeſtas*, vox Hebræa שיבלת *ſhibboleth*. rapidum aqua-
D rum curſum deſignat, & inundationem.

5 *Laboraui clamans*. defeſſus ſum clamando. *Raucæ*, exuſtum eſt guttur meũ, & valdè arefactum præ vociferatione: vſque ad rauim clamo vndique circumſpiciens, an ſit quiſquam, qui mihi manum porrigat. *Oculi mei*. Metonym. oculorum meorum acies & vigor, dum ad eum in cœlum ſuſpicio frequentiùs & intentiùs.

6 *Super capillos*. ſupra numerũ capillorũ meorum, pluſquàm capilli mei. Hyperbole ad denotandam maxi-

mam multitudinem hoſtium & potentiam. *Gratis*, ſine legitima cauſa, immeritò. A

*Chriſtus pro noſtris peccatis pœnas luit.*

7 *Confortati*, roborati. *Quæ non rapui*, ſiue furatus ſum, reddebam, reddere cogebar. Hinc Prouerbium Heb. *Tobias deliquit, & Zigod patitur*, de innocentia & iniuſto ſupplicio. Chriſtus innocentiſſimus pro alienis peccatis paſſus *a*, Adæ, & noſtra perſoluens debita, quæ proinde *b*, ſua vocat. Nam, *Is qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit vt efficeremur Dei iuſtitia per illum c. De peccato condemnauit peccatum d.*

*a Eſa. 53. v. 4 5. 6. & 1. Pet. 2. 22. & 3. 18.*
*b Pſal. 21. ver. 2.*
*c 2. Cor. 5. ver. 22.*
*d Rom. 8. ve. 3.*

8 *Deus tu ſcis inſipientiam meam*, peccatum mihi impoſitum. An ſim inſipiẽs, an ſim in vitio, quod iſti mihi impingunt, vt habeant perſequendi argumentum aliquod probabile, noſti, nec te mea delicta latent. Noſti an iſtas pœnas commeruerim. Teſtem ſuæ innocentiæ Deum vocat. B

9 *Non erubeſcant in me*, propter me, propter meas calamitates, ne pudore afficiantur, qui in te ſperant, qui à te ſalutem meam expectant. Si me non exaudias, ſi me tui cultorẽ & præconẽ deſeras, ac perire ſinas, eos mei pudebit, neq; me audebũt confiteri. Rogat ne ſe in morte deſerat, ſed potẽter exuſcitet, ne fruſtrà, vel iuſtè iſthęc C paſſus videatur. Vel orat ne ipſius perpeſſione ſcandalizentur pij, neque deformitate offendantur *e*, Ne eos pudeat mei tot tantáque patientis: ne offendantur mea cruce, humili mea ſpecie & ſtatu. *Beatus enim, qui non fuerit ſcandalizatus in me f. Virtutum*, exercituum Virtus apud Septuag. vel exercitus & copias, vel robur & potentiam perpetuò ſignificat. Quam verò humaniores literæ virtutẽ appellant, iuſtitia, & aliquãdo iudicium.

*e Matth. 11. 2. 3. Eſa. 53. ver. 5.*
*f Matt. 11. ver. 5.*

10 *Non confundantur ſuper me*, propter me, mea cauſa. In me ne perturbentur. q. d. Exaudi me. Alioqui fruſtrati D ſua ſpe, me non habebunt pro tuo filio & Apoſtolo. Sperant enim, vt me exaudias.

11 *Operuit confuſio*. propter te, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, tua cauſa, propter tuum honorem, & zelum gloriæ tuæ, vel tuo iuſſu, propter tuam voluntatem, propter meam erga te obedientiam. *Obediens vſque ad mortem g*. Exaggerat ſuam crucem poëticè.

*g Phil. 2. v. 8.*

12 *Extraneus factus ſum fratri*. diſcipulis *h*. Vel cognatis. Omnes eo relicto fugerunt, negarunt, & c *i*. *Et peregrinus*, veluti ignotus Iudæis, quibuſcum communem habeo matrem Synagogam, ſiue gentem Iudaicam. Alioqui

*h Heb. 2. ve. 12.*
*i Math. 26. ver. 56.*



A qui diua Virgo nullos alios habuit filios. Quare Chaldæus, *Et velut filius alienigenarum factus ſum filiis populi mei.*

13 *Quoniam Zelus domus tuæ. Comedit me*, cõfecit me, abſorbuit, conſumpſit, perdidit zelus, id eſt, iuſta indignatio concepta è profanatione templi tui. Ideò enim Chriſtus eſt perſecutionem vſque ad crucem paſſus *a*. S. c infra *b*. *Quia comederunt Iacob*, (perdiderunt, & vaſtarunt.) *Super me*, ſuper meum caput, id eſt, in meam perniciem, & exitium. Eorum opprobria mihi attulerunt necem. Si eis placere voluiſſem, méque ad ipſorum libidines B accommodaſſem, vitaſſem eorum probra & contumelias. Ita Paulus *c*, vel zelus eſt ſtudium ardens erga domum Dei & religionem.

*a Ioan. 2. v. 11. 13. Mat. 21. 18.*
*b Pſal. 78. ver. 8.*
*c Rom. 15. v. 3.*
*Zelus quid.*

14 *Et operui in ieiunio*. contexi, obrui ieiunio animam meam, multis & magnis ieiuniis me afflixi, vitã meam maceraui. Vel ſub. Lachrymis, operui & oppleui lachrymis meipſum, ieiunando. Hinc Heb. *Fleui in ieiunio animam meam*, id eſt, animæ meæ ſtatum, calamitates & mala. Metonym. me afflixi flendo ſimul, & ieiunando, fleui cum ieiunio. *Et factum eſt*, illud (quod operui ſcilicet C animam meam ieiuniis, ille fletus, illa ieiunia.) Nam Hebræa ſunt fœmi. generis, & debent referri ad totum complexum: quicquid recentiores deluſi à quibuſdam Rabbinis ſentiant. Quicquid piè ago & ſuſcipio, rapiunt in contumeliam & opprobrium *d*.

*d Mat. 11. ver. 19.*

15 Et *factus ſum illis in parabolam*. fabulam, ludibrium, dicterium. Parabolam de meis pœnitentiæ operibus iactant, méque derident effuſiſſimè.

16 *Aduerſum me loquebãtur*. vanè Hinc Græcè ἠδολέσχουν, nugabantur, fabulabantur. *Qui ſedebant in porta*, qui præſidebant in foris, prætoriis & iudiciis. Periphraſis iudicum & magiſtratuum, forum enim illic erat *e*. vnde illud *f*. *Ne opprimas miſerũ in porta*, id eſt, in iudicio. Ano-D nymus. *Qui ſedebant in platea, & loco publico, qualis erat vrbis porta. Qui bibebant vinum*, homines deliciis & conuiuiis indulgentes de me cantabant, vel contra me. Eos ſibi ieiunanti, & cilicina pœnitentiæ, & mœroris veſte vtenti opponit. שכר *ſchechar*, Siceram Heb. id eſt, potum inebriantem, quicquid inebriare poteſt.

*e Ruth. 4. v. 1. 2.*
*f Prou. 22. v. 2.*

17 Ego *vero orationem*. fundo, conuerto, extollo, Eclipſis verbi commodi. *Tempus*, eſt ſup. *beneplaciti*, reconciliationis, fauoris. Satis pœnarum dedi. Iam tempus eſt, vt

 me

me in gratiam recipias, vt mihi placeris, vt tibi in me A
beneplaceas, méque his moleſtiis liberes. Aliqui in A-
blatiuo, vt verbum ſubſtantiuum non ſubaudiatur,
*Tempore beneplaciti*, cùm tempus eſt beneplaciti.
18 *In veritate ſalutis tuæ*. in veritate tua ſalutifera, vel in
vera ſalute tua, per fidem, per fidelitatem ſalutis tuæ,
per fidelem, & certam tuam ſalutem, auxilium, tutelam.
Alij, propter tuas de opitulando promiſſiones, quæ ve-
ræ ſunt, & non fallunt.
19 *Eripe me de luto vt non infigar*, ne ſubmergar. אל *al*,
prohibentis. *Libera*, rectè, Nam, *liberer* Hebraicè eſt
optantis & precantis, quia præceſſit אל *al*. B
20 *Neque abſorbeat me profundum*, epithetũ maris, *Vrgeat*.
*συσχέτω*, contineat, comprimat. Hebr. *obturet*, *occludat*, e-
leganti Metaphora, id eſt, obruat, & ſubmergat. *Puteus*,
mors & infernus. De Chriſti à morte, & ab inferis re-
ſurrectione. *Gehenna* Chald.
21 *Quoniam benigna*, bona, benefica.
22 *Et ne auertas faciem tuam à puero*, ſeruo, prop. Sed for-
taſſe Puerum maluerunt, propter Chriſti decus, qui et-
ſi ſit ſeruus Dei Patris humanæ formæ ratione, at pro-

*Chriſtus ratione humanæ formæ aptius dicitur puer quàm ſeruus.*

pter illam in vnitatem perſonæ diuinæ inſeparabili-
ter coaleſcentem, aptius dicitur puer, ſiue filius Dei, C
vt *a*, *conuenerunt in ciuitate iſta aduerſus ſanctum tuum pue-
rum Ieſum*. Vbi enim locutio eſt periculoſa, & intel-
ligentia lubrica, difficiliſque: vel propriè eſt loquen-
dum, vel aliquantò communius, ac magis vniuerſè, vt
ſubeſſe poſſit diſtinctio. Sic *Puer* patet ad ſeruum & fi-
lium.

a *Act*. 4. v. 27.

23 *Intende animæ meæ*. appropinqua propriè. *Propter ini-
micos*. In deſpectum, dedecus, inuidiam inimicorum
meorum erue me ex his malis: Ad exulcerandam eo-
rum inuidiam & maleuolentiam. Ad fruſtrandam eo- D
rum ſpem. Ne me derelictum inimici glorientur.
24 *Et reuerentiam meam*, ignominiam, pudorem, vere-
cundiam. Sic quantis probris & contumeliis me affi-
ciant, vt *b*. *Ad reuerentiam vobis loquor*.

b 1. *Cor*. 15. v. 34.

25 *In conſpectu tuo ſunt omnes*. eos habes perſpectos & co-
gnitos, cũ ſua ipſorum improbitate. *Expectauit*, preſto-
latum eſt. q. d. Expectaui non liberationẽ, ſed noua pro-
bra & miſerias: finẽ meis malis non vidi. Catachreſis,
vt apud poetam *ſperare dolorem*. Alioqui ſperamus bona,
timemus mala שכר *shachar* per ש ſiniſtrum, hoc ſigni-
ficat



A ficat. Maſoretæ ſignant per Shin dextrum, vt. *Cor meum*,
ſit accuſatiui caſus, non nominatiui. Probrum contri-
uit, fregítque cor animúmque meũ. *Et miſeriam*, ואנושה
*vaanusha* poſſit eſſe verbum: & dolui, & miſeriis confe-
ctus ſum.
26 *Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur*. expectaui.
27 *Dederũt in eſcam*, pro cibo. Fel craſſius quàm acetum,
vt cibi loco datum videatur. ראש *Ros* Hebraicè omne
veneni genus ſignificat, ſed illud præſertim, quod eſt
in capite ſerpentis. Sic meam afflictionẽ auxerũt: cùm
afflictum vino, aut ſicera recreandum Sapiẽs doceat *a*,
B Huc alluſit Ioannes *b*. *Aceto*. bis enim apud *c* D. Mat-
thęum potionatus eſt. Semel dum ad erigendam cru-
cem neceſſaria pararentur. Tum enim nudus, ſuper la-
pidem ſedens vino myrrhato felle mixto potatus eſt,
de quo ſuperius hemiſtichium. *Iterum* iam in cruce
poſitus poſt vocem. *Sitio*, per ſpongiam felle, & aceto;
quam ſolam vicem Ioannes attigit.

a *Prouer*. 31. *verſ*. 6.
b c. 19. v. 29
*Bis Chriſtus aceto potatus eſt.*
c *Matt*. 29. v. 34. & 48
*Ioan*. 19. 29.

28 *Fiat menſa eorum*, menſa, quã mihi apparatunt, id eſt,
eſca illa, Metonymicè, Qualem mihi apponunt men-
ſam, tali & ipſi fruantur. *Chald*. *Sit menſa eorum, quam in-
ſtruxerunt, coram eis in laqueum, & ſacrificia eorum* (pacifi-
ca) *in ſcandalum In laqueum*, quo ſtrangulentur, vel ca-
C piãtur. *Et in retributiones*, quibus illis ſimile retribuatur.
Sic ego cum Septuag. & Paulo *d*. Et in mercedem iſti
erga me crudelitati debitam, in pœnas iſta inhumani-
te dignas שלם *ſhalam* quidem duo ſignificat, & retri-
buere in Piel, & pacari in Kal: at eſt ſimplicius, vt ver-
bale hîc à priore notionem accipiat, vel etiam ſigne-
tur per Hiric & Schurec. Eſt enim nimis durum, vt ל
particula ſit expletiua, vel ſumatur pro ה He haiediá, &
ſi id interdum contingat. *Et paces ſint in ſcandalum &
ruinam*, id eſt, pacificus & tranquillus eorũ ſtatus verta-
D tur eis in ruinam. Ad pacifica ſacrificia alluſum puta-
uit Chaldæus, *In ſcandalum*, in exitium & ruinam.

d *Rom*. 11. 9

29 *Obſcurentur oculi*, mentis. De excæcatione inſanabiliũ
Iudæorum, vt Chriſtũ verum non agnoſcant, ſed aliũ
tardigradum præſtolentur, *Incurua*, nutare fac, & vacil-
lare eorum dorſum, ſiue lumbos, vt fons habet, præ ni-
mio ſeruitutis onere: ne in animis dumtaxat luant pœ-
nas ſui ſceleris, verùm etiam in corpore, viuẽtes miſe-
ri, captiui, & mancipia: ne recedat ab illis ſeruitutis iu-
gum. Dorſi enim incuruatio, & lumborum nutatio vi-
rium

*Iudæorũ occæcatio, verũ Chriſtũ non agnoſcẽtium.*

A riũ imbecillitatem arguit. Cãtacuzenus prima Apologia. Imprecationes huiuſmodi referũtur ad reprobos & obduratos, non ſtudio vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ. Alioqui Chriſtus orauit in genere pro perſecutoribus, & exauditus eſt pro ſua reuerentia *a*.

a *Heb.* 5. *v.* 7

30 *Effunde ſuper eos*. largiter emitte. *comprehendat*, firmiter teneat eos furor iræ tuæ. Ira Dei cuncta mala complectitur.

31 *Non ſit qui inhabitet*, de gente ipſorum. Vnde Iudæi alibi potiùs degunt, quàm in Iudæa, maximè Hieroſolymis. Sint inquit, exules & ſerui, templo illo celeberrimo ex[illegible]o, & priuatis ædibus deuaſtatis *b*. B

b *Act.* 1. *v.* 20. *& Rom.* 11. *v.* 10.

c *Rom.* 8. *v.* 32. *Eſa.* 53. *verſ.* 8.

*Deus non eſt auctor malorum culpæ ſed pœnæ.*

32 *Quoniam quem tu percuſsiſti*: quem Chriſtũ tu pro peccatis generis humani, cruci ſubiecisti *c*, iſti crudeliter perſecuti ſunt, & crucem cruci addiderunt. Percuſſio ad diſciplinam pertinet, perſecutio ad odium & crudelitatem. Quare appoſitè illa de Deo Patre, hæc de Iudæis hoſtibus. Vt autem Scriptura negat Deum eſſe auctorem malorum culpæ, id eſt, peccatorum, ita eum agnoſcit cauſam malorum pœnæ, id eſt, calamitatum & aduerſarum omnium rerum: quoniam eas non modo permittit, ſed etiam immittit certo iudicio, ad nos C partim puniendos, partim probandos, & ad actum illum efficaciter concurrit. *Super dolorem*. Auxerunt vulnera mea, opprobria addentes. Euthym. Septuaginta explicarunt tropum: *Et ſuper dolorem vulnerarum tuarum* (id eſt, meum, qui tuus ſum vulneratus) *narrarunt*. Et de augendis meis doloribus, qui à te iam ſum grauiter ſauciatus, & percuſſus, ſermones instituerunt, addita etiam ignominia, & verborum probris. Non ſat habuerunt me communibus pœnis afficere, niſi & nouas, atque extraordinarias procurarent. Verbi gratia. Crux non erat ſupplicium Iudaicum, ſed barbarum, ſiue Romanum. Alij referunt ad Apoſtolos, D & diſcipulos, quos Iudæi odio nominis Chriſti perſecuti ſint.

*Deus peccata peccatis quomodo puniat.*

33 *Appone iniquitatem ſuper, &c.* Deus peccata peccatis punit, non infundendo malitiam, ſed ſubducendo gratiam, & alia iuſtitiæ media, ſine quibus non magis impij ad Deum conuertuntur, quàm in ſublime aues ſine alis volant. q. d. Sine eos liberè ruere de iniquitate in iniquitatem, & ne ingrediantur in tuam iuſtitiam fidei, quam oppugnauerunt, celebratam & teſtificatã in lege



A lege & Prophetis, quæ eſt per fidem in Chriſtum Ieſum: non qua tu es iuſtus, ſed qua tu iuſtificas impium. In ſuæ legis iuſtitia hæreant, ad tuam ne perueniant *a*. Ne gratiam Euangelicam, ſiue iuſtitiam ſolenniter promiſſam per Chriſtum, & in Euãgelio per ipſum exhibitã aſſequantur. Numquam credant tibi, vt ſaluentur. Nam ex fide viuitur, & ſalus eſt *b*. *Cum tamen plenitudo gentium intrauerit, tunc & reliquiæ ex Iſrael introibunt, & ſaluæ fient c. In iuſtitiam tuam*, in gratiam tuam numquã eos iuſtifices, vel abſoluas. Horribilis imprecatio.

a *Vide Rom.* 3. *ver.* 21. 23. 24. 25. & 10. *v.* 3. 4. 5.

b *Abac.* 2. *verſ.* 4. *Ro.* 1. *v.* 17.

c *Ro.* 11. *v.* 2.

14 *Deleantur de libro viuentium*. vel vitæ. Nam vox He-B bræa חיים vtrumque donat. *Viuentium* quidem, id eſt, electorum qui propriè viuunt. *Vitæ* verò, id eſt, electionis, vel prædeſtinationis. Liber vitæ, Dei præſcientia & prædeſtinatio *d*. Quare *deleri* ſumitur hîc Catachreſticôs, neganter ſcilicet, non affirmanter, pro Non ſcribi. Qui enim ſemel eſt libro vitę ſiue prędeſtinationis inſcriptus, expungi non poteſt, quòd Dei pręſcientia falli nequeat, neque in Deum cadat pœnitentia. q. d. Ne habeant locum inter beatos, ne inueniantur ſcripti in libro vitæ, neque ſint de catalogo & numero eorum, C qui vitam ęternam percepturi ſunt. Quod in genere de gentis reiectione intelligendum eſt, vt nõ ampliùs tota gens illa, vt olim, in electione & peculio Dei permaneat. Non in indiuiduo, de ſingulorum reprobatione. Quoniam ſinguli nõ fuerunt excluſi, ſed nec excluduntur, dum aliqui ſemper ad Chriſtum, & Eccleſiam conuertuntur. Chald. *deleantur de libro memoriæ viuorum, & non mereantur intrare in iuſtorum tuorum Eccleſiam.* Porrò duplex eſt liber vitæ, vnus æternæ, de quo iſta, alter temporariæ, de quo Moſes *e*. *dele me de libro vitæ, quem D ſcripſiſti*, de numero, memoria, catalogo viuorum, de viuis. Tolle me de hoc mundo. *Nõ ſcribantur*. Se explicat. Hæc de reprobatione Iudæorum. Nam ex hoc libro deleri, & in eo non ſcribi, idem.

*Liber vitæ quid.*

d *Apoc.* 3. *ver.* 5 & 21. *verſ.* 15.

*Liber vitæ duplex.*

e *Ex.* 32. *v.* 32.

35 *Salus tua Deus ſuſcepit*. protexit eleuauit propr. Præteritum pro fut. Subleuabit me tua liberatio per gloriam reſurrectionis, aſcenſionis, & in cœlum exaltationis.

*Sacrificium incruentum Chriſtus & Apoſtoli celebrarunt.*

36 *Magnificabo eum in laude*. Hebr. In confeſſione, id eſt, laude ſolenni & publica, vel gratiarum actione, in media veluti Eccleſia, inter Apoſtolos. Poſsis referre ad ſacrificium laudis incruentum Euchariſtiam, quam celebr

lebrauit Chriſtus cum ſuis, etiam poſt reſurrectionem, A
a *Luc.* 24.30 per ſeſe *a*. Deinde per Apoſtolos in Actis *b*, Chriſtum
b *Act.* 13.2. mortis vinculis liberatum iri prædicit.

37 Et *placebit Deo*, illud meum canticum, illa mea laus.
Gratior enim Deo confeſſio laudis, quàm veteris legis
vllum ſacrificium. *Super vitulum*, aptum ſacrificiis. Pe-
riphraſis gratiſſimæ victimæ, in qua ſunt Epitheta Poë-
tica iuuenci pulcherrimi, elegantiſſimi & iucundiſſimi.
Pluſquam vitulus nouellus, cornua emittere incipiens
& vngulas, ad offerendum maturus. Tum enim præter
colorem viuidiorem cornua habet nitida, pura, ſplēdi-
da, & vngulam candore & teneritudine notabilem: cùm B
vetuſtiores tempore nigreſcant, & craſſiore durioréque
ſint temperamento, iuniores verò fæces nondum de-
ſpumauerint, ac habeant temperamentum impurius.
Significat nullas Moſis victimas poſſe comparari cum
Chriſti ſacrificiis. Quin & tacita eſt vaticinatio de Mo-
ſaicis antiquandis. Chaldæus ſatis Rabbinicè, *Placebit
coram Deo magis quàm bos electus, quem offerebat Adam pri-
mus, cuius cornua præcedebant fiſſionem vngularum*. Hebr. ad
verbum, *præ tauro iuuenco cornuto, & vngulas pro-
ferente.*

38 Et *anima mea illi viuet*. vita vera & ſolida fruetur, de C
vita gloriæ, vel gratiæ. Eramus enim ante Chriſtū mor-
tui peccatis. Quin etiam *viuere* in hac lingua, recreari,
c *Geneſ.* 45. refici è malis, mœroribus, calamitatibus, vt *c & vixit
verſ.* 27. *Spiritus Iacob*, vbi noſter ſcitè, *& reuixit*. hinc ſuprà *d* vi-
d *Pſalm.* 29. ta, pro ſalute, fœlicitate. Cuius contrarium *e*, *& mortuum
e 1. *Reg.* 25. *eſt cor eius*, id eſt, elanguit, emarcuit, propriè egit ani-
*verſ.* 37. mam. Nam mortem appellant animi vehementiorem
mœſtitiam, infortunia, res aduerſas. *Anima*. Explicant
Metonymiam fontis, *cor veſtrum*.

39 *Quoniam exaudiuit pauperes*. q. afflictos, & humiles.
Epithetum piorum. *Vinctos ſuos*, vinctos propter ſe, in
carcerem & vincula coniectos pro nominis ſui con- D
feſſione, pro pietate & virtute, Martyres. Sic Paulus *vin-
ctus chriſti*, id eſt, pro Chriſto, pro Chriſti confeſſione &
*Philem. v.* 1. teſtimonio. Vaticinatur de liberanda Eccleſia è Ty-
rannorum perſecutionibus: & aſſerenda in libertatem
ſub Conſtantino, & deinceps.

40 *Laudent illum cœli, & terra*. Proſopœia ad exaggera-
tionem. Vel Metonymia, Cœlites, Angeli, & terreſtres
Sancti,



A Sancti, conuerſi, inſulani, &c. Epilogus ad omnes crea-
turas, vt Deum laudent ex tanto redemptionis bene-
ficio.

41 *Quoniam Deus ſaluam faciet*. Fructus paſſionis Domi-
nicæ reſtauratio Sion. Vaticinatur è ruinis Synagogæ
conſtruendam Eccleſiam, reparandamque Iudæam per
gentes. Sion Symbolum Eccleſiæ Catholicæ, & vni-
uerſæ. Ciuitates Iudæ Eccleſiarum ſingularum. *Ædifi-
cabuntur*. Actio tribuitur Deo in fonte, Ædificabit, re-
B ſtaurabit ciuitates Iudææ peccatis Iudæorum deſtru-
ctas. Eccleſias vbique eriget, ſicque reparabitur popu-
lus Iuda deſtructus per Gentes. De ædificatione ſpiri-
tuali, ſimul & temporali Iudææ, tempore præſertim
Conſtantini. Tum enim cœpit reparari Iudæa, & Ec-
cleſiæ illic ac alibi per orbem ſolemniter conſtrui.

42 *Et inhabitabunt ibi*. In Sion, ſiue Eccleſia Catholica.

43 *Semen ſeruorum eius*. Apoſtolorum conuerſi, & diſci-
puli.

---

C

## ARGVMENTVM.

*Sibi, boniſque opem, æmulis ignominiam precatur.*

## 1 In finem, Pſalmus Dauid, in rememoratione, quod, ſaluum fecerit eum Dominus. LXIX. Heb. 70.

D DEus in adiutórium meum intênde:
Dómine ad adiuuândum me fe-
ſtína.

3 Confundântur, & reuereântur:
qui quærunt ánimam meam.

4 Auertântur retrôrſum, & erubêſcant: qui vo-
lunt mihi mala.

5 Auertântur ſtatim erubeſcêntes: qui dicunt
mihi, Euge, euge.

6 Exúlt

6 Exúltent, & lætêntur in te omnes, qui quær ſit A
te: & dicant ſemper, magnificêtur Dóminus, qui
díligunt ſalutâre tuum.
7 Ego verò egênus, & paúper ſum, Deus ádiu-
ua me.
8 Adiûtor meus, & liberâtor meus es tu: Dómi-
ne ne moreris.

---

1 *Quod ſaluum fecerit eum Dominus.* Hæc addita ſunt ad B
Hebræa, vt exponeretur, quid eſſet illud: *In rememoratio-
ne*, ſiue ad verbum: *ad memorandum*. In Græco appoſitiùs,
εἰς τὸ σῶσαι με κύριον, id eſt, *vt me ſaluet Dominus*. Ideò enim
petit, vt ſui recordetur Dominus, quò ſaluus fiat, & ab
hoſtibus liberetur.
2 *Deus in adiutorium.* Hic Pſalmus eſt poſtrema pars
Pſalmi 39. ſuprà, paucis à 19. verſu, & deinceps immu-
a 2. Reg. 15. 16. 17. tatis. Differt argumento. Suprà enim canebatur in per-
ſona Chriſti, hîc Dauidis contra Abſalon *a*. *Intende.* C
Interpoſitum ad precis numeros.
2 *Confundantur, & reuereantur.* Paſſiuè: pudore, & vere-
cundia afficiantur, pudefiant in conſiliis.
4 *Qui volunt mihi mala.* Meam perniciem qui cupiunt,
repellantur, & ſuis conatibus deiiciantur.
5 *Auertantur ſtatim, & erub.* Hebraicè idem eſt ſenſus,
vt è R. Anonym. manuſcripto apparet. Nam ad ver-
bum: *Ad veſtigium confuſionis ſuæ*, in fugam vertantur ce-
lerrimè: quàm primùm confuſi fuerint, ſimulatque
erubuerint, retro fundantur. Alij veſtigium accipiunt
pro fine, deinde mercede. Metonym. pro mercede, & re-
tributione confuſionis ſuæ, id eſt, operum ſuorum pu- D
dendorum. *Euge*, qui lætantur, & inſultant meis malis.
Hebraicè, האח האח *Heah, Heah*. Gall. *Aha Aha*.
6 *Et dicant ſemper.* Hebræi conſtruunt cum verbo præ-
cedenti *Dicant*. Nonnulli noſtrorum cum ſequenti. *Sa-
lutare tuum*, ſalutem tuam, vt me ſerues. Vel, qui expe-
tunt à te ſaluari. Niſi malis Chriſtum Saluatorem no-
ſtrum ſignificari.
7 *Ego verò egenus, & pauper.* Regno meo pulſus, & præ-
ſidio maioris partis mei populi deſtitutus. *Adiuua me*,
accelera ad me propriè.

8 Ne



A 8 *Ne moreris.* Ne differas meam ſalutem, & liberatio-
nem, ne tardes. Omnis mora afflictis longa, & peri-
culoſa.

---

## ARGVMENTVM.

*Senex contra impios opem implorat, perpetuam
gratiarum actionem pollicens. Congruit
ſeneſcenti Eccleſiæ.*

B

## 1 Pſalmus Dauid, filiorum Io-
## nadab, priorum captiuo-
## rum. LXX. Heb. 71.

IN te Dómine ſperâui, non confun-
dar in ætérnum: in iuſtítia tua líbera
me, & éripe me.
C 3 Inclína ad me aurem tuam: & ſal-
ua me.
4 Eſto mihi in Deum protectôrem, & in locum
munîtum: vt ſaluum me fácias.
5 Quóniam firmamêntum meum: & refúgium
meum es tu.
6 Deus meus éripe me de manu peccatôris: &
de manu contra legem agentis, & iníqui.
7 Quóniam tu es patiéntia mea Dómine: Dó-
D mine ſpes mea à iuuentúte mea.
8 In te confirmâtus ſum ex útero: de ventre
matris meæ tu es protêctor meus.
9 In te cantátio mea ſemper: tamquam prodí-
gium factus ſum multis, & tu adiútor fortis.
10 Repleâtur os meum laude: vt cantem gló-
riam

riam tuam:tota die magnitúdinem tuam. A
11 Ne proiîcias me in témpore ſenectûtis:cùm
deféceri virtus mea,ne derelînquas me.
12 Quia dixêrunt inimîci mei mihi : & qui cu-
ſtodiébant ánimam meam, consílium fecêrunt in
vnum.
13 Dicêntes, Deus derelîquit eum, perſequi-
mini,cõprehendite eum:quia non eſt,qui erípiat.
14 Deus ne elongêris à me:Deus meus in auxí-
lium meum réſpice.
15 Confundântur, & deficiant detrahêntes áni-
mæ meæ: operiântur confuſióne, & pudôre, qui
quærunt mala mihi.
16 Ego autem ſémper ſperâbo : & adiíciam ſu-
per omnes laudem tuam.
37 Os meum annunciábit iuſtítiam tuam: tota
die ſalutâre tuum.
18 Quóniam non cognôui literatûram, introî-
bo in poténtias Dómini : Dómine memorâbor
iuſtítiæ tuæ ſólius. C
19 Deus docuîſti me à iuuentûte mea: & vſque
nunc pronunciâbo mirabília tua.
20 Et vſque in ſenêctam, & ſénium : Deus ne
derelînquas me.
21 Donec annúnciem brachium tuum : gene-
ratiôni omni,quæ ventúra eſt.
22 Poténtiam tuam, & iuſtîtiam tuam Deus,
vſque in altíſſima,quę fecîſti magnália:Deus quis
ſimilis tibi? D
23 Quantas oſtendîſti mihi tribulatiônes mul-
tas,& malas,& cõuêrſus viuificâſti me: & de abyſ-
ſis terræ íterum reduxîſti me.
24 Multiplicâſti magnificéntiam tuam, & con-
uérſus conſolâtus es me.

25 Nam



A 25 Nam, & ego confitêbor tibi in vaſis pſalmi
veritâtem tuam, Deus : pſallam tibi in cíthara,
ſanctus Iſraël.
26 Exultâbunt lábia mea, cùm cantáuero tibi:
& ánima mea,quam redemîſti.
27 Sed & lingua mea tota die meditábitur iu-
ſtítiam tuam:cùm confûſi, & reuériti fúerint, qui
quærunt mala mihi.

B

---

2 *In te Domine ſperaui.* Non confundar. Particula pro-
hibẽtis,& precantis in fonte:Ne repulſam patiar, quaſi
non exauditus.*In iuſtitia*, per tuam iuſtitiam, quia tu es
iuſtus afflictorum vindex.
3 *Inclina ad me aurem.* Extende.
4 *Et in locum munitum.* Tutum, & ſecurum. Mihi eſto
Deus, ad quem tutò poſſim confugere, מעון *mahon*,
enim per Nun,habitaculum excelſum ſignificat,vt do-
cet Abben Ezra. Sic autem hîc legitur in emendatis
exemplaribus, ſicut ex eodem apparet, & Maſora, vt
C fruſtrà recentiores,quo aliquid noui afferre videantur,
legant per zain,& vertant fortitudinem.*Eſto mihi in ru-
pem habitaculi excelſi,vel in rupem* (&) habitaculum excel-
ſum,(ad quod) veniam iugiter, ad quod tuto me ſem-
per recipiam.*Vt ſaluum me facias*,per Angelos, vt R.Ki-
mhi docet *a*. quoniam ſic Hebraica enunicatiuè le- *a* *Pſalm.* 90.
gunt.*Præcepiſti vt ſaluum me faciant* (Angeli.) *verſ.* 11.
5 *Quoniam firmamentum.* Rupes propriè, ſic *Refugium*,
fortitudo.
6 *Contra legem agentis.* Iniqui, & violenti. Intelligunt
aliqui Abſalonem. Puto eſſe ſingulare pro plurali per
D Synecdochen poëticam.
7 *Quoniam tu es patientia mea.* Fiducia, & expecta-
tio mea. *A iuuentute*, à pueritia Hebraicè, *Domi-
ne, Domine*, Hebraicè. ארני יהוה *Adonai Elohim.*
Nam יהוה *Tetragrammaton*,hîc habet puncta nominis
אלהים *Elohim*.Nec legendum *Iehoui*.quoniã puncta non

ſunt

*Nomen tetragrammaton non pronunciatur.*
*a lib. 1. de S. Trinitate.*
*b verſ.18.*

A
ſunt illarum literarum, quibus nomen Tetragram-
maton conficitur, ſed illius vocabuli, quod in eius lo-
cum pronunciatur, certo myſterio, quod attigimus *a*,
Beza, qui alibi prophanè *Iehoua* vertit, debuit hîc *Iehoui*
vertiſſe, vt propiùs ad ſui Iouis inuocationem acce-
deret. Sic *b*.
8 *In te confirmatus ſum.* per te, tua ope, & gratia corro-
boratus ſum. Ad verbum, ſuper te nixus ſum, vel ſub-
ſtentatus. *Protector*, σκεπαστὴς, defenſor. Interim גוז *goz*,
proiectorem, eiectorem ſonat, qui de ventre matris ex- *c Pſal.21.11*
traxiſti me *c*. Alioqui enim periiſſem, quod non ſatis B
ſit virium in natura ad puerperium, ſepoſita Dei ope, &
quaſi obſtetricatione.
9 *In te cantatio mea.* de te. De tua magnitudine, in tuam
laudem. Sic Græci ſæpè in inſcriptionibus poëticis
εἰς τὸν πλάτωνα, *In Platonem*, id eſt, de Platone, in laudem
Platonis, Beth, *In*, pro *Baabur*, בעבור, *De*, *propter*, ſæpiùs,
vt Rabbini obſeruant. *Cantatio*, laus, hymnus. *Prodigium*,
res ſtupenda, & portentoſa ob malorum & calamita-
tum magnitudinem *d*. Monſtrum, quaſi portentum, à *d Exod.4. verſ.21.*
quo homines abhorrent, quaſi dicat, in horrorem &
ſpectaculum factus ſum multis, multi me refugiunt C
tamquam monſtrum aliquod, rémque prodigioſam.
Sic Paulus *e*, *Spectaculum facti ſumus omnibus hominibus.* *e 1.Cor.4,9*
Et *f*. Prodigium enim eſt ſpectare hominem tam ex- *f Eſa.8.18.*
traordinaria patientem. R. Kimhi aliter, tamquam pro-
digium factus ſum, id eſt, exemplum inſigne iudicio-
rum tuorum & vindictæ, ſum illis pro exemplo inſi-
gnis, quòd tu punis, iniquitates. Anonymus, quaſi moni
mentum, & ſpectaculum. Nempè quando vident me,
recordantur tuorum erga me mirabilium beneficio-
rum, & laudant te. *Adiutor fortis* Heb, mea fiducia fortis. D
10 *Vt cantem gloriam tuam:* Doctè hoc interpoſuerunt. Ad
verbum, repleatur os meum laude tua, tota die gloria,
ſiue pulchritudine tua.
11 *Ne proiicias me in tẽpore ſenectutis.* Ne proiicias, ne pro-
cul à te iacias, in plateam, & veluti extra tuam domum
& familiam, ne me in externa diſcrimina trudas, ne me
coniicias in mala, ne me miſeriis exponas. Metaphora
à pueris proiectitiis. Proiicere enim etiam apud Lati-
nos, exponere deſignat, vt in Ciſtellaria Plauti. *Eam poſt-
quam peperit, iuſſit paruam proiici.* Vnde & hîc verbũ השליך
*hiſlic*, plus ſonat, quàm deſerere, ſiue derelinquere. Nam
includit



A includit vim & propulſionem. *Me*, quem hactenus ſer-
uaſti ab infantia, ne deſeras hoc ſenili tempore, multo
minus à te proiicias *a*, Senectus multis incommodis *a Lege Eſa. 46. ve. 3. 4.*
eſt obnoxia, & præcipuè diuina ſubſtentatione eget.
12 *Qui dixerunt inimici mei mihi.* contra me locuti ſunt.
Datiuus damni. *Cuſtodiebant*, qui obſeruabant, captabant
vitam meam, ei inſidiabantur, inter ſe conſultarunt de
perficienda ſua libidine.
13 *Comprehendite*, ne euadere poſſit.
14 *In auxilium meum reſpice*, feſtina propriè.
15 *Confundantur & deficiant detrahentes*, calumniantes me,
B Heb. inimici animæ meæ, qui me oderunt.
16 *Super omnem laudem tuam adiiciam.* ad tot tuas laudes
ſemper aliquid addam, numquam laudibus tuis laudes
cumulare deſinam. Te magis ac magis ſemper cele-
brabo.
18 *Quoniam non cognoui literaturam.* Scio Symmachum, &
recentiores Rabbinos ספרות *Sephorot*, exponere nume-
ros: ſed malo literaturam, ſcripturam, literas. Ideò enim
liber, Heb. ספר *Sepher*, appellatur, & Scriba סופר *Sopher*.
Quin & Eſaias huc videtur alluſiſſe לא ידעתי ספר *lo ja-
dahti ſepher*, *neſcio literas*, *&c*, Quod de literis profanis, &
C literis ſacris intelligi poteſt. Quoniam (inquit) non ſa-
tis intelligo Scripturas ſacras, & earũ myſteria Dei ma-
gnitudinem repræſentantia, nec fortaſſe ſatis ſum in-
ſtructus literis, & ſcientiis humanioribus, veniam ad
potentias Dei recolendas, & commemorandas. Mihi ſa-
tis erit meditari, & aliis prædicare Deum omnia poſſe,
mirè eſſe potentem, potentiã eius eſſe immenſam: hu-
manis omnibus rationibus & ſcientiis, quas neſciue-
ro, opponam Dei poteſtatem. Vt hoc, quod creditur,
vel dicitur de Deo & myſteriis, abhorreat ab humano
captu, rationibus, diſciplinis, inſtitutis, artibus, nõ mo-
ror. Nam ſcio Dei ſuperiorem eſſe potentiam. Tota ra-
D tio facti, mihi erit potentia facientis. *Ita introibo in po-
tentias Domini*, veniam ad Dei poteſtatem, ad eam recur-
ram: illa mihi ſufficiet, & aduerſus diſputationes om-
nium eruditorum, curioſorum & hæreticorum. Sic Sa-
lomon *b*. fatetur ſuam inſcitiam de multis, quæ tam in *b Prouer.30. ver. 2.3.*
diuina lege ignoraret, quàm in humanis artibus &
ſcientiis. *Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum
non eſt mecum: non didici ſapientiam*, & (non) *noui ſcientiam*

*Sanctorum*. Qui *Numerum* interpretantur, ſic hu nclocum A
enarrant. Quoniam numerum (tuorum erga me bene-
ficiorum, vel laudum tuarum ) non cognoui, quotidiè
tuam potentiam, ( id eſt, fortia facta ) & iuſtitiam præ-
dicabo. *Literaturam.* γραμματείας, quæ vox ſignificat ſcri-
pturas & literas. Vnde γραμματεύς, ſcriba In Rom. Pſalt.
Negotiationem. q. πραγματείας, vt & legit Chryſoſt. Ar-
nobius, Auguſtinus, & plerique alij. Nam facilis fuit
mutatio. Quin & numerationibus cum negotiationibus
eſt maxima coniunctio, cum omnis negotiatorum res
penè fit ir numerãdo, rationibúſque ſubducendis. q. d.
Quoniam non cognoui negotia huius ſæculi, quo-
niam curis & occupationibus ſæcularibus vacuus ſum,
quæ mentem à diuinorum contemplatione abducunt, B
accedam ad celebrandam iuſtitiam, & miſericordiam
tuam, atque beneficia, quæ à te maxima accepi. *Memo-
rabor*, recordabor iuſtitiæ tui ſolius.
19 *Vſque nunc pronunciabo*, ad hunc vſque diem.
20 *Et vſque ad ſenectam & ſenium*. etiam vſque ad. Vſ-
que ad, donec, & ſimiles particulæ apud Hebræos inſe-
runt continuitatem: non quòd poſtea ſe derelinqui ve-
lit. *Senium*, canitiem, ætatem decrepitam. Vſque ad ſe-
nectutem, imò verò vſque ad nouiſſimam ætatem, ne
me deſeras, mihi adeſto vſque ad extremum ſpiritum. C
Aliqui contra diſtinctiones Hebraicas, item verſum
11. iungunt cum præcedenti verſu. Vſque ad ſenium
pronunciabo mirabilia tua, vt oſtendat ſe vſque ad vl-
timum flatum laudaturum Deum.
21 *Donec annunciem brachium tuum*, auxilium, robur, po-
tentiam, qua me conſeruas, vt ad omnes veniat com-
mendatio, & fama tuæ fortitudinis.
22 *Potentiam tuam Deus*. Donec annunciem ſcilicet, per
Zeugma, è proximo verſ. *Vſque in altiſsima*, iuſtitiã tuam
altè patentem, ad cœlum vſque pertinentem. Vt con-
ſtruatur cum, *Iuſtitiam tuam*, per Eclipſin Hebraicam
(*quæ eſt*) *vſque ad altiſsima*. Vel connectitur cum verbo, D
Donec pronunciem vſque ad altiſſima, id eſt, vſque in
cælum ( Hyperbole, in immenſum ) brachium tuum,
tuam iuſtitiam & potentiam, & magna quæ tu feciſti.
*Quæ* ( & ) magnalia, quæ feciſti. Ordo inuerſus, vbi &
Aſyntheton. ( dicendo ſup. ) *Deus, qui ſimilis tibi*. Eſt e-
nim



A nim Mimeſis. אשר *Aſér*, poſſit, *quia*, ſignificare. Quia
feciſti magnalia, ſiue magnifica.
23 *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes*. Admiranter. Inte-
rim quoniam אשר *aſher*, eſt indeclinabile & omnium
generum, aliqui iungunt cum ſequentibus. Qui videre
feciſti mihi multas calamitates, conuerſus, viuificaſti
me. Sed nihil neceſſe. *Malas*, acerbas, graues. *Et conuer-
ſus*, placatus, vel potius phraſi Hebraica, quam pauci
intelligunt, *iterum viuificaſti me*. Vnde & 70. id quod ſe-
quitur in Heb. *conuerſus reduxiſti me*, rectè verterunt, *ite-
rum reduxiſti me*. Nam ad eum ſenſum vtuntur verbo;
B סוב *ſub*, vel שוב *ſhub*, conuertendi ſiue redeundi, cum al-
tero. Hæc autem in futuro Kimhi exponit, exiſtimans
hinc deinceps Dauidem loqui in perſona populi exu-
lantis, & vaticinari de eius per Chriſtum reſtitutione.
*De abyſsis terræ*, de extremis malis, & calamitatibus exal-
taſti me. Metaph.
24 *Multiplicaſti magnificentiam tuam*, erga me, Heb. *meam*.
Sed quia hæc ſua magnificentia, ſiue magnitudo à Do-
mino proficiſcebatur, explicationis gratiam ſic Septua-
ginta tranſtulerunt. *Et conuerſus*, & iterum, & rurſum
( vt proximè ) conſolatus es me.
C 25 *In vaſis Pſalmi veritatẽ*. in inſtrumentis muſicis. Vas in
hac lingua generale ad omnia inſtrumenta, vt in a, A- a Act. 9.
ctis, *vas electionis Paulus*, ( inſtrumentum & organum le- ver. 15.
ctiſſimum. ) *Sanctus*, ô ſancte Iſrael. Nominatiuus more
Græcorum Atticè, pro vocatiuo, id eſt, Deus, qui ſan-
ctificas Iſraelem.
26 *Et anima mea quam redemiſti*. exultabit, iubilabit, ca-
net, vt ſonat vox רנן *ranam*.
27 *Cùm confuſi & reueriti*, verecundia & ignominia af-
fecti, paſſiuè.

D

---

ARGVMENTVM.

*Chriſti regnum iuſtum, pacificum, amplum,
fœlixque fore.*

1 Pſalmus in Salomonem.
LXXI. Heb. 72.

DEus iudicium tuum regi da; & iuſti- A
tiam tuam filio regis.
3 Iudicare populum tuum in iuſti-
tia; & pauperes tuos in iudicio.
4 Suſcipiant montes pacem populo: & colles
iuſtitiam:
5 Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet fi-
lios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
6 Et permanebit cum ſole, & ante Lunam: in ge-
neratione & generationem. B
7 Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtil-
licidia ſtillantia ſuper terram.
8 Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundan-
tia pacis: donec auferatur Luna.
9 Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flu-
mine vſque ad terminos orbis terrarum.
10 Coram illo procident Aethiopes: & inimici
eius terram lingent.
11 Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: re- C
ges Arabum, & Saba dona adducent.
12 Et adorabunt eum omnes reges: omnes gen-
tes ſeruient ei.
13 Quia liberabit pauperem à potente: & paupe-
rem, cui non erat adiutor.
14 Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum
ſaluas faciet.
15 Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eo-
tum: & honorabile nomen eorum coram illo. D
16 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & ado-
rabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.
17 Et erit firmamentum in terra in ſummis mon-
tium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius:
& florebunt de ciuitate, ſicut fœnum terræ.

18 Sit



A 18 Sit nomen eius benedictum in ſæcula: ante ſo-
lem permanet nomen eius.
19 Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ:
omnes gentes magnificabunt eum.
20 Benedictus Dominus Deus Iſrael: qui facit
mirabilia ſolus.
21 Et benedictum nomen maieſtatis eius in æ-
ternum: & replebitur maieſtate eius omnis terra,
Fiat, fiat.
B 22 Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſæ.

---

1 Hunc Pſalmum Salomoni dumtaxat dedicauit (vt perperſè quidam eum de Salomone exponant, Rabbinis, Midras, & Chaldæo deteriores, qui de Meſſia) quò Eccleſia roget, vt Chriſtus rex in carnem veniat. Quin & fortaſſis Salomon non hic eſt nomen proprium, ſed Patronymicum, (ſic enim apud Hebræos propria pro Patronymicis & gentilitiis paſſim vſurpantur) pro Salomonio, Salomonide, id eſt, Salomonis filio, nepo-
C te, prole, ideſt, Chriſto à Salomone orto *a*. Vel appellatiuum, pro pacifico, id eſt, Chriſto rege verè pacifico, vt in Cant. Canticor.

*Pſalmus hic totus Chriſto conuenit.*

*a Mat. 1. 17. Cant. 3. ver. 7. 9. 11.*

2 *Deus Iudicium tuum regi da.* iudiciorum tuorum, iuris tui notitiam, & zelum regi Meſſiæ da, vt ſecundum leges tuas, & inſtituta populum tuum regat, & moderetur. Vel potius iudicij tui rectionem, & adminiſtrationem. Nam precatur, vt mittat Chriſtum ad iudicandum, regendum, & moderandum mundum, multis malorum fluctibus iactatum. Sic quod ſequitur. *Iuſtitiam tuam,* iuſtitiæ tuæ dictionem, & diſpenſationem, tuum in hoc mundo inferiore thronum, & tribunal *b. Filio Pater*
D *omnē iudiciū dedit* iuxta illud *c, ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex, & ſapiens, erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra.* In ſymbolo, *aſſidet in dextera Patris venturus iudicatum viuos & mortuos. Filio regis.* Quē regē appellarat, nunc vocat filium regis, vt qui *ex ſemine Dauidis ſe-*

*b Ioa. 5. 22.*
*c Iere. 23. ver. 5.*

CC 3 *cund*

*cundum carnem factus ſit a*, ne quis Dauidem accipiat, qui rex quidem fuit, ſed non regis filius. A

a *Rom.* 1. *v.* 3.

3 *Iudicare populum*. Infr. vt iudicet, regat, vindicet. Explicat ſuperiorem verſum, Græciſmus, quo infinitiuus ſumitur pro gerundio per Eclipſim ἕνεκα. Iudicandi cauſa, ad iudicandum vt iudicet *b*, *In iuſtitia*, *in iudicio*, iuſtè ex æquo, & ex iure, *pauperes*. afflictos & calamitoſos à potentioribus oppreſſos.

b *vt pſ.* 9. *v.* 33. & 43. & *pſ.* 77. *verſ.* 78.

4 *Suſcipiant montes pacem*: ferant, tollant prop. Proſopopœia ad profundiſſimam, & copioſiſſimam fœlicitatem. Conſequantur, habeant pacem, & iuſtitiam montes & colles, qui ſolent eſſe latronum, fugitiuorum, & perditorum hominum receptatores, & ſæuarum belluarum latibula, in illis præſertim Syriæ, Palæſtinæ & Arabiæ locis. *Pacem*. Pax Phraſi Hebr. omne boni & fœlicitatis genus includit. Vnde Kimhi hæc intelligit de rerum omnium abundantia. Noſtri de Euangelio pacis, & reconciliationis cum Deo. Vt fertilibus annis montes & colles fructibus affluunt, ita per regnum & legem Euãgelicam conſcientiæ afflictæ gratia Dei, pace, iuſtitia, dilectione abundant. B C

5 *Et humiliabit calumniatorem*. Græcè Sycophantam. Hebr. oppreſſorem. Aliqui reſtringunt ad Diabolum: ſed poſſit eſſe ſingulare de cunctis, pro plurali, per Synecdochen. Confer cum Eſaia *c*. Defendet hic rex pauperes & oppreſſos, oppreſſoréſque reprimet.

c *Eſa.* 11. *v.* 18. 19. 20. & 14. *verſ.* 2. 3. 4.

6 *Et permanebit cum ſole*. Senſum dumtaxat ſequuntur. Quoniam enim Hebræi *Timere* vſurpant pro Colere, ſenſus eſt. Colent eum fideles, quamdiu ſol perſtabit. Apud eos in perpetuum permanebit eius agnitio ac honor. Ad Verbum. Timebunt te, colent te (ô Chriſte) Per tertiam autem perſonam, verterunt Septuagin. vt explicarent, ad quem referretur hic timor ſiue cultus: nempè ad Chriſtum, non Deum Patrem. Potuerunt etiam accipere per Metatheſim poëticam ירואך *ierauch a*, pro ויאריך *Ieeroch*. Nam ארך *arach* prolongari, diu permanere, longæuum eſſe. *Cum ſole*, quamdiu extiterint Sol, & Luna, dum præſens erit Sol, & Luna. In eorum conſpectu, id eſt, vſque ad conſummationem ſæculi, imò verò in æternum. In Græco πρὸ impropriè pro ἐνώπιον ἔμπροσθεν. Chaldæus. *Cum ortu ſolis*, *& in lumine lunæ*, id eſt, mane & veſperi, ſiue, iugiter colent eum. D





A 7 *Deſcendet ſicut pluuia*. Deſcendet de cælis in terras gratè, optato, magna omnium voluntate, lætitia, vtilitate & commodo: Quod illuſtrat duobus ſimilibus. *In vellus*, in detonſa prata, *ſuper tonſuram*. Hebraicè, id eſt, herbam tonſam, germen exciſum. Tam optatus deſcendet de cœlis Meſſias in regnum ſuum, quàm pluuia ſuper herbam reſectam & detonſam, vel ſtillicidia, id eſt, imber ſiue ros ſitientem terrã conſpergens, vt ſuccreſcat & germinet, & vberiorem herbam reddat. Pluuia enim herbæ & terræ grata eſt, ac vtilis. Pluuia & ſtillicidia,
B ſymbola gratiæ, quam ſuo de cœlis deſcenſu attulit, ea tamquã rore humectans & refocillans Iudæos & Gentes, id eſt, vt aliqui interpretantur, vellus & terram. Aliqui vellus non pro detonſione herbæ, ſed lanæ accipiunt, vt ſit alluſio ad vellus Gedeonis *a*, de deſcenſu Domini in vterum virgineum.

a *Iud.* 6. *ver.* 37.

8 *Orietur in diebus*. Florebit, germinabit prop. iuſtus. Florebunt ipſo regnante plurimi iuſti (& germinabit copioſa pax. Non mundi, ſed Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, & eſt tranquillitas cordis ac conſcientiæ *b*. Quamquam & naſcente Saluatore ſub Auguſto orbis totus à præliorum ſtrepitu quieſcebat, in ſignum veræ
C pacis, quam ipſe in mundum afferebat. *At* 70. legerunt צדק *tſedech*, non צדיק *Tſaddic*, Iod pro Segol. Atq; hinc. *Iuſtitia*, eſt gratia Dei iuſtificans, quo modo paſſim accipitur apud Paulũ *c*. Aliàs virtutis actio, & quod ſequitur, *Abundantia pacis* copioſa conſcientiarũ tranquillitas è remiſsione peccatorũ. *Donec auferatur luna*. tollatur. Donec non ſit. prop. i. vſque ad conſummationẽ mundi, imò verò perpetuò, quamdiu luna permanſerit. Sed voluerunt docere lunã non abituram in nihilũ, ſed auferendã dumtaxat ex iſto ſtatu corruptionis & mutationis. Nunc enim inſeruiẽs hominibus varium habet lumen, & inſtabile, modò plena, modò dimidia, nũc creſ-
D cens, nunc decreſcens, nunc deficiens, nunc vna, nunc altera tantùm parte lumen à ſole ſuſcipiens, prout variis modis Soli obiicitur. Tum autem auferetur ſecundum imperfectionẽ, non ſubſiſtentiam, ſecundũ qualitates, non eſſentiam: quoniã ad ſtatum perfectiorẽ reducetur, ab omni motu, & inſtabilitate liberabitur, plene omnibus ex partibus à Sole illuminabitur, ídq; in perpetuũ, & multo ſplendidius. Sic perpetuus effectus regni Chriſti iuſtitia, pax, gaudium in Spiritu ſancto,

*Pax Dei quid.*

b *Ioan.* 14. *verſ.* 27. & 16. *verſ.* 27.

c *Rom.* 3. *v.* 22. & 4. *v.* 3.

*Luna quomodo auferenda.*

remiſſio peccatorum, & gratiæ infuſio. A
9 *A flumine vſque ad terminos.* Euphratem intelligunt,
quoúſque pertinebat regnum Dauidis & Salomonis.
Hunc, iam fluuium tranabit gloria & poteſtas Chriſti,
vt ei ſubiiciatur orbis terrarum ab Oceano Orientis
*Chriſti Dominium vniuerſale.*
ad Oceanum Occidentis, ab Indico ad Gaditanum,
ab vno mari ad alterum oppoſitum. Demonſtratur
vniuerſale dominium Chriſti hominis ſuper omnem
terram intra terminos iſtos contentam, vt proinde magna
inſula à veteribus Geographis appelletur.
10 *Coram illo procident Aethiopes.* Heb. generaliùs, ſqual- B
lentes, qui habitant in locis ſquallentibus, aridis & deſertis,
deſerti incolæ. *Lingent*, oſculabuntur in ſignum
reuerentiæ & ſeruitutis, proſtrati ore attingent terram,
ſe humillimè ſubiicient, adeò vt terram oſculentur
ad teſtificandam ſeruitutem. Docet remotiſſimos
quoſque populos, & longè ab omnibus diſſitos hominibúſque
incognitos, ad hunc regem eſſe conuertendos.
11 *Reges Tharſis.* Maris. Tharſis in genere mare ſignificat,
aliquãdo contrahitur ad regiones Indiæ, & Ciliciæ.
Nam vox etiam Hebræa תרשיש *tharſis*, vtróſq; popu- C
los deſignat. Hîc videtur reſpicere Indiam, ad quã ſingulis
trienniis Salomõ naues mittebat, vt inde aurum,
& cæteras Orientis diuitias acciperet. *Inſulæ.* Nominatiui
caſus. Inſulani. In Oceano Indico & Eoo infinitæ
ſunt inſulæ auriferæ. Aurea Cherſoneſus, Taprobana,
Iaua maior, Meſana, Sarangonis, Pauilogon, Solor, Humana,
Calagana, præter Peruanas & Americanas regiones,
atque inſulas. Plures aromatum, gemmarum & rerum
aliarum pretioſarum procreatrices. Quas omnes
Inſularũ nomine comprehendit. *Arabum.* tranſpoſue- D
rũt verba fontis, in quo Sabæi Æthiopes Arabicis præponuntur,
ꝙ prius nomen Chriſto dederint, & cõſtantius.
Nam vſque hodie regnũ eorum Chriſtianiſſimum
*In Aethiopia viget Chriſtianiſmus, Preto Ioanne principe.*
viget Preto Ioanne Principe. Fortaſſe cõfuderunt differentiã
inter שבא *shebá* per ש & סבא *Seba* per ס, secũdum
quam prius ſignificat Sabæorum Æthiopiam, poſterius
Arabiam fœlicem, cuius Metropolis Saba in
monte ſita, de qua Virgil. *Soliſque eſt thurea virga Sabæis*,
& alibi. *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.* Sed quàm
rectè mox *a Saba*, Æthiopiæ, à Saba filio Chus, & regina
Saba. Sic Eſaias loquitur *b* Tertull. aduerſus Marcionem

a *verſ.* 16.
b 49. *v.* 23. & 60. *v.* 6.



A cionem, *a* hunc locum citat. *Nam magos* (inquit) *reges habuit Oriens*, &c. Sic & plerique veteres ad docendum Magos
non ſolùm fuiſſe ſapientes, ſed & reges *b*. Et ſanè
attingit Magorum ad Chriſtum puellum profectionem,
cum pretioſis theſauris auri, thuris & myrrhæ.
Cuius rei vmbra præluxit in Salomone, ad quem è
Tharſo, Arabia, & Sabæa munera delata ſunt.
12 *Et adorabunt eum.* Hoc ita propriè conuenit Chriſto,
vt neque Salomoni, neque alij cuiquam vlla ratione
congruere poſſit.
13 *Quia liberabit pauperem.* Quæ his tribus verſibus 13. 14.
B 15. promittuntur, quotidiè præſtat Chriſtus, & in hac
vita, & in cuiuſque morte, at plenius iudicij die, quando
miſeris & pauperibus ad dexteram collocatis, in illorum
contemptores duriſſimam feret ſententiam. *A
potente.* משוע *Miſſuah* legunt Septuag. appoſitè, שוע, *Suah*
autem diuitem, potentem, prodigum ſignificat, *c* quaſi
clamoſum: Nam diuites altè clamant & faſtuosè. Maſoretæ
adhibent alia puncta, משוע *Meſauvea*, nempè
Benoni Piel: *Liberabit pauperem clamantem & conque-
C rentem.*
14 *Parcet pauperi & inopi.* Miſerebitur, propitius erit,
propriè. Euthymius pauperem Gentes interpretatur,
inopem, Iudæos. qui crediderunt diuini auxilij ope.
15 *Ex vſuris.* à fraudibus, violentiis & iniuriis diaboli,
Tyrannorum. *Honorabile*, ἔντιμον, pretioſum, τιμὴ, honor
& pretium. Sic reſpondet propiùs Hebræo, *& precioſus
erit ſanguis eorum coram illo*, ideſt, mors eorum, vt infrà *d*,
*Nomen*, ὄνομα. Sed fortaſſe Septuag. verterant αἷμα, ſanguis.
Vita eorum erit illi cara & pretioſa, neque impunem
habebit eum, qui eorum ſanguine ſe cruentarit.
16 *Et viuet*, quia mors illi non dominabitur. Quare vbi
D guſtauit mortem, intra triduum in auras rediit, ſemper
victurus vita fœlici & beata, ſicut impoſſibile erat
teneri illum ab inferno. *De auro*, ſe & ſua pij huic regi
dabunt & offerent. *Arabiæ.* Hebraicè שבא *ſcheba*, per ש,
Shabææ, vnde regina Auſtri fuit, quæ ad Salomonem
regem, mota eius fama, peragrata eſt. Nam eo alluditur,
vt Salomon Chriſtum in multis retulit. Confuderunt
ergo cum סבא *Sebá*, Sabæa regione Arabiæ felicis
per ס, ſed parum aptè: Nam Arabia non recenſetur inter
regiones auriferas, vt Aethiopia, id eſt, totum littus Aphricæ
à Promõtorio Viridi ad mare rubrũ. Aethiopia

a *lib.* 3.
b *Matth.* 2. *verſ.* 2.
c *Iob* 30. 19. & 34. *v.* 24
d *Pſal.* 115 *verſ.* 15.

A

enim veteribus cognita, & Aethiopia noſtris temporibus aperta, auro abundat, & nihil penè aliud mercatui exponit, Cephala videlicet, Argina, Nigritæ, Mozambica, Guangara &c. Porrò hæc Shabæa eſt, quam Ioſephus *a* à Cambyſe rege Meroen ex ſororis nomine cognominatam ſcribit, Nilóque, & duobus aliis fluuiis Aſtab & Aſtabor circumcinctam, à qua clima διὰ μεροῆς, apud Aſtronomos, & antiqua regia imperatorum Aethiopiæ. *De ipſo* περὶ αὐτοῦ. Hebr. orabunt pro ipſo, precabuntur *ei felicia*. Antropopathws de Chriſto loquitur, vt de rege optimo, pro cuius incolumitate, & vitæ diuturnitate aſſiduè rogat populus. Quin & populus *b* precabatur, *Hoſanna filio Dauid, Hoſanna in excelſis*, id eſt, ô tu qui es in excelſis, ſalua quæſo, ſalua filium Dauid. Nam verbum הושע *Hoſa*, ſiue ſaluandi, Hebraicè conſtruitur cum datiuo. Sed nec dubium, quin quotidiè oraret, vt regnum illius emergeret, vt ſine timore de manu inimicorum ſuorum liberatus, ſeruiret illi. Quod ad humanam Chriſti naturam refertur. Poſſit etiam referri ad eius corpus myſticũ & regnum. Pro regni eius ſucceſſu perpetuò orabunt, próque Eccleſiæ pace. Etſi autem περὶ cum Genitiuo, Græcè etiam *pro* ſignificet, Noſter tamen interpres *De*, in communiore acceptione tranſtulit, vt doceret pro Chriſto non fuiſſe orandum, vt pro reliquis hominibus, nempe pro ipſius perſona, quæ aliorum precibus apud Deum non indigebat, ſed pro ipſius regno, id eſt, Eccleſia, vel membris, qui ſumus nos. In Hebræo בעד *Behad* ſumi poteſt pro *Per propter*. *Adorabunt per ipſum ſemper*, eius nomine *c*. Propter, & per ipſum Patri ſupplicabunt *d*. Hinc nos cunctas preces claudimus. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, tamquam per mediatorem, redemptorem, & pontificem.

*a Li. 2. Antiq. c. 5.*

*b Mat. 21. 9.*

B

C

*De ipſo. 1. chriſto, & nõ pro chriſto orandum.*

*c Ioan. 14. verſ. 14. & 16. ver. 24.*

*d Epheſ. 2. verſ. 18.*

17 *Et erit firmamentum*. Firmus, & ſolidus cibus. Epithetum frumenti, quo vita hominis continetur, & ſuſtentatur, apud Septuaginta, vt infrà *e*, imò verò apud ſcriptores ſacros, vt Eſaiam *f* משען *Mishan*, fulcimentũ panis, vbi noſter, *robur panis*, & in Leuitico *g* baculus panis, quaſi fulcrum, quia inquit illic Abben Ezra: *Panis, cor hominis firmat, fulcit, ſuſtentat h*, Vnde Hebraicè, *Pugillus*

D

*e Pſal. 104. verſ. 17.*

*f Eſa. 3. 1*

*g Leui. 26. verſ. 45.*

*h Pſal. 103. verſ. 15.*



A

*gillus frumenti*, vel iuxta Hebraicum, *Fulcimentum panis*. Eſt autem Hyperbole. Ex paucis granis etiam in cacuminibus montium, quę ſolent alioqui eſſe infrugifera, maxima proueniet ſeges, quæ & ſuperet Libani altiſſimas cedros altitudine, vel tam procera ſit, vt agitante vento talem ariſtis ſonitum edat, qualem arbores Libani. Veteres Hebræi, vt hîc citat R. Salomon, de quibuſdam Chuſcaoth, (id eſt placentis) tempore Meſſiæ interpretantur (Euchariſticis haud dubiè hoſtiis, & panibus) delicatiſſimis vbique offerendis, & percipiendis. Quare Ionatham tranſtulit, vt notat Paulus Burgenſis: *Erit placenta tritici in capitibus Sacerdotum*. Et Rab. Moſe Haddarſan obſeruat iſtud eſſe myſterium Melchiſedec, quo dicitur Sacerdos Dei altiſſimi *a*. Cuncti enim Rabbini tradunt panem, & vinum ab ipſo prolatum, fuiſſe myſtica, ac retuliſſe partim Moſis ſacrificia farinacea, & libamina, partim Meſſiæ. *Superextolletur*, ſuperabit Libanum, vel Libani ſyluã, præ altitudine. Libanus, & mons, & ſylua. Heb. *Concutietur, commouebitur, vt Libanus. Eius*, firmamenti, id eſt, frumẽti, quo vita hominis firmatur, & ſuſtẽtatur. Nã Prono. eſt maſc. generis. Heb. & Grecè, ne quis ad terram referendũ cenſeat. *De ciuitate*, qui ſunt de ciuitate, ciues. Genus Metonymiæ Hebraicæ, vt ſupra *b*. *De fontibus Iſrael*, id eſt, qui eſtis de fontibus, & origine Iſraël, & infra *d*: *Laudate Dominum de cœlis*, vos qui eſtis de cœlis, cœlites. Ciues ergò, & oppidani florebunt, & multiplicabuntur, vt ſolet gramen, ſiue herba tenella in agris. De incredibili prouentu fidelium, ſiue credentium in Chriſtum.

B

*Euchariſtiæ ſacrificium Rabbini, vt delineent.*

*a Gen. 14. 18*

C

*b Pſal. 67. verſ. 27.*

*c Pſa. 148. 1.*

18 *Ante ſolem permanet nomen*. Ante ſolis ortum, id eſt, ab æterno. Chaldaicè: *Ante ſolis ortum præparatum fuit nomen eius*, ſiue fixũ, & permanens. Vnde Chryſoſtomus *d*, ad diuinitatem, & maieſtatem Chriſti refert, in qua ipſe permanebat, antequam ſol exiſteret. Vel ſole durante, & ſtante, quamdiu ſtabit ſol, in æternum. *Permanet*, Hebraicè ינון *Innon, filiabitur*, propriè (Abben Ezra) filius erit, filius apellabitur (à נין *Nin* filius) nomen eius, quamdiu durabit ſol. Vnde veteres Hebræi tradiderũt ינון *Innon*, vnum eſſe è Meſſiæ nominibus. Cæteræ interpretationes hanc non æquant. Perſeuerabit propagabitur, celebrabitur, præparabitur, ab vna generatione

*d In 2. Eſaiæ*

D

tione in aliam tranſibit Chriſti nomen, dum ſol erit. A
Potuerint legere יכון *Iccon* per כ *caph*, non ן *nun*, vel v-
num pro altero ſumere propter affinitatem literarum.
כון *Con* autem eſt præparare, vt hic ſumpſit Chaldæus,
& ſtabile firmumque eſſe, ſiue permanere.
19 *Omnes tribus terræ.* Hæc prophetice interiecerunt
Septuaginta, vt ſignificarent eſſe alluſum ad promiſſio-
*a Gen.* 12.3. 18.*ver.* 18. 22.*verſ.* 18. *&c.* nem Abrahæ factam *a*, Chaldaicè: *Et benedicentur me-
ritò eius omnes populi. Magnificabunt*, beabunt, propriè, bea-
tum prædicabunt.
20 *Benedictus Dominus Deus.* Sit. Eſt enim votum, & o- B
*b Pſal.* 135. *verſ.* 4. ptatio. *Solus.* Conſule infra dicenda *b*.
21 *Benedictum.* Sit, vt ſuprà. *Et replebitur*, vt repleatur.
*c Pſal.* 140. *verſ.* 6. *&* 142. *verſ.* 4. Hanc phraſim explicamus infrà *c*. Vel eſt pro impe-
ratiuo *repleatur. Fiat, fiat.* Amen, & Amen. Signaculum
ſiue clauſula librorum quatuor primorum huius ope-
ris. Vtinam iſta contingant, & perficiantur.
22 *Defecerunt laudes Dauid.* Atque hic eſt Pſalmus à
Dauide poſtremò omnium conſcriptus, & quaſi teſta-
mento Salomoni filio relictus, vt fidem, & expectatio-
nem Meſſiæ ei commendaret. Nec tamen poſitus ſuo
loco per hyſteron proteron: quoniam in hoc opere C
minimè ſeruatur ordo temporis, ſed doctrinæ, conſilij,
ac voluntatis. Hunc nempè vltimum compoſuit, ta-
metſi ſecundum collocationis ordinem in hoc opere
non inueniatur vltimus. R. Ioſeph: *Conſummatæ ſunt pre-
ces Dauid*, id eſt, quando iſta fuerint impleta, tunc per-
ficientur vaticinia, vota, & optata Dauid (vt cum Chri-
ſtus in cruce dixit: *Conſummatum eſt*, de impletis in ſua
perpeſſione optatis, & Scripturis.) Hæc vt euenirent,
ſumma fuit votorum ipſius, fuit hic finis, quem in om-
nibus ſuis Pſalmis Dauid concupierat. Sic Hie-
ronymus: *Completi ſunt, ſiue, finiti Hymni* D
*Dauid, quoniam totam plenitudi-
nem, & finem iam enarra-
uerat.* Alij aliter,
ſed alie-
nius.

*Deo Ieſu Chriſto, quem tam elegan-
ter Dauid cum reliquo in opere,
tum in hoc Pſalmo cecinit
Laus, & Gloria.*

# IN PSALMOS DAVIDIS VVLGATA EDITIONE COMMENTARIORUM,

*A G. GENEBRARDO THEOLOGO Pariſienſi, Diuinarum, Hebraïcarúmque litterarum Profeſſore Regio inſtructorum.*

## Pars ſecunda.

Trium poſtremorum Pſalterij librorum, id eſt, à Pſal. LXXII. vſque ad finem expoſitionem continens.

*LVGDVNI,*
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. XCII.

A

# LIBER TERTIVS PSALMORVM.

***

B

## ARGVMEMTVM.

*Improbos in hac vita fœlices eſſe. Probos, qui indè commouentur, ex fine & exitu, quòd ſua quemque tandem mancant præmia ſe debere conſolari.*

1. Pſal. Aſaph. LXXII. Heb. 73.

QVàm bonus Iſrael Deus:
his qui recto ſunt corde?
3 Mei autem penè moti
C ſunt pedes: penè effûſi ſunt
greſſus mei.
4 Quia zelâui ſuper inî-
quos: pacem peccatôrum
videns.
5 Quia non eſt reſpêctus morti eôrum: &
firmamêntum in plaga eôrum.
6 In labôre hóminum non ſunt: & cum ho-
D mínibus non flagellabûntur.
7 Ideo ténuit eos ſupérbia: opêrti ſunt ini-
quitâte, & impietâte ſua.
8 Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eôrum:
tranſiêrunt in affêctum cordis.
9 Cogitauêrunt, & locûti ſunt nequítiam:
iniquitâtem in excêlſo locûti ſunt.
10 Poſuêrunt in cœlum os ſuum: & lingua

eôrum tranſîuit in terra. A
11 Ideo conuertêtur pópulus meus hîc : &
dies pleni inueniêntur in eis.
12 Et dixêrunt, quómodò ſcit Deus : ſi eſt
ſciéntia in excêlſo?
13 Ecce ipſi peccatôres, & abundântes in
ſæculo : obtinuêrunt diuítias.
14 Et dixi,ergo ſine cauſa iuſtificâui cor meũ:
& la[u]i inter innocẽtes manus me as. B
15 Et fui flagellâtus tota die : & caſtigátio
mea in matutînis.
16 Si dicêbam, narrâbo ſic : ecce natiônem
filiôrum tuôrum reprobâui.
17 Exiſtimâbam, vt cognóſcerem hoc, labor
eſt ante me.
18 Donec intrem in ſanctuárium Dei : & in-
télligam in nouíſſimis eôrum. C
19 Verúmtamen propter dolos poſuîſti eis:
deiecîſti eos, dum alleuarêntur.
20 Quómodo facti ſunt in deſolatiônem?
ſúbitò defecêrunt, periêrunt propter iniqui-
tâtem ſuam.
21 Velut ſómniũ ſurgéntiũ Dómine : in ci-
uitâte tua imáginem ipſórũ ad níhilũ rédiges.
22 Quia inflammâtum eſt cor meum, & re-
nes mei commutâti ſunt : & ego ad níhilum D
redâctus ſum, & neſcîui.
23 Vt iumêntum factus ſum apud te : & ego
ſemper tecum.
24 Tenuîſti manum déxteram meam, & in
voluntâte tua deduxîſti me : & cum glória
ſuſcepîſti me.
25 Quid enim mihi eſt in cœlo : & à te quid
vólui ſuper terram?

26 De



A 26 Defêcit caro mea, & cor meum : Deus
cordis mei, & pars mea Deus in ætêrnum.
27 Quia ecce, qui elôngant ſe à te, perîbunt:
perdidîſti omnes, qui fornicântur abs te.
28 Mihi autem adhærêre Deo bonum eſt:
pónere in Dómino Deo ſpem meam.
29 Vt annúnciẽ omnes prædicatiônes tuas:
in portis filiæ Sion.
B

---

1 ASAPH nobilis Muſicus tempore Dauidis [a], cuius
nomine extant 12. Pſalm. cùm magnæ parti aliorum
modos fecerit. Eius ſpiritus hoc habuit peculiare, vt de
rebus Eccleſiæ triſtibus meditaretur. Vnde hic tertius
liber continet ferè perpetuas querimonias.

a 1. Par. 6. v. 5. & 16. v. 39.

2 *Quàm bonus Iſrael Deus*, certè, profectò. Heb. eſt certa
aſſertio, contra quam ſubiiciet carnis tentationes, ſiue
rationes. Blandimentum hoc præmittit, ne Deus offen-
C datur ſequẽti querimonia, quæ probos perpetuò exer-
cuit [b]. *Iſrael*. Datiui caſus. Beneficus Iſraëlitico populo,
ſiue Iudæis, & fidelibus, nimirum iis qui recti ſunt
corde. Vnde Græcè præmiſſum habet articulum τῷ,
Heb. Lamed. *His qui*. Appoſitio. ἐξηγητικῶς enim docet,
quem Iſraëlem intelligat. Vel eſt Aſyntheton (&) his
qui, &c. Vt erga omnes ſit beneficentiſſimus, at ſingu-
lariter erga Iſraëlitas, id eſt, fideles, eos maximè, qui
puro ſunt animo, & conſcientia.

b *Iere. 12. v. 7. Abac. 1. v. 13. Iob 21. verſ. 1. &c.*

3 *Mei autem penè*. Moueri pedes, effundi greſſus, Pro-
uerbiũ Hebraicũ, pro declinare à recto, labi, vacillare
D cogitationibus, deficere ab aliqua re. Pugnam ſpiritus
& carnis pingit. q. d. penè in his tẽtationibus ſuccubui.
4 *Zelaui ſuper iniquos* grauiter commotus ſum & ar- *Zelus quid.*
denter. Zelus feruor quidam animi propter res indignè
factas. Alij, ad æmulationem prouocatus ſum. *Pacem*,
proſperitatem.
5 *Quia non eſt reſpectus*. Conſideratio de morte. Eam
non conſiderant, neque reſpiciunt. Mortem non cu-
rant, neque eius timore afficiuntur. Sine eius metu
moriuntur, non eam ponunt ante oculos, ne hoc illos
affligat. Quare Hieronymus. *Non cogitant de morte ſua*.

DD 3

& Chal. *Non terrentur, neque conturbantur propter diem* A
*mortis ſuæ.* Legi fortaſſe poſſit *Deſpectus*, ἀνάνευσις, renu-
tus, deſpectus, repulſa, Hyperbole. Non renuunt mor-
tem præ dierum multitudine: vel paſſiuè, non deſpiciũ-
tur, non reiiciuntur in morte, curantur nullius rei, &
officij indigi, & in ſinu ſuorum moriuntur ſine cruce.
Fortaſſis Septuag. verterant ἀνάδεσις, religatio, conſtri-
ctio. Nam Heb. ad verbum, *non* (ſunt) *conſtrictiones, ſiue*
*vincula morti eorum*, quæ eſt Periphraſis extremæ ſene-
ctutis poëtica. q. d. perueniunt ad extremam ſenectu-
tem, quo tempore, vt fructus valdè maturus ex arbore, B
ſponte decidit anima è corporis vinculo. Vincula me-
taph. ſunt impedimenta, vel tormenta, & cruciatus: &
ſic vertit Aquila, nulli cruciatus interueniunt morti
eorum. Noſtra lectio non immutat ſententiam. Non
reſpiciunt ſuam mortem, ad eam non attendunt, tam
blandè & ſuauiter moriuntur, vt mors iſtis inopinatò
accidat. *Et firmamentum*. Septuaginta hîc ſenſum dum-
taxat ſequuntur: firmum eſt robur in plaga eorum, ne
eis quidem plaga nocet, morbus, res aduerſa: è plagis
conualeſcunt, nec illis obruuntur, vel pereunt: ſunt
firmo robore in morbis, & rebus aduerſis. Aliqui acti- C
uè, plaga, qua alios afficiunt, eſt fortis & vehemens.
Potentes ſunt in nocendo. Ad verb. *Et viuida eſt fortitudo*
*eorum.* Alij per Zeugma repetunt negationem. Non eſt
firmamentum, non eſt firmitas, ſtabilitas, duratio in
ipſorum plagis. Celeriter explicantur è calamitatibus.
Sic Romanum Pſalterium: nec firmamentum in plaga
eorum.

6 *In labore hominum.* Humanis miſeriis non agitantur,
neque cum cæteris flagella patiuntur: communes mi-
ſerias non experiuntur.

7 *Ideo tenuit eos ſuperbia*, velut torquis cinxit: torquauit D
prop. *Operti ſunt*, oppleti & contecti ſunt violentia &
ſcelere: cooperti ſunt flagitiis, & facinoribus, toti ſunt
iniqui & impij. Ad verb. *induit* (vt) *habitus violentia*
*eos*, id eſt, operti ſunt veluti veſte, violentia & iniqui-
tate. Chaldæus totum verſum ſic reddit: *Propterea coro-*
*nauit eos ſuperbia, corona, quam imponunt capitibus ſuis*
*è rapina ſua.*

8 *Prodijt ex adipe iniquitas.* Impiorum proſperitas poë-
ticè deſcribitur. *Ex adipe*, præ adipe. Metaph. quaſi ex,
vel



A vel præ abundãtia, ſaturitate, ob proſperitatem. Rerum
affluentia efficit, vt adeo ſint iniqui & improbi, atque
expleant cordis deſideria & cupiditates. Nam in poſte-
riore membro eſt Aſyntheton. (*Et*) *tranſierunt. Iniqui-*
*tas eorum*. Explicarunt Metaphoram contextus Hebraï-
ci, *Oculus eorum, præ nimia pinguedine egreditur è ſuo orbe,*
*& eminet.* Gall. *Leur œil ſort dehors enflé de greſſe.* promi-
net propter pinguedinem, vel cenſuerunt עינימו
*eenémo*, idem pollere ac עונימו, *auonemo*. *In affectum*,
in vota cordis. Heb. *In picturas vel imaginationes cordis.*
Sic appellant affectus, deſideria, vota, optata. Ea (in-
B quit) perfecerunt: quod corde expetiuerunt, executi
ſunt. Euthymius. *Tranſierunt in diſpoſitionem cordis.* i. ve-
nerunt in habitum iniuſtitiæ.

9 *Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam*, Diſſoluunt ſe
prop. (in omnes cogitationes) ſe variis modis torquẽt,
tabeſcunt cupiditate malè agendi. *In excelſo*, quaſi è
cælo, vel è loco eminentiore, è ſublimi ſtatu & poten-
tia. Inde enim cæteros ſibi infrà poſitos deſpiciunt. Ad
verb. ex alto. Græcè, εἰς τὸ ὕψος, in excelſum, Accuſatiuo
caſu, in altum, ſublimiter, ſuperbè, elatè: vt Latinè, ex-
tollere in cælum. Minus Hebræo reſpondet, in altum,
C i. contra cælum, & reſidentẽ in cælo, & ſi id mox canat.

10 *Poſuerunt in cælum os ſuum*, contra cælum, Meto-
nym. contra Deum, & cœlites, qui in cælo habitant,
cælum ipſum laceſſunt & attingunt, non magnificant
blaſphemare, vt cùm Dionyſius commiſſo ſacrilegio
Deum dicebat ſacrilegis bonam nauigationem conce-
dere. *Tranſiuit in terra*, peruagata eſt per terram. Gall.
*Sa langue trotte par la terre.* Loquuntur in terra liberè
& licenter, vbique exerunt linguam ſuam audacter, te-
merè, & citra cuiuſquam metum: impunè quicquid vo-
lunt loquuntur, cùm alij ſubmiſsè cogantur loqui, la-
D xant in omnes linguam ſuam, nemini parcunt, de re-
bus omnibus temerè loquuntur. Chald. *Poſuerunt in*
*ſanctos cælorum os ſuum, & lingua eorum vſſit* (afflixit)
*ſanctos terræ.*

11 *Ideo conuertetur populus meus.* Heb. *Eius*, Dei ſcili-
cet. Sed ad tollendam pronominis ambiguitatem, ſa-
tius fuit ſic vertere. *Hic*, Aduerb. pro, huc: eò redibit, vt
dicat quod ſequitur. [a]Ad ſequentem querimoniam re- a Verſ. 12.
digentur homines pij. Aliqui, Reuertetur huc, in hanc

offenſionem & ſcandalum : repetet ſubinde hoc Deo A
nos non eſſe curæ. Huc ſe conuertet, vt contempletur, cur impij omni fœlicitate ſatientur. *Pleni.* Genit. caſus Heb. vnde lego in Græco πλήρους non πλήρεις. Vnde & Hebræi ſub. calicis. *Dies pleni* (calicis) *inuenientur in eis.* i. plenæ afflictionis. Calix enim apud eos eſt ſymbolũ calamitatis. Ideò plenè & abundè affligetur populus tuus, quòd ſic cuncta impiis ſuccedant. Septuag. faciliùs & doctius exprimunt, quàm Rabbini, ומי *vme* pro ומימי *veiame* per Aphæreſin poëticã, ימצו *imtſu* pro ימצאו *imtſau* per Synæreſin, vt ſolent non mo- B
dò ap... Poëtas, ſed etiam oratores, quieſcentia Lamed א, & lamed ה confundi. Hoc qui non obſeruant, vertunt, Et aquæ pleni (calicis) exprimuntur eis, longè obſcurius, eodem tamen ſenſu, graues ærumnas exugent, magnum dolorem concipient de proſperitate impiorum : vel ex Anonymo, largiter flebunt.

12 *Si eſt ſcientia in excelſo*, an, ecquónam modo, interrog. *Scientia*, notitia eorum, quæ hîc eueniunt. Conflictus carnis & ſpiritus, dum homo offenditur impiorum fœlicitate. C

13 *Abundantes in ſæculo*, quieti ſæculi prop. Qui fœlices ſunt in hoc mundo, multiplicarunt opes.

14 *Iuſtificaui cor meum*, purificaui. Fruſtrà ſollicitus fui, vt opera mea eſſent pura. *Inter innocentes.* Ad verb. in innocentia. Manus meas puras ab omni ſcelere, & ab omni improborum conſortio conſeruaui. Duo pietatis capita, cordis puritas, & manuum. i. operum externorum innocentia.

*Duo pietatis capita quæ.*

15 *Caſtigatio mea in matutinis*, increpatio, paſſiuè ex Abben Ezra, qua ego caſtigor. Et ſi quid peccaui, ſubitò fui caſtigatus, ſtatim dedi pœnas : vix dum ſurrexi, D
cùm ſenſi Deum meum peccatum punientem. *In matutinis*, quotidiè, ſingulis matutinis. Singuli ſolis exortus penè aliquam nouam afferunt moleſtiam. Nonnulli, ſubitò : ab ipſo mane & aurora, ab ipſo primo diluculo. Alij, ab ætate prima, à pueritia.

16 *Ecce nationem filiorum*, Si hunc in modum loquar, ecce iniuria afficio filios tuos, & electos, quaſi tibi curæ non ſint: cùm *tu eos, quos diligis, caſtiges*[a], *& affligas*[b], In eos peccaui, vt qui perpetuò à te conſeruentur, vel, vt qui me aliter docuerint : eorum vitam & ſtudium improbaui,

a *Heb. 12. ver. 21.*
b *Act. 14. v. 6.*



A probaui, quaſi ſe fruſtrà in tui cultu exerceant, etiamſi maximis crucibus premantur. Nodum in ſcirpo quærunt, qui inuerſum verborum ordinem putant. *Dicebam, ſi narrabo ſic*, vel per Parentheſin. *Si* (*Dicebam*) *narrabo ſic*. Nam fons id non patitur propter Maccaph. Eſt ergo ſenſus planus, Si apud me dicebam, ſi cogitabam, quod ſequitur. Si dicebam, me ad hunc modum narraturum de Dei prouidentia, déque eius iudiciis & factis, ſanè filios tuos condemnaui, in probos & ſanctos præuaricatus ſum, & egi perfidè, iniurius piis fui, vt qui ex eorum miſeriis ſtatuerim de tua erga ipſos
B incuria & neglectu. Iniurius eſt piis, qui eos vanè dixerit Deum colere.

17 *Exiſtimabam vt cognoſcerem*, Cogitaui de hoc cognoſcendo, déque eius rei cauſa comprehendenda: ſed difficultas laborioſa mihi obiicitur, donec eam penitùs contempler in tuo ſanctuario. i. cælo. Video me ad cognitionem eius peruenire non poſſe, niſi quando tu me hoc docebis in cælo. Pronomen, *Hoc* debet cum verbo præcedenti conſtrui. Hoc nimis eſt arduum mihi ac difficile. Deinde quod ſequitur, cadit in ſequentem
C verſum, *Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctum Dei domicilium*, vbi iſtius arcani conſilij rationem diſcam & percipiam. *Ante me*, in oculis meis. i. mentis meæ. Nazianzenus[a]. *Vbi Dauid* (inquit) *ob eos qui rebus omnibus immeritò abundant, æſtuauit, mæroréque confectus eſt, iam cogitationes ſuas ad alterius vitæ tribunalia, præmiaq; vtriuſq; vitæ recondita mittit, ſicq; demum perturbari deſinit, animiq; moleſtiæ medetur.*

a *Epiſt. 66. ad Philagrium.*

18 *In ſanctuarium Dei.* i. cælũ, quod Deus inhabitat:[b] Chaldæus. *Vſque ad tempus redemptionis, quo veniam ad ſanctuaria Dei, & intelligam finem eorum.* Alij, in Eccle-
D ſiam, vbi vnica eſt veritatis & ſapientiæ ad diſſoluendas eiuſmodi quæſtiones ſchola, & domicilium, *Et.* Non habetur in Hebr. ſed ſubaud. per Aſyntheton : Et donec intelligam quis futurus ſit corũ exitus, quid eis eueniet ad extremum. Impiorum exitus cognoſcitur in altero ſæculo, indéque Dei iudicia.

b *Deut. 33. v. 27.*

19 *Verumtamen propter dolos*, Interim in hoc mundo aliqua ratione lenire hunc ſuum dolorẽ, zelum, commotionem poſſunt pij : Nam propter dolos poſuiſti eis, mala ſup. per Eclipſim, quæ expreſſa eſt in Græco

κακῶ, in Pſalt.Romano, & apud Caſſiodorum. Eodem A
recidunt Hebr. *In lubricitatibus poſuiſti eis.* ſup. pedes, vel quid ſimile. Veluti in lubrico loco conſtitutos deiicis in præcipitium. Qui enim in lubrico conſiſtunt, leui propulſione ruunt. Aliqui intelligunt bona, quæ dicantur lubrica, quòd qui per ea ingrediuntur, facillimè labantur. *Dum alleuarentur*, Antitheſis ad Verbum *deijciendi.* ἐν τῷ ἐπαρθῆναι, dum eleuarentur ad opes, potentiam, ſucceſſus. Legunt למשואת *lemashuoth* per ש ſiniſtrum, Maſoretæ autem per dextrum, *in deſolationes, in vaſtationes cadere feciſti.* Non immutatur ſenſus Per- B
petuò enim docetur res impiorum proſperas non habere firmitatem, ſed perire breui.

20 *Quomodo facti ſunt in deſolationem*, Inſultatio repentina. *Propter iniquitatem.* Heb. *ab horroribus*; i. propter horrores ſuorum peccatorum. Alij, horribili modo perierunt. In ſingulis membris repetendum, *Quomodò.* Nam eis tot modis inſultat. Quomodo ſubitò defecerunt? Ecquonam modo conſumpti ſunt à repentinis terroribus diuinitùs immiſſis?

21 *Velut ſomnium ſurgentium Domine*, quod euaneſcit C
quàm celerrimè, éſtque inane, quamquam videatur delectare dormientem: vt apud Lucianum Mycillus, cùm expergiſceretur, ſenſit omnẽ fœlicitatem, quam ſomno conceperat, euanuiſſe: & [a] Eſaïam, *Sicut ſomniat eſuriens ſe comedere, cùm autem expergefactus fuerit, vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat ſitiens ſe bibere, & poſtquam expergefactus fuerit, adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt. In ciuitate*, in ipſorum vrbibus, in quibus ſuſpiciebantur & florebant, imaginem. i. vmbrã, vel adumbrationem, imaginariam & fluxam eorum conditionem, inanem & vanam, vmbratilem eorum ſtatum, potentiam, fœli- D
citatem abolebis, eos cum ipſorũ imaginibus & ſtemmatibus ad nihilum perduces, vt ne eorum quidem vmbra, & veſtigium ſuperſit. Eorum imaginariam fœlicitatem nihil eſſe demonſtrabis. Imago etiam pro ſpecie, apparentia. Ne eorum quidem ſpecies vſpiam erit. *Tua.* Non habetur in fonte. Itaque in genere de vrbibus intelligo. In ciuitate tua, i. quam dederis eis poſſidendam. Alij de ciuitate ſuperna & cœleſti. Studio dumtaxat nouitatis Recentiores בעיר *bahir* vertunt, in *Expergiſci. Cum expergefacti fuerint*, pro *in ciuitate, in*

*vrbe,*

a *Eſa. ca. 29. ver. 8.*



A *vrbe*, cùm ſententia multò ſit planior & neruoſior, nec ה *He* ſymbolum, Hiphil ſoleat cum ב *be* in infinitiuis contrahi. Hoc tamen Chaldæus ſequitur. *Sicut ſomnium hominis euigilantis, in die iudicij magni euigilabunt è domo ſepulchri, in ira imaginem eorum deſpicies.*

22 *Quia inflammatum eſt cor meum.* Antitheſis ſuperiorum per Hyperbaton trium verſuum. Sententia enim cadit in 24. verſ. *Tenuiſti*, &c. Impij, quibus omnia fœlicia contigerunt, perierunt, & in nihilum redacta eſt eorum imago. Contrà, meam manum dexteram ſuſtẽtaſti, beneuolentia magna deduxiſti me, & cum gloria
B excepiſti, quia *inflammatum eſt cor meũ*, id eſt, vſtum & cruciatum. Sic *Vri* Latinis eſt cruciare Metaph. *Et renes mei immutati ſunt*, alterati, malis affecti & crucibus, *& ad nihilum redactus ſum*, valde humiliatus & abiectus, propter varias calamitates, *& neſciui*, quorſum ſup. id fieret, vel quò me verterem præ malorum mole (eſt enim apoſiopeſis.) Denique quia *vt iumentum factus ſum apud te* oneribus oppreſſum, & interim, *ego ſemper tecum fui*, nec à te ſum abalienatus vmquam, ſed perpetuò manſi in tua fide & cultu (Illud enim eſt, *Et ego ſemper*
C *tecum.*) q.d. quia nullis rebus, quantumuis difficilibus & aduerſis abductus ſum à tuo cultu, *tenuiſti manũ meam*, &c. Nicetas ab hac interpretatione non abludit [a] exponens de concupiſcentiæ in continentiam mutatione. Nam per lumbos & renes concupiſcentia ſolet indicari, quòd illa in his partibus æſtuet. Sunt autẽ lumbi in antica parte, renes autẽ in poſtica. Qui hoc Hyperbaton trium verſuum non perceperunt, affingunt obſcuriorem ſententiam, vt redeat ad ſuum zelum & tentationem: quam quia à Rabbinis recentioribus vt
D cumque intellectis hauriunt, adiiciam. Quia exæſtuabat, vel aceſcebat cor meum, & renibus meis acuebar, ſiue compungebar (ad iſtud comprehendendum) quia acuebam me, acutum & ſubtilẽ me efficiebã, id eſt, intendebam animum ad iſtud intelligendum: item quia renes meos, id eſt, animi mei vires contendebam & diligenter, ſubtilitérque conſiderabã, quia me ſic vexabam, & conſultabam vel afficiebam (Affectus enim ſunt in renibus) ego ſanè inſipiens fui, neque ſciui vias tuas: & bellua factus ſum apud te. Alij redditionem incipiunt in *Vt iumentum*, eadem perpetuò vi. Quoniam

exacer

a *In 40. orat. Nazianz.*

exacerbabatur cor meum, & in renibus meis pertur- A
babar , ſtultus eram , & neſciebam iſta, quæ ſcilicet, tandem impiis accidunt: nempe eorum exitium, id eſt, non attendebam iſtos tandem miſerè perire, nec contemplabar iſtorum infœlicem finem, vt iumentum fui apud te, id eſt, ſine iudicio. q. d. Quò acriùs & acutiùs hæc tua iudicia conſideraui, eò minus percepi, vt qui apud te ſim valdè brutus: vel potius Gallicè, *Parce que ie me troubloy, & ne ſçauoy cecy, aſſauoir qu'ils finiſſent & periſſent mal, i'eſtoy bien beſte & ignorant enuers toy. C'eſtoit vne grande beſtiſe à moy de me troubler ainſi, & ne voir leur* B
*malheureuſe fin.* Craſſiſſima eſt ignorantia non cernere Domini iudicia de impiis, & de illorum momentanea proſperitate commoueri, cùm tandem ſecuturum ſit ſupplicium euidens. Sic duo verſus ſibi cohærent, at non tertius, vt in Septuag. *Commutati ſunt*, אשתונן *Eshtonan*, compuncti ſunt prop. & torti. Idem ſenſus. Fortaſſe etiam reſpexerunt Sept. ad radicem שנה *Shana, mutatus eſt.*

23 *Vt iumentum.* (Et) vt iumentum, per Aſyntheton. Niſi cum aliis hîc redditionem incipias.

24 *Tenuiſti manum dexteram meam* ne impingerem, ne C
caderem. *In voluntate*, in tua lege, in tuis præceptis & conſiliis deduxiſti me. ἐν τῇ βουλῇ, in conſilio tuo, vt & Hebraicè. Viam benè agendi demonſtraſti mihi, in ea me direxiſti. Tuam voluntatem, tuam legem, quam executioni mandari vis, me docuiſti. *Et cum gloria*, gloriosè & honorificè me excepiſti apud te, & in tuam domũ. Ad verb. *Et poſt gloriam ſuſcipies me.* Quod aliqui exponunt per Eclipſim Præpoſ. In, Poſtea tandem, id eſt, poſt mortem in tuam gloriam, vel cum gloria ſuſcipies me. Sic Chaldæus. *In conſilio tuo deduces me in mũ-* D
*do iſto, & poſt conſummationem in gloriam, quam dixiſti te ſuper me adducturum, accipies me.* Rectè etiam in Præterito *Deduxiſti, ſuſcepiſti:* quia pręteritũ *tenuiſti* pręceſſit [a].

a *Vide Pſ. 6. verſ. vlt.*

25 *Quid enim mihi eſt in cælo*, à te per Hypozeugma, id eſt, præter te, ſine te. Nam מן, *Min*, negationem includit, vt Latinè, abs re, id eſt, præter rem, ſine re, ſine cauſa. Vel præ te. Nam etiam מן *Min* inſeruit cõparationibus, [b] Heb. *Quis eſt mihi in cælo?* per Apoſiopeſin, Quis mihi eſt in cælo, qui me ad te ſubuehat? (vel quis mihi in cælo eſt,) quem pluſquàm te velim & cupiam?

b *Vt Pſ. 138. verſ. 6. & 92. verſ. 6.*



A piam? Alij, quem præter te deſiderem. Nam reticentiæ multis modis perficiuntur: quin & ideò vſurpantur, vt multa dentur intelligi, Chaldæus ſubaudit, *ſimilis tui*, Neutrũ genus nõ mutat ſentẽtiã. Quid mihi eſt in cœlo, ſuaue ſcilicet ſine te, vel pręter te. Te ſine omnia mihi ſunt inſuauia & iniucũda, ſiue in cælis, ſiue in terris. *Et à te quid.* Quid aliud à te volui, quid niſi te, quid extra te. q. d. nihil præter te volui in terra, te vnum expeto, te ſolo frui cupio. Vnde Hebr. *Et tecum non volui* (quicquam) *in terra* Idem eſt, nihil velle habere aliud cum Deo, & nihil velle, ſiue deſiderare præter
B Deum. Chald. *Tecum ſocium non volui in terra*, vt doceat ſe non deflexiſſe ad peregrinos Deos, & religiones.

26 *Defecit caro mea, & cor* præ languore & deſiderio tui. *Deus*, ô Deus, &, ô pars, ſiue portio mea, &c. Deus priore loco appellatiuum. Nam Heb. *Petra cordis mei, ô Deus*, qui es petra & firmitas mei animi, vel iuxta nonnullos, formator cordis mei. צור *Tſur*, ſignificationem interdum ducit à יצר *Iatſar, formauit.* Poſteriore proprium, ô Deus in æternum pars mea, id eſt, qui in perpetuum es mea portio. Deficere ſæpiùs apud Heb.
C ardenter aliquid expetere, contabeſcere præ deſiderio. *Deus cordis.* Heb. *petra, fortitudo cordis.*

27 *Qui fornicantur à te.* Qui à tua fide & cultu deficiunt, & deerrant. Metaph. à coniugibus fidem matrimonij violantibus. Chald. *Excidiſti omnem aberrantem à timore ſiue cultu tuo.*

28 *Mihi autem adhærére Deo.* Rectè. Etſi Heb. *Ego mihi.* Nam אני *ani, Ego*, cadit in לי *li, mihi* ſequens. Item eſt Emphaſis ecliptica. *Ego*, id eſt, quantum ad me attinet, adhærere ſiue propinquare Deo mihi eſt bonum.

29 *Vt annunciē omnes prædicationes*, laudes tuas, cuncta
D tua facta laudanda & prædicanda. Heb. *opera tua*, id eſt, operum tuorum præconia. Sed metonymiam explicarunt Septuaginta. Quin & adiecerunt præter fontem, *In portis filiæ Sion*, id eſt, palàm, publicè, in publico Eccleſiæ conuentu [a], ad commendandas publicas preces. Eſt autem Hyperbole, ad exprimendum ſe adiecturum omnes animi vires ad Dei laudes prædicandas. Nam propter multitudinem, aut potius innumerabilitatem, cunctæ eius laudes enunciari non poſſunt, ſed ne narrari quidem [b].

a *è Pſ. 9. v. 15.*

b *Vide Pſ. 9.*

ARGV

A

## ARGVMENTVM.

*De populi Domini, & templi calamitate conqueritur, Deum obteſtans, vt ſuccurrat, quemadmodum olim. Eſt Propheticus cõtra Gog & Magog.*

1 Intellectus Aſaph. LXXIII. Hebr. 74.

VT quid Deus repulîſti in finem: irâ-
tus eſt furor tuus ſuper oues páſcuæ
tuæ? B
3 Memor eſto cõgregatiônis tuę:
quam poſſedîſti ab inítio.
4 Redemîſti virgam hæreditâtis tuæ: mons
Sion, in quo habitâſti in eo.
5 Leua manus tuas in ſupérbias eôrum in fi-
nẽ: quanta malignâtus eſt inimîcus in ſancto?
6 Et gloriâti ſunt, qui odêrunt te: in médio
ſolennitâtis tuæ.
7 Poſuérunt ſigna ſua ſigna, (& non cogno- C
uêrunt:) ſicut in éxitu ſuper ſummum.
8 Quaſi in ſylua lignôrum ſecúribus exci-
derunt iánuas eius in idîpſũ: in ſecûri, & áſcia
deiecêrunt eam.
9 Incendêrunt igni ſanctuárium tuum: in
terra polluêrunt tabernáculum nóminis tui.
10 Dixêrunt in corde ſuo cognátio eôrum ſi-
mul: quiéſcere faciámus omnes dies feſtos D
Dei à terra.
11 Signa noſtra non vídimus, iam nõ eſt pro-
phêta: & nos non cognôſcet ámplius.
12 Vſquêquo Deus improperâbit inimîcus:
irrîtat aduerſárius nomen tuum in finem?
13 Vt quid auêrtis manum tuam, & déxteram
tuam: de médio ſinu tuo in finem?

14 Deus



A 14 Deus autem rex noſter ante ſæcula: operâ-
tus eſt ſalûtem in médio terræ.
15 Tu confirmâſti in virtûte tua mare: contri-
bulâſti cápita dracônum in aquis.
16 Tu confregîſti cápita dracônis: dedîſti eũ
eſcam pópulis Æthíopum.
17 Tu dirupîſti fontes, & torrêntes: tu ſiccâſti
flúuios Ethan.
B 18 Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricâtus
es aurôram, & ſolem.
19 Tu fecîſti omnes términos terræ: æſtâtem
& ver, tu plaſmâſti ea.
20 Memor eſto huius, inimîcus improperâuit
Dómino: & pópulus inſipiens incitâuit no-
men tuum.
21 Ne tradas béſtiis ánimas confitêntes tibi:
C & ánimas páuperum tuôrum ne obliuiſcâris
in finem.
22 Réſpice in teſtamêntum tuum: quia replê-
ti ſunt, qui obſcurâti ſunt terræ, dómibus ini-
quitâtum.
23 Ne auertâtur húmilis factus cõfûſus? pau-
per, & inops laudâbunt nomen tuum.
24 Exûrge Deus, iúdica cauſam tuam; memor
D eſto improperiôrum tuôrum, eôrum, quæ ab
inſipiênte ſunt tota die.
25 Ne obliuiſcâris voces inimicôrum tuô-
rum: ſupérbia eôrum, qui te odêrunt, aſcêndit
ſemper.

---

2 *Vt quid Deus repuliſti.* Oues ſcilicet tuas, ſiue populum tuum, per Hypozeugma. *Iratus. Fumat naris tua.* in Heb. elegantiore Metaphora.

3 *Quam poſſediſti ab initio*, ab omni æuo, vel ab orbe condi

conditō. Nam Eccleſia cœpit ab Adam & Abel. Alij, à A
temporibus Ægyptiacis. Alij, ab antiquo: nempè tem-
a Gene. 12. 17. &c. pore Abrahæ [a].
4 *Virgam*, (&) redemiſti virgam, id eſt, vt eſſet virga
& ſceptrum hæreditatis tuæ, vt eſſet hæreditas, in qua
tu regnares, & teneres ſceptrū. Sic ſub לחיות *Libioth*.
πρὸς τὸ εἶναι. Per ſe etiã poſſit accipi. Redemiſti virgã, id
eſt, ſceptrum hæreditatis tuæ, regnum tuum hæredita-
rium aſſeruiſti, & liberaſti hactenus. שבט *Shebet*, vir-
ga ſiue ſceptrum & tribus, quo etiam ſignificatu ali-
qui hîc ſumunt. Alij item pro poſſeſſione & parte, vt B
æquipolleat funiculo hæreditatis, [b] quia menſoriis
b Deut. 32. verſ. 9. baculis ſiue virgis, & funibus terra diuidebatur. Hinc
virga hæreditaria, hæreditas, quæ virgis diſtributa, &
ſorte obtigit. *Mons Sion*, eſt. Quæ eſt mons Sion, quem
inhabitas. Subaudiendum verbum Subſtantiuum, ad
maiorem emphaſim: Mons eſt Sion, in quo habitatio-
nem & domicilium tuum collocaſti. Loquor, inquit,
de monte Sion, non de aliorum populorum montibus.
Eum enim ſingulariter elegiſti. Aliqui *Montis*, vel *Mon-
tem*, per Appoſitionem, ne videatur Solœciſmus. atqui C
dum aliquid maius ſignificare volunt Scripturæ, ſic lo-
c Apo. 1. verſ. 4. quuntur, vt Ioannes [c] ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, pro
ἀπὸ τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἐρχομένου, ne vis Præteriti imperfecti de-
periret. *Ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.* Itáque
& Septuag. maluerunt diuiſim, & noua veluti clauſula
enunciare, vt nos retinerent in contemplatione ele-
ctionis Sion.
5 *Leua manus tuas.* ad feriendum & percutiendum.
Heb. *greſſus tuos*, diuerſa quidem Metaphora, ſed can-
dem habente vim. Attolle tuos pedes ad eos procul-
candos. Metaphora à conflicturis, qui eleuant pedes & D
paſſus, vt violentiùs in hoſtem inuehantur. Sed vide-
bant Sept. Metaphoram à manibus eſſe vſitatiorem
d Pſal. 72. v. 19. apud Græcos. *In ſuperbias.* Maſoretæ, vt ſupra [d] legunt
per ש dextrum, in deuaſtationes. *In finem*, in perpe-
tuum. Et ſic accipitur toto hoc opere. Eleua manus tuas
ad eos deuaſtandos in perpetuum, vel ad percutiendũ
ſuperbias eorum in ſempiternum, id eſt, plaga æterna.
*Malignatus eſt.* Mala eſt operatus in ſanctuario. Sine ad-
miratione in fonte, omnia contriuit, vel malè operatus
eſt in Sancto. חרע *Hérah* & conterere, & malè facere.
6 Et



A 6 *Et gloriati ſunt. Rugierunt.* Heb. per Metaphoram. *So-
lennitatis.* Meton. templi, in quo agitatur ſolennitas, &
feſtum. Vox Hebræa מועד *Mohed*, vtrumque ſignifi-
cat, nempè Synagogam, ſiue locum ſolennitatis &
ipſam ſolennitatem, ſiue feſtum.
7 *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna.* Signa priore loco pro in-
ſignibus & vexillis, poſteriore pro trophæis & monu-
mentis victoriæ, per Accuſatiuum tranſitionis, de quo a Pſalm. 2. verſ. 8.
ſupra [a] vt ſequatur Parentheſis, Poſuerũt ſua inſignia &
vexilla in ſigna & trophæa, ſiue pro ſignis & trophæis,
B id eſt, vt eſſent trophæa & monumenta ſuæ victoriæ,
ſuper ſummum (templi) ſicut in exitu, id eſt, ſicut in
compito & loco profano: & non cognouerunt te, nos
ſup. aut quid ſimile: vſque adeò gloriantur de victoria.
Nos ſpectantes iſta, non curarunt, te Dominum templi
non agnouerunt, non diſtinxerunt inter ſanctũ & pro-
fanum, non diſcreuerunt templum ab exitu ſiue com-
pito, non cognouerũt aliam eſſe debere rationem tem-
pli, aliam compiti, eodem loco vtrúmque habuerunt.
Hebræi appellant exitum, compitum, in quo exeunt
C & deſinunt multi vici. Gall. *Sortie de rues, carrefour.* Hinc
[b] *Ite ad exitus viarum.* Et aliquando introitum, vt è quo b Matth. 22.
ſit introitus ad multos vicos. Quomodo fortaſſè verte-
rant Septuag. nempè εἴσοδον, non ἔξοδον: quamquam ſit
eadem vtriuſque notio. Nam Heb. מבוא *mebi*, idem
quod מבוא *mabo*, introitus. [c] vt non ſemper ſit Be- c Ezech. 42. verſ. 9.
noní. Hinc vſque hodie apud Rabbinos מבוא *mabo*,
& מבוי *mebui*, quadriuium, compitum: vt cùm in
Echá Rabba Lament. 1. dicunt Hieroſolymis fuiſſe 24.
plateas: vniuſcuiuſq; autẽ plateæ fuiſſe 24. מבואות
D *mebooth*, (introitus, compita) & cuiuſque מבוי *mebui*,
(compiti) 24. vicos. Quę annotaui, ne recentiores priùs
noſtros Septuag. damnent, quàm intelligant vim vo-
cum, iuxta quam ſic ad verbum Hebræa verti poſſunt:
*Poſuerunt ſigna ſua, ſigna, vt cognoſcantur*, (nam Heb. eſt
Eclipſis ש, & ſingulare pro plur. diſtributiuè) ſicut in
compito ſurſum, vel ſupra (templum.) Non alienè ali-
qui, vt Euthymius, exponunt. Portas vrbis, quibus ex-
tra eam exitur. Sicut in portis, ita ſuper ſummum tem-
pli, vel ſuper ipſas portas, erexerunt in trophæum ſua
vexilla. Interim Rabbinorum interpretatio non eſt
contemnenda, ſi quidem diſtinctio cadat in principium
EE

ſequentis verſus : *Poſuerunt ſigna ſua* (in) *ſigna. Cognitus eſt* ( hoſtis) *ſicut immittens ſurſum in denſas arbores ſecures*.q.d.videntibus nobis immiſit ſecurim in templa, & eorum trabes & fores,vt in ſyluam aliquam.*Super ſummum* templi. ὑπεράνω, ſuper,ſupra templum, ſuper ipſas portas. Euthymius. A

8 *Quaſi in ſylua lignorum.* Hoc hemiſtichium iuxta Maſoretas pendet è ſuperiore, *Cognoſcitur velut inferens* (*ſurſum*) *in perplexitatem ligni ſecures.* In eo enim quod ſequitur, verſum alium incipiunt. *Exciderunt,* quaſi in Hebr. ועתה *vehatta. Et nunc,* Ain poſitum eſſet pro Heth, è mutua gutturalium permutatione. Et contritio, & confractio, vt חתת *bathat,* [a] vel literis tranſpoſitis. חעתו *habathu,* pro חתתו *habathu* , confregerunt.Hodie ſumunt pro temporis particula. Et nunc ianuas vel picturas eius ſimul in ſecuri & malleis conquaſſant.*Ianuas,*vt alibi.[b] at ex Exodo [c] vox פתוחים Pittuhim etiam ſculpturas & picturas deſignat. Quod Beza ſequitur, vt ſe, & ſuos ſicarios pingat, qui ſacras imagines ſolent demoliri & exſcindere.Eſt enim Pſalmus hic Propheticus aduerſus Eccleſiarum vaſtatores. Fuiſſe autem picturas & cælaturas varias in Dei tabernaculo Moſaïco , apparet ex Exodo [d], vbi præter ambos Cherubos operis ſtatuarij, cortinæ cherubis ſpargi imperantur, latera itē & velamina claudentia ſanctum Sanctorum & ſanctum, Templo Salomonio [e] vbi omnia intrinſecus & extrinſecus , pro templi etiam foribus & introitu , Cherubis ornantur , quos alatas fuiſſe puerorū imagines docent Thalmudici, & R.Selomo [f]. Quin & Cherubim obumbrantia , ſiue tegentia propitiatorium tam Moſis, quàm Salomonis , opificio erant ſolido & ſtatuario. Adde Teraphim ſacras quaſdam imagines [g] quales Dauid domi habuit, tamquam lares & penates [h]. Quare præceptum de non faciendo ſculptili R. Iaphet cum noſtris exponit in malam partem de Idolis,vt & citat Abben Ezra in illud tertium Oſeæ. Sic R.Leui [i] è Melchiltá. Itáque prima Eccleſia habuit cruces [k]. Imaginem Chriſti futilem [l], quam euerſam à Iuliano Apoſtata Chriſtiani in Eccleſiam retulerunt [m]. Imaginē Chriſti , q̄ Agbarus toparcha exprimendam, Chriſto viuo , curauerat [n]. Imagines Chriſti & Virgi- B C D

a *Iob 6.v.21.*
b *Gen.18.v.1.*
c *Exod.25.v.15.*
d *Exo.26. & 36.*
*In tabernaculo ſacro fuit ſacrarū imaginum & picturarū vſus.*
e *3.Reg.6.*
f *1.Pa.3.ver.10.*
g *Oſeæ 3.v.4.*
h *1.Reg.19.ver.13.*
i *Exod.20.*
*Imagines fuerunt in prima Eccleſia.*
k *Arnob.li.8. contra Gētes, Tertul. & veteres quique.* l *Euſeb.lib.7.c.18. Græci exempl. Theoph.in 9. Matth.* m *Sozom.lib.5.c.21.* n *Euag.lib.4.hiſt.c.26.*



A nis , quas Diuus Lucas pinxerat [a]. Imaginem Chriſti, quam Alexander Mammeæ in ſuo larario habuit [b], Caſſiani martyris imaginem poſitam ſuper eius memoriam , ἀνδριάντας [c] , in templo à Gregorio patre Nazianzeni conſtructo [d]. Petrum & Paulum cum Chriſto pictos pluribus locis [e]. Quæ cùm in Eccleſia moleſtè ferret Xenaias,ſiue PhiloxenusHierapoleos Epiſcopus Eutychianus,primus Iconomachus à Patribus notatur, ſub an. 493 [f]. *In ipſum,* ſimul, ſimiliter. *Eam,* hæreditatem tuam , vt ad verſ.4. referatur : vel ſolemnitatem, vt ad 6. Sic *eius,*hæreditatis Dei. Nam etiam in Græco
B eſt fœminini generis.

9 *Incenderunt igni ſanctuarium tuum.* Ad verbum miſerunt ignem in Sanctuarium. *In terra* , in terram alliſerunt,& deiecerunt.

10 *Dixerunt cognatio eorum* , tota eorum natio & gens. נינם *Ninam.* Nominaliter non tantùm exponitur à Septuag.ſed ab Anonymo etiā , & pleriſque aliis Rabbinis.Significat autem נין *Nin,* filium propinquum, & collectiuè totam cognationem & propinquitatem.Recentiores abſurdè,vt à veteribus tātùm diſcebāt, inter-
C pretantur verbaliter,Depopulemur eos : quoniā oportuiſſet affixum *Mem* affici Tſeri, nō Camets, vt prætercam Verbum ינה *Ianah* eſſe inuſitatum in Kal , niſi in Benoni,de quo etiam diſputetur. *Quieſcere faciamus.* Ad verb. *Combuſſerunt omnes feſtos ſiue ſynagogas* ( Eccleſias) *Dei in terra.* Iam notauimus מועד *Mohed* ſignificare Synagogas , congregationes , templa , ſolennitates , feſta. Quod poſtremum ſecuti ſunt Septuaginta Interp.Incenderunt feſta Dei,id eſt , diſſiparunt,perdiderunt,aboleuerunt,profanarunt.

D 11 *Signa noſtra non vidimus,* inſignia noſtra , trophæa & monumenta rerum noſtrarum & antiquarum victoriarum,vt ſupra [g] vexilla quondam nobis vſitata , vt cruces,ſacramenta, ſacrificia. Sic noſtri.Rabbini ſignificationes Prophetarum & prędictiones,ea quæ nobis præſignificata ſunt de ſalute noſtra à Prophetis : vt idem mox ſequatur : *Non eſt Propheta,* id eſt,Prophetia , Prophetarum prædictum, אות *Oth* , vtrúmque ſignificat, ſignum,id eſt,portentum,prodigium, ſignificationem: item inſigne,characterem, notam: vnde literas vocant אותיות *Othiioth.* Irrita ſunt Prophetarū teſtimonia,

a *Niceph. lib. 14.cap.2.Damaſc.li.4.c.8.*
b *Lāpridius.*
c *Prudētius, περὶ στεφάνων.*
*Xenaias primus Iconomachus.*
d *Nazianze. epiſt.ad Olympiū 40. Græci exempl. 49. Latini.*
e *Aug.li.1.de conſen.Euāg. cap.10.*
f *Niceph. lib. 16.cap.27. & Cedrenus.*
g *verſ.7.*

& nos non cognoſcit amplius vllus Prophetarum. Prophetæ nihil ad nos attinent,eorũ prædicta non ſunt de nobis. Sed malo *eſſe*, ſumi pro *exiſtere*. Iam non exiſtit Propheta,caremus iam Prophetis,qui nos conſolentur, vt olim, & ſperare ſalutẽ certò iubeant.Se enim ſtatim explicat: *Et nos non cognoſcet amplius*, ſcilicet Propheta. Nõ iam vllus Propheta nos cognoſcit, ſumus ſine Prophetis, qui nos Dei verbo paſcant.Inſignis plaga & ira Dei, deſtitui Prophetis [a]: *Immittam famem in terra, non famem panis, neque ſitim vini, ſed audiendi verbum Domini.* Vel in genere. *Et nos non*,ſupple כל *chol*, vllus,quiſpiã, non omnis, id eſt, nullus. q.d. Et nos nullus amplius cognoſcet.Ad eam infœlicitatẽ redacti ſumus,vt nemo ampliùs nos ſit agniturus. Legerunt Septuag. אותנו *Otanu*, per Holem, *Nos*, Maſoretæ per Hiric אתנו *Ittanu*,*vt nobiſcum*.Et non nobiſcum cognoſcens,vſquequò. Neminem habemus, qui ſciat, quoúſque futuri ſimus in hoc miſero rerum ſtatu, quoúſque duratura ſint hæc. Eſt enim Apoſiopeſis.

A B

a Amos 8.v.11.

12 *Irritat aduerſarius nomen*, vſquequò, per Zeugma, irritat te, & blaſphemat.

13 *Vt quid auertis manum tuam*:retrouertis,retrahis in in tergum vtrámque manum tuã de tuo ſinu,à nobis, à noſtra liberatione, ne nos adiuues, vel ne ferias hoſtes noſtros,ne eos à nobis repellas.Geſtus hominis nolẽtis auxilium ferre,& manum auxiliarẽ porrigere. *A nobis*,à noſtra liberatione. *Manum tuam*,ſiniſtrã tuam.Nam nomẽ generis more Hebraïco de deteriore dicitur.Quare retrahis vtrámque manum, ſiniſtram & dexterã tuam, inſtar hominis otioſi, & rem non curantis? *vt auertis*, ſignificet retrouertere,poſt tergum mittere:Cur manus tuas de ſinu tuo eductas non regeris in impios, ſed eas poſt tergũ vertis, & iungis, more hominum nihil iam negotij habentiũ? Metaphora ab otioſis manum in ſinu recondentibus [b]. Vel,*de medio ſinu tuo*, eam profer, aut quid ſimile per Apoſiopeſim, vt & intellexit Chald.his verbis: *Quare auertis manum tuam,& dexteram tuam,ad redimendum de medio ſinus tui exere,& exſcinde anguſtiam.* *In finem*, in conſummationem,in conſumptionẽ,profer manus tuas, & educ de ſinu tuo,quoúſque omnes tuos hoſtes conſumpſeris. Legunt כלה Calá, nominaliter. Itáque finis aliter accipitur,quàm proximo verſu,nẽpè pro conſumptione & exitio. Maſoretæ eodem ſenſu

C D

b Prouer. 19. ver 24.



A כלה Callé in imper. Piel. De medio ſinus tui deſinere fac (tuam manum) q.d.ne eam reponas in tuum ſinum, quoúſque te plenè vltus fueris de impiis. Qui *conſume*, pro deſinere fac,interpretantur, adhibeat Apoſiopeſim ſuperiorem neceſſe eſt.

14 *Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ*,palàm & manifeſtè, in medio terræ noſtræ: vel iuxta alios, in Hieruſalem, quæ eſt terræ ſanctæ veluti medium & vmbilicus.Quin & Iudæa eſt terræ habitabilis mediũ, vt eam Deus idcirco delegiſſe videatur,quò ex ea, veluti orbis corde, B ſalutem in omnes tranſmitteret. Orientales Occidẽtalibus iungit per mare Mediterraneum,Septemtrionales Meridionalibus,per idẽ mare excurrẽs vſque ad Mæotidem paludem valde Septemtrionalem, & per mare Rubrum in Auſtrum profundiſſimè deſcendens, vt omittam eam eſſe initio quarti climatis.

*Iudæa terræ habitabilis medium.*

15 *Tu confirmaſti*.Repetitur initio multorum verſuum & clauſularum ad vehementiã & ardorem. *Confirmaſti*, conſolidaſti mare Rubrum,firmum ſolidúmque feciſti, ne difflueret, vt in modum muri ſtaret tranſeuntibus à C dextris & ſiniſtris. Sic repræſentarunt Hebraïcum. *Rupiſti*. Nam in hoc tranſitu non fuit ſimplex ruptura, ſed & conſolidatio elementi liquidi & fluctis, muri inſtar, vt tranſitum daret. *Contribulaſti*,contriuiſti Ægyptios, qui nos, vt dracones deuorare & perdere expetebant, eóſque merſiſti.Dracones immanes etiã piſces dicũtur. Alludit autem ad mare Rubrum,quod talibus abũdat. Quare Mela [a] Rubrũ mare Græci,ſiue quia eius coloris, ſiue quia Erythras ibi regnauit (puto eſſe Eſau,qui Edõ appellatus eſt,quaſi ruffus,ſiue rubicũdus) procelloſum, D aſperum,profundum,& magnorum animalium magis, quàm cætera capax, duóſque ſinus aperit, Perſicum & Arabicum. Vbi obſeruandum,mare Rubrum in noſtris litteris eſſe ſinum Arabicum,partémque ſiue brachium maris Rubri,quod apud profanos in Indicum deſinit.

a *lib.3.c.7.*

16 *Tu confregiſti capita Draconis*. לויתן *Leuiathan* Hebraïcè ceti immanis, cetorum Principis, Pharaonis. Chald. *Tu confregiſti capita procerum Pharaonis.* Quo nomine etiam Satanas ſignificatur [b]. *Populis Aethiopum*, feris deſertorum illorum incolis, quibus deuorandos, vel, ſi de hominibus ipſis intelligas, diripiendos, & ſpoliandos obieciſti Pharaonem & Ægyptios, dum

b *Eſa.27.v.1. Iob 40.v.24.*

A eos merſos mare eiecit in littus Arabicum, & Æthiopicum. Hebræi appellant Æthiopiam, vtramque regionem littoralem maris Rubri, tam Aſiaticam, quàm Africanam. Quoniam autem mare rubrum diuidit Arabiam & Æthiopiam more noſtro acceptam, illud innuit non tantùm euomuiſſe in littus Arabicum merſos Ægyptios, in quibus cōſiſtebāt Iſraëlitæ, ſed & Æthiopicum, vt fama iſtius diuini facti ad populos multos circumquaque permanaret. Ita populis Æthiopum dedit eos eſcam. i. in eſcam, in prædam. Nam vt Iſraëlitæ vna ex parte illos ſpoliarunt, ac exuerunt ornamentis

B & opibus, ita & Æthiopes ex altera. Quin & alludit ad mare r..orum ſuppeditans dracones ſiue ingētes piſces Æthiopibus & cæteris accolis comedendos. Belluarum autem greges populos appellari, non eſt nouum. [a] *Gens aſcendit ſuper terram meam,* de locuſtis, [b] *Populus infirmus,* de formicis. Ibidem, *plebs inualida,* de cuniculis. ציים *tſiim, aridi,* quos Æthiopes Septuag. vertunt, propriè ſignificant homines in locis aridis & ſquallidis habitantes. Ex quo alij, de populis ipſorum Æthiopum accipiunt: quoniam Aegyptiorum arma, ornamenta, & diuitiæ ad littora Aethiopū appulerunt, atque Aethio-

a Ioel. 1. v. 6.
b Prouе. 30. v. 25.

C pibus ceſſerunt. Alij de filiis Iſraël, qui in deſertis tum morabantur, quibus quaſi in eſcam dati ſunt Aegyptij. Sic Chald. *Dediſti eos in conſumptionem populo domus Iſraël, corpora verò corū draconibus ſiue cetis* Tum *Eſcam,* metaphoricè, prædam, exuuias, ſpolia, exponito.

17 *Tu dirupiſti fontes,* ſecuiſti rupem, vt aquam funderet, & fluuios, vt iter tranſituris relinquerent. *Fontes,* fontium & torrentium ſcatebras ſiue latebras, Metonymicè. Nempè petram in partes rumpendo, fluere feciſti fontes. [c] איתן *Etan,* fortitudinis. i. fluuios for-

D tes, vehementes, rapidos, vt Iordanem, qui tum erat in ſua fortitudine. [d] Maluerunt relinquere vocem Hebraïcam, quàm non ſatis vno verbo explicare. Chaldæus, *Tu exiccaſti vada fluuiorum Arnon, Iaboc & Iordanis, qui erant vehementes & rapidi.* Alij non putant eſſe appellatiuum, ſed proprium. i. mare rubrum vicino loco Etan, [e] vt cùm mare Gallicum, Siculum, Tyrrhenum appellatur, ſic mare Ethan. Atqui quoniam in Exodo ſcribitur Etham, per Mem, hîc Ethan per Nun: deinde iam cecinit fiſſionē maris Rubri [f] ſupra ſermo. potiùs

c Exod. 17. verſ. 5. 6. 7. Num. 20. v. 8.
d Iuſ. 3. v. 36. Eccl. 24. verſ. 5.
e E cap. 13. Exod. v. 20.
f Verſ. 14.



A potiùs haberi videtur de Iordane, quem vocat fluuios, vt cum Poëtæ dicunt ora & colla, pro ore & collo.

18 *Tuus eſt dies & tua eſt,* tui opificij, iuris, ditionis & poteſtatis, tu diei & noctis es creator & moderator. Auroram, lucem Græcè & Hebraicè, quod Rabbini ad lunam reſtringunt, quoniam, vt iam dictum eſt [a], hæc lingua nomen generis reſtringit ad ſpeciem deteriorem. Solem nominatim poſuit, quoniam, vt inquit Sapiens, [b] *vas eſt admirabile, & opus excelſi, &c.*

a Verſ. 13.
b Eccl. 43. verſ. 2.

19 *Tu feciſti omnes terminos,* ſtatuiſti prop. fixiſti. *Ver.*

B חרף *Horeph,* iuxta recentiores, ſtudio duntaxat contradicendi, illa quidem pars Autumni, quæ proximè antecedit Hyemem. At iuxta Hebræos, Ver, illa videlicet anni pars, quæ proximè frigus ſiue Hyemem ſequitur. Hinc Abben Ezra [c] quatuor anni תקופות *Tekuphoth,* ſiue tempeſtates eſſe ait קר *kor,* (frigus, ſiue Hyemem) חם *Hhom* (calorem, ſiue æſtatem) קיץ *kaits* (autumnum) vnde fructus קיץ *kaits,* autumni, & חרף *Hhoreph,* ver haud dubiè. Alioqui eius diuiſio non poſſit conſtare. Idem declarat R. Selomo [d] niſi quod contrahit ad primam Veris partem, quoniam ſex

c Exod. 12. verſ. 1.
*Anni tempeſtates ſecūdū Hebræos.*
d Geneſ. 8. verſ. vlt.

C anni tempeſtates conſtituit cum Moſe, idemque חרף *Horeph,* definit tempus, ſationis hordeorum & leguminum, quæ celeriter & quaſi præcociter matureſcunt. Gall. *les bleds de Mars,* ab חרף *Haraph,* accelerare apud Chald. deinde addit cadere in dimidium Sebat, (Ianuarij) totum Adar, (Februarium) & dimidium Niſan (Martij). Quamquam nihil planè refert. Nam per Synecdochen iſta ponuntur pro quatuor anni tempeſtatibus, vel potiùs ſex, ſecūdum Hebræos. Variè enim annus à variis populis diſtinctus eſt. Afri & Dani apud Leonem Afrum de Africa duas tantùm Anni tempe-

D ſtates faciunt, hyemē & æſtatem. Veteres Græci è Diodoro Siculo, & Euſebio, [e] tres, Ver, æſtatem & hyemē, opinati Autumnū eſſe partem æſtatis & hyemis. Hincque Mineruam Iouis filiam eſſe aërem, dicíque τριγένειαν, quòd aëris natura ter ipſo anno mutetur. Vulgus quatuor, Ver, Aeſtatem, Autumnum, Hyemem. Græci poſteriores quinque, Ver, Aeſtatem, ὀπώραν (tempus fructuum) μετόπωρον (tempus poſt fructus, Autumnum) & Hyemem. Latini item veteres quinque, Ver, Aeſtatem, Autumnum, Hyemem, Brumam. Hebrǽi ſex,

e Lib. 1. Præp. pag. 55.

vt vnaquæque ſit duorum menſium, [a] זֶרַע *zeras,* A
[a] *Geneſ. 8. verſ. 22.* *ſementem,* luna ſiue menſe Septembris & Octobris. 2.
קֹר *kor Hyemem, Brumam* luna Nouembris & Decem-
bris. 3. חֹרֶף *Horeph,* Ver, luna Ianuarij & Februarij. 4.
קָצִיר *katſir, tempus meſſis,* luna Martij & Aprilis. 5.
קַיִץ *Kaits, æſtatem,* luna Maij & Iunij. 6. חֹם *Hom,*
*æſtum* luna Iulij & Auguſti, quando ſunt dies canicu-
lares. Ac ſanè aëris natura toties ipſo anno valde im-
mutatur. R. Selomo vbi ſuprà has ſex partes è mediis
menſium lunarium incipit primò זֶרַע *zerah* ſationis
tempus à medio Tizri (Septembris) vſque ad medium,
kiſleu (Nouembris) 2. קֹר *kor* hyemem brumam à B
medio Nouembris vſque ad medium Sebet (Ianuarij)
3. חֹרֶף *Horeph.* Veris primam partem à medio Ianua-
rij vſque ad medium Niſan tempus ſationis hordeo-
rum & leguminũ. 4. קָצִיר *katſir* tempus meſſis à me-
dio Niſan (Martij) vſque ad mediũ Siuan (Maij) 5. קַיִץ
*kaits,* æſtatem à medio Maij vſque ad mediũ Ab (Iulij)
6. חֹם *Hom* æſtum à medio Iulij vſque ad mediũ Tizri
ſiue Septembris. Ita ille è Baba Metſiha in Talmud.
20 *Memor eſto huius,* neutrius generis: huius rei, poten-
tiæ, iſtorum facinorum, vt paria nunc edas, & patres. *In-
citauit,* contumeliis irritauit, blaſphemiis prouocauit.
21 *Ne tradas beſtijs,* hoſtibus ferocibus & rationis ex-
pertibus. *Confitentes tibi.* Græcè & Heb. ſingul. numeri. C
Græcè quidem, ψυχὴν ἐξομολογουμένην. Hebraicè verò,
*animam turturis tuæ.* Sed quænam ſit illa turtur explica-
runt, nempè anima, quæ cõfitetur te, vel inſtar turturis
flebili, & querula voce, cum metu & tremore te colit &
celebrat. Denique Eccleſia ipſa manſueta & pudica.
Adde potuiſſe legere cum ר, תּוֹדֶךָ *todecha* nõ תּוֹרְךָ
*torecha,* vt ר & ד affinia ſunt admodum. Chal. *Ne tradas
populo ſyluestribus feris ſimili animas docentiu legem tuam.*
22 *Qui obſcurati ſunt terræ,* οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς. Qui
obſcuri & ignobiles ſunt terræ, repleti ſunt domibus
noſtris iniquè partis. Iam annotauimus repræſentari
*Dan. 7. v. 8.* Hebræa ſuperlatiua per cõcreta cum genitiuis. Obſcu- D
riſſimi terræ. Cornu illud obſcurum & ignobile Sara-
cenorum & Turcarum, à Daniele deſcriptum poſſidet
iniuſtè domicilia & regna Chriſtiana. Heb. obſcura
ſiue tenebroſa terræ, quod plerique citra auxeſim ex-
ponunt: loca exilij & captiuitatis noſtræ, ſiue hic mun-
dus



A dus tenebroſus (cœlo regioni lucis oppoſitus,) plenus
eſt habitaculis violentiæ violentè partis, vel per auxe-
ſim, violentorum hominum & latronum: loca noſtra,
quæ ſunt tenebroſa, id eſt, plena miſeriarum, occupa-
runt graſſatores & ſicarij. *Qui,* prætermiſſum redderet
lectionem planiorem. Obſcurati terræ repleti ſunt do
mibus iniquitatum. Chald. *Reſpice ad fœdus, quod pepi-
giſti cum Patribus noſtris, quoniam completi ſunt filij eorum.
Obſcuritas diſperſa eſt ſuper terram, & dolus & rapina.*
23 *Ne auertatur humilis,* Ad humilitatem redactus, ne
abeat à te pudefactus: ne confundatur, ne fruſtretur ſua
B ſpe, ne ſpes eius ſit vana & irrita, ſed in ſua prece exau-
diatur. Tum pauper, &c. *Humilis factus.* Vnica voce Græ-
cè τεταπεινωμένος. Sic participium, *Factus* prætermiſſum
orationem redderet clariorem. Ne redeat humilis ſiue
tenuis, cõfuſus. Humilis autẽ à parte anteriore regitur.
24 *Iudica cauſam tuam,* defende. *Quæ ab inſipiẽte* quæ
in te quotidie iactantur à ſtultis & impiis. נָבָל *Nabal,*
vt ſupra [a] qui cum inſipientia iungit improbitatem. [a] *Pſalm. 13. ver. 2.*
25 *Superbia eorum qui te.* Heb. *tumultus inſurgentium
in te aſcendit ſemper,* quotidie magis ac magis voces
impiæ & blaſphemæ inimicorum tuorum creſcunt, ac
C inualeſcunt. Superbia eorum aſſiduè creſcit.

---

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus (ſecundum Rabbinos, Eccleſia) perpetuò hic de ſe, & ſua indiciaria poteſtate loquitur, de quo & agit gratias.*

1 In finem, ne corrumpas, Pſalmus cantici
Aſaph. LXXIIII. Heb. 75.

D COnfitébimur tibi Deus, confitébi-
mur: & inuocábimus nomẽ tuum.
3 Narrábimus mirabília tua: cùm
accépero tempus, ego iuſtitias iu-
dicábo.
4 Liquefácta eſt terra, & omnes, qui hábi-
tant in ea: ego confirmáui colúmnas eius.

5 Dixi inîquis, nolîte inîquè ágere : & de- A
linquéntibus, nolîte exaltâre cornu.
6 Nolîte extóllere in altum cornu veſtrum:
nolîte loqui aduêrſus Deum iniquitâtem.
7 Quia neque ab Oriênte, neque ab Occi-
dênte, neque à deſêrtis móntibus : quóniam
Deus iudex eſt.
8 Hunc humîliat, & hunc exâltat : quia ca-
lix in manu Dómini vini meri, plenus mixto. B
6 Et inclinâuit ex hoc in hoc : verúmtamen
fæx eius non eſt exinanîta, bibent omnes pec-
catôres terræ:
10 Ego autem annunciâbo in ſæculum: can-
tâbo Deo Iacob.
11 Et ómnia córnua peccatórum confrîn-
gam: & exaltabûntur córnua iuſti.

---

1 *Ne corrumpas.* Symbolum concentus, ſiue initium cantionis, ad cuius tonos Pſalmus iſte fuerit concinendus. Alioqui ſententia eſt imperfecta. Quo pacto in noſtris templis Antiphonarum primordia prǽcinuntur ad totius Pſalmi tonum, ſiue modulum delibandum, ac præſignificandum. Gnoſtici non probant, quòd ſenſus nullus eſſe videatur. Vituperent igitur Pſalmographũ, qui Antiphonas iſtiuſmodi præponit ſententia, interdum imperfectas, interdum nihil, aut parum ſignificantes, quod quidem hodie notum ſit.[a] C

a *Vide Pſal. 4.*

2 *Inuocabimus nomen tuum.* Putauerint aliqui Sept. legiſſe קראנו *Kareenu*, & ספרנו *ſapharenu*, ſed nihil neceſſe, cùm attendendo ad ſenſum, Hebraica idem polleant, & propinquum (erit) nomen tuum, (iis qui) narrant mirabilia tua, id eſt, nobis miracula tua narrantibus. Loquitur autem Chriſtus in ſua, & Eccleſiæ perſona. D

3 *Cùm accepero tempus,* cùm otium nactus fuero, quaſi ſit nunc occupatus & diſtentus aliis curis & negotiis, cùm tempus opportunum adeptus fuero, ego, (loquitur perpetuò Chriſtus) recta iudicabo, liberando probos, & iuſtos,



& iuſtos, pœnas infligendo improbis. Sic Gallicè, *prendre le temps,* ſtatuere ſibi certũ tempus מועד *Mobed,* tempus certum & ſtatutum. *uſtitia*, iuſta, recta.

4 *Liquefacta eſt terra.* Terra ſentiet (die illo iudicij) iram meam, (cuius) ego ieci fundamenta. Elementa enim in aduentu Chriſti æſtuantia liqueſcent,[a] ſiue igne conflagrationis purgabuntur cum inhabitantibus omnibus. *Columnas eius,* terræ. Sic vocat verbum, & decretũ Dei, quo terra ſtabilis & eſt firma, ne moueatur vel cadat. Eã fulſi, ac veluti ſuper colũnas ædificaui. B Vel, hoc die terribili, ne omnia planè periret, ego corroboraui, ſeruauíque probos : qui ſunt terræ columnæ.

a *2. Pet. 3. ver. 10.*

5 *Dixi iniquis, nolite iniquè agere.* Sũma prædicationis Chriſti, quam inculcauit priore aduentu per ſeſe, deinceps verò per ſuos eadem admonere numquam intermittet. *Iniquis.* Ad verb. Dixi ſtultis, Nolite ſtulteſcere, & impiis, &c. de ſtultitia non qualibet, ſed nequitiæ & improbitatis, de qua Paradoxum Ciceronis, *Omnes ſtultos inſanire. Exaltare cornu,* ſuperbire, vos efferre C contra Deum, & eius legem. Metaphora à tauris ferocibus, qui cornuum potentia geſtiunt, & quaſi gloriantur.

6 *Nolite loqui aduerſus Deum iniquit.* Hebr. *collo duro & præfracto,* id eſt, contumaciter, pertinaciter, vel ſuperbè & cum faſtu reiecto Dei iugo. Nam collo iuga geſtantur. Alij vertunt. Nolite loqui collo durum, quia inferius[b] ſic loquetur. Nolite loqui dura, & acerba verba, Deúmque irritantia collo, eleuato videlicet, id eſt, arrogãter, vel collo, vno ſcilicet, id eſt, vno cõſenſu, vno animo. Metaphora à iumẽtis collo iũctis. Qua prouer- D biali locutione alibi *ore,* pro ore vno, & apud Oſeã, *humero,* pro humero vno. Sic Septuag. voluerunt declarare quid hac locutione ſignificaretur. Niſi velis צואר *tſauuar* cum צור *tſur* (petra) confudiſſe, quod Dei eſt epithetum in Iob & Pſalmis.

b *Pſ. 93. verſ. 5.*

*Oſe. 6. Verſ. 9. Hebr.*

7 *Quia neque ab Oriente.* Apoſiopeſis, ſub. vobis erit euaſio, liberatio, auxilium, vel quid ſimile : Fruſtrà aliundè expectabitis opem, vel ex aliqua terræ parte. Dei enim imperium vel iudicium nullus poſſit effugere, ſiue reſiſtere. *Montibus,* meridionali plaga. Sic & Chal. *Quoniam non eſt alius præter me ab Oriente vſque ad Occidentem, & à Septemtrione domus deſerta, & ab Auſtro vſque*

*vſque ad loca montoſa.* Horum meminit, quoniam ab huiuſmodi locis ſterilibus ſolent prodire, & euocari auxilia. Ideò enim montani ſeſe armis addicunt, quia feri ſunt, & ſuarum regionum prouentu ali nequeunt. Vox חרים *Harim* poteſt etiam ſonare eleuationem. Neque à deſerto eleuatio (vobis erit, vel veniet.) Non erit vobis facultas extollendi vos & eleuandi aduerſus Deum iudicem. Per deſertos montes, vel deſertum montium, (ſic enim Heb.) Meridiem intelligit, quoniã verſus illam partem Iudæa ſpectabat vaſtas ſolitudines Arabiæ deſertæ & Petreæ. B

8 *Quia calix in manu Domini.* Ætiologia prioris membri, *hunc humiliat. Vini meri,* generoſi: fortis. Rubri (Kimhi) neque aqua diluti. Refertur ad calicem: calix vini meri & rubentis (non diluti miſericordia, & fauore Dei) in manu Dei eſt ad impios potionandos. *Nam iudicium fiet ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam,*[a] &c. *Mixto,* plenus mixtione ſiue confuſione, veneno, & rebus infectis. Mixtum, ſiue mixtio, pro veneno & potione inſalubri, ac turbida, Metaphora à veneficis, vel prauis cauponibus, qui mixtionibus purum vinum corrumpunt. Sic Gall. *Ce n'eſt que mixtion ou brouillerie,* qui inde caupones interdum vocant *Brouillons.* Allegoria de apparatu ſupplicij. Calix enim pœnarum & ſuppliciorum ſymbolum: Vinum merum, atrocitatis eorum & magnitudinis apud Eſaiam dicitur [b] de vltione temporaria, hîc, & in Apocalypſi [c] de æterna. *Qui adorauerit beſtiam & imaginem eius, hic bibet de vino iræ Dei, qu d mixtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure. Et,* [d] *Babylon venit in memoriam, vt daret illi calicem vini indignationis iræ eius.* Quare Chaldæus calicem vocat maledictionis, plenum vino mero & mixtura amaritudinis. Iſidorus Peluſiota [e] Ætiologiam refert ad vtrumque membrum. Ideo calicem mixto plenum iuſtam remunerationem interpretatur quia miſericordia temperatur. Hunc deiicit, & illum exaltat, quia in manibus habet poculum miſericordia & iudicio temperatum. D

a Iac. 2. ver. 13

b Eſa. 51. ver. 17.

c Apoc. 14. ver. 9. 10.

d Apoc. 16. ve. 19.

e Epiſt. 6.

9 *Et inclinauit ex hoc.* Infudit in varia pocula, ad potionandos & intoxicandos diuerſos peccatores, & adhuc ſupereſt præ liquoris venenati copia ad reliquis propinandam fæcem. Eam enim expreſſam omnes bibent. Ne quis putet ſe Chriſti iudicium poſſe euadere. *Ex hoc* poculo, vel calice, *in hoc* poculum: vel ex hac parte in aliam partem: vt fit, quando multis ex eodem calice potus porrigitur. Cunctis præſentibus propinauit, necdum tamen expreſſa, & exhauſta eſt eius fæx. Iſidorus vbi ſup. *Inclinabit ex hoc in illud, ex benignitate in ſupplicium ſceleribus debitum. Bibent,* iudicij videlicet poculum ſiue calicem.



10 *Ego autem annunciabo.* Antitheſis, contrà Chriſtus,
B vel eius membra profligatis impiis perpetua lætitia, & voluptate perfruentur, & Deo epinicium in ſempiternum canent.

11 *Et omnia cornua.* Iuſti perditis impiis ſeruantur. *Cornua,* ſuperba impiorum capita conteram. Cornua Metaphoricῶs ſuperbia, vel potentia, & robur. Poſteriore hemiſtichio in bonum. Potentia, gloria, dignitas iuſti exaltabitur, fœlicitas eius augebitur, eritque perpetua.

## ARGVMENTVM.

C *Inuitat ad Deum colendum ex perpetuo ipſius erga Sionem, id eſt, Eccleſiam gratia, & auxilio. Eſt propheticus de victoriis contra Gog & Magog.*

1 In finem in laudibus, Pſalmus Aſaph. canticum ad Aſſyrios. LXXV. Hebr. 76.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius.

3 Et factus eſt in pace locus eius:
D & habitátio eius in Sion.

4 Ibi confrêgit potêntiás: arcum, ſcutum, gládium, & bellum.

5 Illúminãs tu mirabíliter à móntibus ætêrnis: turbâti ſunt omnes inſipiêntes corde.

6 Dormiêrunt ſomnum ſuum: & nihil inuenêrũt omnes viri diuitiárum in mánibus ſuis.

7 Ab increpatiõne tua Deus Iacob: dormitauêrunt, qui aſcendêrunt equos.

8 Tu terríbilis es, & quis reſîſtet tibi? ex A
tunc ira tua.
9 De cœlo audîtum fecîſti iudícium: terra
trémuit & quiêuit.
10 Cùm exúrgeret in iudícium Deus, vt ſal-
uos fáceret omnes manſuêtos terræ.
11 Quóniam cogitátio hóminis confitébi-
tur tibi: & reliquiæ cogitatiônis diem feſtum
agent tibi.
12 Vouête, & réddite Dómino Deo veſtro: B
omnes, qui in circúitu eius affêrtis múnera.
13 Terríbili, & ei, qui aufert ſpiritum prín-
cipum: terríbili apud reges terræ.

---

*a 4. Reg. 19. verſ. 35.*

1 *Canticum ad Aſſyrios.* Putarunt cani internecionem exercitus Sennacherib. [a] Propheticè. Non eſt quidem dubium, quin illi Aſſyriorum cladi multa hîc conueniant, adeò memorabili, vt eius fama ad Græcos apud Herodotum permanauerit. Sed argumentum eſt latius. C Præterea clades illa Sennacherib typus fuit tyrannorum, quos perpetuò abſumit diuina virtute Eccleſia. Rabbini ad Gog & Magog, id eſt, Antichriſtum reſtringunt.

*b Rom. 1. ver. 19. 20.*

*Dei cognitio Philoſophica quantum a cognitione per fidem ſuperetur.*

2 *Notus in Iudæa Deus.* notitia non ſolùm generali, qualis fuit in gentibus, præſertim Philoſophis, [b] è ſenſu creationis & naturæ operibus hauſta, verùm etiã ſpeciali, per gratiam, Scripturas, aliáſque reuelationes propheticas comparata, cuius finis eſt Dei cultus, fides, religio, amor, metus. Vnde præter illa quę Philoſophus de Deo nouit, id eſt, eſſe conditorem, moderatorẽ, mo- D torem primum, primam cauſam, formam, finem rerum omnium, actum purum, incorporeum, ſeipſum, & in ſeipſo cuncta intelligentem, alia multa Chriſtianus cognoſcit, quæ Dei naturam maximè explicant: vt Deum eſſe vnum & Trinum, omnipotẽtem, adeo vt ex nihilo cuncta produxerit, tali tempore, nõ prius vel poſterius, & nunc omnia regat, conſeruet, portet verbo virtutis ſuæ, curet, & ſciat quæcumque, quantumuis exigua, vilia, numeroſa: Deum illum vnicum, quem mente ſuſ-

picabatur



*S. Trinitatis cognitio omnem aliã cognitionem lõgiſſimè ſuperat.*

A picabatur Philoſophus, habere filium & Spiritum Sãctum, conſubſtantiales, eadem maieſtate & perfectione præditos, clementiſſimum eſſe, iuſtiſſimum, omnia poſſe, nullo cauſarum interuentu, quæ humana mens nulla poſſit arte rationéve inueſtigare, ac aſſequi, quæque ſe ipſis veriſſima, ſola fide & auctoritate dicentis demonſtrata ſint atque ſtabilita. *Deus*, non quantùm ad eſſentiam, ſed quantùm ad attributa, proprietates, cultum, colendíque modum: Adde leges, voluntatem, myſteria, peculiaria opera. Quantùm ad hæc omnia in ſola Eccleſia, cuius matrix eſt Iuda & Iſrael, verus & cer-

*a Eſa. 31. ver. 9.*

B tus Deus cognoſcitur & colitur. [a] Verus quidem Deus, *cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem.* Idque ob miracula inaudita, quæ illic patrauit, & ſolet patrare pro eius ſalute & gloria. Certus autem Deus, vt qui apparuiſſet Patriarchis, eorum poſteros è ſeruitute liberaſſet, dediſſet terram Chanaan, legem, Tabernaculũ, Prophetas, cultum, qui eſſet pædagogus ad Chriſti aduentum, vt tum demum reliquis nationibus Euangelium per eos annunciaretur. Deum enim cognoſcere interdum eſt quædam vel plurima, vel omnia Dei C attributa phyſica & generalia noſſe & percipere. Quomodo Philoſophi ab Apoſtolo [b] Deum dicuntur cognouiſſe, ideſt, vt illic interpretatur Paulus, intellexiſſe generalia eius attributa, vt potentiam, ſapientiam, ęternitatem. Interdum præter hæc, ſingularium attributorum ſupernaturalium intelligentiã accepiſſe, quæ non ſenſum modò de Deo aliquem afferant, verùm animum etiam Dei metu & religione imbuant. Quo modo in Eccleſia notus eſt. Alioqui Dei naturam, eſſentiam, rationem tota definitione, vel co- D gitatione minimè complectimur, quemadmodum hominis aut alterius rei, quæ à nobis qualis, quãta, quæque natura ſit, tum explicari, tum animo concipi poteſt. Hoc enim ſenſu, *Deum nemo vidit vmquam*, id eſt, perfectè, ſiue per naturam, eſſentiámve cognouit.

*Rom. 1. ver. 19. 20.*

*Deus in Eccleſia quomodo notus, & quomodo non.*

*Ioa. 1. ver. 18.*

3 *Et factus eſt in pace* in vrbe pacifica, Metonymicῶs. In Eccleſia, in qua eſt pax vera Chriſti in cordibus fidelium. Rabbini שלם *Salem* hîc in Hebræo poſitum ſumũt propriè, nõ appellatiuè, vt ſit ea vrbs, quę poſtea Ieruſalẽ, quẽadmodũ & alibi. [c] Sic Chaldæus, *& fuit in Ieruſalẽ domus ſanctuarij eius, & habitaculũ diuinitatis*

*c Geneſ. 14. Heb. 7. ver. 18. ver. 3.*

*ſanctæ*

*ſanctæ ipſius in Siõ, quãdo fecit domus Iſrael voluntatem eius,* A
*habitauit diuinitas eius inter eos.* Verùm Septuag. docere
voluerunt, hoc intelligi potius de vera Ieruſalẽ, id eſt,
cœleſti & ſpirituali, ſiue Eccleſia, quàm de externa &
terrena, in qua Deus confringit potentiã hoſtium tam
inuiſibilium quàm viſibilium, vt perfectam pacem à
perſecutionibus, & victoriam tribuat, bellicis veluti
inſtrumentis confractis. *Et habitatio.* In Hebræo eſt
Metaphora elegans, *luſtrum eius*, q.d. In Sion deſidet,
vt leo paratus ad prædam.
4 *Ibi confregit potentias,* fortitudines arcuum. Auguſt.
Hinc Hebraïcè ſagittas ignitas, vel volatiles. Contriuit B
robora exercitus omnis hoſtilis. Sic exponunt volatilia
ſiue iacula volitantia in aëre, & habentia pennas,
a *Exempla 4. Reg. 19. v. 32. 2. Paral. 13. v. 16. & 14. v. 8. & 17. v. 33.*
quorum vſus apud Tartaros, Turcas, & Orientales creberrimus[a].
5 *Illuminans tu mirabiliter.* O tu qui illuminas nos mi-
rabili luce, fauore, & gratia, ô tu, qui illuces nobis ad
ſalutem è cœlis, qui ſunt veluti montes alti, vel è locis
Iudææ, quę magna ex parte montoſa eſt, æternis, id eſt,
ab initio orbis conditi inhabitatis, & cultis ab Adamo,
b *Habac. 3. v. 6.*
imò & poſteris eius, tuóque cultui perpetuò deſtinatis.
Vel Propheta loquitur[b] de Chananæa ab Iſraelitis ſub C
acta: *Contriti ſicut montes æternitatis, humiliati ſunt colles
ſæculi.* Vel montes Sion & Moria propter longitudinem
durationis ſunt æterni, id eſt, immobiles, ſtabiles in
perpetuum à Deo conſeruati. Montes numquam peri-
turi, vt fruſtra tententur ab hoſtibus. Heb. *Tu illuſtris
ſiue clarus de montibus prædæ,* q.d. O qui illuſtris es contra
hoſtes, vt leo, qui egreditur è montibus ad prædan-
dum. Montes Iudææ comparat prædatoriis montibus,
quòd illic innumerabiles copias, quæ illos occupabãt,
ad internecionem deleuerit. Vel paſſiuè, de montibus
Iudææ ſæpius direptis, & quotidie prædæ hoſtium ex- D
poſitis. Per eos Euthymius cœlos intelligit. Sunt enim
montes æterni à parte poſteriore: quia in æternum
duraturi, numquam perituri vt terreni, ſaltem quan-
tùm ad formam, & ſubſtantiam. Túmque erit Meta-
phora à leonibus, q.d. Mirabilis eluces è cœlis mon-
tibus prædæ, è quibus ſcilicet aliquos rapis ad pœnam,
è quibus ſpecularis ad prædandos rapiendos, & diſcer-
pendos impios in his mundi vallibus degentes. E mon-
tibus



A tibus ſpeculæ, è quibus ſpecularis, & inſidias agis ad
prædam: è quibus excurris ad inuadendos, & diſcer-
pendos improbos, tamquam leo è luſtro montium, in
quibus agit excubias. Sic enim Deus inducitur quaſi
leo, è cœlo ſpeculari & proſpicere, vt videat quo pacto
tradat impios in manus ſuas. Sic Propheta: [a] *Dominus* a *Hiere. 25. v. 30. 31.*
*ex excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem
ſuam, rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, perueniet ſonitus
vſque ad extremum terræ, quia iudicium Domino cum Gen-
tibus. Turbati ſunt, ſpoliati ſunt & direpti,* Hebraicè per- B
gendo in Metaphora, vel iuxta Anonymum, *infatuati
ſunt, mente capti ſunt.*
6 *Dormierunt ſomnum ſuum.* Sic appellat mortem. *Viri
diuitiarum,* potentes. Vox חַיִל *Hail* etiam robur ſigni-
ficat. Quare Kimhi ſic interpretatur, *Et non inuenerunt
omnes viri roboris manus ſuas,* id eſt, robur ſuum, Meto-
nymicè, ad præliandum ſcilicet contra Eccleſiam: ſiue
quia Deus mutilauit eis manus, ſiue quia eos abſter-
ruit, vt ſibi non videantur habere manus ad confligen-
dum. Malo cum Septuag. ſubaudire ב (in) manibus
C ſuis (quicquam ſiue roboris, ſiue opum) non inuene-
runt, te iudicante & tuos vlciſcente.
7 *Ab increpatione tua Deus,* Propter tuam increpatio-
nem & minas conſopiti ſunt, & mortis ſomno oppreſſi
hoſtes, qui & equis, & quadrigis contra nos inuehe-
bantur: nullum in curribus, vel equis auxilium ſen-
tientes. Ad verb. *conſopitus eſt & currus, & equus,* id eſt,
tam currus, quàm equus. Antiquitùs pugnabant ex cur-
ribus, vt apud Homerum, & in lib. Iudicum.[b] b *Iud. 4. v. 3.*
8 *Tu terribilis es* hoſtibus noſtris. *Reſiſtet,* ſtabit in
D conſpectu tuo. *Ex tunc.* Ira tua eſt pridem cõcepta con-
tra hoſtes Sion, & inueterata, ideóque maxima. *Ex tuc,*
id eſt, è longo tempore. Ab initio, vel æterno. De hoc
Idiotiſmo infrà[c]. Eam iram apud te ab æuo aluiſti, c *Pſ. 92. v. 4.*
vt non ſit breuis, quæ ſimul ac oritur, deponatur. Reſ-
picit ad reprobos, in quos ab æterno iram concepit ob
futuram eorum prauitatem. Vt enim prædeſtinatio eſt *Prædeſtinatio*
æterna, ita & reprobatio, niſi quòd prædeſtinatione *& reprobatio*
pręparatur gratia miſericorditer & gratis ſine operum *ſunt æternæ,*
reſpectu, reprobatione autem præparatur ira & ſuppli- *& differũt in*
cium, ſed non ſine ratione futurorum peccatorum. *cauſis.*
9 & 10 *De cœlo auditum feciſti.* Hyperbole poëtica per

proſopopœiam. *De cœlo iudicium,* id eſt, vltionem & vin- A
dictam hanc audire feciſti tonitrubus, & tempeſtatibus
in cœlo & aëre excitatis, ad quas terra tremuit, ſiluit,
& obſtupuit. (Nam quieſcere id iſto loco ſignificat.)
*Feciſti, tremuit, quieuit.* Hieronymus hæc præterita pro
futuris interpretatur: quod generale iudicium videatur
ſignificari. *Quieuit,* ceſſauit, deſiit motus contra pios ex-
citare præ obſtupefactione. De cœlo manãt Dei iudicia
& vltiones, dum exercentur per Angelos, & meteora.
10 *Cùm exurgeret in iudicium,* Etiam hîc iudicium vocat
illam ſtragem hoſtium à Deo editam. Sic exurrexit de B
cœlo per Angelum in clade Sennacherib. *Sela.*
11 *Quoniam cogitatio hominis.* Metony. cogitans. Quo-
niam homo vel iratus iſta cogitans, & contemplans
laudabit te, & extrema cogitationis eius eò ferentur,
id eſt, deſinet ipſorum cogitatio, vt diem feſtum agant
tibi, te celebrent, & ſolemniter colant, ad te conuer-
tantur: homo cogitatione ſua cõfuſus prędicabit te, &c.
*Confitebitur,* laudem dabit. Pro *cogitatione* Hebraïcè eſt
*furor.* Et mox, reliquiæ furoris. Itaque Græcè ἐνθύμιον,
poſſis accipere loco θυμοῦ, iræ, furoris: pro, *feſtum agent*
*tibi,* ſuccinges. Quod iis congruenter interpretatur R. C
a *In lib. Rad.* Kimhi [a]: *Quoniam furor hominis, clade Gog & Magog* (id
eſt, Antichriſti) *conſpecta, laudabit te, furore depoſito, &*
*reliquias furorum, quæ non ceciderint, in memorabili iſto præ-*
*lio, ſuccinges,* id eſt, *frænabis atque conuertes.* Adde legere
potuiſſe תחגר *Tahgor* per Caph. & de dup.
12 *Vouete & reddite,* ob victoriam hanc adeptam. *Qui*
*in circuitu eius,* Dei, *affertis munera.* Periphraſis piorum,
qui vicini & propinqui erant Iudææ, in qua Deus co-
lebatur, q.d. Omnes fideles vicini & propinqui, omnes
qui eſtis per circuitum terræ Iſraël, vouete. Per Meto- D
nymiam. *Eius* Dei ſcilicet dixit, pro *templi, vel regionis*
b *2. Aeneid.* Dei, vt Maro b: *Tùm proximus ardet Vcalegon,* id eſt, Vca-
legontis domus, poſſeſſor pro poſſeſſo. Ad verb. *Omnes*
*circuitus eius afferant munus timoris,* id eſt, terribili (Deo.)
Chald. *Omnes, qui habitant in circuitu Sanctuarij, offerant*
*ſacrificia ædi Sanctuarij in timore.* Græcè, οἴσουσι afferent,
vt & Auguſt. Noſter interpres verterat fortaſſe per Ecli-
pſim verbi ſubſtant. *Eſtis.* Afferte omnes, qui in circuitu
eius (eſtis) afferte munera terribili, &c. Nam incumbit
hic verſus in ſequentem.

13 Ter



A 13 *Terribili & ei qui aufert.* Heb. *qui vindemiat.* Metaph.
qui tamquam præſcindit racemos. *Spiritum,* animam,
vitam Principum & potentum. Vel iuxta R. Dauid, fa-
ſtum, arrogantiam, animoſitatem: vt Latinè, *gerit ma-*
*gnos ſpiritus.* Hanc ſimilitudinem vſurpauit Ioann. in
Apoc. [a] *Mitte falcem tuam acutam in terra, & vindemia* a *Apoc. 14.*
*botros vineæ terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius,* id eſt, ex- *ver. 18.*
cinde, aufer de vita, vt de vite botros.

---

## ARGVMEMTVM.

B *Queritur ſe multis malis premi. Deum nihilominus*
*celebrat, & mulcet à miris operibus.*

1. In finem pro Iduthun, Pſal. Aſaph. LXXVI.
Heb. 77.

VOce mea ad Dóminum clamâui:
voce mea ad Deũ, & intẽndit mihi.
3 In die tribulatiônis meæ Deum
exquiſîui, mánibus meis nocte
C contra eum: & non ſum decêptus.
4 Rênuit conſolâri ánima mea, memor fui
Dei, & delectâtus ſum: & exercitâtus ſum, &
defêcit ſpíritus meus.
5 Anticipauêrunt vigílias óculi mei: turbâ-
tus ſum, & non ſum locûtus.
6 Cogitâui dies antîquos: & annos ætêrnos
in mente hábui.
D 7 Et meditâtus ſum nocte cum corde meo:
& exercitâbar, & ſcopêbam ſpíritum meum.
8 Numquid in ætêrnum proíiciet Deus: aut
non appônet, vt complacítior ſit adhuc?
9 Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcîn-
det: à generatiône in generationem?
10 Aut obliuiſcêtur miſerêri Deus: aut con-
tinêbit in ira ſua miſericórdias ſuas?

FF 2

11 Et dixit, nunc cœpi : hæc mutátio déxte- A
ræ excêlſi.
12 Memor fui óperum Domini : quia memor
ero ab inítio mirabílium tuôrum.
13 Et meditâbor in ómnibus opéribus tuis:
& in adinuentiónibus tuis exercêbor.
14 Deus in ſancto via tua, quis Deus magnus
ſicut De⁹ noſter? tu es De⁹ qui facis mirabília.
15 Notam fecîſti in pópulis virtûtem tuam:
redemîſti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios B
Iacob & Ioſeph.
16 Vidêrunt te aquæ Deus, vidêrũt te aquæ,
& timuêrunt : & turbâtæ ſunt abyſſi.
17 Multitûdo ſónitus aquârum : vocem de-
dêrunt nubes.
18 Etenim ſagîttæ tuæ tránſeunt : vox toní-
trui tui in rota.
19 Illuxêrunt coruſcatiônes tuæ orbi terræ: C
commôta eſt, & contrémuit terra.
20 In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis
multis : & veſtígia tua non cognoſcêntur.
21 Deduxîſti ſicut oues pópulum tuum : in
manu Moyſi & Aaron.

---

2 *Intendit mihi*, mihi auſcultauit, me exaudiuit, mihi aurem inclinauit. D

3 *Deum exquiſiui manibus meis.* Ordo inuerſus. Nocte manibus meis ex aduerſo ipſius (ſum) per totã noctem manus ſupplices ad eum tendo : non ceſſo per noctem eum deprecari. Heb. *Manus mea nocte extenta vel effuſa fuit.* Quod idem eſt, etſi potuerint legere נגרה *Negda*, per ר, ex aduerſo, contra, id eſt, corã, non per ר נגרה *Niggbera*. Aliqui etiam vertunt, ſed alieniùs : *Manus mea* (id eſt, plaga, vel vulnus) *nocte defluxit* (id eſt, ſaniem emiſit) *nec remiſit ſe. Et nõ ſum deceptus.* Idem quòd ſuprà, & intendit mihi. Heb. *Et non remittitur* (manus



A mea.) Sine intermiſſione manus mea ad eum tenditur, donec exaudiat, neque meam ſpem fallat & fruſtretur. Alludit ad Moſis hiſtoriã[a], in pugna cõtra Amalechitas. a *Exod. 17. v. 10.*

4 *Delectatus ſum.* Heb. *ſonui*, vociferatus ſum. Verbum המה *bamah* in lætam partem vſurparunt, vt infrà b. b *Pſ. 82. v. 3.* Ecce inimici tui ſonuerunt (præ lætitia & gaudio.) Et c *Eſa. 24. v. 8.* apud Eſaiam [c] : *Sonitus nablorum tuorum.* Et Amos [d]: d *Amos 5. v. 23.* *Sonitus canticorum tuorum.* Alij in triſtem : fremui, conturbatus ſum. *Et exercitatus ſum*, ἠδολέσχησα. Iã docuimus hoc verbo vti Septua. pro meditari, exerceri in prece, & B ſimilibus cõtemplationis operibus. Hinc Heb. *Et precatus vel meditatus ſum. Defecit*, inuoluit ſe prop. ὠλιγοψύχησε, puſillus & anxius fuit animus meus, ſeſe cruciauit.

5 *Anticipauerunt vigilias oculi mei* præ inſomnio, præ ſomni fuga, q. d. non ceperunt ſomnum. Hinc Hebr. *Tenuiſti cuſtodias* (id eſt, palpebras) *oculorum meorum*, ne ſcilicet dormire poſſem, q.d. Non me ſinis ſomnum capere, non mihi das quietem in tanta calamitatum mole, inſomnem noctem traducere me cogis. *Turbatus ſum*, contritus ſum prop. *Et non ſum loquutus*, adeò vt C non ſim loquutus, adeò vt loqui non potuerim, præ malis & doloribus. *Et*, pro *Vt*, more linguæ. Exaggerat ſtatum rerum ſuarũm Poëticè.

6 *Cogitaui dies antiquos, annos æternos.* Per dies antiquos (antiqui & præteriti ſæculi) præterita tempora intelligunt, & Metonymicè ea, quæ olim Deus beneficia maioribus præſtitit: præſertim ſub Moſe & Ioſue, ſub quibus miranda opera deſignauit, & beneficia inſignia populo contulit. Euthy. vt conferat præſentem ſuũ ſtatum cum ſuperiore. Per annos æternos, ſæcula æternitatis *Anni æterni* intelligunt, vt pij ſe conſolentur præteritorum Dei be- *qui ſunt.* D neficiorum & mirabilium recordatione, & æternorum, præſertim eorum, quibus in cœlo perfruemur, contemplatione. Animo agitaui priſca olim patribus præſtita beneficia, & dies illos, quibus illis, mihíque benè erat, quando liberè & tutò te colebam, fruens mea terra, & ſecurus à perſecutione. In mente etiam habui tempora illa ſæcularia, quibus ab æterno citra vllam viciſſitudinem fœlix extitiſti, extas, & extabis, ita vt etiam me illa beatitudine ſis participem in perpetuum effecturus. Quorum recordatione quantùm recreor, tantùm mœroris è præſenti rerum ſtatu haurio.

A 7 ***Et meditatus ſum nocte,*** Ad verb. *recordatus ſum canticorum meorum nocte cum corde meo.* Etſi aliqui *nocte* iungant cum ſequentibus. Nocte cum corde meo loquebar, ſiue exercebar. *Et exercitabar,* meditabar, apud me loquebar, vt ſupra [a] *Et ſcopebam,* purgabam, mundabam, euerrebam, ad harum rerum contemplationem quaſi ſcopis rotabam, verſabam, volutabam, raptabam ſpiritum meum, id eſt, torquebam. Nam quæ verruntur ſiue ſcopis purgantur, volutantur per terram, ac rotantur. Sic Latinè *verſare animum, animo volutare, agitare, &c.* q. d. Variis cogitationibus animum meum exerce-B bam, & quaſi ſcopis excutiebam. Fortaſſis etiam à *Scopo,* id eſt, inſtituto ſiue propoſito verbum deductũ eſt, *Scopebam,* id eſt, ad ſcopum dirigebam, id eſt, conſiderare faciebam ſpiritum meum: vt proprius accedat ad Heb. *Et ſcrutabatur,* id eſt, ſtudioſè quærebat, & cogitabat ſpiritus meus. Et Chald. *Inueſtigabat mirabilia ſcientia cordis mei.* Septuaginta parum differente Metaphora, ἔσκαλλον, *Sarriebam,* vt Hieronymus ad Suniam docet, (mendoſè ἔσκαλλε, *ſarriebat,* in vulgatis exemplaribus.) *Propriè autem* (inquit) σκαλλισμὸς (Sarritio Colu-C mellæ) *in agricultura dicitur in ſarriendo, id eſt, ſarculando: & quo modo ibi quæruntur herbæ, ſarculoq́; ſecantur: ſic & hîc retractatum cogitationum ſuarum Metaphoricῶs, à ſarculo demonſtrauit.* Nam σκάλλειν non ſemel ſarrire, ſed frequenter ſignificat. Aliqui tamen legunt ἔσκυλλον, vexabam. Heb. *Et ſcrutabatur ſpiritus meus* (*ſequentia.*) Vnde per Mimeſin Hebraicam ſub. לאמור *leemor,* In primis enim ſpiritum meum cruciat, vt cogitem, numquid me Deus proiecerit, ſiue repulerit.



8 *Num nid in æternum,* Hæc ſunt quæ ſcrutabatur & D conſiderabat animus meus, hæc ſunt quæ mens mea agitabat, verſabat, ſcopebat & ſarriebat, id eſt, apud ſe retractabat. *Complacitior.* Magis beneuolus. In emendatis exemplaribus, *Complacatior.* An deinceps non fauebit? Num aliquando placabitur, & bene volet?

9 *Aut in finem,* in perpetuum. *A generatione in,* in ſequentia omnia ſæcula. In vnum contraxerunt hæc duo membra: *An deſiit in perpetuum miſericordia eius,* (an) *completum eſt verbum* (propheticarum conſolationũ) *ab ætate in ætatẽ?* q. d. an retractauit promiſſionẽ, an reuocauit oracula, quæ ſacro fœdere obſignauit?

10 *Aut*



A 10 *Aut continebit in ira,* præ ira. An cohibebit præ ira ſuas erga me miſerationes & beneficia? *Sela.*

11 *Et dixi, nunc cœpi.* Animum recipit ſpe in Deum, eiúſque poteſtatem & dexteram conuerſa. *Nunc cœpi.* Apoſiopeſis propter πάθος: Nunc cœpi reſpirare, nunc cœpi ſperare, nunc cœpi miſericordia affici, Deíque conſolatione leuari, aut quid ſimile. Hæc (erit) mutatio dexteræ excelſi: ſic ſuam ille iram in miſericordiam commutabit, ſuam dexteram manum ad meam liberationem conuertet. Dabit Deus his finem: viciſſitudo dexteræ ſupremi Dei mihi ſperanda eſt. Vel, B Nunc cœpi (intelligere & ſentire, quód) hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. q. d. Manifeſtum eſt, vt nunc video, Dei hanc eſſe manum: hæc mutatio Deum habet auctorem. Iam intelligo mea mala proficiſci à Deo, vt in ipſo diſcam confidere, &c. hæc Dei manus eſt: vt in Exodo, [a] *digitus Dei eſt hîc,* id eſt, aperta potentia Dei, vis, iudicium, ne cauſam aliam inquiramus. Hebræa in plures ſententias accipiuntur: verùm hæc Septuag. interpretatio eſt ſimplicior, & magis ad verbum, omniúmque maximè Pſalmi argumento C & conſequentiæ conſentanea. Ad hanc proximè iſta D. Hieronymi & Chaldæi accedit. *Infirmitas mea eſt, hæc mutatio omnipotentis dexteræ excelſi,* id eſt, hæc rerum viciſſitudo, quæ à Deo mihi contigit, eſt mihi maxima crux, morbus, calamitas: hæc mea mutatio à ſtatu fœlici ad hunc infœlicem me acerbiſſimè vexat. Iuxta illud Boëtij in Conſol. *Infœliciſſimum infortunij genus fuiſſe fœlicem.*

a Exod. 8. verſ. 19.

12 *Memor fui operum Domini,* Memor fui eorum, quæ olim geſſit erga afflictos mei ſimiles. *Quia,* Quin & memor ero. Hæc enim particula, *Quia, Quoniam,* tran-D ſitionibus ſæpiuſculè inſeruit. *Ab initio.* Verborum tranſpoſitio. Memor ero mirabilium tuorum de initio, id eſt, antiquorum & priſcorum, מִן *min,* Præpoſ. inſeruit etiam genit. Se conſolatur recordatione operum & beneficiorum Dei.

13 *In adinuentionibus tuis exercebor,* de factis & geſtis tuis loquar. In illis commemorandis me exercebo, עלילת *halilá,* Sept. ſolent adinuentionem interpretari, id eſt, ſtudium, conſilium, opus præclarè inuentum.

14 *Deus in ſancto via tua.* Hæc ſunt, quæ loquetur de A
operibus Dei priſcis. Ad finem enim vſque Pſalmi ca-
net priſca Dei miracula ab exitu Aegyptiaco. *In ſancto,*
in ſanctitate. Vnde Chald. *Deus ſanctæ* (ſunt) *via tua* (tuę
actiones & opera,) Sanctum etiam tabernaculum, &
templum demonſtrare poſſit, & iuxta alios, cœlum. Tu
iter facis ſuper cœlum, illic tuæ ſunt actiones, præſen-
tia, manifeſtatio, virtus, gloria & maieſtas. Eadem
a *Verſ. 20.* phraſi infrà [a] via pro actione, operibus, præſentia.

15 *Notam feciſti in populis,* Aegypti, Chanaan, Arabiæ,
Philiſthinorum. *Virtutem,* fortitudinẽ. *Ioſeph.* Eius me- B
minit, quia recolebat liberationis Aegyptiacæ miracu-
la, cuius origo à Ioſepho repetitur. Adde filios Iacob
poſſe referre regnum Iuda, filios Ioſeph regnum
Ephraim ſiue Samariæ.

16 *Viderunt te aquæ,* in traiectu maris Rubri, cùm Mo-
ſes virga ſua eas mandato Dei percuſſit, vim ipſius Dei
ſenſerunt. Et eſt Proſopopœia. *Timuerunt* Heb. *tortæ
ſunt & cruciatæ.* Metaphora à torminibus parturien-
tium. *Turbatæ,* tremuerunt prop.

17 *Multitudo ſonitus aquarum* inundatio, ſonitus aqua-
rum (fuit ſuper Aegyptios.) Eclipſis verbi Subſtantiui. C
Vnde Heb. Inundarunt, vel effuderunt aquas nubes.
Aquæ è nubibus manantes, & pluuiæ cum magno ſono
inundarunt Ægyptios: & obruerunt. *Vocem,* tonitru &
fulgurationes dederunt æthera ad terrorem perſe-
quentium. שחקים *Schakim.* æætherea regio. Talia
b *Exod. 19. verſ. 18.* etiam acciderunt in legis promulgatione. [b]

18 *Etenim,* Iam notauimus hac particula vti noſtros,
pro etiam, item, vt reſpondeat Heb. אף *ap.* Sagittas
autem Dei vocat fulmina, fulgura, grandines, & ſimi-
lia, quæ contra iſtos tamquam ſagittas iaculabatur. *In*
c *Exod. 14. Verſ. 24.* *rota.* Synecdoche numeri, In rotis Ægyptiorum erat, in D
rotas illorũ tranſiit. [c] *Reſpiciens* (ait Moſes) *Dominus ſu-
per caſtra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, inter-
fecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, fereban-
turq; in profundum.* Alij rotam, cœlum figura rotundum
interpretantur, vel potius aëris ſphæram, & circulum.
Eſt enim aër formæ circularis. Atque hinc Rabbinorũ
Phyſici orbes cœleſtes vocant, גלגלים *Gagalim.*

19 *Illuxerunt coruſcationes tuæ.* Hîc etiam celebrari
putant miraculum regum Chanaan, in quos ſuos cœ-
leſtes



A leſtes ignes iaculatus eſt. [a]
a *Ioſue 10. v. 11.*

20 *In mari vita tua* (erat.) Tu per mare iter faciebas,
tu in eo operum tuorum ſpecimen euidentiſſimũ exhi-
bebas. [b] *Non cognoſcentur,* Fut. pro Imperf. Nec cogno-
b *Vide. ve. 14.*
ſcebantur veſtigia, quibus dux fueras populo tranſmit-
tenti mare. Neque tua, neque illius vlla extabant veſti-
gia, quæ Ægyptij ſequerentur. Vel in genere, Tu per
mare periculis plenũ iter facis, more cuiuſdã Neptuni
Poëtici ad ſeruandos periclitantes, vel perdendos ſecu-
ros, & in vtramque aurem dormiẽtes. Nec tamen quiſ-
quam cognoſcit, cognoſceréve poſſit, vnde venias, quo
B properes. Sic ex improuiſo ades ad vtrumque ſtatum,
dum de-repentè in mari ſeruas, vel perdis. [c]
c *Conſule Pſalm. 106. v. 24. 25. 26.*

21 *Deduxiſti ſicut oues,* quaſi eorum eſſes paſtor, inter
lupos & feras alias, inque deſertis. *In manu,* ductu mi-
niſterio.

---

## ARGVMENTVM.

*Canit ea, quæ acta narrabantur in veteri populo,*
C *monens ne maiorum ſuorum contumaciam æmu-
lentur, propter quam Deus tribum Ephraim
abiecit, Iudæ autem elegit, Dauide in regẽ euecto.*

1 Intellectus Aſaph. LXXVII. Heb. 78.

ATténdite pópule meus legẽ meam:
inclinâte aurem veſtram in verba
oris mei.
D 3 Apériam in parábolis os meum:
loquar propoſitiônes ab initio.
4 Quanta audiuimus & cognóuimus ea: &
patres noſtri narrauêrunt nobis.
5 Non ſunt occultâta à filiis eôrum: in ge-
neratiône áltera.
6 Narrântes laudes Dómini, & virtûtes eius:
& mirabília eius, quæ fecit.

7 Et ſuſcitâuit teſtimónium in Iacob: & le- A
gem póſuit in Iſrael.
8 Quanta mandâuit pátribus noſtris, nota
fácere ea fíliis ſuis: vt cognôſcat generátio
áltera.
9 Fílij, qui naſcêntur, & exûrgent, & narrâ-
bunt fíliis ſuis.
10 Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non o-
bliuiſcántur óperum Dei: & mandâta eius B
exquîrant.
11 Ne fiant ſicut patres eôrum: generatio
praua, & exáſperans.
12 Generátio, quæ non dirêxit cor ſuum: &
non eſt créditus cum Deo ſpíritus eius.
13 Fílij Ephrem intendêntes, & mittêntes
arcum: conuêrſi ſunt in die belli.
14 Non cuſtodiêrunt teſtamêntum Dei: & C
in lege eius noluêrunt ambulâre.
15 Et oblîti ſunt benefactôrum eius: & mi-
rabílium eius, quæ oſtêndit eis.
16 Coram pátribus eôrum fecit mirabília in
terra Ægypti: in campo Táneos.
17 Interrûpit mare, & perdûxit eos: & ſtá-
tuit aquas, quaſi in vtre.
18 Et dedûxit eos in nube diêi: & tota
nocte in illuminatiône ignis. D
19 Interrûpit petram in erêmo: & adaquâ-
uit eos velut in abîſſo multa.
20 Et edûxit aquam de petra: & dedûxit
tamquam flúmina aquas.
21 Et appoſuêrunt adhuc peccâre ei: in
iram excitauêrunt excêlſum in inaquôſo.
22 Et tentauêrunt Deum in córdibus ſuis:
vt péterent eſcas animâbus ſuis.





A 23 Et malè locûti ſunt de Deo: dixêrunt
numquid póterit Deus parâre menſam in de-
ſêrto?
24 Quóniam percûſſit petram, & fluxêrunt
aquæ: & torrêntes inundauêrunt.
25 Nunquid & panem póterit dare aut pa-
râre menſam pópulo ſuo?
26 Ideo audîuit Dóminus, & diſtulit: &
B ignis accênſus eſt in Iacob, & ira aſcêndit in
Iſrael.
27 Quia non credidêrunt in Deo: nec ſpe-
rauêrunt in ſalutâri eius.
28 Et mandâuit núbibus déſuper: & iánuas
cœli apéruit.
29 Et pluit illis manna ad manducândum:
& panem cœli dedit eis.
30 Panem angelôrum manducâuit homo:
C cibária miſit eis in abundántia.
31 Tránſtulit Auſtrum de cœlo: & indûxit
in virtute ſua Africum.
32 Et pluit ſuper eos ſicut púluerem carnes:
& ſicut arênam maris volatília pennâta.
33 Et cecidêrunt in médio caſtrôrum eôrũ,
circa tabernácula eôrum.
34 Et manducauêrunt, & ſaturâti ſunt nimis,
D & deſidérium eorum áttulit eis: nõ ſunt frau-
dâti à deſidério ſuo.
35 Adhuc eſcę eôrum erant in ore ipſôrum:
& ira Dei aſcêndit ſuper eos.
36 Et occîdit pingues eôrum: & elêctos
Iſrael impedîuit.
37 In ómnibus his peccauêrunt adhuc: &
non credidêrunt in mirabílibus eius.
38 Et defecêrunt in vanitâte dies eôrum: &

anni eôrum cum feſtinatiône. A
39 Cùm occíderet eos, quærêbant eum: &
reuertebântur, & dilúculo veniêbant ad
eum.
40 Et rememorâti ſunt, quia Deus adiûtor
eſt eôrum: & Deus excêlſus, redêmptor eô-
rum eſt.
41 Et dilexêrunt eum in ore ſuo: & lingua
ſua mentîti ſunt ei. B
42 Cor autem eôrum non erat rectum cum
eo: nec fidêles hábiti ſunt in teſtamênto
eius.
43 Ipſe autem eſt miſéricors, & propítius
fiet peccâtis eôrum:& non diſpêrdet eos.
44 Et abundâuit,vt auérteret iram ſuam: &
non accêndit omnem iram ſuam.
45 Et recordâtus eſt,quia caro ſunt, ſpíritus C
vadens & non rédiens.
46 Quóties exacerbauêrunt eum in deſêr-
to?in iram concitauêrunt eum in inaquôſo?
47 Et conuêrſi ſunt, & tentauêrunt Deum:
& ſanctum Iſrael exacerbauêrunt.
48 Non ſunt recordâti manus eius:die, qua
redêmit eos de manu tribulântis.
49 Sicut póſuit in Aegypto ſigna ſua:& pro- D
dígia ſua in campo Táneos.
50 Et conuêrtit in ſánguinem flúmina eô-
rum:& imbres eôrum,ne bíberent.
51 Miſit in eos cynomyam, & comêdit eos:
& ranam,& diſperdidit eos.
52 Et dedit ærúgini fructus eôrum:& labô-
res eôrum locûſtæ.
53 Et occîdit in grándine víneas eôrum: &
moros eôrum in pruîna.





A 54 Et trádidit grándini iumênta eôrum: &
poſſeſſiônem eôrum igni.
55 Miſit in eos iram indignatiônis ſuæ,indi-
gnatiônem,& iram,& tribulatiônem: immiſ-
ſiônes per ángelos malos.
56 Viam fecit ſémitę irę ſuæ,& nõ pepêrcit
à morte animâbus eôrum: & iumênta eôrum
in morte conclûſit.
57 Et percûſſit omne primogénitum in ter-
B ra Aegypti:primítias omnis labôris eôrum, in
tabernáculis Cham.
58 Et ábſtulit ſicut oues pópulum ſuum: &
perdûxit eos,tamquam gregem in deſêrto.
59 Et edûxit eos in ſpe,& non timuêrunt:&
inimîcos eôrum opéruit mare.
60 Et indûxit eos in montem ſanctificatiô-
nis ſuæ: montem, quem aquisîuit déxtera
eius.
C 61 Et eiêcit à fácie eôrum Gentes: ſorte di-
uîſit eis terram,in funículo diſtributiônis.
62 Et habitâre fecit in tabernáculis eôrum:
tribus Iſrael.
63 Et tentauêrunt, & exacerbauêrunt Deũ
excêlſum: & teſtimónia eius non cuſtodiê-
runt.
64 Et auertêrunt ſe,& non ſeruauêrunt pa-
D ctum,quemádmodum patres eôrum:conuêr-
ſi ſunt in arcum prauum.
65 In iram concitauêrunt eum in cóllibus
ſuis: & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiônem
eum prouocauêrunt.
66 Audîuit Deus, & ſpreuit: & ad níhilum
redêgit valdè Iſrael.
67 Et répulit tabernáculum Silo: taberná-

culum ſuum, vbi habitâuit in homínibus. A

68 Et trádidit in captiuitâtem virtûtem eô-rum : & pulchritúdinem eôrum in manus inimîci.

69 Et conclûſit in gládio pópulum ſuum: & hæreditâtem ſuam ſpreuit.

70 Iúuenes eôrum comêdit ignis: & vírgines eôrum non ſunt lamentâtæ.

71 Sacerdôtes eôrum in gládio cecidêrunt, B & víduæ eôrum non plorabântur.

72 Et excitâtus eſt tamquam dórmiens, Dóminus: tamquam potens crapulâtus à vino.

73 Et percûſſit inimîcos ſuos in poſterióra: opprobrium ſempitérnum dedit illis.

74 Et répulit tabernáculum Ioſeph : & tribum Ephrâim non elêgit.

75 Sed elêgit tribum Iuda : montem Sion, C quem dilêxit.

76 Et ædificâuit , ſicut vnicórnium , ſanctificium ſuum in terra , quam fundâuit in ſæcula.

77 Et elêgit Dauid ſeruum ſuum, & ſúſtulit eum de grégibus óuium: de poſt fœtântes accêpit eum.

78 Paſcere Iacob ſeruum ſuum : & Iſrael D hæreditâtem ſuam.

79 Et pauit eos in innocéntia cordis ſui : & in intellectibus mánuum ſuârum dedûxit eos.

---

2 *Attendite popule meus.* Primi ſex verſus ſunt loco procemij , quibus excitat ad audiendum qualibus & quantis beneficiis Deus Hebræos affecerit, vt quàm illi fuerint ingrati concludat. *Popule meus*, O populares mei.



A mei. Nam Aſaph loquitur ad captandam attentionem, non Deus: aut Dauid. A Matthæo [a] interim verſus tertius tribuitur Chriſto, ſed per illam regulam, cuius meminêre veteres ſeorſum Tertull. [b] *Omnes penè Pſalmi* (ait) *Chriſti perſonam ſuſtinent*, atque ob hanc cauſam Aſaph typum Chriſti gerens, nonnulla dicit, quæ Chriſto magis congruunt, quàm ſibi : Hoc enim ferebat illorum temporum ratio, vt myſteria Domini vmbris eiuſmodi, & imaginibus velarentur, in quas poſſent introſpicere ij, quorum mens à Deo eſſet illuminata. Cæ-
B teri præter ipſas vmbras nihil penitus cernerent. *Legem meam*, doctrinam meam. Vnde & lex Hebra. dicitur תורה *Torá* à docendo: non, vt apud nos, à legendo, vel ligando. Alij ad data præcepta reſtringunt, ſed minus aptè. Nam mox ſe explicat. Quin non tam præcepta in lege tradita canet, quàm Dei opera, ne excidant è cordibus.

a *Matth. 13. ver. 35.*

b *Cōtra Praxeam.*

3 *Aperiam in parabolis*, ſtylo parabolico, tropico & figurato, non ſimplici & vulgari, ſed artificioſo & eleganti. Loquar parabolas, inſignes, memorabiles, figuratáſque ſententias, & propheticas. Quia vates parabolis
C vtuntur crebris, fit, vt parabola ſumatur pro ſermone prophetico, vt in Numerorum libro, [c] Hoc completũ in Chriſto docet D. Matthæus, [d] vt qui locutus ſit in parabolis ad turbas, & ſine parabolis nihil, figurarum velaminibus myſteria velans, ſicque velata proponens, vt credentes ferè vtrumque intelligerent, increduli nõ poſſent intelligere. Adde res geſtas, quas hîc Pſalmus canit, eſſe de earum numero, de quibus Apoſtolus ait [e] *Hæc omnia in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum.* Et paulo poſt. [f] *Omnia in figura con-*
D *tingebant illis. Scripta autem ſunt ad correctionem noſtram, ad quos fines ſæculorum deuenerunt.* Hinc mare rubrum, Manna, Petra, Sinai, quadraginta duæ manſiones, deſertũ duodecim fontes, ſeptuaginta Palmæ &c. myſtica omnia & parabolica. *Propoſitiones* προβλήματα, quæſtiones difficiles, obſcuræ, & diſputabiles propter obſcuram difficultatem apud Philoſophos. At Heb. חידות *Hhidoth*, ænigmata, ſententiæ inuolucris quibuſdam tegẽtes res arcanas & myſteriis plenas ſub ſimplici alioqui, ac plano literæ hiſtoriæve cortice. Quod propriũ eſt Scripturæ, cui pręter hiſtoriã & hiſtoricum ſenſum, ſubeſt

*Parabola ſermonẽ propheticũ deſignat.*

c *Nu. 23. ver. 24.*

d *Mat. 13. ve. 35.*

e *1. Cor. 10. ver. 6.*

f *Verſ. 10.*

ſubeſt allegoria, myſterium, anagoge, mirabilis ſententiarũ multiplicitas. Hinc tot modis inſcribit ſuum Pſalmum ob eas rationes,& alias explicatas ſuprà.[a] Ac quamuis nihil in eo videatur difficultatis, ſed nuda rerum iam inde à maioribus geſtarum, & quaſi per manus poſteritati relictarum hiſtoria, abſque vllo verborum ſenſus abſtruſioris inuolucro: Ænigmata tamen appellat,ſiue κεκρυμμένα, *abſcondita*, vt habet Matthęus: vt ſignificet aliquem eſſe hîc ſenſum occultiorem & abſtruſiorem eo, qui prima fronte videtur, ænigmata reu..a,& myſteria abſcondita,quæ oportuerit Apoſtolum reſerare. b Nam ſi pars hiſtoriæ itineris ex Ægypto ſpiritualiter accipitur, & cætera quæ ab eo prætermiſſa ſunt eiuſdem eſſe intelligentiæ conuincuntur. Hieron.[c] Sícque docetur nihil eſſe tam nudum & ſimplex in Scripturis, cuius non ſit profundiſſima ſententia ac intellectus, quod etiam oſtendit Auguſtinus d. item Gregorius [e]. Exempli cauſa, hîc non ſolùm verba, ſed etiam circumſtantiæ rerum, quæ ſimpliciter poſitæ videntur,ſpiritualibus ſunt plenę myſteriis,prouidentię Dei erga veterem Eccleſiam & populum,prædeſtinationis & electionis, qua ſolam tribum Iuda elegit, tabernaculi prioris locum repulit, Silo reiecit, Hieruſalem pro templi ſede aſſumpſit, Dauidem è paſcuis in Regem euexit, Saule repudiato, potentibus & nobilibus populi præteritis. In quibus & aliis huiuſmodi latet reconditiſſima & ſecretiſſima ſapientia. Accedit veteris hiſtoriæ geſta, non modò propter rei literam cani: verùm etiam ad erudiendum, commonendum, inſtruendum, vt in eis tamquam in picta tabula vel ſpecula admirandam Dei ſapientiam ſpeculemur iuxta illud Pauli[f] *Quæcunque ſcripta ſunt, propter noſtrã doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* Et alibi [g] *Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.* Vnde vel ſyllaba & apiculus vnus in ea reconditum habet theſaurum. h Eſt enim *liber inuolutus*, i *ſignatus*, k *ſpiritus & litera*, l *ſcriptus intus & foris*, m Intus per myſteria & ſpiritualia, foris per ſenſum literæ & hiſtoriam: intus inuiſibilia & cæleſtia, foris viſibilia & terrena enuncians. *Ab initio.* Hebraicè מִנֵּי קֶדֶם *Mini keden, de initio*: de rebus

a *Pſ.48.v.5.*
b *1.Cor.10.v.12.13.&c. Heb.11.v.23.24.&c.*
c *Ad fabulã, de 42.manſ.*
d *Epiſto.3.ad Voluſian.li.2.ſup.Gen.c.19.& lib.de vera relig.*
e *In prologo Moral.& ho.7.in Ezec.& in homiliis.*
*Scripturarũ præſtantia & dignitas.*
f *Rom.15.v.4*
g *2.Ti.3.v.16*
h *Chryſ.13.c.Gen.Baſil.li.de Spiritu ſáct.ad Amp.& hom.6.& 10.in Hexae.*
i *Eze.2.v.9.*
k *Eſa.29.v.11*
l *2.Cor.3.v.6*
m *Apo.5.ver.1*



rebus ab initio gentis noſtræ factis. At Matthæus reddidit [a]: *A conſtitutione mundi occulta.* In quo confirmat noſtrorum Septuag. vertendi rationem ad ſenſum, non perpetuò ad verba.

4 *Quanta audiuimus, & cognouimus ea.* Conſtruitur cum præcedenti, mutata perſona. Loquar quanta audiuimus, ſiue ſcripta, ſiue per manus à patribus accepta. Nam prooemium nondum eſt abſolutum. Vnde Hebraïcè אשר *asher*, quæ, quæ quidem. *Quanta* ergo non interrogat, ſed ſumitur pro quæ, qualia, quæcũque, quantumcumque, vt & infrà [b]. Attingit autem duplicem modum ſciendi: vnum per traditionem, alterum per ſcripta.

5 (Et quæ) *non ſunt occultata*, à poſteris eorum, loquar. Ad verbum, *Non occultabimus à filiis eorum.*

6 *Narrantes laudes Domini.* Refertur ad verſ.4. Quanta audiuimus. Ibi enim cœperat per Enallagen mutare numerum. Aliqui ad finem eiuſdẽ verſus. Patres noſtri narrauerunt nobis, narrantes, id eſt, narrando & prædicando laudes Domini. Sed Hebraïcè coniũgitur cum verbo primæ perſonæ. *Virtutes*, fortitudines.

7 *Et ſuſcitauit teſtimoniũ.* Hîc incipit narratio. Quare, Hebræum (&) Latinè redundat, & dumtaxat conuertit futurum in præteritũ. Auſpicatur autem à legiſlationis beneficio. Legem vocat teſtimonium, quòd per eam Deus ſit teſtatus de ſua voluntate, & quid à nobis fieri velit: Vel quòd eam cum conteſtatione dederit. *Suſcitauit*, ſtatuit, ſtabiliuit, ſurgere fecit, ad verb.

8 *Quanta mandauit patribus*, quæ (nam Hebraïcè eſt אשר *asher*) videlicet (teſtimonium & legem) declaranda poſteris præcepit[c], vt hoc ſit parentum officium. *Nota facere*, vt nota facerent. *Altera*, ſequens. Hebraïcè: *poſtrema, nouiſſima.* Itaque aliqui exponunt, non de ſecutura ætate, ſed de Chriſtiana, quæ eſt ætas vltima d, quoniam quotidie aduentũ Domini præſtolatur, neque habitura eſt alteram, quę ipſi ſuccedat, vt olim Iudaïca.

9 *Filij qui naſcentur.* Aſyntheton. (Et, filij, &c. *Et narrabunt*, vt enarrent.

10 *Vt ponant in Deo ſpem ſuam.* Summa legis diuinæ & ſcopus, vt Deum cognoſcamus, cognitum vereamur, timeamus, colamus: culto confidamus & pareamus [e]. *Exquirant*, cuſtodiant prop.

a *Matth.13.ver.35.*
b *verſ.8.*
*Duplex ſciẽdi modus per traditionem & ſcripta.*
*Primum beneficium legis diuinæ datio.*
c *Deut.4.v.9.& 6.*
d *1.Ioan.2.v.18.& 1.Cor.10.v.11.& 2.Tim.3.v.1.*
*Summa legis quæ.*
e *Deut.31.v.12.& 1.Tim.5.v.16.*

11 *Exaſperans,* Deum ſcilicet. Heb. *recedens,* rebellis. A

12 *Generatio, quæ non direxit*, ad rectitudinem & iuſtitiam non parauit, neque diſpoſuit. Hinc Heb. *non parauit, aptauit. Et non eſt creditus,* firmatus. Et cuius ſpiritus non eſt creditus, id eſt, non fuit firmus, fidus, fixus in Deo. Non permanſit, neque perſeuerauit cum Deo, non credidit, & firmiter ei adhæſit. Qualibet occaſione ad murmurationes, & contumelias ſe vertebat, parum memor ſuperiorum Dei operum. Sic loquuntur, quia fides ſiue credulitas religionis debet eſſe firma, & conſtans.

*Secunda filiorum Ephraim percuſſio.*

*a Exod. 15.*

*b 1. Paral. 7. v. 21.*

13 *Filij Ephrem intendentes.* Secunda propoſitio, ſiue ſententia de filiis Ephraim ante exitum de Aegypto, vt ſit hiſtoria Cabbalica, de qua R. Selomo [a] ad illud, *contremuerunt habitatores Philiſtiim. Tremunt*, inquit, *Philiſtæi, propterea quòd occiderunt filios Ephraim, qui anteuertentes tempus ingrediendi promiſſam terram, magna vi in ipſorum regionem ex Aegypto exierant, ſicuti attingitur in lib. Paralip*[b]. *Occiderũt autem illos Getthæi.* Alij malunt commemorari peccatum iſtorum, & calamitates, in quas inciderunt in deſerto poſt exitum, propter neglectam Dei voluntatem & oraculum, de quo agitur in lib. Paralipomenon [c], vel certè in libris Iudicum vel Numerorum [d], quando inobedientes voci Domini cæſi ſunt ab Amalechitis & Chananæis. Alienùs de clade à Philiſtæis accepta, in qua Dei arcam amiſerunt. Nam iſtud infrà canetur [e], item vt per filios Ephraim intelligãtur decem tribus, quæ cùm debuiſſent iurare nouo regi, receſſerint [f]. Vel Synecdochicῶs totus populus Iſrael, eò quòd in tribu Ephraim primùm omnium locus fuit diuino cultui conſecratus in Silo, [g] regnum in Galgala eiuſdem tribus oppido [h], & poſt diuiſionem Regni in Sichem, Therſa, Samaria [i]. Aut vt reſpiciat ad Arcam captam in Ephraim, cuius tabernaculũ poſtea repuliſſe Deum canat ad Pſalmi extremum. Nam milites erant ex omnibus tribus, tametſi ex Ephraim præcipuè, vt qui eſſent Arcæ ſtudioſiores, quòd eam haberent in ſua tribu, & nollent in aliam transferri. Quin & ſumma imperij ante Reges fuit penes illam tribum. *Ephrem* autem ſcribitur pro Hebræo אפרים Ephraim, vt & apud Ioannẽ [k]: *Ciuitas quæ dicitur Ephrem*, ἐφρὴμ. & apud Nonniũ Ioannis poëticum interpretẽ ἐφρεμ per ε loco η (mendoſè forſan) quoniam veteres olim ſcribebant η pro

*c Ibidem.*

*d Iudic. 12. v. 4. 5. Num. 14. v. 45.*

*e Verſ. 67. & ſeq.*

*f 3. Reg. 12. v. 16.*

*g Ioſ. 18 v. 1.*

*h 1. Reg. 11. v. 15.*

*i 3. Reg. 12. v. 25. & 15. v. 33. & 16. v. 29.*

*k Ioan. 11. v. 4.*



A pro αι. Hinc enim celebratur Ieruſalem, etiam Chaldæis, Græcis, Latinis pro Ieruſalaim duali numero, & apud Epiphanium ἰωζώνω pro ἰωζωνάιυ. *Intendentes & mittentes*, periti rei militaris, & artis iaculandi, *Conuerſi ſunt*, in fugam verſi ſunt, fugerunt. Ad verb. *Armati, iaculantes arcu verterunt* (terga) *in die belli.*

14 *Non cuſtodierunt teſtamentum*, fœdus Dei cum ſuis patribus [a], & ſecum [b].

15 *Et mirabilium eius quæ oſtendit*, tam in terra Chanaan ante deſcenſum in Ægyptum, quàm in Ægypto.

*a Geneſ. 17. v. 19. 1. &c.*

*b Exod. 24. v. 10. 11. 12. &c.*

*3. Deſcẽſus in Ægyptum.*

*c Lib. 17.*

B 16 *Coram patribus eorum fecit.* Tertius locus de exitu Iſraëlitarum ex Ægypto. *Taneos.* Tanis, vrbs Ægypti ad Nili oſtium, quod proinde Taniticum appellatur, apud Ptolom. & Strabonem [c], quòd aliàs Soïticũ apud Stephanum de Vrbibus. A צוען *Tſoban*, videlicet. Sic enim Hebraïcè & Ægyptiacè appellabatur (corruptè deinde Tan, & Tanis) hîc, & alibi [d]. Regia vrbs etiam tempore Eſaiæ [e], vbi Moſes prodigia ediderat, 180. ſtadiis à Memphi, ex Ioſepho. Campum autem appellat regionem eius, ſiue ob planitiem, ſiue fœcunditatem, C & amœnitatem, è Nili præſertim irrigatione.

*d Num. 13. v. 19.*

*e Eſa. 19. v. 1[illegible]*

17 *Interrupit mare, & perduxit eos.* Quartũ beneficium de diuiſo ſinu Arabico. *Quaſi in vtre*, vel quaſi in cumulo. Vtri veluti incluſit, ne in eos fluerent. Aquas maris Rubri, quaſi in aceruum, vel murum congeſſit [f], vt tranſitum fugientibus præberet. נד *Ned* hîc pro נאד *Nod, vtre* accepêre.

*4. Maris diuiſio.*

*f Exod. 14. v. 22.*

18 *Et deduxit eos in nube diei.* Quintum beneficium nubes contra ſolis æſtum, ignis noctu viam oſtendens. *In nube*, per nubem, præeunte nube interdiu, & tota D nocte per lumen ignis [g] quadraginta annorum ſpacio, quouſque traiicerent Iordanem.

*5. Deductio.*

*g Exod. 13. v. 21. 22. & 14. v. 17. 18. 19.*

19 *Interrupit petram in eremo*, rupem Horeb. Hebraïcè צורים *tſurim* petras, ſiue cautes. Bis enim aquam è rupe elicuit, duobus menſibus ab exitu nondum expletis in Raphidim [h], deinde poſt annos quadraginta in Cades [i], quamquam differẽter. Nam è prima percuſſione exundauit fluuius manans quatuor milliaria, tantùm enim diſtat Horeb è Raphidim, vbi conſiſtebant Iſraëlitarum caſtra. E ſecunda puteus aquarum viuentium: fortaſſe autem *Petram* Singulari numero extulerunt, quoniam iuxta traditiones Hebraïcas vnica fuit

*6. Aquæ eductio.*

*h Exo. 17. v. 6.*

*i Num. 20. v. 8.*

Petra, diuerſis regionibus & temporibus percuſſa R. A
a *Exod.17.* Moſe Nahamides[a], vbi addit maiorum eſſe ſentẽtiam
quoque, vt hîc fons ex Horeb non modo inſtar fluuij
aquas fuderit totis quadraginta annis, quibus extite-
runt in deſerto, ſed & illos comitatus ſit per deſerta
quocumque tandem dimigrarent. Cui congruit Apo-
b *1.Cor.10.v.4.* ſtolus, dicens b: *Bibebant omnes eumdem potum, de ſpiri-
tuali eos conſequente petra,* quaſi petra ſiue rupes illa pro
varietate migrationum moueretur, & conſequeretur,
quemadmodum de columnis nubis & ignis conſtat:
niſi malis conſecutam Petram, id eſt, Petræ fluxum,
per deriuationem videlicet & deductionem aquæ à B
populo ad loca caſtrorum procuratam, ſiue per ipſius
*Aqua in deſerto defecit, & cur.* Dei tranſmiſſionem & directionem. Nec obſtat, quod
in deſerto excitatum ſit alterum murmur ob aquæ pe-
nuriam, vt ſecundò educeretur aqua, ex altera rupe
poſt annos triginta octo. Nam de hac ipſa rupe, nempè
de priore hac Rabbini veteres & recentiores intelli-
gunt, cuius aquam tradunt defeciſſe propter Mariæ
mortem, donec ſecundò educeretur ex eadem ad ſe-
c *Vide Num.20.v.16.& Seder olam, c.9.* cundum de aqua murmur [c]. Hinc R. Iſaac [d]: *Hæc Petra
Horeb eſt illa Cades* [e]*. Nempè puteus Mariæ, qui illos eſt comi-
tatus quadraginta annis: ſic dictus, quoniam tot annos cum* C
d *Exod.17.* *illis fuit Mariæ merito.* Hoc autẽ ſextum eſt beneficium.
e *Num.20.* *Adaquauit*, potauit, potũ largiter dedit, ſumpta ſimili-
tudine à gregibus pecorum, quæ propriè adaquantur.
Adde quòd non tantùm ipſis, ſed & ipſorum iumentis
aqua illa ſufficiebat, ídque per tot annos.

20 *Et eduxit aquam*, riuos prop. fluenta, ad copiam
& perennitatem indicandam. Sic in hac eductione
prodigia, & ſigna illis fecit: primò, in terra Aegypti:
ſecundò, in Rubro mari: tertiò, in deſerto per annos
f *Act.7.v.36.* quadraginta [f], donec peruenirent ad terram promiſ- D
ſionis, vbi nec eos vmquam miraculis, & præſen-
tia ſua deſtituit. *Flumina*, per modum fluminis. Idem
autem enunciat per Epexegeſin ad miraculi magnitu-
dinem oſtendendam, quæ in duobus ſita fuit: primùm
in aquæ affluentia, deinde perennitate. In affluentia
quidem, quia ex Horeb, vbi rupes percuſſa eſt, vſque
ad Raphidim, vbi tum erant caſtra, per duas leucas,
aquæ exundarunt in modum fluminis, ſecus quàm in
Cades, in qua manſione veluti foſſus eſt puteus, ſiue
fons



A fons fundens aquas quidem viuas, ſed non vt fluuius,
longè laréque diffuſas. In diuturnitate autem, quo-
niam hîc ex Horeb manans fluuius fuit פלא קיים
*pele caijam*, miracalum permanens, per annos ſcilicet
quadraginta. Ideò enim, non niſi poſt mortem Mariæ
ſecundum & vltimum de aqua murmur excitatum eſt.
Vbi nota quatuor fuiſſe in deſerto miracula perma-
nentia & perennia, per annos quadraginta, Columna
nubis [a], Columna ignis [b], Manna [c], & Petra, ſiue Petræ a *Exod. 13.v. 21.22.*
Horeb fluxus d, & Hebræi omnes, ſeorſum R. Moſe,
& R. Iſaac [e], vt aquas illas proinde Abben Ezra appel- b *Ibidem.*
B let [f], נאמנים *Neemanim*, fideles, ſtabiles. c *Exod. 16.v. 45.*

21 *Peccare ei*, contra eum. *In iram concitauerunt excel-
ſum*, Deum ſupremum, & in cœlis habitantem. *In ina-* d *1.Cor.10.v.4.*
*quoſo*, in deſerto aquis carente ob ſiccitates, in loco
arido Arabiæ. e *Exod.17.*

22 *Et tentauerunt*, & explorarunt, an ſic poſſet face- f *Exod.18.*
re, in loco, qui proinde ſepulchra concupiſcentiæ di-
ctus eſt [g]. *Animabus ſuis*, ſibi, vel cupiditatibus ſuis. g *Num. 11.v. 16.&c. Exod. 16.v.12.*

23 *Et malè locuti ſunt de Deo.* Nam dubitare de eius
omnipotentia, eſt de Deo malè loqui: ſiue, vt He-
C braïca ſonant, loqui in Deum: & Græca καταλαλεῖν τοῦ
Θεοῦ [h]. *De Deo*, contra Deum. h *Exod.17.v.7.*

24 *Quoniam percuſſit petram.* Continuatur mimeſis,
& cadit in ſequentem verſum. Si (ita Hebraïcè, id eſt,
quoniam, per conceſſionem) percuſſit rupem, & fluxe-
runt aquæ torrentibus exundantibus [i], an etiam (pro- i *Exo.17.v.6.*
pterea) poterit panem ſuppeditare, & carnis copiam
ſuis facere [k], q. d. Non ſequitur, vt ſi vnum potuerit, k *Num.11.v.5.& 6.v.7.*
& iam fecerit, alterum poſſit. Nam eſt facilius educere
aquas è rupe, vt quæ iam intra ſuas concauitates,
D aquæ venas præſentes habeat, quàm tantæ multitudini
proferre panes, & carnes. Hîc ingenium impiorum
exprimitur, qui ſic ſolent minuere Dei miracula, &
ſomniare eorum λόγους σπερματικούς, ſeminarias rationes
eſſe in natura, &c. tribuere fato, caſui, naturæ, quod
vni Dei potentiæ eſt aſcribendum. Item claudere ocu-
los ad præcedentia Dei benefacta & miracula. Nam
[l] ante petræ percuſſionem & exundationem iam co- l *Exod. 16.v.12.*
turnices Dei miraculo acceperant. Hic enim agitur
de ſecunda carnium appetitione.

25 *Numquid & panem,* Carnem interpretatur Kimhi A
a *Num. 28. ver. 2.* è ſimili loco [a], quòd non inueniantur expetiuiſſe panem in deſerto. Atqui in Exodo [b] id faciunt. Vnde
b *Exod. 16. verſ. 3.* eius loco Manna conſequuntur,& panem à Deo appellari audiunt. Panis enim Hebraicè nomen eſt generale ad omnem cibum. Interim hîc carnem intellige, quoniam miraculū Mannæ anteceſſit petræ percuſſionem.
c *Exod. 16. verſ. 14.* Manna enim pluitur [c]. Petra in Horeb,populo verſante in Raphidim,finditur,& aquam emittit.Exod.17.v.6. Hoc igitur pertinet ad Num.11. ver.4. Vnde verſus ſequens planè deriuatus eſt è primo verſu illius capitis,
d *Num. 11. verſ 2.* Verba enim Moſis ſunt hæc d: *Quod cum audiſſet Dominus iratus eſt & accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremam caſtrorum partem. Menſam.* Heb. carnem, vt ſit B Epexegeſis, & ſe interpretetur: & ſic vocem שאר
e *Verſ 32.* *ſcheer*, exponunt Septuag. infrà [e]. Hîc autem fortaſſe menſam, vt repræſentarent geminam vocabuli ſignificationem.q.reſiduum.i. quicquid eſt reliquum, præter
f *V. 13.* panem. Item quia miraculum hoc rupis [f] exundantis
g *Exod 17. ver 6.* bis factum eſt, primò in Raphidim [g], deinde in deſerto Cades [h] ſicut & coturnicis. Primùm in deſerto Sin,
h *Num. 20. verſ. 10.* triginta diebus poſt exitum [i], deinde poſt annum integrum ad ſepulchra Concupiſcentiæ [k], vbi carnibus
i *Exod. 16. verſ. 13.* vſi ſunt, per triginta dies quouſque Dominus de illis ſupplicium ſumeret. C
k *Num. 11. ver. 31.*

26 *Ideo audiuit Dominus & diſtulit,* promiſſum ſcilicet de terra, & miſericordiam ſuam præ iracundia concepta. i. vt Hebraïca ſonant, & valde iratus eſt. *Ignis*, vehemens & inflammata Dei indignatio. Nam ira eſt quidam ignis & calor,nempè ebullitio ſanguinis circa
*Ira quid.* cor,propter appetitionem vindictæ.Aliqui ad literam: Iratus miſit ignem,qui deuoraret eos, qui eſſent in ex-
l *Numer. 11. ver. 2.3.* tremitate caſtrorum l. Vnde locus *incenſio accenſus, eo quòd ſucceſſus fuiſſet contra eos ignis Domini, in Iacob*, contra, *In Iſrael*, contra, Iſraëlem. Aſcendendi autem verbo vtitur,quoniam ira initium ducit à corde,deinde in cerebrum,faciem,& nares attollitur. D

27 *Nec ſperauerunt in ſalutari*, in ſalute eius & auxilio,in ſalutaribus promiſſionibus.

m *Exod. 16. ver. 13. 14. & Num. 11. v. 9.* 28 *Et mandauit nubibus deſuper.* id eſt,rurſum mandauit.Nam alia beneficia incipit cauere,de quibus Moſes agit [m].Et Aduerſatiuè aliquando, *Et tamen, attamen.*

Quamuis



A Quamuis tam fuêre ingrati & indigni, tamen nō deſiit eis prouidere copioſiſſimè de eſcis. *Deſuper*, quæ (nubes) ſupra eos in aëre pendebāt. *Ianuas cæli,* Nubes aëris rupit,vt pluerent, vtque copioſum Mannæ rorem funderent. Etiam cœlum dicitur de aëre in vulgatis linguis.Lucret. *Cælum,qui dicitur aër.*Ianuas autem appellat rupturas nubium, per quas Manna egrediebatur. *7. Beneficium Mannæ deſcenſus.*

29 *Et pluit illis Manna,* magna abundantia effudit. *Panem*.Hebr.i. דגן שמים *degan ſchamaijm*.i.*triticum cælorum,* id eſt, aëris. Nam cælum pro aëre paſſim. Triticum,quod ex aëre deſcendit.Vel Dei. Triticum à Deo
B paratum.Cælum enim inter cætera Dei epitheta ponitur, [a] vide Eliam in Tisbi.Nempè Manna illis erat loco panis triticei & delicati,triticum veluti cæleſte.Vnde pilo comminuebatur, pinſebatur, piſtum in furno coquebatur, inſtar obrizæ, frigebatur oleo, in placentas mellitas. Denique quicquid fit è farina,ex eo conficiebatur,vt colligitur ex Exo.16.v.15.19. Num.11. v.11. Sap.16.verſ.20.& Hebræorum monumentis.Septimum Dei erga patres beneficium, panis cæli.1. cælitùs delapſus.Per hyſteron proteron. Nam hoc miraculum non ſimul factum cum miraculo datarum carnium. Multo *a Dan. 4. ver. 4. & 3. Reg. 8. ver. 23.*
C enim antè Manna demiſerat [b], vbi ex ipſius occaſione pro carnibus murmurant. מן *Man*,appellatur Hebraicè quaſi apparatus.1.cibus,quem Deus illis præparauerat,vel iuxta Sepharadi,qui per ſe erat paratus, nec indigebat alia præparatione,vt qui ſic comedi poſſet abſque vllo alio apparatu, etſi poſſet in omnē lautitiam, & pulmentum verti, vt ſupra dictum, à מנא *Minna*, præparauit.Alij (Nam recentiores dum in Etymo Mannæ inuerecundè credunt hallucinatam totam antiquitatem, variè illam quærunt.) Alij,inquam,vt Kimhi in *b Exo. 16. v. 13. & Num. 11. verſ. 6.* *Mannæ nomē vnde dicatur.*
D Rad. מנה à *mana*,vltima per Apocopen reſecta, *portio & donum,* (à Deo profectum.) Veteres autem & rectius, quid.i.quis cibus:admiranter, pro מה *Ma*, quod ferculum.q.cibus ignotus,nō vulgaris,neque ordinarius, de quo illud veterum Hebræorū apud R.Iſaac [c].Manna cibus erat corporeus,qui in ipſis membris digerebatur (nedum in ſtomacho) nec turbabat mentem. Quare traditum nobis eſt fuiſſe ſymbolum cibi iuſtorum in futuro ſæculo. Poſteriorem hunc Etymum ſequuntur Sept.Ioſephus d,Hieronymus,Rabbi Selomo vt refert *c In 1. Geneſ.* *d Lib. 3. c. 2.*

A

Abben Ezra, & veteres ferè Hebræi, nempè vt מָן *Man* pro מָה *Má*, cacophoniæ gratia enunciatum ſit, Nun per paragogen poſito. Addit Rabbenu Selomo מָן *Man*, aliquando Chaldaicè hoc deſignare, id eſt, neutrum *Quia*, etſi crebrius maſculinum *Quis*, Quod mirè congruit cum myſterio. Nam lex quærit. *Quid eſt hoc?* Euangelium autem reſpondet, *Hoc eſt corpus meum.* Manna abſconditum & vmbraticum in lege, reuelatum & viuum in Euangelio.

*Manna quærit quod Euãgelium reſpõdet.*

30 *Panem Angelorum*, delicatiſſimum, pretioſiſſimum, diuinæ admirandæq́uè virtutis & ſucci [a]. Sic & Chaldæus, cibum qui deſcendit de habitaculo Angelorum.

a *Lege Sap. 16. ver. 20.*

B

Sic veteres Hebręi, quos hic Sept. ſequũtur, vt ferè vbique, in tractatu Ioma, Panem fortium manducauit homo. i. quem comedunt Angeli miniſterij. Verba R. Akibæ. Etſi enim Angeli non cõmedant cibum: tamen quia eorum ſubſiſtentia, ſiue ſtatus, & permanentia eſt per Dei fulgorem ac lucem. Manna autem eſt de diuini fulgoris, ſupernæq́ue lucis natura, vt homines Manna comedentes & Angeli alantur eodem cibo (per Metonymiam ſcilicet, qua manna ſymbolum cæleſtis pabuli pro re accipitur) Hæc illi. In fonte autem אבירים

C

*Abirim*. Fortium, ſiue robuſtorum. Epithetum Angelorum, qui fortitudine & virtute excellunt mortalibus [b]. Manna dicitur cibus Angelorum, eximius & ſingularis. Nam angelis tribuuntur ſingularia & admiranda. Quo idiotiſmo dicitur à Paulo [c], lingua Angelorum. i. excellentiſſima, admirabilis, cum qua nulla poſſit comparari, & à Ioanne [d] *menſura Angeli*. i. maxima. Item quia eorum miniſterio in aëre productũ eſt: vel quia non de terra, ſed de ſupernis deſcendebat in terram: vel quia Chriſto in cælo fruuntur, qui figurabatur hoc

b *2. Pet. 2. ver. 4.*

c *1. Corin. 13. ver 1.*

d *Apocal. 21. v. 18.*

*Manna cur panis Angelorum dictus.*

D

Manna [e]. Chriſtus enim eſt verum Manna, qui de cælo delapſus conſeruat & paſcit omnes Sanctos, ſiue in hac vita per ſacram Euchariſtiam & gratiam: ſiue in æterna, per claram ſui viſionem & conſpectum. Hinc etiam de humanitate Chriſti D. Petrus ſcripſit, *in quem deſiderant Angeli proſpicere* [f]. Poſſit eſſe hyperbole poëtica ad exaggerandas huius cibi delicias, quaſi Angeli, niſi vacarent corporibus, & cibo inuiſibili, & incomprehenſibili veſcerentur, eo eſſent lubenter vſuri. Quo tropo cibos aliquos dicimus eſſe Regios, etſi illis reges

e *Ioan 6 ver. 32. 49. 50. & 1. Cor. 10. v. 4.*

f *1. Petr. 1. ver. 12.*



A

ges non veſcuntur, ſed quia eius ſuauitatis ſunt, vt etiam regibus ipſis apponi mereantur. Ita vel propter illius cibi prętantiam, vel extraordinarium illius dandi modum, vel delineationem ſpiritualem, non humanus cibus, ſed Angelicus dicitur. Sic enim poetæ Nectare & Ambroſia, immortalitatis fœlicitatem figurarunt. Aliqui אבירים *Abirim, Fortium*, quòd tali pane fortes & robuſti redderentur. Confirmabat enim corda ſumentium, quò modo panis Euchariſtiæ corroborat corda communicantium, in vitam æternam [a]. Cabbalici אבירים *Abirim*, per tranſpoſitionem exponunt.

B

אברים *Ebarim, membra*. Manna panis membrorum, quia tam facilis erat concoctionis, vt digereretur in membris, non onerato ſtomacho, capite fumis non tentato, &c. *Nubium* nouè aliqui vertunt. *Cibaria*, commeatum, viaticum miſit eis ad ſaturitatem. Gall. *Prouiſion*. Ea enim latè per deſertum, & circum caſtra ſparſerat.

a *Ioann. 6. ver. 50. 51.*

31 *Tranſtulit auſtrum de cælo*. Octauum beneficium [b], *Tranſtulit*, ἀπῆρε, abſtulit, ceſſare fecit, remouit, tranſmutauit in alium ventum, depulit Auſtrum, vt Africum vehentem coturnices ſubſtitueret. Alij contrà, excitauit, flare fecit Auſtrum de cælo. i. de cæli Auſtríve cardine ad conuehendas carnes: itémque Africum, quaſi adhibuerit duos ventos ad maiorem auium copiam deferendam. Ad verbum, *proficiſci fecit. Egreſſus ventus à Domino, tollenſq́; à mari coturnices, proiecit in caſtra* [c]. *Auſtrum*, νότον. At קדים *Kadim*, Hebræis flat à קדם *Kedem* i. Oriente. Flare fecit Eurum, ſiue ventum Orientalem, de cælo. i. de aëre, ſiue in cęlo. i. per cælum & aërem. Sed Septuaginta habuerunt rationem loci, in quo erat Iudæa, non deſertum. Nempè ex Arabiæ plaga Orientali: Item ex Africo, λίβα. i. plaga deſerto Occidua, ventorum impulſu aues eis coëgit [d]. Africus autem ex oppoſito Euri flat. תימן *Theman*, Hebraicè quæ eſt à filio Iſmaelis dicta regio [e], Vel ſecundum priorem verbi *Tranſtulit* acceptionem, Ventum induxit, qui ex Occidente aues copioſè aduheret, quas Eurus abigebat ſuo impetu & violentia.

b *Numer. 11. ver. 31.*

C

c *Ibid.*

D

d *Numer. 11. ver 31.*

e *Geneſ. 25. ver. 15.*

32 *Pluit ſuper eos ſicut puluerem*, è materia pluuiæ produxit, vel inſtar pluuiæ, vel è loco pluuiæ, nempè è

cælo, ſiue aëre effuſè demiſit, *ſicut puluerem carnes*, tanta copia, quanta eſt puluis, innumerabili, mirabili & inuſitata multitudine, adeò vt è ſexcentis millibus peditum, quilibet minimum decem coros repleret, & eas per gyrum caſtrorum ſiccaret per menſem integrum, vt ne hoc Moſes quidem poſſe fieri crederet, etiamſi cuncti piſces maris in vnum congregarentur, & in carnes verterentur[a]. *Carnes*, aues, præſertim coturnices[b]. *Volatilia*: quia coturnicibus aliæ aues mixtæ erant. Vel, poſterior hæc pars prioris eſt expoſitio, vt ſæpè aliàs. A

a *Num. 11. ver. 19. 20.*
b *Ibid. & Exod. 16. v. 14.*

B
35 *Circa tabernacula eorum*, (&) circa per Aſyntheton Hebræorum inter duo. Adumbrat locum Numerorum de coturnicibus incredibili copia demiſſis in media eorum caſtra, *ſed & circumquaque ventus egrediens à Domino abreptas trans mare coturnices detulit in caſtra, itinere, quantum vno die confici poteſt omni ex parte caſtrorum per circuitum. Volabantq; in aëre duum cubitum altitudine ſuper terram.*

34 *Non ſunt fraudati*, priuati. Hebraicè *alienati*, ſenſu inuariato. Iſraelitæ ad voluntatem exauditi ſunt, non ad vtilitatem, vt intelligamus Deum iratum aliquando dare quod petimus, & negare propitium. C

*Deus iratus dat, quod negat propitius.*

35 *Adhuc eſcæ eorum erant in ore*, menſe vertente. Optata enim cupiditate eos ſaturauit: ſed in ipſa tamen ſaturitate torſit.

36 *Occidit pingues eorum*, morbi quodam genere, de quo infrà[c]. *Pingues*. Magnates & primarios, vt ſuprà[d]. *Electos*, præcipuos Iſraëlitarum, vel iuuenes proſtrauit, & quaſi in pedibus conſtrinxit. Hebraicè incuruauit, ne poſſent effugere hanc plagam: per mortem ſuſtulit, vel ad humilitatem & pœnitentiam vertit. συνεπόδισεν, compediuit. q. pedes ſtringendo, & prohibendo, ne in terram promiſſionis poſſent aſcendere, per mortis ſcilicet immiſſionem. Pingues puniuit morte, qui primi fuerant in culpa. i. magnates, vt qui fuiſſent auctores murmurationis, vt potè delicatiores, magiſque aſſueti voluptatibus[e]. D

c *Pſal. 105. v. 17.*
d *Pſal. 21.*
e *Numer. 13. ver. 37. & 14.*

37 *In omnibus his peccauerunt adhuc*, his ſuppliciis minimè obſtantibus, & tantis miraculis nihil permouentibus. Non ſe emendarunt propter iſtas caſtigationes, vt fidem haberent miraculis.

38 *Defe*



A 38 *Defecerunt in vanitate dies eorum.* Actio tribuitur Deo in fonte. *Conſumpſit in vanitate dies eorum, & annos* celeriter, ipſe ſcilicet Dominus. Nã intra 40. annos totum illum murmurantium exercitum innumerabilem proſtrauit in deſerto, ſolis Ioſué & Caleb incolumibus, quantum ad laicos, ſeruatis. *In vanitate*. Vanitate ocyùs, celeriter, citò, vanè, inſtar fumi. Vnde Thalmudici vtuntur vanitatis vocabulo, pro oris flatu. *Cum feſtinatione*, plaga repentina, morte celeriore. Ita Kimhi.
B Alij in horrore, in perturbatione. Omnes enim mœrore conſumebantur per 40. annos, ibidem.

19 *Diluculo veniebant ad eum*, feſtinanter, perniciter, aurora veluti anticipata. Hinc Heb. manicabãt, ſiue Aurorizabant Deum, ad auroram quærebant eum. Vel, ad ſacrificium matutinum, ad precem manè factam. *Deum*, Dei tabernaculum, conſule ſuprà[a] *Afflictio dat intellectum*[b]. Eum implorabant, ad eum placandum properè veniebant.

a *Pſa. 5. v. 5.*
b *Eſa. 28. v. 19*

40 *Et rememorati ſunt*, cœperunt recolere peccatum ſuum, & Deum ſuum eſſe ſaluatorem. *Adiutor*, petra
C propriè.

41 *Dilexerunt eum in ore ſuo*, pellexerunt eum, placauerũtque, *Lingua*, ſolo ore, more Hypocritarum ſeruierunt, & confeſſi ſunt eum[c]. Promiſerunt ei multa ore, cùm lingua ei mentirentur. *Mentiti ſunt*, obſecuti ſunt, ſeruierunt coactè non ex animo, ſubiecerunt ſe ei, de quo idiotiſmo ſuprà[d]. Fictam eorum pœnitentiã pulchrè deſcribit, qui pœnæ dumtaxat metu, non pietatis, & Dei amore reſipiſcunt. Quare & ſtatim ad vomitum redeunt. Hîc locatur Pſalterij medium. Nam hactenus Hebræi numerant verſus mille ducentos ſexaginta
D tres, tot notant eſſe reliquos.

c *Eſa. 29.*
d *Pſ. 65. v. 3.*

42 *Cor autem eorum non erat rectum.* Non rectè ambulabant coram Deo, quia ad vomitum redire cogitabãt. *Nec fideles*, nec conſtantes ſteterunt, non fideliter permanſerunt in pacto, neque eius fidem diu ſeruarunt. q. d. nec firmi fuerunt in eius pacto, teſtamento, & lege, nec habuerunt fidem in eius promiſſis.

43 *Ipſe autem eſt miſericors, ſic. diſperdet.* Futura pro Imperfectis. Per Antitheſim ipſe interim erat miſericors, propitiabatur peccatis eorum, nec diſperdebat.

44 *Et abundauit vt auerteret iram*, abundè auertit iram

ſuam

ſuam.Imò verò nullam iram ſuam accendit, ſiue vt in Fonte,excitauit.*Non omnem*, id eſt, nullam, more Hebraico.q.d. Nihil iræ retinuit, totam iram penitus remiſit.Alij contrà,non omnem ſuſcitauit,id eſt, nonnotam:quaſi aliquid iræ retinuerit,aliquid effuderit, moderando pœnas pro ſua miſericordia. Sed non attendunt ad Hebraiſmum.

45 *Et recordatus eſt.*Et,at,ſed,Aduerſatiuè.*Caro*,res infirma,corrupta, obnoxia peccatis & miſeriis, *Spiritus*. Sicut ventus huc illuc diſcurrens, & in ſuis reciproca- B tio ibus euaneſcens: vel etiam ſpatio in auras diſparens, neque ad ſua principia reuertens. Nam venti neque eò vnde flant,reuertuntur,neque perueniunt à cardine in cardinē,ſed in medio mundo abſumuntur Solis vi,& ſui motus attritu,vt diſputat in Meteor.Ariſt.Spiritus hic ventum ſignificat, ne quis cogitet animas. Qua ratione dicitur [a]: *Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum apparens,qui deinceps exterminabitur.* Nam & ipſas ſecundum permiſſionem, & diſpenſationem diuinam, & legem extraordinariam, in quocunque ſint receptaculo,reuerti nihil vetat,*ſiue ad viuorum ſolatium* C *qua ecunque*,verba Aug. [b] *ad quos pertinent illi mortui,ſiue ad humanitatem ſepulturæ commendandā, ſiue ob alia negotia.*Conſule eundem [c], & Hieronymū [d], Gregoriū [e], Herterianum [f], & copioſè Sotum [g]. Sic enim Elias, ſic Moſes ad viuos redierunt [h]. *Sic plurimi exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem Chriſti venerunt in ſanctam ciuitatē & apparuerunt multis* [i].Sic Ieremias & Onias [k], Samuel [l]. E quibus, & ſimilibus aliis apparitionibus Iuſtinus Martyr contra Tryphonem, animorū immortalitatem, veluti digito,impiis Epicureis, Atheíſque oſtendit. D

46 *Quoties exacerbauerunt Deū in deſerto.* Decies præcipuè [m] in deſerto intra primum biennium,vt ex Exod. & Numeris colligunt Hebræi.Nā in Leuitico, & Deuteronomio nihil tale legitur.Primò ad mare Rubrū [n]. Secundò propter aquæ penuriam [o], in Mara.Tertiò in deſerto Sin ob Manna [p]. Quartò cùm Manna ſeruarēt in craſtinū [q].Quintò cū die ſabbati illud cōtra oraculū colligebant [r]. Sextò in Raphidim ad aquas contradictionis [s]. Septimò in Horeb, quando conflarunt vitulum [t]. Octauò in Tabera, vbi dubitabant [v], *Nam verè Deus*

a *Iac.4.v.14. Anima ex occultis ſuis receptaculis exire poſſunt.*
b *Lib. de cura pro mortuis,c.16.*
c *Ibidem c.19 & ad Simplicianum li. 2. q. 3. & ad Dulcitiū.q.6.*
d *Contra Vigilantium.*
e *Li. 4. Dialogor.*
f *Li.de egreſſu animarum ab inferis.*
g *In 4. diſt. 45.art.4.q.1.*
h *Mat.17. v. 3.*
i *Matt. 27.v. 53.*
k *2. Mac. 15. ver.12. 13.14.*
l *1.Reg. 28.v. 23.& Ecc.46 ver.12.*
m *Nu.14.ve. 22.& 19.*
n *Exo. 14. v. 11.12.*
o *Exo.15. ve. 24.*
p *Exo.16. v 2*
q *Ibid. ve.10.*
r *Ibid.ve. 27.*
s *Nu.20. v.2.*
t *Exo.32.v. 1.*
v *Exod. 17.*



A *Deus eſſet*, &c. Nonò iuxta ſepulchra concupiſcentiæ, cùm poſtularent carnes [a]. Decimò denique, propter exploratorum relationem,*vt iam* (inquit Dominus [b]) *per decem vices non audierint vocem meam.*Eſt etiam numerus certus pro incerto.Nullum peccandi modum faciebant.Nam Moſes vicinus morti [c]:*à die*, inquit, *qua egreſſus es de Aegypto,ſemper aduerſus Dominum contēdiſti.*

47 *Et conuerſi ſunt, & tentauerunt*,Hebraiſmus,pro,& rurſum tentauerūt Deum. Vt nihil ſit neceſſe interpre- B tari,conuerſos eſſe ad priſtinos mores. *Exacerbauerunt.* In Hebræo attingitur ratio huius exacerbationis. *Sanctum*(inquit) *Iſrael limitauerunt,ſignarunt*: vt quidem R. Abraham,& R.Dauid exponunt. Gall. *Ils l'ont borné & limité*. Quaſi Deus tantum duntaxat poſſet,quantū ipſi volebant & cogitabant,q.d.Circumſcripſerunt potentiam eius,definierunt,& concluſerunt,quaſi non poſſet omnia omnibus in locis & quocunque modo vellet.At rectiùs vertatur,quod nullum adhuc obſeruaſſe miror, *Crucifixerunt*,alluſione ad genus mortis, quo Dominū C tandem affecerunt.Nam תו *Tau*,non tantùm limitem: verùm etiam crucem ſignificat [d], à quo verbū התוה *Situah*. Vnde Origenes [e], Hieronymus, [f] Tertullianus & Cyprianus [g], apertè oſtendunt, Tau Hebræorū crucis geſſiſſe effigiem, vt apud Græcos, & omnes ferè linguas. Hodie figura immutata eſt improbitate Maſoretarum & Iudæorum, vt myſterium crucis obruerent,cuius tanto odio flagrant, vt eam non modò non ſcribant,ſed ne nominent quidem. Quare eam circum loquuntur,vt Kimhi per שתי וערב *Shethi vaéreb*, ſtamen & ſubtegmen: quoniam hæc duo fila per mo- D dum crucis ſeſe interſecant.

48 *Non ſunt recordati manus eius*, auxilij, defenſionis, quæ fit manu Metonymicè. *Die qua*. Periphraſis liberationis Ægyptiacæ, de qua deinceps diſcurrit ad verſum vſque 60.Aliqui vertunt in Genitiuo, *Diei qua*, repetendo *Neque recordati ſunt Tribulantis*,Pharaonis.

49 *Sicut poſuit in Aegypto.* Vide ſuprà [i]. Reuertitur enim ad illa mirabilia in Ægypto populo exhibita. *Sicuti*,quo modo,qua ratione poſuit.Particula enim eſt continuationis è ſuperiore pendens,vt Gall.*comm*,pro Quòd.Non ſunt recordati,quòd poſuit, non eum meminerunt poſuiſſe,&c. Plagas autem refert nō omnes, neque

a *Nu.11.v.4.*
b *Nu.14.ver. 22.*
c *Deu.31.v.27*
d *Exec.9. ve. 2 & Apoc. 7. ver.4.*
e *Hom. in Epiphania.*
f *In 9. Ezec.*
g *Contra Iudæos.*
*Than Hebræorū figuram crucis gerebat.*
h *In Eſa.vlt. cap.*
i *Verſ.16.*

a *Exod. 7. 8. 9. 10.*
*Plagæ Aegyptiacæ quæ & quot.*

neque ordine quo factæ ſunt, ſed præcipuas [a]. Tres A
enim è decem omittit, nempè tertiam (pediculorum ſi-
ue cyniphum) ſextam (vlcerum & puſtularum) & nonã
(tenebrarũ triduanarum) Numerus autem, & ordo his
tribus vocabulis acroſtichis methodicè à Rabbinis cõ-
prehẽditur דצך עדש באחב *dotſecha hadaſh bea-
chab* (*lætificauit te lens in Achab*) Prima ד. דם *Dam* ſan-
guis, in quem aquæ omnes Ægypti conuerſæ ſunt. Se-
cunda צ. צפרדע *tſephardeah* Rana. Tertia. כ כנים
*kinnim*, pediculi ſiue Cyniphes, vt noſter vertit, *κνίπες*,
ſiue *σκνίπες*, culices, vt 70. Quarta ע. ערוב *Harob*, mix B
tio inſectorum, muſcarum omne genus, vt noſter do-
ctè *κυνόμυια*, muſca canina, vt 70. Quinta ד. דבר *deber*
peſtis pecorum videlicet, interitus. Sexta ש. שחין
*Shehin*, vlcus, puſtula. Septima ב. ברד *Barad*, grando
immixta aliis horrendis meteoris. Octaua א. ארבה
*Arbe*, locuſtarum omne genus. Nona ח. חשך *hoshech*,
tenebræ (palpabiles & triduanæ.) Decima ב. בכורות
*Bechoroth*, primogenita hominum & pecorum. In hunc
numerum non cadunt ſerpentes primum omnium è
virga Moſis ſiue Aaronis producti. Nam fuerunt quidẽ
primum ſignum coram Pharaone, ſed nõ plaga, vt quæ C
nihil Ægyptiis nocuerit, ſed ſolas virgas, ſiue ſerpen-
tes Magorum è virga factos deuorarit.

b *Exod. 7. ve. 19. 20.*
c *Lib. 14.*

50 *Et imbres eorum ne biberent*, fluenta, riuos prop b.
Alioqui raró pluit in Ægypto. Plurali autem numero
*riuos*, quia in multos riuos vnus Nili fluuius diſpeſci-
tur. Ægyptus (ait Strabo [c], foſſis Nili riuos excipienti-
bus vndique interſepta eſt, vt vbique ſit nauigabilis.
Adde per ſeptem oſtia ſeſe in mare Mediterraneum
effundere.

d *Exo. 8. v. 21*
e *Ad Suniam & Fretellã.*
f *Pſa. 78. v. 8.*
g *Exo. 8. v. 2.*

51 *Miſit in eos cynomyiã*. Plaga quarta *Cynomyiam*, per y
Muſcam caninam, vt & Rom. Pſalterium, Vox He- D
bræa ערוב *Harob*, omne muſcarum genus deſignat,
quaſi mixtionem, ſiue mixturam [d]. Quare Hierony-
mus [e], *Cænomyiam*, legendum tradit, per œ *κοινομυία*, cõ-
munis, & promiſcua muſca. Qua de cauſa Aquila
*παμμυίαν* verterat, id eſt, omnimodam muſcam. Alienè
aliqui mixtionem ferarum Syluestrium, alij mixturam
inſectorũ collectã è variis beſtiolis venenatis. *Comedit*,
cõſumpſit cynomyia eorũ fructus: idẽ quod mox *diſper
didit*, vt infra [f], *Comederũt Iacob. Rana*. Secunda plaga [g].

52 Et



a *Exo. 10. ver. 4.*
b *1. Faſt.*
c *4. Faſt.*

A 52 *Et dedit aerugini*, Brucho. חשיל *Haſil*, Hebrai-
cè, non eſt vitium frugum, vt ærugo, ſed ſpecies locuſtæ
frugibus nocentiſſima [a]. Vnde Hieronymus Bru-
chum vertit. At *ἐρυσίβη*, rubigo, quæ in ſegetibus inue-
nitur, apud Ouidium [b]:

*Interea creſcat ſcabræ rubiginis expers,*
*Nec vitio cœli palleat ægra ſeges,*

per Metaphoram: quia ſicut illa ferrum, & alia metal-
la conſumit, ita pruina & huiuſmodi calamitates ſege-
tes exurunt, canente Ouidio [c]:

*Et teneras ſegetes & ferrum amplectitur acre.*

d *Lib. 1. de re Ruſt.*
e *4. Faſto.*
f *4. de ciu. ca. 31.*
g *Exo. 10. ve. 14.*
h *Exo. 9. v. 18*

B Vnde Robigus vnus è duodecim diis Agricolarũ apud
Varronem d: & Rubigo dea, apud Ouidium [e] & Augu-
ſtinum f: quibus fiebat ſacrificium, ne ſegetes vel arbo-
res rubigo corrumperet, & Robigalia huiuſmodi ſa-
crificia, vel potius feriæ, ſeptimo Calendas Maias, qui-
bus Robigo Deo, vt rubiginem auerteret, ſacrificabant
è Paulo in Epitome Feſti, quoniam tunc ferè ſegetes
ea labes occupat. Æruginem ergo ſumpſit pro rubigi-
ne, etſi Grammatici ſic diſtinguant, vt hæc in metallis
ſit arida & rubra, paulatim abſumens, illa humida &
C viridis. Plaga autem eſt octaua [g], *Locuſta* ארבה *har-
be* nomen eſt generale ad cunctas locuſtarum ſpecies.
53 *Et tradidit grandini*. Plaga ſeptima grandinis [h]. *Oc-
cidit*, perdidit per Metaphoram, vt ſignificet plantas vi-
uere ſuo modo, id eſt, vita vegetabili. *Moros*. Vox
שקמות *Sikmoth* importat Sycomoros, genus ficuũ
ſyluestrium, quibus Ægyptus abũdat. Morus Ægyptia
Theophraſto. *Pruina* חנמל *Hanamal*, ſpecies eſt
grandinis grandioris & vehementis, lapis quidam
glacioſus.

i *Exo. 9. verſ. 23. 24.*
k *Exo. 9. v. 31.*

D 54 *Et poſſeſsionem igni*, pecudum ſcilicet, vt idem enũ-
ciet per Epexegeſin. Nam Hebraicè *& pecora eorũ car-
bonibus*, id eſt, fulgoribus, & ignitis tempeſtatibus [i],
fulminibus grandinantibus, tamquam incenſis ſagittis.
Quamquam & poſſeſſiones hac ſeptima plaga læſæ
ſunt [k] *lignum*, inquit, *& hordeum percuſſa ſunt, quia hor-
deum erat in ſpica & linum in folliculo, ſiue culmo.* Solum
triticum, & far ſiue zea euaſerunt, quod eſſent ſerotina.
Quò etiam reſpicere poſſit vox מקנה *Mikne*. Nam il-
la non modo ſignificat pecus, verum etiam poſſeſſionẽ
à קנא *Kana* poſſedit, vt concurrat cũ *mikná*, & *kinian*.

55 Miſit

55 ***Miſit in eos iram.*** Attingit plagam דבר *deber*, id eſt, peſtis, qua cuncta pecora in agris reperta abſumpta ſunt, ſeorſum, [a] equi, aſini, cameli, boues, oues, capræ, in quibus pręcipuæ Ægyptiorum fortunæ, & opes conſiſtebant. Fortaſſe etiam quia coaceruat tot triſtia vocabula: Excandeſcentiam naris, indignationem, iram, tribulationes, immiſſiones denique cacodæmonum, complectitur cunctas plagas, quas tranſilierat, nempè tertiam pediculorum, ſextam vlcerum & puſtularum, nonam tenebrarum & horrendæ caliginis, vt cuique vocabulo ſua per ordinem tribuatur. Sic verbi gratia, *Ira indignationis*, ſiue vt in fonte, *Excandeſcentia naris* propriè pediculis reſpondebit, *Indignatio*, peſti animantium, *Ira* vlceribus & puſtulis, *tribulatio* ſiue *anguſtia*, triduanis tenebris, *Immiſſiones* autem *malorũ angelorum*, vniuerſè omnibus. *Immiſſiones* Appoſitoriè.i.calamitates ab Angelis malis immiſſas. Deus enim iſtis pro carnificibus vtitur [b]. q.d. Quales plagæ non ſolent ab hominibus quãtumuis inimicis & immitibus inferri, ſed quales per Angelos ab irato Deo immiſſos importantur, ad flagellãdos eos, qui valdè ſunt ſcelerati. Ita malis Angelis tribuitur mors pecorum & primogenitorum. Interim punit Deus etiam per bonos, vt Sodomitas & Senacherib [c]. *Malos* Rectè. Nã in fonte מלאכי *Malache*, eſt Syntacticum pro Abſoluto poëticè. Quod qui ignorant interpretantur, *per Angelos malorum*, per ſpiritus adminiſtros calamitatum & rerum malarum. At רעות *Raboth* potiùs dixiſſet, quàm רעים *Rahim*, Nam neutra latinorum propriè repræſentantur per fœminea, rariſſimè per maſculea. Fuiſſe autem Angelos malignos ſiue cacodæmones, per quos Deus has plagas exercuerit, apparet ex eo quod Moſes [d] adminiſtrũ vltimũ appellet, משחית *masbith, perdentẽ*, id eſt, angelos perdentes per Synecdochen numeri. Cui accinunt Hebræi. *Quæ in tenebris* (inquiunt) *immittuntur mala, rectè demandantur malignis ſpiritibus, quoniam ipſi ſunt ſpiritus tenebrarum. Hinc aliquo Pſalmo ſcriptum: In ea* (nocte) *reptat omnis beſtia ſylueſtris.*

56 *Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ*, ſemitæ, per quam ira ſua tranſiret, rectáque procederet ad ipſos homines necandos, & pecora peſte conſumenda. Quinta & ſexta plaga [e], &c. *Semitæ*. Eſt Datiui caſus. Aperuit ſibi viam ad

A (p. 480, margin letter beside verse 55)

B (p. 480, beside "vocabulo ſua per ordinem tribuatur")

C (p. 480, beside "malis Angelis tribuitur")

D (p. 480, beside "gas exercuerit")

a Exo. cap. 9. ver. 3.

b 3. Reg. 22. ver. 21. 22. & Iob. 1. ver. 12.

c Gen. 19. ver. 15. 16. 4. Reg. 19. ver. 35.

d Ex. 12. v. 23.

e Exo 9. v. 6.



A ad eos delendos, vt ira plenè traiiceret, neque eius impetus impediretur, néve ira ipſius tamquam ſagitta à ſcopo declinaret, ſed rectà eos feriret, & internecione deleret, qui ipſos tantùm plagis vexauerat. Ad verbum, *librauit*. id eſt, *direxit in eos iræ ſuæ impetum*. *A morte*, quominus eos morti traderet. Præpoſitio *a*, Hebraïcè ſæpè ad negationem ſententiam trahit. *In morte*, ad mortem. Morte addixit: vel ex Hebræo, peſti [a]. *Iumenta*. Aliqui vertunt vitam, ſed alienè. De plaga peſtilentiæ, quæ animantia Aegyptiorum abſumpſit.

57 *Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum.* Decima
B & poſtrema plaga miſſo Angelo percuſſore [b]. *Percuſſit*, certo peſtis genere pernicioſiſſimo & acutiſſimo. *Omnem primogenitum*, quacumque eſſent conditione, ætate, ſtatu. Quin & in genere. *Primogeniti*, vox tam eum notat, qui primo loco inter fratres ſit genitus, quàm qui in familia eſt primus & præcipuus, vt infrà [c], & apud Apoſtolum [d], *primogenitus mortuorum* id eſt, primus & præcipuus. Et ſic latè in hac plaga Rabbini accipiunt, vt vbi non eſſet primogenitus, vel vnigenitus, illic Pater familiæ, & primus domus periret. Diſertè enim
C dicitur [e], *Non erat domus, in qua mortuus non iaceret.* Plaga igitur maior fuit, quàm vulgò concipiatur, de ſolis filiis familias natu primis maximíſque. *Primitias omnis laboris*, Periphraſis primogenitorum, qui ſunt primitiæ laborum patrum, [f] imò & matrum. Nam partu laborioſiore edũtur, ob vuluam numquã antea apertam. Alij vertunt roboris, id eſt, virilitatis eorum. In primogenitis enim oſtenditur patrum robur & virilitas. און *On* vtrumque ſignificat, & robur, & laborem. *Cham*, id eſt, Ægyptiorum, qui ſunt à Cham Noë filio prognati per Mizraim [g]. Aliàs Cham tota Africa, vt
D quæ ei contigerit in partitione orbis terrarum [h].

58 *Et abſtulit ſicut oues.* Reuertitur ad commemoranda alia beneficia. *Et abſtulit*, inde, ſiue ex Ægypto [i]. *In deſerto*, per deſerta Arabiæ, ſiue Saracenica [k], vt paſtor.

59 *Et eduxit eos in ſpe*, tutò, ſecurè, confidenter.

60 *Et induxit eos montem.* Epanalepſis. Montem inquam. Sic appellat Iudæam magna ex parte montoſam, quam ſibi ſanctificauerat, & conſecrauerat pro loco, & ſede religionis primaria. *Quem acquiſiuit*, poſſe-

a Exo. 9. v. 3.

b Exod. 12. v. 29.

c Pſ. 88. v. 28.

d Col. 1. v. 18.

e Exod. 12. v. 30.

f Gen. 49. v. 3.

g Gen. 10. v. 6.

h Gen. 10. v. 7.

i Exod. 13. v. 17. 18.

k Exod. 14. v. 10. 11. 12.

a *Ioſ.1.&c.* dit bello eiectis Chananæis [a]. Canit iam quomodo in A
terram promiſſam eos introduxerit, relictis deſerti
hiſtoriis. Priore loco pro *Monte*, in Hebræo eſt termi-
nus ſanctitatis ſuæ, id eſt, fines Chanaan. Nec quis in-
b *Exod.15.v.13.* telligat Montem Sinaï, in quo habitauit gloria Dei,
& ſanctitas [b]: *Portaſti eum in fortitudine tua ad habita-
culum ſanctum tuum*, interprete Abben Ezra. Poſteriore
deinde loco *Montem* (&) montem per Aſyntheton, de
monte Sion.
c *Ioſue 13. & 14. & ſeq.* 61 *Et ſorte diuiſit*, hoc narratur in libro Ioſue [c], *in fu-
nicul·*, funiculo menſorio, non quidem corporato &
materiali, propter nimiam terræ amplitudinem, ſed B
Mathematico & imaginario, quales Geographi animo
complectuntur, & per parallelos, & alias lineas deſi-
gnant. Ex quo intelligis, Mapparum conficiendarum
ratio quàm fuerit antiqua apud Hebræos. *Diſtributio-
nis.* Nempè terram diſtribuit Ioſue in iuſtas portiones,
ſeruata tamen proportione Geometrica, non Arithme-
tica. Nam Iudæ & Ephraim ampliorem tribuit. He-
braicè, *funiculo hæreditatis*, id eſt, quali hæreditates ſo-
lent diſtribui.
62 *In tabernaculis eorum*, earum Gentium, nempè C
Chananæorum, & reliquorum ſex populorum, qui
d *Deut.7.v.1.* poſſederant iam olim terram, & enumerantur [d].
63 *Et exacerbauerunt Deum excelſum.* Hebraïcè rebel-
larunt. *Teſtimonia.* Iam docuimus, præcepta Dei ſic
appellari, quòd ſit teſtatus ſolemnitérque monuerit
ea eſſe ſeruanda. Vbi terram promiſſam inhabitarunt,
nihilo quàm in deſerto, aut Ægypto, fuerunt me-
liores.
64 *Conuerſi ſunt in arcum prauum*, in modum arcus
praui, & fallacis retrò acti ſunt & inuerſi, qui mina- D
tur ſagittam, nec proiicit, vel potiùs, qui ſcopum
non petit, ſed fractus, vel inuerſus percutit ipſummet
ſagittarium, aut etiam aliò, quàm vellet ſagittarius.
Ita hæc gens fefellit expectationem, ſe conuertens ad
idola, relicto vero Dei cultu, quem ſcopum interim
ſibi videbatur propoſuiſſe. *Non ſeruauerunt pactum*, ἠσυν-
e *Ad Suniã.* θέτησαν à συνθήκη, pacto, teſtamento. Hieronymus [e]
mauult Septuaginta vertiſſe ἠθέτησαν, quoniam He-
braïcè, *preuaricati ſunt*.
f *Iud.17.v.5.* 65 *In collibus ſuis*, in excelſis, in altaribus [f], in quibus,
tamquam



A tamquam in templis, idolis ſacrificabant במות *Ba-
moth*, excelſa, deſignant celſitudinem montium, vel
cumulos lapidum, ſuper quibus Idolis ſacrificabatur,
paſſim in libris Regum. Hinc Græcè βωμοὶ tumuli, al-
taria. Sed Hebræi diſtingunt à מזבחות *Mizbeboth*,
quòd במות *Bamoth*, ſint altaria idolorum מזבחות
*Mizbeboth* Dei opt. max. *Ad æmulationem* ad maximam
indignationem, & quaſi zelum, ex Hebræo.
66 *Audiuit Deus, & ſpreuit*, indignatus eſt, & abomi-
natus valdè Iſraëlem.
B 67 *Et repulit tabernaculum ſuum.* Tabernaculum, in
quo ſeruabatur arca fœderis, deſeruit, & arcam ad
Palæſtinos repulit [a]. *In hominibus*, inter homines, cum a *1. Reg. 4.v.11.*
hominibus, tempore præſertim Moſis, vt apud Ioan-
nem [b]: *Et habitauit in nobis*, id eſt, nobiſcum, inter nos: b *Ioã.1.v.14.*
ſed id per aſſumptam carnem, cùm in veteri Teſta- c *3. Reg. 8.v.27.28.*
mento apud homines habitaret, collocato dumtaxat
apud ipſos tabernaculo, in quo precantes exaudiret [c]. *Deus cum hominibus vt habitauerit, & iam habitet.*
In tabernaculo ergo habitauit apud Hebræos per com
municationem ſui, ſuorum oraculorum, gratiæ, fauo-
C ris, & per nouos effectus. Nam ex propitiatorio, quod
erat ſuper arcã, reſponſa dabat iuxta illud [d]: *Loquar* d *Exod. 25.v.22.*
*inde tecum de medio Cherubim.* Sic hodie in templis ha-
bitat ſingulari quadam virtute & efficacia, maximè
propter præſentiam corporis Chriſti, quæ arca veteris
Teſtamenti eſt multò ſanctior, & efficacior.
68 *Et tradidit in captiuitatẽ virtutem eorum.* Arcam, quæ
robur & ornamentum præſtabat populo. Hebraïcè qui-
dem, fortitudinem ſuam & pulchritudinem ſiue decus
ſuum: ſed quia illa Dei fortitudo & decus ad vtilitatem
& ſalutem populi conferebatur, ſententiam ſunt inter-
D pretati, vt ſuprà [e], *Præſtitiſti decori meo virtutem*, id eſt, e *Pſ.9.v.29.*
fortitudinem & robur, de arca, quam in monte Sionio
à ſe ornato, & decorato multis ædificiis, & palatiis, &
arcibus, Dauid conſtituerit. Sic ergo etiam hic arcam
fœderis appellat, quòd ex ea Deus ederet oracula, quæ
Vrim & Thummim vocant Hebræi, indéque vim, po-
tentiam, & numen ſuum mirificè oſtenderet. Hinc
[f] *Gloria Domini ab Iſrael tranſlata* dicitur *ad Philiſthiim.* f *1.Reg.4.v.21.*
69 *Et concluſit in gladio.* Obiecit gladio Philiſtinorum
populum ſuum, & indignatus eſt in ſuam hæreditatem,
id eſt, in Iſraëlem.

A 70 *Iuuenes eorũ comedit ignis,* Dei indignatio Metaph. vt ſuprà [a]: vel, vis & impetus belli eos perdidit. *Non ſunt lamentatæ.* Heb. *non ſunt eiulatæ:* nemo eas lugebat חוללו *hulelu,* ab ילל *ialal* eiulauit, in Hophal. Non deplorabantur, quod ſinguli in ſuis calamitatibus deplorandis ſatis eſſent occupati. Rabbini malunt ח eſſe radicale in Paul, hoc ſenſu: non ſunt laudatæ.i. nõ ſunt nuptui traditæ, & elocatæ, celebratęque epithalamiis & carmine nuptiali, quoniam antequàm nuberent, ab hoſtibus Palęſtinis vel in ſeruitutem abductæ, vel interfectæ, vel ſponſis in prælio cadentibus orbatæ ſunt. Ex quo Thalmudici thalamũ nuptialem appellãt חלולה B בית *halulà beth,* q. domum laudationis & epithalamij, & ea Carmina, חלולים *Hillulim,* Græci ἐπιθαλάμια, & nuptiæ חלולה *Hillula.* Quamquã retenta hac verbi ſignificatione, ſenſus noſtrorũ retineri poteſt. Non ſunt laudatæ, id eſt, non ſunt funebribus laudationibus affectæ, vt moris erat, ob calamitatis impedimenta.

a Ver.26.

71 *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt,* vt Ophni & Phinees Heli filij, qui in ipſa ſtrage ceciderunt [b]. *Non plorabantur.* Vocem Hebræam Sept. acceperunt intranſitiuè, vel legerunt in Niphal. Recẽtiores tranſitiuè: *Et viduæ eorum non plorabant (illos.)* Nec ſunt (inquit) C deſleti à viduis, quoniam illæ non erant ſuperſtites, vt caſum maritorum deplorarent. Vel nimio terrore affectæ, ſuum ipſarum caſum deplorabant. Sentẽtia eodem recidit. Videtur autem reſpicere ad repentinam mortem vxoris Phinees Sacerdotis, quæ ſpacium lugendi mariti non habuit [c].

b 1. Reg. 4. ver. 11.

c 1. Reg. 4. verſ. 20.

72 *Et excitatus eſt,* & tamen. *Crapulatus,* vino madidus qui omnia clamoribus & plagis miſcet, vino vires, & animum ſuggerente. Vino accenſus, iuxta illud, *Vina parant animos.* Loquitur de Deo anthropopathῶs. He- D bræa ſonant, veluti potens cantans, ſiue vociferans præ vino, & exultans, qualis fortiter pericula aggreditur. Sic Chald. *Inebriatus à vino.* Hunc & ſequentem verſum rectè exponas de Philiſtinis [d]. Minus rectè de ipſiſmet Iſraelitis, bello contra illos iuſta vltione Domini proſtratis.

d è 1. Reg. 5. verſ. 6.

73 *Et percuſſit inimicos ſuos.* Philiſtinos in poſterioribus partibus, morbo natium, ſiue fico ani (Hæmorrhoidum genere) [e] qui æternam eis imponit ignominiã, diſcruciauit:

e 1. Reg. 5. verſ. 6.



A ciauit: infami podicis ignominia affecit illos, quam numquam eluere poterunt. Frigidè aliqui inimicos hos Domini eſſe dicunt Iſraelitas, vt & alibi [a] vocãtur, quorum terga ceciderit in hoc Palæſtinorum prælio.

a Eſa. 1. v. 24.

74 *Et repulit tabernaculum Ioſeph,* Patronimicè, id eſt, tabernaculum Silo vrbis Ephraimitarum, qui erant à Ioſeph prognati per Ephraim. Repudiata Silo elegit ſuæ arcæ locum in Gabaa, tum in Hebron, poſtremò in Sion tribus Iudæ. Arca enim non in Silo, ſed in Kiria Iearim, in domum Aminadab, deinde in domum Obed B Edom, tandem à Dauide [b] in Sion deducta [c], & imperium è tribu Ephraim ad tribũ Iuda delatum. Nam etſi Saul eſſet de tribu Beniamin, tamen in Galgala oppido Ephraim regnabat [d]. Quin & Ieroboã ad eamdẽ tribum conatus eſt regnũ reducere, dum eius ſedem in Sichem monte Ephraim collocauit. Verùm Deus regnũ Saulis reprobauit, regnum autem Ieroboam tandem per Aſſyrios perdidit, neque vmquam reſtituit, vt qui fœdè idololatria Iſraelem contaminaſſet.

b 1. Reg. 13. verſ. 6.

c 1. Reg. 6. v. 1. 2. & 7. ver. 20. 21.

d 1. Reg. 11. ver. 14. 15.

75 *Sed elegit tribum Iuda,* Nam in tribu Iuda. i. Sion, C regni & templi ſedem conſtituit, propter Chriſtũ, qui è tribu illa erat exoriturus. Contrà repulit tribum Ephraim, ne in ea Sacerdotium & regnum collocaret.

76 *Et ædificauit ſicut vnicornium,* ædem ſup. vel cornu. i. excellẽter. Sanctuariũ ſuum ædificauit, ſicut ædificium vnicornium, glorioſum ſcilicet & potentiſſimum, quo modo vnicornes magnificas & inſignes ſibi manſiones præ cæteris animalibus cõſtruunt. ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Sic Hieronym. *in ſimilitudinem Monocerotis ſanctuarium ſuum:* quod facit ad Crucis myſterium. Nam D cornu Monocerotis, crucis habet formam, vt iam annotauimus è Iuſtin. [e] Sic Chal. *Sicut cornu vnicornis.* Legerũt igitur רמים *Remim,* per Tſeri, nõ per Camets רמים *Ramim,* Rabbini qui cum ſuis Maſoretis legunt per Camets, *Sicut excelſa,* non tam rectè, *Aedificauit ſuum ſanctuarium ſicut excelſa* (palatia), ſicut arces, id eſt, ſuperbũ & excelſum, & in excelſo loco, atque ſublimi Sionis. q. vertice montium [f]. Quod etiã noſtra inferunt. Aedificauit ſanctuariũ ſuũ quàm magnificè, & ſuperbè. Nam cornu vnicornis eſt pretioſum, ſumptuoſum, & eleuatũ. Aliqui, *Sicut excelſa.* i. cœlos. Erat enim cœlorũ exẽplar, è Ioſepho, Philone [g] & Rabbinis. *Sanctificium,* Sanctua-

e Cõtra Tryphonem, pag. 94. Græci exempl.

f Eſa. 2. v. 2.

g In vita Moſis.

rium, locum ſanctificationis, locum in quo homines A
ſanctificantur propter rem diuinam, ſolennes preces, &
communionem ſacramentorum. *In terra.* Hebraicè ve-
lut terram, per כ, non per ב. i. quod tabernaculum
firmum & ſtabile eſſe voluit, vt diu maneat, perinde ac
terram, quam firmauit. De Eccleſia, quæ eſt veluti terra
in ſæcula. i. æterna.

77 *De poſt fœtantes accepit eum*, euntem poſt fœtas oues,
ab agendis fœtis, prægnantibúſque ouibus, & capris
grandioribus [a]. Hebræi ſæpè duas Præpoſitiones con-
iungunt, vt Galli, *D'apres les brebis preignes.* Ouiculas
quidem ſequebatur Dauid, ſed ſingularem curam fœ- B
tarum gerebat, vt ſolent probi paſtores, ne quid mali
eis accidat, vt partum ſeruent. Vt [b] *Leuabit agnos in
ſinu ſuo, fœtas ipſe portabit,* de Chriſto paſtore optimo.
q.d. de cura, diligentia, & ſtudio paſtorali eum in re-
gnum extulit. Diligentiſſimus, & maximè induſtrius
erat paſtor, ſuæq; vocationis ſtudioſiſſimus. Tales Deus
fœlicitat, vt proinde [c] Paulus hortetur, quiſque vt ſuam
vocationẽ ornet, in eáque ſollicitè ambulet. Etſi enim
humana virtus non mereatur tantam Dei beneficen-
tiam, at certè ad eam diſponit. C

78 *Paſcere Iacob ſeruum ſuum*, vt paſceret, vt regeret
aſſumpſit eum è caulis. Perſiſtit in ouium Metaph. de
hoc autem Græciſmo ſuprà [d].

79 *Expanit os in innocentia*, iuxta integritatem, men-
te integra & ſincera. *Et in intellectibus manuum*, pruden-
ter, intelligenter, peritis manibus prudentem ſe illis
ducem præbuit: actionibus prudentia diſpoſitis, Eu-
thym. Perſiſtit in Metaphora ouium, quas paſtor diri-
git manu, & pedo, quod habet in manibus. D

a 1 *Reg.* 16. *ver.* 11.

b *Eſai.* 40. *ver.* 11.

c 1. *Corint* 7. *v.* 20. 21. *Eph.* 4. *v.* 1.

d *Pſalm.* 71. *ver.* 5.

---

ARGVMENTVM.

*Populus deplorat pollutam vrbem & templum, factáſque ſuorum cædes. Parem vicem gentibus imprecatur, Deo laudes promittens. Propheticus contra Eccleſiarum vaſtatores.*

1. Pſalmus Aſaph. LXXVIII. Heb. 79.

Deus



A DEus venêrunt Gentes in hæredi-
tâtem tuam, polluêrunt templum
ſanctum tuum: poſuêrunt Ierúſa-
lem in pomôrum cuſtódiam.
3 Poſuêrunt morticîna ſeruôrum tuôrum
eſcas volatílibus cæli: carnes Sanctôrum tuô-
rum béſtiis terræ.
4 Effudêrunt ſánguinem eôrum, tamquam
aquam in circúitu Ierúſalem: & non erat, qui
B ſepelîret.
5 Facti ſumus oppróbrium vicînis noſtris:
ſubſannátio & illúſio his, qui in circúitu no-
ſtro ſunt.
6 Vſquêquo Dómine iraſcêris in finem: ac-
cendêtur velut ignis zelus tuus?
7 Effûnde iram tuam in Gentes, quæ te non
nouêrunt: & in regna, quæ nomen tuum non
C inuocauêrunt.
8 Quia comedêrunt Iacob: & locum eius
deſolauêrunt.
9 Ne memíneris iniquitâtum noſtrârum an-
tiquârum, citò antícipent nos miſericórdiæ
tuæ: quia paúperes facti ſumus nimis.
10 Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & pro-
pter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos:
& propítius eſto peccâtis noſtris propter no-
D men tuum.
11 Ne fortè dicant in géntibus, vbi eſt Deus
eôrum: & innotêſcat in natiónibus coram
óculis noſtris,
12 Vltio ſánguinis ſeruôrum tuôrum, qui
effûſus eſt: intróeat in conſpêctu tuo gémi-
tus compeditôrum.
13 Secûndum magnitúdinem bráchij tui:

póſſide filios mortificatôrum. A
14 Et redde vicînis noſtris ſéptuplum in
ſinu eôrum: impropérium ipſôrum, quod
exprobrauêrunt tibi Dómine.
15 Nos autem pópulus tuus, & oues páſcuæ
tuæ: confitébimur tibi in ſæculum.
16 In generatiônem & generatiônem: an-
nunciábimus laudem tuam.

---

2 *Deus venerunt gentes,* Ex abrupto orditur ad πάθος. B
*In pomorum cuſtodiam,* in humiles & ruſticanas caſas & tuguria, in quibus cuſtodiuntur poma & fructus, vel pomorum cuſtodes excubant. Nempè de ampliſſima vrbe paruum tuguriolum factum, vt Hieronymus [a] explanat. Vox Hebræa עיים *hijm,* variè accipitur. In aceruos lapidum, in foſſas, in deſolationes, vel deſerta, in rudera. Quæ omnia maximam calamitatem & ruinam declarant [b].

a *Ad Suniā.*

b *Vt 1. Mach. 1. ver. 32. 33.*

3 *Poſuerunt morticina,* cadauera. Obiecerunt volucribus cadauera ſeruorum tuorum. i. cultorum tuorum. C Alioqui fieri poteſt, vt eorum multi vita, & moribus eſſent corrupti. Sic mox, *Sanctorum tuorum.* Sancti enim hoc loco appellantur profeſſione religionis & fidei, & non tantùm ratione vitæ & morum. Hinc Thalmudici, *In hoc ſacro bello, plerique dum viuerent, filij erant Diaboli & peccati, at poſt mortem* (vel potiùs Martyrium) *Dei filij, martyrio peccata eorum expiante,* Sic apud Danielē [c], *populus Sanctorū,* & apud Paulum [d], omnes fideles Sancti. Audis quanta ſit vis belli ſacri contra Turcas & hæreticos, vt parum probos, Sanctos & Martyres efficiat: Vbi vinci ſalutare, vincere glorioſum. Nonnulli ad D Sanctos martyres reſtringunt.

*Bellum cōtra Turcas & hæreticos ſanctū*

c *Dan. 8. v. 23.*

d *Rom. 1. v. 7.*

4 *Tamquam aquam.* Magna copia, quæ tanta, vt aliqui in ſingulos anni dies numerent ad 30. millia martyrum. Alij impunè, ſecurè, nemine curante & prohibente, vt fluxus aquarum non ſolet impediri: vel, contemptim, & abiectè, vt non magni putatur aquam fundere. *Et non erat, qui ſepeliret,* Exaggerat barbariem. *Immanitatis eſt Scythicæ non ſepelire mortuos:* Seneca [e]: Non ſinebant Iudæos, ſuos ſepelire, vt Sennacherib [f]. quod exiſtimaut Iudæi morte grauius [g].

e *Ad Martiā.*

f *Tob 1 v. 22.*

g *Eccleſ. 6. verſ. 3.*

6 *Zelus*



A 6 *Zelus,* vehemens ira tua.

7 *Effunde iram tuam,* [a] hæc precatio repetitur alibi.

8 *Quia comederunt Iacob,* perdiderunt, cōſumpſerunt, vt ſuprà [b]. *Deſolauerunt,* in ſolitudinem & vaſtitatem redegerunt. Chald. *Quoniam diſſiparunt domum Iacob, & domum ſanctuarij eius vaſtauerunt.*

a *Ierem. 10. verſ. 25.*

b *Pſalm. 68. verſ. 13.*

9 *Domine ne memineris iniquitatum antiquarum,* Maiorum noſtrorum [c]. Alij, ab ineunte ætate à nobis [d], perpetratarum. Kimhi vtrumque affert. *Anticipent,* præoccupent, præueniant. *Pauperes,* vehementer afflicti & miſeri. q. attenuati. Gall. *miſerables.*

c *Vt Thren. 5. ver. 7. Tob. 3. ver. 3.*

d *Vt Pſal. 24. ver. 7.*

B 10 *Salutaris noſter,* ſaluator noſter, &, vt Hebraicè *ſalus noſtra.*

11 *Et innoteſcat,* vltio ſanguinis. Cadit enim hoc verbum in ſequentem verſum. Eſt quidem diſcordia generum in Hebræo inter ſuppoſitum & appoſitum: verùm Syntheſis hoc attulit.

12 *Compeditorum,* vinctorum, vinculis, vel captiuitate oppreſſorum.

13 *Brachij tui,* potentiæ tuæ immenſæ, omnipotentiæ tuæ, per Metaph. *Poſſide,* conſerua, vindica, aſſere. Ad verb. *reliquos fac,* id eſt, exime à morte eos, qui nōdum C quidem cæſi ſunt hoſtili gladio, ſed quotidie necem expectant. Fac eos ſaltem ſupereſſe, vt vel reliquiæ populi tui ſeruentur, nec omnes prorſus deleantur. *Filios mortificatorum,* morte affectorū. Heb. *filios mortis,* id eſt, nos morti ab hoſtibus deſtinatos: vel filios, qui occiſis parentibus ſuperſunt, pupillos, quorum parentes interempti ſunt propter te, & nominis tui cultum.

14 *Et redde vicinis noſtris,* Hyſterologia, quæ ſic ordinatur. Et redde vicinis noſtris improperium ipſorum, quod exprobrauerūt tibi, in ſinum, ſeptuplū, id eſt, co- D pioſè, vt ſupplicium eorum ſit noſtro multis partibus grauius. Quaſi pœna ſeptupli. Septenarius, Denarius, Centenarius, Millenarius multitudinem in hac lingua denotant: binarius & ternarius paucitatem. *In ſinu,* in ipſoſmet, in ipſorum gremiū. Aliqui, firmiter, tenaciter. Nam quod in ſinu eſt, non facilè abiicitur.

15 *Nos autem populus tuus,* Nos autem, qui ſumus populus tuus, gratias perpetuas agemus tibi, teque in perpetuum celebrabimus. Quod per Epexegeſim repetit ſequenti verſu.

A

## ARGVMENTVM.

*Populus ab hoſtibus vexatus, iram Dei deprecatur. Orat, vt quos ex Aegypto tranſtulit, velit tueri, præcipuè filium dexteræ ſuæ, id eſt, Chriſtum, & Chriſti membra.*

1 In finem, pro iis qui commutabuntur, teſti-
monium Aſaph. Pſal. LXXIX. Heb. 80.

B

QVi regis Iſrael, intênde: qui dedû-
cis, velut ouem, Ioſeph.
3 Qui ſedes ſuper Chérubim, ma-
nifeſtâre: coram Ephraîm, Bén-
jamin & Manâſſe.
4 Excita poténtiam tuam, & veni: vt ſaluos
fácias nos.
5 Deus conuêrte nos: & oſtênde fáciem
tuam: & ſalui érimus.
C
6 Dómine Deus virtûtum: quoûſque iraſ-
cêris ſuper oratiônem ſerui tui?
7 Cibâbis nos pane lachrymârum: & po-
tum dabis nobis in láchrymis in menſûra.
8 Poſuîſti nos in contradictiônem vicînis
noſtris: & inimîci noſtri ſubſannauêrũt nos.
9 Deus virtûtum conuêrte nos: & oſtênde
fáciem túam, & ſalui érimus.
D
10 Víneam de Ægypto tranſtulîſti: eiecîſti
Gentes, & plantâſti eam.
11 Dux itíneris fuîſti in conſpêctu eius: &
plantâſti radîces eius & implêuit terram.
12 Opéruit montes vmbra eius: & arbûſta
eius cedros Dei.
13 Extêndit pálmites ſuos vſque ad mare:
& vſque ad flumen propágines eius.

14 Vt



A 14 Vt quid deſtruxîſti macériam eius: &
vindémiant eam omnes, qui prætergrediûn-
tur viam?
15 Exterminâuit eam aper de ſylua, & ſingu-
lâris ferus depâſtus eſt eam.
16 Deus virtûtum conuértere: réſpice de
cœlo, & vide, & víſita víneam iſtam.
17 Et pérfice eam, quam plantâuit déxtera
B tua: & ſuper filium hóminis, quem confirmâ-
ſti tibi.
18 Incênſa igni, & ſuffôſſa: ab increpatiône
vultus tui perîbunt.
19 Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ:
& ſuper filium hóminis, quem confirmâſti
tibi.
20 Et non diſcédimus à te: viuificâbis nos,
& nomen tuum inuocábimus.
C
21 Dómine Deus virtûtum conuêrte nos:
& oſtênde fáciem tuam, & ſalui érimus.

---

1 *Pro iis, qui commutabuntur*, qui mouebuntur de ſuo proſpero ſtatu, qui ab eo decident. Alij *Pro liliis* vertunt. Græci plerique putant Pſalmum contra Aſſyrios cani, ſed ſatius in genere, contra omnes tyrannos in populum Domini inſurgentes.

D 2 *Qui regis*, paſtoraliter & ſuauiter. Vnde Hebraicè רעה *rohe* & Græcè ὁ ποιμαίνων. Paſcis. *Ouem*, oues צאן *tſon* enim nomen eſt collectiuum, ſingulariter multitudinem ſignificans. *Ioſeph.* Iudæos à Ioſepho Patriarcha partim originem, partim cognationem ducentes. Item vniuerſè eos vocat Ioſeph, quia ei datum eſt ius primogenituræ, & ademptum Ruben [a]. Primogenitus enim denominat totam familiam. Alienè perſonam Ioſeph Chaldæus intelligit: Nam etiam Iſrael perſonam Patriarchæ ſignificaret, non Patronymicè Iſraelitas.

[a] 1. Par. 5, v. 1

3 Qui

3 *Qui ſedes ſuper Cherubim*, Cherubis tamquam equis alatis & volucribus inſides [a], qui eos inequitas ad celeriter veniendum, vel potiùs accurrendum, illuceſce & effulge, id eſt, appare ad ſalutẽ celeriter, adeſto properè. Non opus eſt dilatione nobis tua celeri egentibus tutela & præſentiſſima ope. Locutio poetica, qua Deo tribuuntur equi alati, & animalia volucria, quibus vehatur ad perniciter exercenda ſua iudicia & conſilia, vt [b] ſuprà כרוב *Cherub*, vt docet Abben Ezra [c] non tantùm ſignificat Angelum, vel formam Angeli, ſed in genere quaſlibet צורות *Tſuroth*, id eſt, formas: vnde forma bouis viſa Ezechieli[d] appellatur Cherub. Aliis minus appoſitè, alludit ad Cherubim Propitiatorij, quibus Deus inſidere putabatur, quod inde reſpõſa daret [e]. Nã ſic iſta pingit Moſes, vt propitiatoriũ videretur ſedes Dei ſedentis inter Cherubim & pauimentum Sancti Sanctorum, ante Arcam ſcabellum ſiue ſubſellium eius. Nam qui malunt tabulam quamdam aureã ab ipſis Cherubim ſuſtentatam, fuiſſe Dei ſedem, Arcæ autem operculum ſiue propitiatorium illius ſedis ſcabellum, Moſem iſtius modi tabulæ non recordatum ſciant. Aliis reſpicit ad Cherubim gloriæ, ſiue cœli, Angelos ſupremæ Hierarchiæ, ſuper quibus ſedet, quoniam eos gloria, dignitate, excellentia, in infinitũ ſuperat. Vt ſit ſenſus. Qui vteris Cherubis rerum creatarum præſtantiſſimis in tuum famulitium, qui eis es altior & præſtantior infinitis modis, appare. *Ephraim, Beniamin & Manaſſe.* Manifeſta te, adeſto manifeſtè cunctis terræ ſanctæ & Eccleſiæ partibus. Per Synecdochen complectitur tres præcipuas partes terræ ſanctæ: Ephraim, id eſt, regnum Iſrael. Galilæam & Samariam capiens, ſiue ſeptem tribus, Beniamin regnum Iuda, continens duas tribus Beniamin & Iudæ, ſiue Iudæam propriè dictam, quæ Beniaminiam denominationem videtur ſortita, quòd in ea ſorte eſſet Hieruſalem, ſedes regni & religionis primaria: Manaſſe terram Galaad, ſiue Peræam trans Iordanem: quoniam illic cum Gad & Ruben ſedem magna ex parte Manaſſitæ habuerunt. Præuidebat autem per Spiritum ſanctum diuiſionem populi in duo regna [f], Ephraim & Beniamin, vbi Hieroſolyma. Nam Manaſſe additum, quia frater Ephraim erat, poëticè, Sic [g], *Meus eſt Manaſſes,*

a *Ezech. 1. v. 26.*
b *Pſ. 17. v. 11.*
c *Exod. 25.*
*Cherub quid ſignificet.*
d *Cap. 19. ve. 2.*
e *Exod. 35. verſ. 16.*
f *3. Reg. 12. v. 16. 17.*
g *Pſ. 107. v. 9.*



*naſſes, & Ephraim ſuſceptio capitis mei, & Iuda rex meus.* Vbi hîc Beniamin, metri cauſa. Reſpexit fortaſſe ad caſtra & profectiones filiorum Iſrael in deſerto. Nam Ephraim, Beniamin, & Manaſſes ſequebantur arcam, & Cherubim arcæ cuſtodes [a], caſtris in quadrum ita diſpoſitis, vt Ioſephus tradit, vt Arca & Tabernaculum eſſent in medio, haberéntque quolibet è latere tres tribus, q. d. Ad propitiatorium tuum deſcende, & te populo tuo exhibe præſentem. E tuo propitiatorij loco manifeſta tete, ede ſigna tuæ præſentiæ & virtutis, manifeſtare ante Ephraim, & duos alios eiuſdem vexillationis, vincendo hoſtes, calcando, fugando, ſternendo &c. In hac enim contra Chananeos ordinatione hæ tribus habebant tentoria ſua ad arcæ plagam Occidentalem, ſiue ad Sanctum Sanctorum, quaſi Dominus eſſet ante eas, procedens ad bella Chanaan: ab Oriente Iudas, Iſachar, Zabulõ: à Meridie Rubẽ, Simeõ, Gad: ab Aquilone Dan, Aſer, Nephtalin. Itaque præſentia Domini propriè videbatur eſſe ante Ephraim, Beniamin, & Manaſſe, in extrema Arcæ parte conſtituto.

4 *Excita potentiam tuam.* Poſtulat aduentum Dei in auxilium, & opem contra hoſtes. Aliqui, ſed myſticè, aduentum Chriſti in carnem.

5 *Oſtende faciem tuam*, lucere fac prop. *Conuerte nos*, reduc in gratiam, præpara & diſpone corda noſtra ad te, nos tibi reconcilia. Alij, reſtitue nos ab hac captiuitate, his malis nos eripe. Sic infra [b]. Nam ad πάθος hic verſus toties intercalatur. *Faciem tuam*, fauorem, beneuolentiam, & ſerenitatem faciei tuæ. Lux in vultu, Metonimicè hoc ſignificat. Non alienè plerique Chriſtum exponunt, qui eſt facies, & imago eſſentialis Dei.

6 *Quouſque iraſceris.* Metaphora emphatica, in Hebræo fumabis. Nam fumare eſt vehementer iraſci, ita vt fumus de ardente vultu, vel naribus effundi videatur. *Super*, cõtra precem noſtram, vt nos minimè exaudias. Cur non ſinis te exorari? *Serui.* Synecdoche numeri, ſeruorum tuorum.

7 *Cibabis nos pane lachrymarum.* Quouſque repetendum per Zeugma. Quouſque nos largis & diuturnis lachrymis conficies, *Nos.* Tertiæ perſonæ per primæ Pronomina expreſſerunt ad perſpicuitatem. Hebraicè. Eos, id eſt, eum populum, nos qui tuus ſumus populus.

*Potum*

a *Nu. 2. ve. 18. & 1[illegible].*
b *Ps. 9. 16. 21.*
*Chriſtus facies & imago Dei.*

*Potum in lachrymis*, id eſt, potum lachrymarum, potum A
lachrymabilem, & acerbum: vel, vt Kimhi, lachrymas,
quæ ſint nobis pro cibo & potu. Metaphora de cala-
mitatibus triſtibus, & exiliis acerbis. Sic panis lachry-
marum, qui cum dolore, & fletu à lugentibus ſumitur.
Chald. *Cibaſti eos panibus fletu intinctis, & bibere feciſti
eos vinum lachrymis affluens. In menſura*, abundè, largiter.
q. tripliciter. Vnde vox שליש *ſchaliſh*, menſuram
prægrandem. q. Tertiarium ſonat. Noſtri, pro peccato-
rum modo & proportione. Aliqui non intelligentes
vim vocis, *in menſura*, id eſt, tenuiter, quòd angamur B
a Ca. 4. v. 11. fame & ſiti præ inopia. Ezechielis quidem [a] *in menſura
bibere* eſt parcè & tenuiter. Verùm illic ponitur
משורה *Meſura*, id eſt, menſura parua, etſi inde mẽ-
ſuræ nomen ad latinos fluxerit, vt rectè Hierony-
b Eſ. 7. & 9. mus annotat [b]. Hic vero שליש *Salliſch* menſura
grandis.

8 *In contradictionem*, in iurgium, vt inter ſe de nobis
contendant, dum quiſque nos ſibi expugnare cupit, vt
Latinè, *in pomum diſcordiæ*. Metaphora ab agro, de cuius
poſſeſſione à multis contenditur. Certant ad inuicem C
nos ſubigere. Sic nunc ab Aſſyriis, nunc Ægyptiis, nũc
ab aliis per circuitum nationibus grauia patiebantur,
& poſſidebantur. Alij de contradictione hoſtium, non
ad inuicem, ſed contra populum Dei. Perpetuò contra
nos rixantur, & pugnant, vt apud Virgilium de Sinone,
*certántque illudere capto. Nos.* Hebraicè ſibi. Niſi legas
לנו *Lanu*, pro למו *Lemo*, vel affixum מו *Mo* etiam
ſit primæ perſonnæ, vt nonnulli cenſent. Vtut ſit, *Nos*,
adeſſe oportet vel expreſſè, vel tacitè.

9 *Deus virtutum conuerte.* Repetit verſum intercala- D
rem & quaſi Amœbæum quintum, quem Chald. ſic
reddit: *Conuerte nos de captiuitate, illumina ſplendorem
iucũditatis faciei tuæ ſuper nos, & ſalui erimus.* Sed per ca-
ptiuitatem intellige non modò eam, quæ externè pre-
mit populum, ſed etiam internam peccati & mortis.

10 *Vineam de Aegypto tranſtuliſti.* Eccleſiam, ſiue gen-
c Eſa. 5. ve. 1. tem Iſraeliticã, vt apud Eſaiam & Matthæum [c], & ali-
4, 7. & Matt. bi paſſim. *Gentes*, Chananæorum, & cæterorum ſex po-
21. ver. 33. 34. pulorum. Allegoria erit perpetua ad Pſalmi finem vſ-
35. que de populi exaltatione, dilatatione, profectu, vin-
demiatione, deprædatione, &c.

11 *Dux*



A 11 *Dux itineris fuiſti*. Verb. Euerriſti ante eam. q. d. Pur-
gaſti ſolum, ſuſtuliſti lapides, viam paraſti, tutóque
muniuiſti ante Iſraelitas, ne poſſent impingere: dedu-
xiſti eos ſine offenſione in terram ſanctam. Chald. *ex-
puliſti à facie eius Chananæos.* Reſpicitur autem ad Deũ,
ſiue Angelum Dei in columna nubis eos per totum
40. annorum ſpacium præcedentem, de ſtatione in ſta-
tionẽ deducẽtẽ, & ſtationes veluti metãtẽ. Nã Scriptu-
ra nũc hoc tribuit Angelo, nunc Deo ipſi [a] qui Ange- a Exod. 33. ve.
lus ita huius itineris dux erat, comẽſque vt interim 15. 16. 17. &
per ſe adeſſet Deus, & præſideret. Vel ille Angelus erat 34. ver. 9. 10.
B Chriſtus, qui modò Angelus teſtamẽti (à Malachia [b]) *Chriſtus Deus*
propter miſſionem ſuæ perſonæ, modò Deus propter *Iſraelem in*
diuinitatem ſuæ eſſentiæ dicitur. *Plantaſti radices*, radi- *deſerto comi-*
caſti prop. ideſt, plantaſti eam profundè & firmiter, vel *tabatur.*
extendiſti, vt longè latéque terram amplecteretur. b Mal. 3. v. 1.

12 *Operuit montes vmbra eius.* Alludit ad Iudæam,
quæ ferè tota montoſa erat, & ad Libanum illius limi-
tem, cedris altiſſimis, & laudatiſſimis confertum. Vm-
bra vineæ ſuperauit altiſſimos montes Iudeæ præ alti-
tudine, & arbuſta, ſiue rami, & palmites eius operue-
runt cedros Libani proceriſſimas. Nam, *Dei*, additur
C ad hyperbolem, vſu linguæ. Significat Hebræos bello
domuiſſe & ſubegiſſe, Og & Seon & eorum populos
de genere Gigantæo, vel etiam munitiſſimas & altiſ-
ſimas quaſque arces & loca. Vel ſecundùm alios, pro-
pagatos fuiſſe in tribus & cognationes, velut in plures
ramos, vel fuiſſe eleuatos altiſſimè in morem cedrorũ.
Nam ſimilitudines diuerſis modis concipiuntur.

13 *Extendit palmites ſuos vſque ad mare*, Palæſtinum ſi-
ue Mediterraneum. *Ad flumen* Euphratem. Nam à mari
Mediterraneo ad Euphratem erat terræ promiſſæ am-
plitudo [c], Chald. *Expandit ramos ſuos, miſiſti diſcipulos* c Exod 23. v.
D *eius vſque ad mare magnum, vſque ad fluuium Euphratem* 24. Deut. 11.
*germina eius.* ver. 31.

14 *Vt quid deſtruxiſti maceriam*, ſepem. Intelligit cu-
ram & tutelam Eccleſiæ.

15 *Exterminauit eam.* Vox ברסם *Kirſem* variè expo-
nitur. Vaſtauit, eruit, effodit, excidit, exvineauit, (id eſt,
nõ vineã reddidit extirpatis radicibus) vẽtre impleuit,
proculcauit. *Aper* Synecdoche Nu. Apri, porci ſylueſtres
qui præcipuè vitibus inimici ſunt, ex Theod. Nam
Præpoſ.

Præpoſ. *De*, inſeruit Genitiuo caſui. Sic vocat impias A
& crudeles nationes. Auguſtinus Veſpaſianum intelligit: *Singularis ferus.* Hebraïcè זיז *Ziz* agri. Fera agri, ſiue ſolitaria, ſoliuaga & agreſtis. Sed etiam hîc ſing. eſt pro plurali. μόνιος ἄγριος, vt *Singularis* ſit pro Subſtantiuo poſitum, neque ſignificet vnicum & ſolitarium, neque ſingularem & eximium, quaſi ſingulariter & eximiè ferum, ſed animal quoddam ſolitariè viuens præ ferocitate. Heſichius putat eſſe ſuem ſylueſtrem ſcorſum à grege paſcentem (ſicque eſſe aprum Gall. *Vn ſanglie*, qui eſt iam memoratus:) vel citato Cyrillo [a] aſi- B
num ſylueſtrem, id eſt, Onagrum. At Hebr. זיז *Ziz*, genus aliud feræ, de quo ſuprà [b] ſoliuagũ quidem, ſed aliis truculentius.

a *In Oſeam.*

b *Pſalm. 49. verſ. 3.*

16 *Deus virtutum conuertere*, Reuertere, reconciliare, nobis eſto placatus. *Viſita*, cura ſollicitè. De Chriſti incarnatione, qua viſitauit nos Oriens ex alto, noſtri accipiunt.

17 *Et perfice eam.* Heb. para eam, firma eam. A radice כון *Kun*, forma tamen duplicantium in Hiphil כנה *Canná*, pro הכנה *Hacanná*. He affixum aliquando C
caret puncto Mappic, & Hiphil quieſcentium Ain, & duplicantium, ה coniugationis characteriſtico. Mihi hoc magis placet, quàm vt ſit nomen, ſignificans hortum, vel plantulam, vel vitiarium, & locum vineis inſtructum: vel ſedem & baſim. *Et ſuper filium*, ſup. viſita, è verſu ſuperiore per Zeugma, vbi regimen variatur more linguæ. Nam *Super* Latinè redundat, cùm Hebraicè verbum viſitandi nunc conſtruatur cum Accuſatiuo, nunc cum Præpoſ. *Super*. viſita ſuper filium, quẽ tibi roboraſti, quem ſemper defendiſti, & tutatus es, id eſt, populum tuum [c], quem per vineam hactenus pin- D
xit. Alij Chriſtum, quẽ confirmaſti, vnxiſti in Eccleſia regem. Sic Chald. *Et ſuper regem Meſsiam, quem firmaſti tibi.* Sic Auguſtinus Arnobius, Euthymius.

c *vt Exod. 4. ver. 31.*

18 *Incenſa igni.* ſup. eſt vinea hæc, quam plantaſti. Nã eſt fœminini generis, Nominatiui caſus. *Suffoſſa*. Hebraicè exciſa (eſt.) Deinde mutat numerũ, à vinea tranſiens ad rem ſignificatam, id eſt, Iſraelitas. q. d. Si hæc increpatio, & caſtigatio tua perſeuerat, profectò populus tuus funditus peribit. Noſtri pro Nominatiuo verbi peribunt ſubaudiunt Hoſtes incendiarij & effoſſores. q.d.



A peribũt, ſubaudiũt hoſtes incẽdiarij & effoſſores, q.d. Vel ſola tua increpatione hoſtes noſtri euanuerint fũditùs.

19 *Super virum dexteræ tuæ*, id eſt, Meſſiam, vel Iſraëlem, quem dextera tua ſemper protexiſti, manu tua, potentia & præſidio aſſere. Abben Ezra vtrũque affert, niſi quòd Meſſiam accipit filium Ephraim ſiue Ioſeph, non filium Dauidis, errore Iudaïco, qui cùm nequeant diſtinguere inter duos Chriſti aduentus, humilem, & glorioſum, duos conſtruũt Chriſtos: vnum filium Ioſeph, cui ea competant, quæ de Chriſti humilitate, & crucibus Scripturæ canunt: alterum filium Dauidis, cui
B alia, quæ de Chriſti gloria, maieſtate, & triumphis. *Dexteræ* (dextera tua defenſum. Quare per Epexegeſin, mox ſequitur) *quem cõfirmaſti tibi.* Chald. *Sit manus tua ſuper virum, cui iuraſti in manu dextera tua.*

*Hebræi inſani duos Meſſias cõſtruunt.*

20 *Inuocabimus.* Hieronymus legit נקרא *Nikkaré*, paſſiuè: in nomine tuo inuocabimur, q.d. populus tuus & peculium tuum vocabimur.

21 *Domine Deus virtutũ.* Repetitione intercalari [a] concludit. Quam trinam aliqui ad ſanctiſſimæ Trinitatis inuocationem nõ immeritò referunt. Primò precamur
C conuerti ad Deum, deinde faciem ipſius placidam cernere, ſicque ſalutem percipere. Pulcherrima gradatio.

a *è ver. 5. & 9.*

*Inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis.*

---

## ARGVMENTVM.

*Ad celebranda feſta inuitat, quòd inſtituta ſint ad Dei beneficia recolenda. Deinde Deum promittentem inducit, ſi ſibi obtemperetur, fauorem, & præſidium.*

D 1 In finem, pro torcularibus, Pſal. ipſi Aſaph, quinta ſabbathi. LXXX. Heb. 81.

EXultâte Deo adiutôri noſtro: iubilâte Deo Iacob.

3 Súmite pſalmum, & date tympanum: pſalterium iucũndum cum cíthara.

4 Buccinâte in Neoménia, tuba: in inſîgni die ſolennitâtis veſtræ.

5 Quia præcêptum in Iſraël eſt: & iudícium A
Deo Iacob.
6 Teſtimónium in Ioſeph póſuit illud, cùm
exîret de terra Ægypti: linguam, quam non
nóuerat, audîuit.
7 Diuêrtit ab onéribus dorſum eius: manus
eius in cóphino ſeruiêrunt.
8 In tribulatiône inuocâſti me, & liberâui
te, exaudîui te in abſcóndito tempeſtâtis: pro-
bâui te apud aquam contradictiônis. B
9 Audi pópulus meus, & conteſtâbor te,
Iſraël ſi audíeris me, non erit in te Deus re-
cens: neque adorâbis Deum aliênum.
10 Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui
edûxi te de terra Ægypti: dilâta os tuum, &
implêbo illud.
11 Et non audîuit pópulus meus vocé meam:
& Iſraël non intêndit mihi.
12 Et dimîſi eos ſecûndum deſidéria cordis C
eôrum: ibunt in adinuentiónibus ſuis.
13 Si pópulus meus audîſſet me: Iſraël ſi in
viis ambulâſſet.
14 Pro níhilo fórſitan inimîcos eôrum hu-
miliâſſem: & ſuper tribulântes eos misîſſem
manum meam.
15 Inimîci Dómini mentîti ſunt ei: & erit
tempus eôrum in ſæcula. D
16 Et cibâuit eos ex ádipe frumênti: & de
petra, melle ſaturâuit eos.

---

1 *Quinta ſabbati.* Addiderunt è Cabbala, die Iouis, qui vnus erat è celebrioribus poſt Sabbatum & Lunæ. Chaldæus mauult fuiſſe Neomenia Septembris decantatum. Sed quadrat cunctis feſtis & celebritatibus, vt apparet è libro Numerorum[a], quem locum repreſentabit poëticè infrà[b].

a *Ver. 10. c. 10.*
b *Verſ. 4.*





A 2 *Exultate Deo.* Acclamate, iubilate, læti canite. *Adiutori noſtro,* robori noſtro, per Appoſitionem. *Deo Iacob,* qui colitur à Iacobæis, vel qui ſe eis patefecit.

3 *Sumite pſalmum, &c.* Cum animi voluptate & lætitia, Deum colite, cum gaudio & hilaritate rem diuinam, feſtáque agitate. *Pſalterium.* Inſtrumentum muſicum duodecim chordarum, & digitis pulſatum, nõ abſimile lyræ. In fonte hîc eſt כנור *kinnor,* quod tamen ſuprà[a] per Citharam redditur, quam fuiſſe inſtrumentum ſcribit Hieron. effigie Græcæ literæ Δ, decem cordarum, B plectróque pulſatum, vt meminit Ioſephus. *Iucundum,* dulce prop. *Cithara,* Heb. נבל *Nebel,* Nablum, quod ibidem vertitur Pſalterium.

a *Pſ. 32. v. 3.*

4 *Buccinate in Neomenia, tuba.* Hyſterologia. Tuba buccinate, tubam inflate, buccina clangite in Neomenia, id eſt, in nouilunio, primo die menſis, ſiue Calendis. Menſes enim Hebræorum erant lunares, ac eorum dies primus celebrabatur ſolenniter[b]. Aliqui reſtringunt ad Neomeniam Septembris, ſiue Tizri, in feſto tubarum, in memoriam legis acceptæ[c]. Quoniã hæc C erat Neomeniarum celeberrima, & maximè claſſica ob adiunctum feſtum Tubarum. Sed generatim de cunctis Neomeniis hoc præcipitur[d]. Immò & מועדים *Moadim,* id eſt, ſolemnitatibus ſex, Paſcha, menſe Niſan (Martio) Pentecoſte in Siuan (Maïo) Tubarum, Expiationum, Tabernaculorum, & Octauæ Tabernaculorum in Tizri (Septembri.) *In inſigni die,* in die feſto Tabernaculorum, vel aliis ſolẽnibus & ſtatis feſtis. כסה *Kéſe,* ſolennitas, tempus cõſtitutum, vel vmbraculum, tegmen, operimentum, vt ſignificet feſtum Taberna- D culorum, quando Iſraëlitæ ſub frondibus agebant, in memoriam habitationis deſerti. Sic Chald. *In tegmine ſolennitatis noſtræ.* Nam cooperti & tecti vmbraculis illam agitabant. Interim etiam tubis, & buccinis clangebatur ad alia ſacra. Nam ſacerdotes clangebant, & inflabant tubas, argenteas quidem ſuper holocauſtis & pacificis, vt eſſet recordatio ipſorum coram Domino ſuo[e]: Corneas autem ſupra templi pinnam ſiue tectum (παστοφόριον à Ioſepho[f]) ad congregandam Eccleſiam & cœtum, quemadmodum nos hodie campanis ad ſolennia populum conuocamus[g].

b *Numer. 29. v. 6.*
c *Leuitic. 23. v. 24.*
d *Numer. 10. v. 10.*
e *Numer. 10. v. 9.*
f *lib. 4. belli, c. 34.*
g *Ibidem.*

5 *Quia præceptum in.* Quia buccinare tubis, & pſallere

a *Numer.10. v.10.*
b *Ibidem.*

ad feſtorum celebrationem Deus præcepit Iſraëli [a]. *Et* A
*iudicium*, Et quia Deus Iacob ita faciendum iudicauit
& conſtituit [b]. Iudicium ergo decretum, inſtitutum.
In lege autem definitur, quid, quóque die offerendum,
& quo modo, & quibus inſtrumentis.

c *Leuit.23.v.24.*
d *Numer. 10. v.1.*
e *Pſ. præced. v.2. & Pſ.76. v.16.*

6 (Et quia) *Teſtimonium in Ioſeph*, id eſt, in gente noſtra, per Zeugma. *Illud*, illum diem ſolennitatis, illud feſtum, in memoriam liberationis [c]. Sed rectius, in genere illam rem, nempè celebrare feſta cum buccinationibus & clangoribus inſtrumentorum, & aliis ſacerdotibus inſtituit in exitu Aegyptiaco, initio ſecundi B
anni [d]. *Ioſeph*. Patronymicè accipitur, vt ſuprà [e]. Chaldæus tamen perſonam Ioſeph accipit, fortaſſe quia pro *de Aegypto*, Hebraïcè legitur *ſuper Aegyptum: Teſtimonium*, inquit, *ſuper domum Ioſeph poſuit, quia non attigit vxorem Domini ſui. Illo die egreſſus eſt de domo carceris, & dominatus eſt ſuper regionem Aegypti: labium, quod neſciebat, didicit, & audiuit*. Atqui præceptum in vllo egreſſu ipſi non eſt priuatim datum de feſtis huiuſmodi celebrandis. Deinde *Super* על *aal*, pro מן *Min*, *de*, per Parallagen Protheſeon poëticam. *Linguam*, Aſyntheton. (Et cum) linguam Aegyptiacam ignotam ſibi, ac C
barbaram audiebat [f]. Enallagen perſonæ contextus Hebraïci cum ſimplici locutione commutarunt. Aliqui intelligunt de lingua, ſiue ſermone Domini in legiſlatione ad ipſos facto, quem non fuerant ſoliti audire, cum maximo terrore & tonitru [g]. De quo Apoſtolus [h]: *Vocem Domini, qui audierunt, excuſarunt ſe, ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur. Adeò erat terribile, quod videbatur*, audiebatur, *vt etiam Moſes dixerit: Exterritus ſum, & tremebundus. Acceſſerant enim ad tractabilem montem, & acceſſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum.* D

f *Pſ.113. v.1.*
g *Exod.19.v.19.20. & 20. v.18.*
h *Hebr. 12.v.16.*

7 *Diuertit ab oneribus*. Beneficia liberationis Aegyptiacæ narrat, ob quæ ſit Deus extollendus voce & organis in his feſtis. In Hebræo Deus loquens inducitur: *Subduxi ab oneribus humerum eius. Diuertit*, auertit, liberauit, ſubduxit (quando ſup.) *Manus eius ſeruierunt. In cophino*, portando lutum in corbibus ad conficiendas ollas. Non enim ſolùm ad lateres coquendos cogebantur, verumetiam ad alia opera, ſiue fictilia, ſiue alterius generis [i] in luto & lateribus, ac omni opere. Quare

i *Exo.1.v.11.*

& Py



A & Pyramides barbaras illorum induſtriæ plerique tribuunt. Vnde Hebraïcè manus eius ab olla (id eſt, ab ollis conficiendis) tranſierunt, receſſerunt. Vbi Septuaginta videtur legiſſe תעבודנה *tababodená* per ד, non per ר. Vel [a] ab aheno, ſiue caldario tranſierunt: vel cophino, ſiue caniſtro [b]. דוד *Dud* enim hæc omnia deſignat. Quod ferè Rabbini referunt ad liberationem de eiuſmodi miſeria & ſeruitute, vt quod proximè præceſſit, q.d. ab ollis, vel ahenis conficiendis liberati ſunt.

a *1.Reg. 2. v.13.*
b *Ier.24.v.2.*

8 *In tribulatione inuocaſti me*. Verba Dei. *In abſcondito tempeſtatis*, quando te abſcondebas propter tempeſta-
B tem, & tonitru Aegyptiorum. Sic vocat pericula & captiuitatem ipſis ab Aegyptiis importatam. Metaphora ab iis, qui latitando cupiunt hoſtes effugere. Alij referunt ad tonitrua & tempeſtatem illam, quam excitauit de nube, in qua veluti occultabatur præſentia eius in mari Rubro contra Aegyptios [c], vt ſignificet Deum nimbis & nubibus, vnde illud horrificũ tonitru erumpebat, adfuiſſe, & pro ipſis pugnauiſſe ſecũdum illud [d]: *Reſpiciens Dominus per columnam nubis, interfecit Aegyptios, & ſubuertit rotas curruum*. Alij ad tonitrua montis Si-
C nai [e], in quibus, cum legem traderet, occultabatur. *Probaui te*, tuam fidem exploraui, ad aquas contentionis (מריבה *Meribá* [f]) dicendo ſcilicet id, quod ſequitur. Notat eorum improbitatem, quòd ad aquas contradictionis fuerint rebelles, & tamen non deſiit eos in terram introducere, *Sela*.

c *Pſal. 76.v.17. & 18.*
d *Exod.14.v.24.*
e *Exod. 19.v.18.*
f *Exo.17.v.2.*

9 *Audi populus meus, &*. Mimeſis de initio & principio Decalogi, *Conteſtabor*, palàm commonefaciam & publicè. *Recens*, peregrinus Hebraïcè qualis eſt recens, quia humano ingenio & commento cœpit tandem tamquam numen haberi, atque vt Deus coli, vt apud
D Occiduos Iupiter, apud Orientales Belus. Vel peregrinus, id eſt, aliarum gentium & exterarum, ne ad eamdem impietatem trahantur.

*Dij quos coluerũt homines recentes ſunt.*

10 *Dilata os tuum, & implebo illud*. Metonymia. Oris tui precem, & poſtulationem latè aperi, effunde, exaggera, amplifica, & implebo illam: amplè, copiosè loquere & pete. Ego verò illud perficiam & præſtabo. Quicquid poſtulabis, fidelis modò fueris, perficiã, quantumcũque fuerit magnũ & latum. Pete quicquid voles, ac quãtùm voles, & illud efficiam: votorum tuorum eris compos,

II 3

ſi mihi obtẽperaueris, & fidem in me retinueris. Maxima Emphaſis. Nam implere, non eſt tantùm perficere, ſed copioſiſſimè, ac, vt loquitur Apoſtolus, *facere ſuperabundantius, quàm petamus, aut intelligamus* [a]. Sic Chriſtus, *Omnia quæcunque petieris in oratione, crede, quia accipies & euenient tibi* [b].

a *Eph. 3. ver. 20.*

b *Ioan. 14. ver. 14. Luc. 11. verſ. 11. Marc. 11. ver. 24.*

11 *Non intendit*, non obtemperauit mihi, nõ mihi credidit, neque acquieuit, quia populus duræ ceruicis [c]. Ad verb. Non voluit me. Chald. *Non obediuit verbo meo.*

12 *Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.* Pœna rebellionis maxima, de qua Apoſtolus [d]. Permiſi ruere, & fe[rri] præcipites, quo liberet, quaſi nauem ſine gubernaculo, aut equum indomitũ, & furentem ſine chamo & fræno: *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc* [e]. *Secundum deſideria*, in prauitate, ſecundum malignitatem. *In adinuentionibus*, in vanis opinionibus & ſtudiis.

c *Act. 7. v. 51. Deut. 9. v. 6.*

d *Rom. 1. ver. 26.*

e *Apoc. 21. ver. 11.*

13 *Si populus meus*, Vox לו *Lu*, maiorẽ habet Emphaſim, vt quæ particula ſit Optandi. O ſi mihi dicto audiens fuiſſet populus meus, Vtinam me ille audiſſet.

14 *Pro nihilo*. Hebraicè *quaſi modico*. Sic Græcè ἐν μηδενί, in nullo (labore, tempore, pretio) per Eclipſim commodi Subſtantiui: modico tempore, breui, citò: vel modico labore, nullo negotio, facilè: vel modico, vel etiam nullo pretio, gratis, ſola cõtentus obedientia, inimicos eorum deieciſſem. Gall. *En peu de temps pour peu*. Tanta eſt fœcunditas huius locutionis, vt ſuprà [f]. *Forſitan*. Modus loquendi ad commonſtrandam loquentis, vel facientis libertatem, aut modeſtiã. Sic פן *Pen, ne fortè*, interdum aſſeuerat. Hæc tamen particula *Ne*, in Græco quidem habetur, ſed non obeſt contextui. Neque enim notat in Deo dubitationem vel mutabilitatem, quaſi ignoraret quid eſſet facturus, ſi ſe obedientem populus præſtitiſſet, ſed quam dixi libertatem, ne quis putet ſolam obedientiam eſſe cauſam tantarum rerum, & non potiùs Dei gratiam, voluntatem, beneplacitum, huiuſmodi obedientiam acceptantis.

f *Pſal. 8. v. 7.*

*De Deo cur dicatur forſitan.*

15 *Inimici Domini mentiti*, ἐψεύσαντο. Rabbini ferè ſequentes duos verſus exponunt. Si audiſſet me populus meus, inimici ipſius (qui iidem ſunt Domini) mentiti fuiſſent ei (Iſraeli:) id eſt, negaſſent ſe quicquã molitos vnquam contra eos, ſimulaſſéntque bello domiti beneuolentiam & volũtariam ſeruitutem, & fuiſſet tempus eorum



eorum (populi mei) in ſæcula, id eſt, perpetuò floruiſſet populus meus, ac Dominus cibaſſet eos flore tritici, & melle rupis ſatiaſſet. Poſſit etiam cum Septuag. pronunciatiuè exponi ſenſu, quo ſuprà dixit [a]. *Et non audiuit populus meus*. Cum hac mea tanta in ipſos beneuolẽtia, inimici Domini, ſcilicet Iſraelitæ, vt & vocantur ab [b] Eſaia mentiti ſunt ei, eum negauerunt, fidem ei ſanctè datam violauerunt: & erit tempus eorum in ſæcula: & tamen in æternum viuere debent, vt vel perpetuò crucientur, vel perpetuò beentur? Miratur impiorũ ſocordiam, qui cùm in æternum viuere debeãt, nec vnà cum corporibus extingui, tamen ad illius immortalitatis dubium ſtatum mẽtem minimè attollunt, neque commouentur. Theodoritus tempus interpretatur calamitatis, & refert ad inimicos. q. d. Non ad certum tempus incurrent calamitatem hoſtes, ſed in ſæculum, id eſt, in æternum Dei gratia priuabuntur.

a *Verſ. 11.*

b *Eſa. 1. v. 24.*

16 *Ex adipe frumenti*, tritici prop. tritico optimo, pane lectiſſimo & delicatiſſimo. Adipem vocãt, ſiue pinguedinem, quicquid eſt in re qualibet optimum & præcipuum. Hoc autem pertinet ad valles ſiue partem terræ ſanctæ campeſtrẽ [c], quam Abdias [d] vocat שפלה *Sephelà*. *De petra*, de rupe, de montibus petroſis & ſaxoſis, nempe ſterilibus & infœcundis natura, de altera terræ Sanctæ regione, quæ magna ex parte montoſa, petroſáve erat, terminabatúrq; Idumæa ſiue Arabia Petræa. *Melle* rebus mellitis dulcibúſque fructibus. Melimelis. Montes redundant palmis, oleis, ficubus, vitibus, & eius generis ſtirpibus fructus dulciſſimos profundentibus. Non quòd immediatè de petris Mel effluat. Nam mel petrinum damnatur potius à medicis, immò verò venenatum habetur. Hunc locũ illuſtrat Moſes dicens [e] *conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorũ: & ſugeret mel* (mellitos fructus) *de Petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo, &c.* Alij ſimpliciter. Melle, quod de rupibus ſponte, & abſque hominum induſtria colligitur, præ copia apum illic mellificantium, eos ſatiauit. Apes, ni domeſticis excipiantur alueis, in concauitates arborum, & prærupta petrarum ſiue rupium ſeſe abdunt, illícque mel conficiunt. Alludit perpetuò ad promiſſam terræ ſanctæ bonitatem [f], quæ tanta erat, vt non modò res neceſſarias, verumetiam voluptarias copioſè

c *Pſalm. 64. v. 14.*

d *Abd. ver. 19.*

e *Deut. 32. verſ. 13.*

f *Exod 3. v. 8. Deut. 33. v. [illegible]*

A profunderet. Nam vel apes vltrò & copioſè in petris ipſis mellificabant [a]. Sed quodam idiotiſmo latius, רבש *Debas*, (mel) deſignat cuncta dulcia, vt ſaccharum, mel, dactylos, ficus, vuas. Vnde [b] terram fluentem lacte & melle Rabbini interpretantur, affluentem lacticiniis pecorum, & fructibus dulcibus ſtirpium. Qua notione plerique medicorum Galenum, & medicinæ alios principes per μέλι aiunt intellexiſſe ſaccharum, & ſimilia mellita. Alioqui ſacchari nullam feciſſe mētionem, quod tamen in medicamētis eſt vſitatiſſimum, & efficaciſſimum. Et Martialis [c]: *Infanti melimela dato*, de dulcibus fructibus. Reſpicit iuxta alios, ad Māna, quod B pro voto cuique ſapiebat [d]. Quod etiam fatētur Thalmudici והו מאמר ר״זל שאמרו כי היו מוציים טעם במן בכל מה שרצו. *vehu maomar rabbothenu zicronam libracha ſcheomeru, chi hain motſim thaham beman chechol mah ſcheretſu.* id eſt, *Illud eſt magiſtrorum noſtrorū piæ memoriæ qui dixerunt, quòd inueniebant guſtum in manna iuxta omne id quod volebant.* R. Menahen Racanati [e]. q.d. Melle dulcius. Eſt autē Hyperbole de ſumma fœcunditate, vbertate, & deliciis, quibus adumbratur corporis Dominici ſacramentum, C & ſuaues doctrinæ cœleſtis, & gratiæ conſolationes.

a *1. Reg. 14. ver. 26.*
b *Exod. 13. ver. 5.*
c *Lib. 7.*
d *Sap. 16. ver. 26.*
e *Exod. 16.*
*Corpus Dominicū manna adūbratum.*

## ARGVMENTVM.

*Iniuſtè iura adminiſtrantibus exitium minatur, precans Chriſti aduentum, qui feriò eos puniat.*

1 Pſalmus Aſaph. LXXXI. Heb. 82.

D Eus ſtetit in ſynagôga Deôrum: in D
médio autem Deos diiúdicat.
3 Vſquêquo iudicâtis iniquitâtem: & fácies peccatôrū ſúmitis?
4 Iudicâte egêno, & pupíllo: húmilem, & paúperem iuſtificâte.
5 Erípite paúperem: & egênum de manu peccatôris liberâte.





A 6 Neſciêrunt, neque intellexêrunt, in ténebris ámbulant: mouebûntur ómnia fundamênta terræ.
7 Ego dixi, Dij eſtis: & fílij excêlſi omnes.
8 Vos autem ſicut hómines moriémini: & ſicut vnus de princípibus cadêtis.
9 Surge Deus iúdica terram: quóniam tu hæreditâbis in ómnibus Géntibus.

B

2 *Deus*, אלהים *Elohim*, q. iudex & vltor. Appoſitum epithetum, quia agitur de iudicio. *Stetit*, collocauit ſe prop. vt eorum actiones contempletur, & de eorum iudiciis & ſententiis cenſuras ferat. *In ſynagoga Deorum.* In iudicium vicem Dei in terris gerentium congregatione, & conſeſſu. Hebraïcè quidem, In congregatione Dei: ſed Deorū fuit vertendum, ad explicandā Synecdochen numeri, *Iudicis* pro *Iudicum*, & magiſtratuum, in quorum medio ſtat Deus, tamquam iudex primus, contemplans eorum actiones, & quale ipſius vice ius C dicant aliis. Eſt enim Iudicum iudex, quemadmodū regum rex & dominus dominantium. אל *El, Deus.* hîc ſumi pro iudice teſtatur R. Anonymus. Nā de אלהים *Elohim*, non eſt dubium. *In medio*, ipſorum ſcilicet. *Deos dijudicat*, de Deorum ſiue iudicū actionibus & iudiciis iudicat, ac cenſuram fert. In medio ipſorum poſitus iudicat quid ipſi faciant, examinat & attendit. Iudices & magiſtratus alios iudicant, at Deum habent iudicē, qui ipſorum ſtudia, & actiones expendat, in medio eorum eſt, vt ipſos iudicet. Sciant illi ſe non euaſuros Dei manus, ſi peruerſè munus ſuum exerceant. Vel, in medio D Deorum ſiue iudicum, Deus iudicem agit: in magiſtratuum conſeſſu ipſos diiudicat, ac reprehendit, arguit, & accuſat verbis, quæ ſequuntur. Subtilius R. Moſe Nahmanides [a], *In medio Deorum iudicat*, Deus ſcilicet. Nempè Deus cum illis eſt, cum illis abſoluit innocentem, damnat nocentem, dicente Moſe [b], *iudicium Dei eſt*, & rege Ioſaphat [c] *non homini ſed Deo iudicatis, qui vob ſcum eſt in verbo iudicij.* i. re ad iudicium pertinente. Sic [d] Dij analogicè ſunt iudices, quòd Dei vices gerant & ſuſti-

*Deus iudicū iudex eſt.*

a *Exod. 21.*
b *Deut. 1. 17.*
c *2. Par. 19. ver. 6.*
d *Exod. 22. ver. 28.*

neant,ac eiuſmodi adminiſtratio res ſit diuina, nõ humana [a]. Vel vt Abben Ezra ſentit [b] quòd Dei iudicia & leges in terra firment, ac tueantur. Alioqui propriè, verè,ſubſtantialiter vnus eſt Deus, nimirum ſummum ens & primum,quo nihil poteſt cogitari maius & perfectius. Homines & Angeli Dij non natura, ſed participatione tantùm cuiuſdã ſcintillæ virtutis Dei.Chald. *Deus,cuius maieſtas commoratur in congregatione iuſtorum, qui potentes ſunt in lege,in medio iudicum, in veritate iudicat. Deos* recentiores vertunt in genitiuo, Deorum, quod ב præcedẽtis vocis בְּקֶרֶב *vekéreb* habeat ſcheua no camets. Sed nihil neceſſe. Deinde iſte Accuſatiuus eſſet perpetuo ſubaudiendus, *In medio deorum iudicat,* ipſos videlicet Deos.

A

*a Conſule 2. Par. 19. v. 6. 7. Rom. 13. ver. 1.2.3.*

*b Exod. 21. Deus vnus eſt & quid.*

B

3 *Quouſque iudicatis,* Deus iudices iudicat, dicendo ſupple. *Iniquitatem,* quod iniquum eſt,vel iniquè,iniuſtè. Quouſque iniqua facitis iudicia? *Et facies,* & perſonas accipitis. Quouſque impiorum rationem & delectum habetis; indulgetis & fauetis? Quouſque in gratiam impiorum tenuiores condemnatis, attendentes non ad cauſam & ius, ſed perſonas?

4 *Iudicate egeno,* in commoda egenorũ & pupillorum iniuſtè oppreſſorum. *Iuſtificate,* abſoluite, tutamini, iuſtam ſententiam pro illis ferte [c].

*c Eſa. 1. v. 17.*

5 *Eripite, liberate.* Ab improborum iniuria defendite, ne illis fiat præda. C

6 *Neſcierunt neque intellexerunt.* Deum & iuſtitiam. Reſpondet ſibi ipſi. Chaldæus autem ſic Eclipſes implet. *Neſcierunt bonum operari, neque intellexerunt legem, in tenebris ambulantes. In tenebris,* in cæcitate, in iuris iuſtíque ignorantia verſantur, ſunt indocti & imperiti. Vel in prauis & atris operibus: ſunt improbi & malitioſi,peruertunt iudicia, nec ſecundum legem Dei iudicant. *Mouebuntur,* Conceſſio poëtica: Etiamſi moueantur omnia terræ fundamenta: etiamſi omnia miſceri, & perire debeant,ſic ſe gerunt. Alij *fundamenta,* leges exponunt, & iura,quibus Reſp. regna & imperia firmantur. Alij regna & reſpublicas, quæ iniqua magiſtratuum iudicia ſubuertunt [d]. q. d. Peruertuntur omnia, neque quicquam eſt integrum. D

*d Prouer. 29. verſ. 8.*

7 *Ego dixi,Dij eſtis,* Ego vos ſum dignatus mea appellatione



latione præ reliquis hominibus,ob officij dignitatem, quo fungimini, vt non homines, ſed Dij quidam terreſtres eſſe videamini [a]. *Excelſi.* Genitiui caſus. Dei,qui in loco excelſo & ſublimi ſolio ſedet. Chald. *Sicut angeli Dei excelſi.*

*a Exod. 7. ve. 1. & 22. ver. 2. & 2. Par. 19. ver. 6. 7.*

8 *Vos autem ſicut homines.* Hebraicè כְּאָדָם *cheadam.* Sicut Adam, id eſt, ſicut abiectiſſimus & viliſſimus quiſque homo, non habita ratione veſtræ dignitatis, maieſtatis & potentiæ. Aliqui, ſicut Adam primus homo. *De principibus,* de tyrannis. Ita Rabbini ferè in malum. Sicut tyrannus quiſpiam præcipitabimini ad inferos. Corpore peribitis, vt quiuis hominum, animo, vt quiuis tyrannus, qui non ſimpliciter gehennæ addicitur, verùm etiam potenter illic tormenta patitur [b]. R. Selomo, Arnobius, Chryſoſtomus dæmones, vel vt Theodoritus dæmonum principes intelligunt, qui acerbiſſimis & exquiſitiſſimis ſuppliciis cruciantur [c], Quo modo ait Paulus [d]: *Ne fortè incidat in iudicium Diaboli,* id eſt,in tale iudicium & ſupplicium, in quale Diabolus incidit, nẽpè grauiſſimũ. Sunt enim principatus inter dæmonas. Nã vt Deus hominibus, prouinciis, vrbibus & regnis ſuos angelos præficit ad diſſoluenda opera, ſtudia & conatus Satanæ: ita & Satanas ſuos per prouincias, regna & vrbes diſtribuit ad omnia miſcẽda, & corrũpenda [e]: *Princeps Perſarum & Princeps Græcorum,* malus eorum genius ſiue dæmon eis à Satana dæmoniorum principe attributus. Et Paulus [f]. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ.* De quibus D. Thomas de Regimine principũ [g]. Ex quo fonte apud R. Iſaac [h] שָׂרִים *Sarim.* Rabbini vocant Dæmonas præfectos præſertim regionum & vrbium, vt Sammaelem Idumeorum שַׂר *Sar* ſiue principem, Azza Ægyptiorum. Aliqui non tam rectè de quolibet principe ſicut quiuis de principibus in mortem incidetis. Eam non magis vitabitis, quàm reliqui principes, quos iam mortuos cernitis.

B

C

D

*b Eſ. 14. v. 18. 19. Sap. 6. ve. 7. 8. 9.*

*c 2. Pet. 2. v. 4*

*d 1. Tim. 3. v. 6.*

*Dæmones alij aliis rebus præſunt.*

*e Dan. 10. ve. 20.*

*f Ephe. 6. ver. 12.*

*g Lib. 3. c. 21.*

*h Exod. 14.*

9 *Surge Deus,iudica.* Apoſtrophe ad Deum, vt iis occurrat malis, & iuſta ferat iudicia: vel Dei filiũ potiùs, quem Pater iudicem omnium conſtituit, vt veniat in carnem, & his miſeriis medeatur. Ad eum enim omniũ gentium

*Ad Chriſtum omnium gentium hæreditas pertinet.*

gentium hęreditas,& iudicium pertinet. *Quoniam*, quoniam hæreditatem conſequêris omnium gẽtium, omnia vbique poſſidebis, omnes habebis tibi in hæreditatem. Hoc perficietur in vltimo ipſius aduentu. Precatur autem, vt Chriſtus veniat, in cuius regno vera & conſtans erit fœlicitas. Aliqui Hebræorum futurum accipiunt pro præſenti: Iudica terram, quoniam omnia hæreditate poſſides, quoniam omnia tua ſunt: quoniam tu es legitimus hæres regnorum, omniúmque gẽtium, ideóque illis debes ius & tutelam. B

## ARGVMENTVM.

*Iſmaelitis, Saracenis, & cæteris eorum partes contra Eccleſiam ſequentibus, exitium precatur. Pſalmus eſt Propheticus.*

1 Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXII. Heb. 83.

DEus quis ſímilis erit tibi? ne táceas, C
neque compeſcâris Deus.
3 Quóniam ecce inimíci tui ſonuêrunt: & qui odêrunt te, extulêrunt caput.
4 Super populum tuum malignauêrunt cõſilium: & cogitauêrũt aduêrſus Sanctos tuos.
5 Dixêrunt, Veníte, & diſperdâmus eos de gente: & non memorêtur nomen Iſrael vltrà.
6 Quóniam cogitauêrunt vnanímiter, ſimul aduêrſum te teſtamêntum diſpoſuêrunt: D
tabernácula Idumæôrum, & Iſmaelîtæ.
7 Moab, & Agarêni, Gebal, & Ammon, & Amalech: alienigenæ cum habitántibus Tyrũ.
8 Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt in adiutórium filiis Lot.
9 Fac illis ſicut Mádian & Síſaræ: ſicut Iabin in torrênte Ciſſon.

10 Diſpe



A 10 Diſperiêrunt in Endor: facti ſunt, vt ſtercus terræ.
11 Pone príncipes eôrũ, ſicut Oreb & Zeeb: & Zebee, & Sálmana.
12 Omnes príncipes eôrum, qui dixêrunt: Hæreditâte poſſideâmus ſanctuárium Dei.
13 Deus meus pone illos, vt rotam: & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.
B 14 Sicut ignis, qui combûrit ſyluam: & ſicut flamma combûrens montes.
15 Ita perſequêris illos in tempeſtâte tua: & in ira tua turbâbis eos.
16 Imple fácies eôrum ignomínia: & quærent nomen tuum Dómine.
17 Erubêſcant, & conturbêntur in ſæculum ſæculi: & confundântur, & péreant.
C 18 Et cognôſcant, quia nomen tibi Dóminus: tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

2 *Deus quis ſimilis tibi.* Cùm nullus ſit tui ſimilis, ne tace, néve quieſce *Quis ſimilis.* Heb. ne, vel non ſimilis tibi. Sed ad perſpicuitatem, negantem locutionem interroganter expreſſerunt דּוּמִי *dumi* pro דּמה *dume*, ſimilis,[a] vt apud Eſaiam רוֹעִי *robi* paſcẽs, pro רועה *robeh*. Rabbini malunt hîc ſignificare ſilentium, vt ter idem dicat ad vehementiam, ne ſilentium (ſit) tibi, ne tace, néve quieſce. *Neque compeſcaris*, ne quieſcas, ne te quietum, & placidum experiantur. Ne compeſce iram tuam, ne deſiſte ab vltione. — [a] *Eſa. 38.*

D

3 *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt*, tumultuantes & frementes contra nos, & potentia ſuperbientes. Inimici Eccleſiæ ſunt Dei hoſtes. *Sonare* hîc, eleuare vocem ſuperbè & minaciter, vt *Efferre caput*, ſe inſolenter extollere.

4 . *Super populum tuum malignauerunt*, malignè inierũt, malitioſè conſultarunt, callidum excogitarunt conſilium. *Sanctos tuos*, quos violare non licet, quos violari non ſinis, quos vt rem ſanctam ſeruas & tueris. Hinc

Hebraicè

Hebraicè *Abſconditos tuos*,id eſt, quos abſcondis ab ho- A
ſtibus,quos protegis,ne ſint hoſtibus direptioni.Com-
modum inſtituto Epithetum. Nam agitur de grauiſſi-
ma oppugnatione.Aliqui,*quorũ vita in cœlis eſt abſcondi-*
*ta* [a], quos apud te abſcondis,& in cœlum tamquam in
a *Cor.3.ve.3.* theſaurum ſuo tempore recipis. Sãctorum periphraſis.
b *Ezec.7.ve.21.* Hinc צפון *Tſaphun* b deſignat interius templi ora-
culum, quod cœlum referebat ſecretius. Chaldæus in
neutro intellexit, *Conſultarunt aduerſus abſcõdita in the-*
*ſauris tuis*,vt res ſanctæ,vaſa ſacra, non profana, neque
vulgi manibus expoſita intelligantur. B
5 *Diſpe lamus eos de gente*,ne ampliùs ſint gens penitùs,
ne ampliùs quiſquam audeat ſe profiteri è tuo popu-
lo,metu mortis.Iam obſeruauimus *A*,& *De*,plerumque
in hac lingua negationem includere. Eſt autem Mi-
meſis impiorumde delenda Eccleſia,vt ne nomen qui-
dem ſuperſit.
6 *Cogitauerunt*,conſultarunt,conſpirarunt.*Vnanimiter*
*ſimul*.Hebraicè corde ſimul, ſiue pariter. Summo con-
ſenſu,quaſi vnicum haberent cor.*Corde*,pro corde vno,
c *Hoſ.6.ve.9.* vt *pergentes humero*,pro humero vno [c]. Quæ duo per
Athnah conſtruuntur cum præcedentibus. Sic Græcè C
ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ.ferè tamẽ diuiduntur. *Vnanimiter* cũ
verbo *Cogitauerunt* , *Simul* cum ſequenti *Diſpoſuerunt*.
*Teſtamentum*,fœdus & pactum inierunt aduerſum te,&
tui nominis cultores. Hoc teſtamentum videtur eſſe
*Alcoranus teſtamentũ impiorũ Mahometanorum.* Alcoranus,quo modo lex Dei & Euãgelium ſunt pio-
rum teſtamenta.*Tabernacula*,Nominatiui caſus Meto-
nymicè,Idumæi in tabernaculis degẽtes, caſtra & mi-
lites Idumæorum, ab Edom ſiue Eſau , in tabernaculis
habitantium,& ferè Nomadum. *Iſmaelitæ* , Arabes,ab
d *Gen.25. ve.12.13.* Iſmaele filio Abrahæ ex Agar [d]. D
7 *Moab & Agareni*.Saraceni: ab Agar matre Iſmaëlis,
*Gal.4. v. 24.* qui vt ſibi glorioſam originem Abrahæ tribuerent,Sa-
racenos à Sara eius legitima,& nobili vxore ſe malue-
runt appellare:vel,vt alij putant,à Sara monte cogno-
mine.Separantur ab Iſmaelitis hîc , fortaſſè quia Agar
alios habuit filios præter Iſmaelem , & aliam Arabiæ
partem occuparũt.Moab,Ammon,Amalec, ſunt etiam
e *Gen.19.v.37 38.* populi Arabiæ , è qua Mahometes iſtorum Propheta.
Moab enim & Ammon filij Lot fuerunt [e], & Amalech
f *Gen.36.v.12* filius Eliphaz , filij Eſau , è concubina Thamna [f],cuius
poſteri



A Poſteri Amalechitæ ſempiternas inimicitias exercue-
runt cum populo Domini [a]. *Gebal*.cùm de eo nihil ſe- a *Ex.17. v. 9.*
paratim comperiatur in Scripturis,ſit populus Gabelæ
ciuitatis Phœniciæ apud Stephanum , vel Syriæ apud
Strabonem,propè Laodiceam , cuius incolæ Gabalitæ,
quam Gibel ſuo tempore appellatã Volaterranus ait,
olim autem Biblum.*Alienigenæ*,Paleſtini,è Cappadocia
in hanc regionem profecti,deletis veteribus colonis b. b *Deut. 2.v.23.*
Alioqui פלשת *Peleſheth* è progenie Mizraim , à quo
Ægyptus [c], *Tyrus* ciuitas Phœniciæ. c *Gen.10.v.14*
8 *Etenim Aſſur venit*,etiam d. Eſt enim Emphaſis.Etiã d *Pſa.67.v.10 & 21.*
B Aſſyrij remoti populi , qui nihil habebant commercij
cum Iſrael , ſe coniunxerunt cum filiis Lot ad ipſum
delendum.Etiam populi Iſraelitis ignoti , à quibus ni-
hil ipſis videbatur metuendum,propter longinquitatẽ,
quorum fortaſſe nomen audierant, at arma numquam
ſenſerant,concurrerunt cũ Arabibus. Sic Turcæ igno- *Turcæ ſe Arabibus cõiunxerunt cõtra nos.*
ti populi , & obſcuriſſimi è media Tartaria venerunt
auxilio Arabibus & Mahometanis, vt olim Syrij Am-
monitis [e]. *Aſſur*.Aſſyrij ſeſe eis cõiunxerunt. Hoc pro-
pter Turcas , qui è Scythia ſiue Tartaria in Aſiam & e *2.Reg.10.v.6.*
C Africam irruperunt,deinde cum Saracenis & Arabibus
coïerunt.*Filiis Lot*,Moabitis & Ammonitis Saracenorũ
populis f. Catalogus præcipuorum hoſtium Chriſti & f *Gen.19.v.37 38.*
Eccleſiæ , qui eam extinguere iam ab antiquo conati
ſunt. Etſi magna ex parte à ſanctis Patriarchis orti eſ-
ſent,vel affinitatem cum eis contraxiſſent.
9 *Fac illis ſicut Madian*. Dele eos ad internecionem,
ſicut Madianitas,& eorum principes Gedeonis tempo-
re [g], & ſicut Siſaram principem exercitus Iabin regis g *Iud.6. ver. 10.20. 21. & ſeq.& 7.v.33. 34. & ſeq.*
Chananæorũ,Deboræ & Barac principatu h.Madianitæ
D Arabiæ populus, à Madian Abrahæ filio ex Cethura i,
*Sicut Iabin*,regi Chanaam [k].
10 *Diſperierunt in Endor*.Locus tribus Menaſſæ l,pro- h *Iud.4.v.15. & 5.per totũ.*
pè Ciſſon fluuium,in quo Siſara & Iabin , qui per 20.
annos populum Domini oppreſſerãt,periergũt [m], adeò i *Gen.25.ver.2.*
vt Siſaram fœmina clauo in caput infixo trucidarit.Eſt
autem Hyſteron proteron. Nam vltio Madianitarum k *Iud.4.v. 2.*
fuit hac poſterior annis quadraginta.*Vt ſtercus*. Manſe- l *Iud.17.v. 7. 1.Reg.28.v.11*
runt & computruerunt in ſterquilinio , manſerunt in- m *Iud. 5.v.13 & 5.*
ſepulti , & putrefacti , nullo ſuperſtite, qui eos humi
conderet.Tanta fuit clades.Chald.*facti ſunt ſicut ſtercus*
*conculca*

A *conculcatum in terra.*

11 *Pone Principes eorum ſicut.* Hos quatuor Madianitarum Principes cum innumerabili eorum exercitu memorabilibus prælijs confecit Gedeon [a]. Hinc ad ipſum, Oreb & Zeeb Principum ab Ephraimitis captorum & interfectorum capita delata ſunt trans Iordanem [b]. Zebee & Salmana ab ipſomet capti & trucidati ſunt [c]. Ita explicatur, quod in vniuerſum dixerat d, *Sicut Madian.*

a *Iud.7.v.25. & 8.*
b *Iud.7.v.26.*
c *Iud.6.v.6.*
d *Verſ.9.*

12 *Omnes Principes eorum.* Omnes, inquã, Principes, &c. Eſt enim expoſitio ſuperioris verſus. Quare Maſoretæ annexuerũt eius fini, apud quos principium verſus eſt: B *Qui dixerunt. Sanctuarium.* נאות *neoth. Habitacula* Hebraïcè generalius, de diuinis omnibus templis, vrbibus, locis & oppidis populi Domini.

13 *Deus meus pone illos,* Pœnæ impiorum quatuor ſimilitudinibus repræſentãtur. *Vt rotam τροχὸν* Græcè, perturba eos in modum rotæ, ne pedibus cõſiſtant. גלגל *Galgal,* ſignificat quicquid rotundum eſt, & volubile, vel in rotundum torquetur, & iactatur. Hinc alij ad aliud accommodant. Torque illos in modum trochi, quo modo trochus ſolet torqueri à pueris. Iacta illos, C vt ſuper terram ſphæra, & globus iactatur. Chald. *Pone eos, ſicut rotam, quæ voluitur & mouetur, nec conſiſtit in decliui* Kimhi, *Pone eos ſicut glumam, quæ per aërem vento raptatur.* Turbina eos.

14 *Sicut ignis qui comburit,* Ignis vehementius ardens, maximè quando à vento flabellatur, abſumit ſyluam magno impetu & ardore. *Montes.* Montes ſulphureos, vt nemo poſſit incendium extinguere, vel propè accedere: Vt olim Pyrenæi, Ætna, Veſuuius.

15 *Ita perſequeris illos,* ad hunc modum perdes eos acerbiſſimis plagis & ærumnis. *In ira,* in turbine tuo, ad ver- D bum tempeſtate veluti immiſſa, vt conſiſtere non poſſint vſpiam סופה *Suphá* eſt turbo, repentina tempeſtas, ſpiritus tempeſtuoſus. Huic eleganti Metaphora ira Dei comparatur.

16 *Imple facies eorum.* Deus in pœnis non interitũ quærit, ſed reſipiſcentiam, niſi quando ſumus inſanabiles, de quibus ſequens verſus debet intelligi.

18 *Et ſciant quia nomen.* Hebraicè vt ſciant, quia ô tu nomen tuum eſt Dominus (&) tu ſolus altiſſimus in omni terra. Vt cognoſcant te nominari יהוה *Iehuè,* id eſt,



A id eſt, vt te cognoſcant ſolum eſſe verum Deum, ac ſuper vniuerſam terram poteſtatem habentem, cui verè competat nomen Domini, quíque omnia terrarum ſolus gubernas, Deos autẽ ſuos eſſe Deos inanes & fictitios. *Dominus.* In Hebræo nomen ponitur יהוה Tetragrammaton, quod transferri ſolet Dominus, & interdum Deus, & cùm cætera ferè appellatiua ſint, Dei proprium exiſtimatur. Eius quanta ſit vis, & notatio, ac quibus vocalibus pronũciaretur, ſiue vſurparetur in B templo, ídque dumtaxat expiationis die, & in ſolennibus benedictionibus, quarum formula præſcribitur in lib. Numerorum [a], docuimus lib. 2. de Trinitate. Alioqui enim religionis & venerationis cauſa erat ineffabile, nec licebat cuiquam in communibus profaníſque colloquiis, & negotiis illud efferre, vel etiam ſcribere. Quod etiamnum hodie Iudæi conſtanter obſeruant, loco eius legentes modò Adonaï, modò Elohim, pro punctorum adiectu. Quod ne quis exiſtimet eſſe ſuperſtitioſum, ſciat ſanctiſſimos quoſque id ſemper fuiſſe ſecutos. Nam Sept. Hieronymus, & cæteri habent in C Exodo b: *Nomen meum Adonaï non manifeſtaui eis:* vbi hodie impij vetuſtatis temeratores, & nominis Dei ineffabilis profanatores, atque adeò transformatores *Iona,* vel, *Iehoua,* vocabulo nouo, barbaro, fictitio, irreligioſo, & Iouem Gentilium redolente, legunt.

*De nomine Dei ineffabili.*

a *Nume. 6. v. 24. 25. & 26.*

b *Exod. 6. v. 3.*

## ARGVMENTVM.

*Suſpirat ex exilio in templum, vt in eo Deum poßit colere. Beatos eſſe, qui non careant vſu religionis. Commodus ſuſpirantibus in cœlum.*

D

1 In finem, pro torcularibus filiis Core, Pſalmus LXXXIII. Hebr. 84.

QVàm dilêcta tabernácula tua Dómine virtûtum: concupîſcit & déficit ánima mea in átria Dómini.

3 Cor meum & caro mea: exultauêrunt in Deum viuum.

4 Etenim paſſer inuênit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.

5 Altária tua Dómine virtûtum: Rex meus, A
& Deus meus.
6 Beâti, qui hábitant in domo tua Dómine:
in ſæcula ſæculôrum laudâbunt te.
7 Beâtus vir, cuius eſt auxíliũ abs te: aſcen-
ſiônes in corde ſuo diſpóſuit, in valle lachry-
mârum, in loco quem póſuit.
8 Etenim benedictiônes dabit legiſlâtor,
ibunt de virtûte in virtûtem: vidébitur Deus
De[illegible]um in Sion. B
9 Dómine Deus virtûtũ exaûdi oratiônem
meam: aúribus pércipe Deus Iacob.
10 Protêctor noſter áſpice Deus: & réſpice
in fáciem Chriſti tui.
11 Quia mélior eſt dies vna in átriis tuis: ſu-
per míllia.
12 Elêgi abiêct[9] eſſe in domo Dei mei: magis
quàm habitâre in tabernáculis peccatôrum. C
13 Quia miſericôrdiam, & veritâtem díligit
Deus: grátiam, & glóriam dabit Dóminus.
14 Non priuâbit bonis eos, qui ámbulant in
innocéntia: Dómine virtûtum, beâtus homo,
qui ſperat in te.

---

1 Hactenus Pſalmi Aſaph. Nunc ſequuntur aliquot alij auctores. *Filijs*, filiorum vide ſuprà [a]. D

a *Pſal. 4.*

2 *Quàm dilecta*, quàm amabilia, quàm deſiderabilia, & expetibilia. *Deficit*, præ deſiderij vehementia: expetit ſummo deſiderio vſque ad animi defectionẽ. כלה *kalá*, eſt confici deſiderio, animi deliquium pati præ cupiditate alicuius rei: & in genere, conſumi, deficere. *Atria*, ſacraria, in quibus oratur Deus, & res diuina fit, loca ſancta, Deo dedicata, & legitimo cultui, cui intereſſe propter exilium non licebat. Facilè litera transfertur ad Spiritum, id eſt, ad cœleſtium manſionum deſiderium.

3 *Cor*



A 3 *Cor meum & caro mea exultauerunt*, iubilant & vociferantur cum gaudio ad Deum viuentem & æternum. *Caro* pro ore, per Synecdochen, R. Kimhi. Sed melius *Cor & caro*, anima & corpus. Vtrumque enim Dei ſenſu affici debet. *Viuum*. Epithetum Dei veri, propter idola, quæ mortua ſunt, id eſt, carentia ſpiritu & poteſtate.

4 *Etenim paſſer inuenit*. Sum, inquit, deteriore conditione quàm auiculæ. Illis enim patet aditus ad altaria tua, adeò vt apud illa nidulentur, cùm mihi ad ea non liceat propter exilium accedere. Hi enim duo verſus B vnicus ſunt in Hebræo, & ad hunc ſenſum ab Hebræis explanantur. *Paſſer*. צפור *Tſippor*, nomen generale cunctis auiculis mane ſurgentibus ad garriendum & cantillandum [a]. Solet tamen reſtringi ad Paſſerum ſpeciem. *Turtur*. דרור *deror*, Hirundo. Hebraïcè. Verùm eſt Synecdoche, pro omnibus auiculis, quæ nidos apud templa fingunt. Immò citra Synecdochẽ R. Moſe Nahmanides eodem loco putat דרור *Deror*, nomen eſſe commune cunctis auiculis liberè per domos, vrbes, & agros volitantibus & vagantibus. Nam דרור *Deror*, C libertatem ſonat. Auis nempè libera, non incluſa in cauea, vel domibus. Sept. propter myſterium Turturem potuerunt eligere, quæ in Canticis Salom. & in Paralipomenon libro [b], piarum mentium eſt ſymbolum, vt quæ ſit caſta, ſolitaria, gemebunda, quieta, meticuloſa, meditabunda. Sic Paſſerem, vt qui gregalis ſit, ſocietate gaudeat, in tectis vel propè feneſtras nidificet, & pippiat. Itẽ quia hæ duæ ſpecies in genere auicularũ notiſſimæ ſunt & vulgatiſſimæ. Chald. *Etiam columba inuenit domum, & turtur nidum habet, quòd legitimi ſint pulli eius, & offerantur in ſuperficie altaris tui, Domine exercituum.* D Nam ex omnibus auibus columbæ & turtures duntaxat aptæ erant ſacrificiis, præter quam in leproſorum purificatione, in qua inſtitui poterat ſacrificium de qualibet auium mundarum, ſeorſum paſſerum ſpecie [c]. Alioqui nihil refert, quæ auium ſpecies exprimatur, modò illa ſibi eligat habitationem & nidum circa templa, & altaria, quæ olim erant ſub dio, & in locis nemoroſis.

a *Rab. Moſe Leuit. 14.*
b *Cant. 2. v. 12. 1. Par. 17. v. 17.*
c *Leuit. 14. v. 4.*

5 *Altaria tua Domine*. Appoſitoriè, vt iam attigimus: paſſer & turtur inuenerunt ſibi domum & nidum, nẽpè altaria tua. Aliqui malunt orationem eſſe conciſam & imperfectam per Apoſiopeſin (vtinam ſic inueniam) altaria tua Domine.

6 *Beati qui habitant in domo tua*, in templo tuo, vt rei diuinæ interſint, ſéque cantu & celebratione laudum A tuarũ conſolentur & paſcant. *In ſæcula ſæculorum*, quamdiu viuent, perpetuò & continenter. Sic עוד *hod* explicat Kimhi, quod propriè ſonat *Adhuc. Sela* hic verſum claudit. Nam myſterium eſt de iis, qui præſentis vitæ miſeriis liberati, iam in domo Domini, id eſt, cæleſti patria commorantur, cuius typum Sion, ſiue Eccleſia in terris exhibet.

7 *Beatus vir cuius auxilium*, fortitudo in te, prop. *Aſcenſiones*, ſemitas tuas altas, tua præcepta & leges: vel ſemitæ, quibus in tuam domum aſcenditur, quæ eſt Ec- B cleſia, vel cœlum: ſtratas vias ad progrediendum in domum tuam. Eſt alluſio ad ſitum Hieruſalem, quæ in loco erat montoſo, q.d. Beatus, qui in corde habet ſemitas adeundi domum Dei, dum eſt in terris, lachrymarum valle, vt illuc iter ſuſcipiat ad celebrandum Deum cum fidelium cœtu. Medicina contra miſerias & lachrymas huius vitæ Eccleſia & templa. Illinc enim hauriuntur multæ conſolationes. Hunc locum recentiores non intelligunt, vt qui cohærentem ſententiam in duas diuidant. Eos Soph paſuc (Periodi puncto reſ- C pondens) ſignatum ad *in corde ſuo*, fefellit. Atqui alia ratio Proſodiæ huius operis, quàm aliorum, vt iam docuimus. Itaque in eo neque Athnah, neque Soph paſuc ſemper ſententiam diſtinguit, ſed dumtaxat metrum ſiue verſum, vt in aliis linguis videmus Poëtas ſenſum vnius verſus in alterum extendere. Sic Hebraïcè ad verbum (Beati ſunt) *ſemitas altas in corde ſuo: tranſeuntes in valle fletus, fonte* (appoſitoriè) *quem ponunt. Beati ſunt, qui tranſeunt altas ſemitas*, &c. Nam ſic eſt ordinandum: id eſt, vt Septua. optimè mutato numero reddiderunt, Beatus qui aſcenſiones (in templum in monte poſitum, D vel in cœlum) in corde ſuo diſpoſuit in hac valle lachrymarum, loco à ſe poſito. Beatus qui ex animo meditatur in domum Dei aſcendere, quamdiu eſt in hoc mundo flebili & luctuoſo, quem locum, ſiue quem fontem lachrymarum ſibi poſuit, homo ſcilicet. Sua enim culpa excidit è paradiſo voluptatis, in hunc miſerum mundi ſtatum, & è iuſtitia & fœlicitate originaria, in hanc peccati & ſtatus calamitatem, terram maledictam, parientem ſpinas, tribulos, animantes noxias,

*Eccleſia & templa ſunt medicina contra miſerias huius vitæ.*



A noxias, & omnis generis mala: atque homines cogentem viuere ſudore vultus ſui, &c. Alioqui permanſiſſet in paradiſo voluptatis, è quo omnia iſta exulaſſent. Vallem lachrymarum aliqui poſt Kimhium in vallem mori arboris transformant, ſatis alienè, pro arida & ſiticuloſa, quia hæc arbor in locis aridis oritur. Alij in vallem ſiticuloſam, & aqua carentem per Metalepſim, quòd penuria aquæ viatores in illis locis æſtuoſioribus, quandóque flentes faciat. Alij in proprium loci. B Deinde quod ſequitur, *Fontem ponunt eam*, quòd frequentibus puteis ob multitudinem ad feſtum pergentem, vallem illam in modum continui fontis excauauerint. Sed ſimpliciſſimus cùm ſit hic ſenſus, & argumento Pſalmi congruus, recentiorum hæ omnes interpretationes de corporali aſcenſu Iudæorum in tabernaculum Domini ad feſta Domini celebranda, coactæ ſunt & frigidæ, vt eas pigeat commemorare. Neque enim beati erant Iudæi, verbi gratia, fontes in vallibus excitantes cauando: vt commoditate itineris per loca arida homines magis incitarentur ad frequentandum C domum Domini, cùm idem poſſint & improbi. Vnde vertunt: *Tranſeuntes in valle, ſiue per vallem fletus, fontem ponunt eam*, vbi mallem, fontem, quem ponunt ſiue poſuerunt. Demonſtratiuũ enim ſæpè pro relatiuo. Quod & ſententiam multò præſtantiorem ferre poſſit per Zeugma, nempè hanc. (Et beati, qui) tranſeuntes per vallem iſtam miſeriæ, lachrymis eam implent, & quaſi fontem aquis plenum faciunt, id eſt, qui in præſenti vita copioſis lachrymis pœnitentiæ, peccata & miſerias ſuas diluunt, & pro cœleſtis patriæ deſide- D rio, grauiſſimè lugent. *Beati* (enim) *qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur* [a]. Nec etiam ſententia erit ſterilis, ſi iuxta hanc diſtinctionem Maſoreticam fructus proficiſcentium in domum Domini deſcribi incipiat. Illi tranſeuntes per hanc miſeræ vitæ vallem, fontem (gratiæ) ponent eam, id eſt, vi pietatis miſerias vitæ diuinis conſolationibus diluent: deinde benedictionibus amicientur, &c. Chald. aliò retulit: *Peccatores, qui tranſeunt per profundum gehennæ, flentes fletu, ſicut fontem ponent illud. Aſcenſiones*, rectè. Nam מסלות *Meſilloth*, altas ſemitas declarat, à סלל exaltare, eleuare. *In loco*, εἰς τὸν τόπον, in locum, vt motus ſignificet ut

a *Matt. 5. v. 5.*

A Vnde citra Eclipſim facilis ſequetur cōſtructio. Beatus, qui apud ſe diſpoſuit in hac lachrymarum valle, aſcenſiones in locum: (cæli, vel templi) qui diſpoſuit aſcendere in locum, quem poſuit, fixit, elegit ſibi Deus: Vt ſit cæli vel Eccleſiæ periphraſis. Hoc enim congruet Paulo [a]. *Chriſtus ſanctorum miniſter. & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo.* Tum hæc fontis, *quem poſuerunt*, innuēt myſteriū Sanctiſſimæ Trinitatis. Quem fontem, quem locum gratiæ & fælicitatis poſuerunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ſiue quem poſuit Deus vnus Patre, Filio, & Spiritu Sancto conſtitutus. Nam B ob hoc myſterium ſic interdum loquitur Scriptura Hebraica, vt in Geneſ. [b] *Eduxerūt me dij de domo Patris mei.* & apud Eſaïam [c], *dominabuntur tui qui fecerunt te, Dominus exercituum nomen eius.* מעין *Mahian*, pro מעין *Mahon*, loco, habitaculo, accepere Sept. vide infrà d. *Quem poſuit*, ſibi ipſe homo, vt ſuprà. Si quis priorē explanationem amplecti malit. Quem ſibi ipſe homo fecit vallem lachrymarum, cùm antea hic terræ locus eſſet vallis voluptatis, & quaſi paradiſus Domini. Hæc explanatio, confirmatur Hebraïca veritate, in qua hæc C pluraliter enunciantur. Quem poſuerunt, ipſi ſcilicet. Terra vallis, comparatione cæli, quod mons dicitur multis Scripturæ locis.

*a Heb. 8. v. 2.*

*S. Trinitatis myſteriū innuitur.*

b *Gen. 20. v. 3.*
c *Eſaiæ 54. verſ. 5.*
d *Pſalm. 86. ver. vlt.*

8 *Dabit legiſlator.* Hebraicè induet Doctor. מורה *more*, Doctorem propriè ſonat, vt apud Ioelem [e], vbi etiam Chriſtus Doctor iuſtitiæ nominatur, & apud R. Moſem, מורה נבוכים *More Nebuchim*, Doctor perplexorum. Induet doctor ſiue Legiſlator Chriſtus, benedictiones, vt eis populum ſuum afficiat & cumulet. Induere, amicire, & ſimilia vſu linguæ (vt *Amictus lumine ſicut veſtimento* [f],) ſignificant copioſè habere, repleri, D abundare. Benedictiones præmij cęleſtis dona, vel gratiæ diuinæ conſolationes. Ita exprimit gratiæ Chriſti redundantiam & plenitudinem, de qua nos omnes accipimus. Alij per Doctorē intelligunt, quemlibet alios docentem. Ipſe qui diuinam legem aliis impartitur docendo, multa diuina munera induet, & obtinebit, multas benedictiones dabit. i. proferet, edet, profundet. Chald. *benedictione amicientur, qui inſudant, vt doceant legem tuam.* Inſipidè, contra leges Grammaticas, Chaldæi veterúmque auctoritatem, recentiores interpretantur,

e *Ioël 2. v. 23.*

f *Pſalm. 103. ver. 2.*



A tantur, *Etiam ciſternam obteget* (i. replebit) *pluuia. De virtute in virtutem*, de robore in robur, in dies fient potentiores, in dies obtinebunt maiorem gratiam & dona, gratiis ſpiritualibus roborabūtur [a]. Proficient ſemper virtute, potentia, opibus, &c. *Videbitur.* Hebraicè *videbitur apud Deum in Sione.* i. exaudietur pius, fauorem nanciſcetur & gratiam: quicquid ab eo poſtulabit conſequetur, apparebit Deo. Deus eum videbit in templo oculis fauorabilibus & propitiis; illic eum oculis aſpiciet æquis. Quoniam autem à templo ad cælum mentes noſtras voluerunt ſubuehere; per hypallagen B verterunt; vel potiùs אל *El*, per tſeri legerunt, vt ſit vnum de diuinis nominibus: cùm Maſoretæ per ſegol, quò præpoſitio euadat. In Sione Deus. i. Dei gloria, & præſentia apparebit, ſe illic videndum & fruendū præbebit. Quod etiam in Eccleſia locum habet. Illic enim ſe communicat, & ſuam gratiam & fauorem. Illic ſe interioribus oculis & fide aſpiciendum præbet; illic ſe reuelat, ſuam gloriam & myſteria.

a *Sic 2. Cor. 3. ver. 18.*

*Deus videtur in Eccleſia.*

9 *Domine Deus virtutum*, צבאות *tſebaoth*. Hebraicè. i. exercituum. *Sela.*

10 *Et reſpice in faciem Chriſti tui.* Chaldæus R. Kimhi C & cæteri ferè Rabbini de vero Chriſto, legéque ſolenniter promiſſo, Chriſti Domini faciem vel perſonam intuere, quæ tibi nos placare vberrimè poteſt: exaudi nos pro ipſius reuerentia, per Chriſtum tuum nos aſpice. Gnoſtici myſteriis iniquiores, de Dauide: *Aſpice vultu placido Dauidem vnctum tuum tibi ſupplicantem.* Nec aduertunt filios Choræ huius Pſalmi eſſe auctores, qui quadringentis annis ante Dauidem in deſerto vaticinantes, ſibi potiùs Chriſtum, quàm alium regem canendum propoſuerant.

*Gnoſtici Chriſtum non agnoſcunt vbi Hebræi eum agnoſcunt.*

D 11 *Super millia*, dierū: pluſquàm mille dies, etiā fœliciſſimi, extra Eccleſiā. Quàm fœlix ergo eſſe in Eccleſia!

12 *Elegi abiectus eſſe*, Malo deſidere ad limen domus tuæ, tamquam vilis oſtiarius & abiectus ianitor, malo in domo Dei quacumque conditione ſeruire, quàm commorari in magnificentiſſimis impiorum domiciliis, illícq; glorioſè & ſplendidè viuere, vbi omnia ſunt impietatis plena. Vnde Hebraicè רשע *reſihah*, pro *Peccatorum impietatis.* Aliqui tamen, *perturbationis*, vt intelligat aulam regiam, in qua nulla diſciplina & pie-

tatis ratio, vt proinde temporarium peccatum appellatur ab Apoſtolo, vbi inquit[a]. *Moſes maluit affligi cum populo Dei, quàm vocari filius filiæ Pharaonis, ab eaq; in regnum adoptari. Reſpiciebat enim ad retributionem æternam.* A

a *Hebr. 11. verſ. 25.*

13 *Quia miſericordiam & veritatem diligit.* Hebraicè *quia ſol & ſcutum eſt Dominus Deus, gratiam gloriamq; dabit Dominus* Eſtque ratio cur malit eſſe in Eccleſia. In ea enim Deus eſt ſol illuſtrans, vegetans, fouens, alens ſuo calore, fœcundans, noſtras vires reparãs, & ſcutum protegens, & arcens externa & interna incommoda. Voluerunt itaque Sept. explanare, in quo Deus eſſet ſol B & ſcutum. Nempè dum miſericorditer ſe nobis impartitur, & prouidet, eſt velut ſalutaris ille ſolis fulgor, mundi oculus: dum veritatem & fidem ſeruat. i. promiſſa perficit fideliter, eſt nobis ſcuti ac propugnaculi loco. Miſericordiã ad ſolem, veritatem, promiſſorúmque præſtationem ad ſcutum retulerunt, in ſimilitudine euoluenda. *Gratiam,* qua ſumus filij Dei in hoc mundo. *Gloriam,* vitam æternam in altero ſæculo.

14 *Non priuabit bonis eos,* non prohibebit, non deſtituet bonis innocentes, bona eis non denegabit. Ratio ſuperiorum hæc eſt trimẽbris. Itaque in ſingulis mem- C bris *Quia* debet cogitatione repeti, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Expeto ſupra omnia eſſe in domo Dei: primò quia miſericodiã, &c. ſecundò quia gratiam & gloriam dabit: tertio quia non priuabit bonis integros. *Domine.* Epiphonema.

---

## ARGVMENTVM.

*Orat vt iis, quos à captiuitate Babylonica liberauerit, ſolidè placetur, Chriſto exhibito.*

1 In finem filiis Core, Pſalmus LXXXIIII. Hebr. 85. D

BEnedixîſti Dómine terram tuam: auertîſti captiuitâtem Iacob.
3 Remisîſti iniquitâtẽ plebis tuæ: operuîſti ómnia peccâta eórum.
4 Mitigâſti omnem iram tuam: auertîſti ab ira



A ab ira indignatiônis tuæ.
5 Conuêrte nos Deus ſalutâris noſter: & auêrte iram tuam à nobis.
6 Numquid in ætêrnum iraſcêris nobis? aut extêndes iram tuam à generatiône in generatiônem?
7 Deus tu conuêrſus viuificâbis nos: & plebs tua lætábitur in te.
8 Oſtênde nobis Dómine miſericórdiam
B tuam: & ſalutâre tuum da nobis.
9 Audiam, quid loquâtur in me Dóminus Deus: quóniam loquêtur pacem in plebem ſuam.
10 Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui conuertûntur ad cor.
11 Verúmtamen prope timêntes eum ſalutâre ipsîus: vt inhábitet glória in terra noſtra.
C 12 Miſericórdia & véritas obuiauêrunt ſibi: iuſtítia & pax oſculâtæ ſunt.
13 Véritas de terra orta eſt: & iuſtítia de cælo proſpêxit.
14 Etenim Dóminus dabit benignitâtem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.
15 Iuſtítia ante eum ambulâbit: & ponet in via greſſus ſuos.

D

---

2 *Benedixiſti Domine,* Canit beneficium liberationis è captiuitate Ægyptiaca, Babylonica, & ſimilibus externis vſque ad verſ. 5. in quo incipit precari, vt idem ſibi ſuíſque præſtet, vel etiam Chriſtum mittat, quo iſtæ omnes perficiantur. Iuxta Kimhi primùm vaticinatur de redemptione per Chriſtum, vt ſint præterita pro futuris. Deinde ſubiicit precem populi exulantis: denique Deum ipſam exaudiuiſſe narrat. Poſſit eſſe pre-

catio pro gentium conuerſione, in ipſarum perſona. A
Vti benedixiſti olim terram & populum tuum Iſraëliticum,&c. ſic cõuerte nos gentes,&c. vt ad extremum vſque gentes loquentes inducantur. *Benedixiſti*, beneficiis multis cumulaſti. Ad verb. voluiſti, complacitum habuiſti, beneplacito es proſecutus. Sic Græcè εὐδοκήσας, niſi quòd noſter interpres videtur legiſſe εὐλογήσας. Nihil interim refert, nam Dei beneuolentia & voluntas eſt actuoſa, & efficax. *Terram*, terræ tuæ Iſraëliticæ incolas. Metonym. *Auertiſti*, reduxiſti captiuitatem Babylonicam, vt id dicatur in perſona reuerſorum ab B
illo exil[illegible], & è Babylone liberatorum.

3 *Operuiſti omnia peccata eorum*, texiſti, velaſti, ne ea videas. Homoioteleutis autem amplificat antiquam Dei erga populum, & terram ſuam beneuolentiam & fauorem, hoc & ſeq. verſ.

4 *Mitigaſti omnem iram tuam*. Ad verb. Collegiſti. Sed
a Ioël.2.v.10. Colligere, pro retrahere intra ſe, vt apud Ioëlem [a]. *Stellæ collegerunt lucem ſuam*. i. retraxerunt. Congregaſti ad tete iram tuam, ne extrà eam effunderes. Ne foris appareret, apud te illam continuiſti. *Auertiſti*, te, ſupple. Auerſus es à vehementi tua indignatione, qua nos in C
ſeruitutem tradideras.

5 *Conuerte nos Deus*. Hactenus præteritæ beneuolentiæ narratio. Nunc eam accommodat propoſito, ac precatur, vt Chriſtus veniat cætera perfecturus. *Conuerte nos*. ad te, qui benedixiſti, &c. reconcilia nos tibi, miſſo ad nos filio tuo. Vel, ſi Dominus ſit Chriſtus hoc Pſalmo, tuo aduentu & præſentia. Alij, tranquilla nos. שב *Sab*, Hebraicè etiam eſt tranquillare. Conſolare nos, plenè reſtitue. Apoſtrophe ad Dominum, ſiue D
Chriſtum.

6 *Numquid*, dilato Chriſto tuo, vel tuo aduentu, *in æternum iraſceris?*

7 *Deus tu conuerſus*, Hebraiſmus, de quo alibi. Rurſum *Viuificabis*, veluti è mortuis reuiuiſcere facies, & ſaluabis nos. Prima viuificatio eſt Babylonica, & cæteræ externæ. Secunda illa Pauli [b]: *Cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto*.
b Epheſ. 2. verſ. 5. 6.
Aliis *Conuerſus*, reconciliatus, præter linguæ vſum, in huiuſmodi



A huiuſmodi verborum conſequentia, nam in ea ſonat, rurſum, denuò. Interrogant Hebraica eodẽ ſenſu, An nõ tu conuerſus viuificabis nos? Vbi aliquis putarit Septuaginta חלא *Halo* legiſſe tranſpoſitè אלה *Elóah*, Deus.

8 *Salutare tuum*. Chriſtum ſaluatorem noſtrum, Tuã ſalutem, Hebraicè alluſione ad nomen Ieſu, id eſt, per quem ſaluare ſoles.

9 *Audiam quid loquatur*. Deprecanter. Audiam, obſecro, quid loquatur in me Dominus. Fac audiam meis auribus Chriſtum loquentem. Nam nihil niſi pacem
B loquetur: nihil niſi, vt iuſtificati pacem habeamus, prædicabit. Vel in genere, Audiam quid mihi dicat Dominus, quid loquatur: loquitur autẽ Deus nobiſcũ, nõ verba quæ auribus percipi poſſint faciendo, ſed eorum, ad quos loquitur, mentẽ ita informãdo, vt non ſolùm res tamquam præſentes mentis oculis cernant, verùm etiã à Deo ſe diuinitùs moueri ſentiant, perinde affecti ac ſi ipſum loquentem audirent, vel intelligerent. Hinc Baſilius de prophetia [a]: *Vox Dei diuerſa eſt ab iis vocibus, quas aurium ſenſu percipimus. Nam illa fit per viſionem, vt in ſomniis: vt enim in his animus noſter, quorumdam veluti*
C *verborum notis imbuitur, nulla voce ad ſenſum aurium accedente, ſed mente quibuſdam rerum formis inſignita, ſic Dei vox exiſtimanda eſt, quam Propheta audiuiſſe memorantur. In me*, mecum. Idiotiſmus, qualis apud Zachariã [b], *Angelus qui loquebatur in me*, id eſt, mecũ. *Dominus Deus*, hîc perſpicuè Chriſtus indicatur. *Pacem*, reconciliationem & tranquillitatem conſcientiæ, qui eſt fructus Euangelij, vel proſpera & bona quæque. Nam pax ritu linguæ, omne fœlicitatis genus importat.

Deus quomodo loquatur.

a Pſal. 28.

b Zach.1.v.9

10 *Et in eos*. Siue legerint אל *Al* per Pathath, vt ho-
D die Iudæi: ſiue per Segol, idem perpetuò eſt ſenſus. Nã hæc negatio, *Et (in eos qui) non reuertuntur ad ſtultitiam*, huic affirmationi æquipollet, *Et (in eos qui) conuertuntur ad cor*, id eſt, ad eos qui redeunt ad ſeſe, qui ſeriò & ex animo reſipiſcunt, neque amplius ad demẽtiam reuertuntur, loquitur Deus pacem, eis recõciliationẽ & gratiam promittit. אל *Al*, pro לא *Lo* apud Poetas ſæpè. Alioqui eſt particula Prohibẽdi, *ne*. *Ad cor*, Vox כסלה *Kiſlá* ilia ſignificat [c], aliàs ſtultitiã. Quare aliqui vertunt. *Et ne conuertantur ad ſtultitiam*. In aliquibus exẽplaribus, ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ᾽ αὐτόν: *ad eos, qui*

c Iob.15.v.27. & Leui.3.v.4

A *qui conuertunt cor ad ipſum.*

11 *Verumtamen prope timentes eum,* אך *Ak* particula aſſeuerandi, non aduerſandi. Sanè ſalus Domini eum reuerẽtibus adeſt, propinqua eſt, & præſto. *Gloria.* Putãt nõnulli illud eſſe D. Ioannis.[a] *Habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti.* Vt gloria Dei, Chriſtus inhabitet inter nos, corporea forma ſit præſens: vel *Gloria,* præſentia diuinæ maieſtatis & gratiæ.

a Ioa. 1. v. 14.

12 *Miſericordia & veritas.* Fructus aduẽtus Chriſti quatuor verſibus deſcribuntur, nempè miſericordia ſiue gratia, & gratiæ vires atque opera, veritas, iuſtitia, pax (conſcientiarum.) B Hinc Andreas Hieroſolymitanus in ſalutatione Virginis cuncta refert ad Chriſtum. *Filij ſecundum Patris bene placitum miſericordia ſuper nos venit,* &c. Sic ferè noſtri quatuor hos nouiſſimos verſus de myſterio incarnationis & humanæ reconciliationis. Sic & ex Hebræis R. Moſes de natiuitate Meſſiæ. Poſſunt autem vel Antitheticè exponi, vel per congeriem citra Antitheſim. Hoc quidem modo, Miſericordia & veritas & iuſtitia & pax Dei ſimul aduenerũt per Chriſtum. C Dedit benignitatem in illo aduentu, dedit terra fructum ſuum, iuſtitia ante Deum viguit, & poſuit in via greſſus ſuos. Antitheticè autem, *Miſericordia* Dei, & *veritas,* fides, ſinceritas, integritas hominum, ſic coniũcta ſunt, vt diſiungi nequeant: ſéque comitentur: ſic iuſtitia Dei, & pax hominis, ſibi mutua tam firmiter oſcula impreſſerunt, vt diuelli non poſſint, ſed ſe conſequantur. Qui ſunt fructus aduentus Chriſti, per quem miſericordiam conſecuti ſumus à Deo, & cognitionẽ veritatis, quíque nos iuſtos ex iniuſtis reddidit, & Deo reconciliauit. q. dicat, Miſericordia Dei comes tum erit D integritatis indiuidua: & iuſtitia Dei, per quam iuſtificamur, pacis, tranquillorum morum, & vitæ. Quod ſic explanat Kimhi. *Tempore Meßiæ habitabit gloria in domo Dei, eruntque miſericordia, & veritas in mundo. Populus enim Dei erit in veritatis via, non fallet, neque peccabit. Erit etiam pax, & iuſtitia in mundo, adeò vt videantur amicè, & indiuiduè coaluiſſe, veritas & iuſtitia ex parte hominum, miſericordia & pax ex parte Dei.* Alij iuſtitiam referunt ad hominem, pacem ad Deum. Verùm propter ſequentis verſus Hemiſtichium: *Iuſtitia de cælo proſpexit,* pax videtur dici de hominibus, iuſtitia de Deo [b] non qua iuſtus eſt, ſed

Aduẽtus Chriſti fructus.

b Rom. 3. v. 5.



A eſt, ſed qua nos iuſtos efficit, iuſtéque ſe erga nos gerit, vel etiam miſericorditer. Aliqui hæc non diuidunt, ſed cuncta referunt ad Deum, *Miſericordia,* Dei erga gẽtes: *& veritas,* id eſt, promiſſionum eius fidelitas, reſpectu Iudæorum, quibus promiſſus fuit Chriſtus, ſimul occurrerunt. *Iuſtitia,* eiuſdẽ, per quam gratiæ, & virtutum infuſionem conſequimur, *ac pax,* quam per reconciliationem remiſſionémque peccatorum affert, ſuper nos venerunt. Contrà alij omnia referunt ad hominẽ, ſed minus aptè. Miſericordia hominum, veritas, iuſtitia & pax ſimul ſe comitantur, vt vnum non ſit inter ho- B mines ſine altero. In quocumque enim eſt iuſtitia & virtus, ille etiam à Deo pacem conſequitur. Simplicius, vt miſericordia ſit gratia mera, ratione gentium, veritas præſtatio promiſſorum propter Iudæos, quibus gratis quidẽ exhibitus eſt Chriſtus, ſed tamẽ ex promiſſione [a]. Iuſtitia iuſtificatio, de qua ſequenti verſu, pax tranquillitas conſcientiæ, reconciliationis & remiſſionis peccati effectus, vt in inſcriptionibus epiſtolarum Apoſtolicarum, & apud Virg. [b] *Exorauit pacem diuûm.* Nam eo loci Nonius pacis nomine nunc propitiationẽ, C nunc veniam intelligi notat.

*Dei iuſtitia eſt qua nos iuſtos efficit.*

a Rom. 15. ve. 8. 9.

b 3. Aeneid.

13 *Veritas de terra orta eſt,* vera religio, & conſcientiarum integritas de terra effloruit, id eſt, de hominibus terræ incolis. Metonym. dum mortales euangelium ſunt amplexati. Nam *Veritas*, aliter hic ſumi videtur, quàm ſuperiore verſu, è ſequentibus, in quibus ſe explicat, pro vitæ probitate & ſinceritate. Probitas & virtus de terra, quæ ante Chriſtum erat Idolatricis & impiis operibus corruptiſſima, emerſit. *Orta eſt,* Hebraicè תצמח *Thitſmah. 1.* Effloruit, per Metaphor. à ſtirpibus. *Et iuſtitia* Dei, qua per fidem Chriſti iuſtificati ſu- D mus, nempè Gratia, gratos & iuſtos efficiens, de cælo proſpexit, vt in terras deſcenderet ad nos iuſtificandos. Deus iuſtus, & iuſtificans ad nos reſpexit de cælo, vt nos iuſtificaret. Sic ſæpius apud Paulum iuſtitia Dei pro gratia, Metonymicῶs, quoniam primus gratiæ effectus eſt iuſtificatio, ſiue iuſtitiæ infuſio. Eſt autem hyſteron proteron. Nam priùs iuſtitia Dei de cælo proſpexit ad nos, quàm veritas de terra, ſiue à nobis oriretur, & in nobis effloreſceret. Id è ſequenti verſu liquet: niſi id malis accipere de moralibus operibus. Tum enim, vbi veritás & virtus de terra, ſiue ex homi-

*Iuſtitia Dei eſt gratia gratos & iuſtos efficiens.*

*Gratiæ primus effectus eſt infuſio iuſtitiæ.*

nibus oritur,ac homines integritati ſtudent,iuſtitia de A
cælo proſpicit ad eos remunerandos , & benè afficien-
dos. Plerique noſtrorum non incommodè per verita-
*a Ioa.14.ve.6. & 1.Corin. 1. ver.30.* tem & iuſtitiam hîc Chriſtum intelligunt [a],qui efflo-
ruit ſiue ortus eſt de terra,id eſt,vtero virgineo, & nos
iuſtificauit. Nam etiam Iudæi agnoſcunt hæc pertine-
re ad Meſſiam. Hinc Aug. *Chriſtus de fœmina ortus eſt,vt*
*b Lib.3.* *iuſtitia de cælo proſpiceret, id eſt , vt iuſtificarentur per eum*
*homines.*Sic Irenæus [b]. Alij putant denotari ſummam
bonorum fœcunditatem, vt terra nihil aliud videatur,
quàm veritatem germinare:neque cælum aliud,quàm B
iuſtitiam deplùere.

14 *Etenim Dominus dabit.* Se hoc verſu explicat. Hu-
mano generi benignè faciet , & terra noſtra,vtut ſteri-
lis,abundè omnia proferet,Kimhi. De bonis ſpirituali-
bus & corporalibus,vt fœcunditate agrorum, vbertate
*c Pſal.66.v.7* fructuum,&c. Poſſit tamen accipi de fructu bonorum
operum , vel etiam de Chriſti ortu è Virgine [c], *Beni-*
*gnitatem,*bonũ propriè *fructum ſuum,*fructum quem de-
bet edere , fructum bonorum operum, ad quæ profe-
*Homines cur creati.* renda inſtituta & reſtituta eſt. Nam terrigenæ ſiue ho- C
mines creati ſunt & recreati,inſtituti , & reſtituti , vt
Deum agnoſcant, agnoſcendo ament , amando co-
lant , colendo fruantur.

15 *Iuſtitia ante eum ambulabit.*Iuſtitia hic aliter ſumi-
tur,quàm anteà,pro vitę morúmque integritate,& vir
tute. Etiam homines vacabũt iuſtitiæ, vbi Deus beni-
gnitatem dederit.Pendet enim è ſuperiore. Eſtque lo-
*Ambulare corã Deo quid.* cus alius cõtra Pelagianos,pro gratia virtutem ante-
gredientе. *Ante eum,*Deum.Ambulare autem ante Deũ,
*d Gen.17.v.1* eſt ei obedire , & præcepta eius efficere , vt [d] *Am-* D
*bula coram me , & eſto perfectus.*q.d. Iuſtitia fidei , iuſti-
*Iuſtificati debẽt bonis operibus inſiſtere,* tia Dei,qua per fidem fuerimus iuſtificati , Deo obe-
diet , non erit iners & languida in nobis,ſed per bo-
na opera efficax.Iuſtitiam ſic colent homines , vt Deo
probentur. Chriſti tempore homines dabunt operam
iuſtitiæ,& æquitati,requirit enim obedientiam.Itaque
per Chriſtum iuſtificati, Dei præceptis inſiſtent & ob-
temperabunt.*Et ponet,*iuſtitia , ſcilicet , homines iuſti
ponent ſuos pedes in via ante eum,per Zeugma,id eſt,
ante Deum incedent : vt idem dicat aliis verbis vtro-
que hemiſtichio. Nam ponere in via greſſus ſuos,ap-
pellant



A pellant ambulare , incedere. Alij , *ponet* , Dominus,
id eſt,mox aderit,mox vbi præcurrerit iuſtitia , faue-
bit.Alij mox in carnem veniet. Atqui corporatus eſt,
cùm omnia eſſent corruptiſsima,& ad profundum im-
pietatis perueniſſent. Simpliciùs , vt declaret quod ſu-
prà [a] enunciauerat.Iuſtitia ante Deum ambulabit , & *a V.12.& 13.*
Deus ponet in via greſſus ſuos.q. d. Si homines ſe iu-
ſtè ante Deum gerant , ſi iuſtè & probè viuant , mox
Deum habebunt præſentem,& propitium , ſtatim illis
aderit.De gratia comitante,& conſequente.

B

---

## ARGVMENTVM.

*Chriſtus Patrem precatur , vt ſe ab hoſtibus defen-*
*dat . Omnes gentes ipſum adoraturas, & ſe eum*
*perpetuò celebraturum.*

### 1 Oratio ipſi Dauid.LXXXV.Heb.86.

C INclîna Dómine aurem tuam , &
exaûdi me:quóniam inops, & pau-
per ſum ego
3 Cuſtôdi ánimam meam , quó-
niam ſanctus ſum : ſaluum fac ſeruum tuum,
Deus meus ſperântem in te.
4 Miſerêre mei Dómine,quóniam ad te cla-
mâui tota die:lætífica ánimam ſerui tui, quó-
niam ad te Dómine ánimam meam leuâui.
D 5 Quóniam tu Dómine ſuâuis & mitis : &
multæ miſericórdiæ ómnibus inuocánti-
bus te.
6 Aúribus pércipe Dómine oratiônẽ meam:
& intênde voci deprecatiônis meæ.
7 In die tribulatiônis meæ clamâui ad te:
quia exaudîſti me.

8 Non

8 Non eſt ſímilis tui in Diis Domine: & non A
eſt ſecûndùm ópera tua.
9 Omnes gentes quaſcûmque feciſti, vé-
nient, & adorâbunt coram te Dómine: & glo-
rificâbunt nomen tuum.
10 Quóniam magnus es tu, & fáciens mira-
bília: tu es Deus ſolus.
11 Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar
in veritâte tua: lætêtur cor meum, vt tímeat
nomen tuum. B
12 Confitêbor tibi Dómine Deus meus in
toto corde meo: & glorificâbo nomen tuum
in ætêrnum.
13 Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper
me: & eruîſti ánimam meam ex inférno in-
feriôri.
14 Deus, iníqui inſurrexêrunt ſuper me, &
ſynagôga poténtium quæſiêrunt ánimam
meam: & non propoſuêrunt te in conſpéctu C
ſuo.
15 Et tu Dómine Deus miſerâtor & miſéri-
cors: pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax.
16 Réſpice in me, & miſerêre mei, da impé-
rium tuum púero tuo: & ſaluum fac filium
ancíllæ tuæ.
17 Fac mecum ſignum in bonum, vt ví-
deant, qui odêrunt me, & confundântur: D
quóniam tu Dómine adiuuîſti me, & conſo-
lâtus es me.

---

2 *Inclina Domine aurem.* Exaudiri ſe petit multis de
cauſis. Primùm, quia omni humano præſidio deſtitui-
a *Veſ.3.* tur. Deinde [a] quia eſt ei conſecratus per fidei & cultus
profeſſio



A profeſſionẽ, id eſt, quia in ipſum credit. Tertiò [a], quia a *Verſ.3.*
in ipſum ſperat. Quartò [b], quia ipſum inuocat. Denique b *Verſ.4.*
[c] ob eius proprietates. Eius enim eſt proprium miſereri c *Verſ.5.*
& ignoſcere. *Inops*, afflictus, miſer. Gall. *Ie ſuis miſerable.*
3 *Cuſtodi animam*, vitam. Aliqui per Metonym. *Sanctus*,
tibi per fidei profeſſionem ſacratus: Gratia circumci-
ſionis olim, hodie baptiſmi ſanctificatus. חסיד *Haſid*,
pium etiam ſignificat, beneficum, pietatis ſtudioſum.
*Seruum*, cultorem.
4 *Animam meã ad te leuaui*, te ex animo precatus ſum.
Oratio eſt eleuatio mẽtis in Deum cum oris locutione.
B
5 *Quoniam tu Domine.* Tria hîc epitheta Deo maximè
propria. *Suauis*, bonus, beneficus propr. erga omnes
inuocantes te. *Mitis*, facilis ad ignoſcendum. סלח
*ſallah*, propitiabilis, ad parcendum facilis. *Multæ miſe-
ricordiæ*, tam ad peccatorum remiſſionem, quàm ad be-
neficiorum exhibitionem.
6 *Auribus percipe*, audi propitius.
7 *Quia exaudiſti me*, quia exaudire me ſoles. Vnde
Hebraïcè eſt futurum, quo vtuntur in rebus ſolitis.
8 *Non eſt ſimilis tui in Diis*, ſiue illi ſint Dij falſi Gen-
C tium, ſiue Diui & Angeli. Ad ſolem & ſydera reſtringit
Kimhi. Nullus eſt tibi ſimilis in Diis, ſiue eſſentia, ſiue
operatione. Auguſt. *Et non eſt ſecundum*, Et tuis factis
& operibus nulla eorum ſunt comparanda. Nullus eo-
rum tua opera poteſt perfectè imitari. Nullus illorum
eſt, qui talia, tanta, tam magna efficere poſſit.
9 *Omnes Gentes quaſcumque feciſti venient*, non de re-
gionibus ſuis migrando, ſed in locis ſuis credendo, &
in vnam Eccleſiam, quaſi in vnum locum, & populum
coaleſcendo, relicto Gentilium Deorum cultu [d]. Ali- d *Eſa.11.v.*
qui de magni iudicij die nouiſſimo. *10.11. & 43.*
D
10 *Et faciens mirabilia.* Horum meminit, quia mira- *v.5.6.*
cula Chriſti & Apoſtolorum gentes ad Eccleſiam, &
Dei cultum pertraxerunt.
11 *Deduc me Domine in via tua.* Doce me viam tuam,
id eſt, legem, & gradiar in veritate tua, id eſt, in vera
tua religione, & doctrina. Vnde Kimhi veritatem, ſa-
pientiam diuinam interpretatur. Alij fidem promiſſo-
rum. *Ingrediar.* Deprecanter, ſiue modi Imperatiui. Et
fac ingrediar. Vel pronunciatiuè, Sícque ingrediar, ſic
incedam in tua veritate, poſtquam me tuam viam do-

a Exo. 18. v. 9.

A cueris. *Lætetur*, rectè. Nam חדה *hadá* hoc ſonat [a]. Alij à יחד *iabad* obſcuriùs. *Vni cor meum*, ne ſcilicet diuiſum ſit, & diſtractum huc illuc à timore tuo. Fac vt te vnum amem, & timeam, non homines.

12 *Confitebor tibi Domine in toto corde.* In, Latinè vocat. Te palàm & publicè celebrabo, toto corde, toto conatu & ſtudio. Nam Confiteri in hac lingua non eſt cordis, ſed oris. Hinc illud Apoſtoli [b]: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeßio ad ſalutem.*

b Rom. 10. v. 10.

13 *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* De deſcẽſu Chriſti ad inferos, in quibus Deus animam eius detineri non permiſit, ſed loco illo tantùm viſitato, piiſque de captiuitate liberatis, cum in corpus reduxit, atque ita in cœlum cum glorioſè reſuſcitato corpore ſuſtulit. Rabbinorum aliqui infernum inferiorem, Orcum & Gehennam exponunt, in quam Chriſtus deſcenderit, non vt debitor, ſed vt victor. Puto autẽ dici inferiorem ſiue תחתית *Tahtib*, id eſt, infimum, quòd inferni variæ ſint regiones aliæ aliis ſuperiores, prout magis recedunt à centro. Nempè ſeptem ſecundum Hebræos, quatuor ſecundum noſtros. Auguſtinus etiam hîc de duplici inferno diſſerit: ſuperiore & inferiore: ſuperiore Purgatorium, & limbum intelligens: inferiore loca reliqua. Qui de Dauide, ſepulchrum, quod infernus appellatur poëticè: quoniam & is eſt in locis ſubterraneis, etſi non in centro, vel circa centrum mundi. Inferior autem, per Pleonaſmum. Omne enim ſepulchrum eſt inferius: vel Metaphoricè, ſumma pericula & mortem certam ac manifeſtam. Alij infernum, id eſt, inferni damnationem, quam per peccata commeruerat, vel cõmeriturus erat, niſi Deus à peccatis capitalibus eum præſeruaſſet, vel per pœnitentiæ gratiam expiaſſet.

14 *Deus iniqui.* Hebraïcè זדים *Zedim*, id eſt, ſuperbi. *Potentium*, in malam partem. Nam Hebraïcè congregatio terribilium, vel violentorum & crudelium. Tyrannorum cœtus.

15 *Et tu Domine Deus miſerator.* Epitheta Dei quinque è tredecim [c] Moſi ab ipſomet Deo reuelatis, vt illorum ratione intelligeret ſe eſſe ab ipſis exorandum, & ad indulgentiam flectendum. *Miſerator*, commiſeratione, amore, affectu res à ſe creatas proſequens. *Miſericors.* חנון *hannun* propriè gratificator, gratiç largitor. *Multæ miſeri*

c Exo. 34. v. 6.



A *miſericordiæ.* Ad verbum multus beneficentia, id eſt, beneficentiſſimus in immerentes. Nam חסד *Heſed*, beneficium eſt gratuitũ. Qua ratione Cicero ſcripſit: *Iouem appellatum Optim. Max. propter beneficia quidem Optimum: propter vim verò, opes, & potentiam Maximum, ita tamen vt ante Optimus, id eſt, beneficentißimus, quàm Maximus diceretur: quia maius eſt, certeq́; gratius, omnibus prodeſſe, quàm opes maximas habere* [a]. *Patiens*, ad iram tardus, nempè ad pœnam & vindictam. Hebraïcè ארך אפים *erec appaim*, id eſt, longus ira μακρόθυμος, longaminis. *Verax*, fidelis in promiſſis. Hebraïcè רב חסד *rab heſed*, id eſt,

a li. 1. de nat. Deorũ. & pro domo ſua.

B multus veritate, valdè fidus & certus. Hæc autem Dei epitheta deſumpta ſunt, vti docui, è Moſe [b], vbi tredecim, quæ מדות *Middoth*. i. proprietates appellantur.

b Exod. 34. v. 6.

16 *Reſpice in me*, ad me: vt mihi auxilieris. *Imperium*, è quo me deturbant. Hebraïcè robur ſeruo tuo, potentiam & victoriam, vt & Chryſoſtomus. Nam κράτος vtrumque ſignificat. *Filium ancillæ*, Mariæ Virginis, Arnobius. Alij, Eccleſiæ. Vel, Quoniam natus ſum è piis & ſanctis parentibus, ſi non propter me, at propter eos ſaluum me fac, vt polliceris [c]. *Sed & filium ancillæ Iſmaëlem faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum eſt.* Malo vt reſpiciat ad Chriſtum, non habentem patrem in terris, ac natum è virgine religioſiſſima Domini ancilla. Sic enim in Geneſi [d] filius mulieris vocatur, quòd ex incorrupta virgine, ſine virilis ſeminis admixtione verus homo naſciturus eſſet. Qui de Dauide, *matris* (inquiunt) *mentionem facit, quia in matre radix eſt formationis. In vtero enim eius educatur fœtus, ibi creſcit & figuratur, & poſt puerperium mammis eius alitur, ac imbibit potiùs mores ipſius, quàm patris.* Vel exaggerat ſeruitutem. Nam filius ancillæ verna eſt, ignobiliore conditione, quàm

c Gen. 21. v. 13

C

d Gen. 3. v. 15.

D emptitius, vel captiuitate ſeruituti mancipatus, quoniã hi per accidens ſunt ſerui, hic ex origine & genere.

17 *Fac mecum ſignum in bonũ.* Ede mihi aliquod ſignum meliorũ, vel ſalutis, vt omnibus manifeſta ſit mea liberatio: da mihi precãti proſpera ſigna futuræ meæ pacis. Sic in ſuis precationibus loquebãtur & profani. Ouid [e].

e In Ibin.

*Euenient, dedit ipſe mihi modo ſigna futuri,*
*Phœbus, & à læua mæſta volauit auis.*

*In bonum*, in bonum bonæ erga me volũtatis & fauoris teſtimonium, quo beneuolentiam tuam in me teſteris.

Vel in proſperitatem, in ſalutem, in ſpem bonam certámque futuræ ſalutis. *Bonum*, vel pro bona voluntate, vel pro bono euentu & rebus ſecundis. Declara ſigno aliquo te mihi eſſe propitium. Mihi ſignum, & indicium aliquod exhibe futuræ meæ ſalutis, liberationíſque ex his malis. A

---

## ARGVMENTVM.

*Sionem, id eſt, Eccleſiam fore glorioſam. Ciuium illius numerum fore infinitum & fœlicem. Pſalmus eſt Propheticus.* B

1 Filiis Core, Pſalmus cantici. LXXXVI. Hebr. 87.

FVndamênta eius in móntibus ſanctis: diligit Dóminus portas Sion ſuper ómnia tabernácula Iacob.

3 Glorióſa dicta ſunt de te: ciuitas Dei. C

4 Memor ero Raab, & Babylônis: ſciéntium me.

5 Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Aethíopum: hi fuêrunt illic.

6 Numquid Sion dicet: Homo & homo natus eſt in ea: & ipſe fundâuit eam Altíſſimus?

7 Dóminus narrâbit in ſcriptûris populôrũ: & Príncipum, horum, qui fuêrunt in ea. D

8 Sicut lætántium ómnium: habitâtio eſt in te.

---

2 *Fundamenta eius*, Pſalmi, cuius in inſcriptione facta eſt mentio. Fundamentum, id eſt, argumentum huius Pſalmi eſt de Sione & Moria montibus Domino dedicatis & conſecratis. Hoc Pſalmo inſtitui de illis canere, hic meus eſt ſcopus. Ita Rabbini. Noſtri malunt eſſe relati



A relatiuum ſine antecedente, vel relatiuum præpoſitum antecedenti: quod linguæ eſſe vſitatũ docet etiã Kimhi [a]. Fundamenta & principia eius (Eccleſiæ ſcilicet, Arnobius, Sionis: vel ex Euthymio, Chriſti) ſunt in ſanctis montibus. Inde enim orta eſt; vt proinde Hieruſalem appelletur Eccleſiarũ matrix [b], τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ἀκρόπολις, apud Damaſcenum [c]. Qua notione à Paulo [d] Patriarchæ, vel etiam Iudæi dicuntur radix Eccleſiæ Gentium, & radix portans fideles è Gentibus. Qui negant *Eius*, ad illam poſſe referri, quòd maſculinè in Hebræo enunciatur, vnde & Græcè αὐτῆς non αὐτῆς, neſ-

B ciunt Vrbium nomina eſſe etiam in hac lingua Maſculini generis [e]. Deinde mutatio generis non eſt rara in Scripturis. Montes autem dixit Plurali numero, quoniam non modò mons Sion propter templum erat Deo ſacer, ſed & Thabor, Hermon, Carmelus, Oliuarum, aliíque terræ promiſſionis omnes, quòd vniuerſam terram Iſraël ſibi Deus conſecraſſet. Adde Sionem fuiſſe bicipitem, vt vnum ipſius iugum eſſet mons Moria propriè, in quo erat templum: alterum Sionis nomen retineret, in quo domus regia, arx, & ciuitas Dauid: qui &

C longo montium tractu ei eſſet coniunctus, qui diceba-ter Sinaï (quod iter eſt dierũm ſexdecim [f].) *Super tabernacula Iacob*, pluſquam vrbes & oppida reliqua Iacob diligit Sionem, quòd illic ſit ſedes primaria religionis, ſedes Prophetica, & Catholica, regia familia, è qua Chriſtus ſit oriturus, & locus Sacerdotij. Maximè autem, quia in Sion radix eſt Eccleſiæ & fundamẽtum, dum in ea peragetur myſterium redemptionis noſtræ, formabitur Eccleſia de Chriſti latere, Euangelium promulgabitur, inſtituentur ſacramenta, Spiritus ſanctus effundetur. Denique, *quia ex Sion exibit lex, & verbum*

D *Domini de Hieruſalem* [g]. Et, *virgam virtutis Chriſti emittet Dominus ex Sion* [h]. Alij Sionem ſimpliciter accipiunt pro Eccleſia, & Iacob pro Synagoga, vt Auguſtinus. Eam, atque adeò eius veſtibula, & portas plus diligo, quàm omnia tabernacula Iacob. i. pluſquàm vniuerſam Moſis Synagogam vnquã dilexerim. Sioni tribuit portas, propter firmitatẽ Eccleſię: tabernacula autẽ Iacobo, propter Synagogæ mutationem. Theodoritus myſterium ſequitur, dum per *portas*, terrenas Eccleſias intelligit, per quas introitur in *Sion*, id eſt, cœleſtẽ Eccleſiam.

a *Pag. 9. primæ partis Michlol.*
b *In Liturgia D. Iacobi.*
c *Lib. 4. c. 13.*
d *Rom. 11. v. 16. 17.*
e *Mich. 5. v. 2.*
f *Gal. 4. v. 25.*
g *Eſa. 2. v. 3. Mich. 4. v. 1.*
h *Pſ. 109. v. 2.*

A 3 *Glorioſa dicta ſunt*, Per Apoſtrophen ſe conuertit ad Sionem. Glorioſa & præclara, cæleſtia, nõ terrena, prædicta ſunt de te à diuinis vatibus, ciuitas Dei. i. ô Eccleſia è Sione oritura. In Hebræo eſt Syntheſis, (verbum) glorioſorum dictũ eſt de te. Per Synecdochen intelligit Eccleſiam, quæ in Sione cœpit, indéque per totum orbem eſt propagata. *Ciuitas Dei*, in qua Deus multis modis habitat. In ea enim erat templum, & in templo arca, Dei ſedes in terra, Eccleſiæ tam huius, quàm cæleſtis typus. Qua ratione alibi, Ciuitas Sanctitatis, & ſancta [a]. Item quia illic erat primaria diuinæ religionis ſedes. B P .rſum propter diuinum cultum, qui præcipuè in ea exercebatur. Sanctum enim dicitur, quod diuinis vſibus deuotum, & conſecratum eſt. Sic & vaſa ſancta, terra ſancta, lingua, &c. Aliqui conferunt cum cedris Dei. i. diuinis & altiſſimis: ita ciuitas Dei, diuina & ampla, vt cum Homerus Lacedæmona δῖαν vocat. Nam Dei nomen exaggerat apud Hebræos. Hîc *Sela*, ô rem dignam perpetua admiratione.

*a Hieruſalem cur ciuitas Dei diceretur Eſa. 52. v. 1. Nehem 11. v. 1. Matt. 4. verſ. 5.*

4 & 5. *Memor ero Raab & Babylonis*, Verba Dei de Gentium, & populorum multorũ conuerſione. Raab Ægyptus, à ſuperbia [b], *Alienigenæ*, Palæſtini, quoniam è C Cappadocia in eas terras irruperant [c]. *Scientium me*, agnoſcentium me. Hebraicè לְיֹדְעָי *lidehai*, & Græcè, & in Gallicano Pſalt. τοῖς γινώσκουσί με, ſcientibus me. i. Apoſtolis: apud cognoſcentes mè Apoſtolos & Apoſtolicos. Commemorabo Apoſtolis Raab & Babylonem, dicam, vt eò pergant ad eas conuertendas, & Sioni ſubiiciendas [d]. *Raab* cognomentum eſſe Ægypti à Gentis ſuperbia conſenſus eſt Rabbinorum, & Chaldæi qui hîc ſic vertit. *Memorare faciam laudes tuas Aegyptios & Babylonios*. Sic infrà [e], *contriuiſti ſicut vulneratũ Raab*, D id eſt, Ægyptũ, teſte R. Abraham, & R. Dauid, etſi Sept. & noſter Hieronymus appellatiuè, ſuperbum. Et [f] *Numquid non tu percuſsiſti Raab*. i. Ægyptum, iiſdem & R. Selomone explanatoribus, vbi etiam noſter Appellatiuè, *Superbum*.

*b Pſ. 88. v. 12. Eſa. 51. ver. 9.*
*c Deut. 2. verſ. 23.*
*d Matt. 28. verſ. 19. Act. 13. ver. 2. &c.*
*e Pſ. 88. v. 12.*
*f Eſa. 51. v. 9.*

5 *Hi fuerunt illic*, in ea Sione & Eccleſia, per ſpiritualem regenerationem. Hebraice זֶה יֻלַּד שָׁם *ze iullad ſcham*, ſingulariter, *Hic natus eſt ibi:* quod multi ad Chriſtum referunt per Eclipſim. Ecce Philiſtini, Tyrij, & Æthiopes (accurrent, quia) hic (Chriſtus, διαλλακτικῶς ad intel-



A lectum, vel Dominus & Deus, cuius facta eſt mentio) natus eſt ibi. Ortus enim Chriſti in Sione tantarum rerũ origo & cauſa extitit. Quò fortaſſe reſpexit Chald. *Commemorare faciam laudes tuas Aegyptios, Babylonios, ijs qui ſciunt te: Palæſtinos, & Tyrios cum Aethiopibus. Hic rex iſte vnctus fuit ibi, vel magnificatus*. Septuag. putarunt eſſe Synecdochen numeri multò ſimplicius. Hi omnes nati ſunt illic: in Eccleſia ſcilicet *renati ſunt ex ſemine incorruptibili per verbum Dei viuentis, & manentis in ſæcula* [a]. *Alienigenæ*. i. Palæſtini, ſiue Philiſtini. Sept. nomẽ com- B mune pro proprio, ἀλλοφύλους, videlicet pro Philiſtinis ſolent interpretari, vt & alibi [b] quia illi (inquiunt Theodoritus & Euthymius) vicinam Iudææ regionem habitabãt, vel potius propriam, Iudæiſque promiſſam, & antiquitùs deſtinatam, à cuius parte propter peccata excidiſſent. Sed ratio alia eſt potior, ſuprà [c]. *Fuerunt*. ἐγεννήθησαν, nati fuerunt.

*a 1. Petr. 1. ver. 23.*
*b Pſal. 106. Eſa. 2. ver. 6. & 14. ver. 19.*
*c Pſ. 59. v. 10.*

6 *Nunquid Sion dicet*, Sion datiui caſus. Numquid Sioni dicet quilibet ſcilicet (i. dicetur, dicent, nam vtuntur tertiis imperſonaliter, ſubaudito commodo ſuppoſito, C vt in Geneſ. [d] *proinde vocauit puteum illum, puteum videntis me*. i. vocarunt, ſcilicet homines) numquid, inquam, Sioni dicent, multos in ipſius gremio regenerari quotidie, ac fideles fieri, ipſámque à Deo eſſe fundatam & ſtabilitam? Numquid ei quilibet gratulabitur de tot filiorum regeneratione, ac Dei ſupremi perpetuo in ipſam fauore & gratia? q. d. Ei crebro nunciabitur multos quotidie naſci, & fieri ſibi per baptiſmum, & fidem filios, & ſe à Domino probè eſſe fundatam & conſtitutam, non hominum artificio, vel ſapientia, vt in D æternum permanſura ſit, nec vetuſtate, vel oppugnatione delenda. μήτι, numquid, vt in explanatione huius loci affirmat D. Hieronymus, non μήτηρ, *mater*, vt vulgata Græcorum exemplaria habent, & Græci omnes explanatores. Quamquam ex Hebræo nihil refert, in quo ſimpliciter legitur, & Sioni dicetur. Tum Sioni multorum filiorum matri fœcundiſſimæ, quaſi gratulando dicetur, (quòd) vir & vir nati ſunt in ipſa. i. magni & multi viri in ea ſunt generati, per regenerationem ſcilicet ex aqua & Spiritu ſancto. *Homo & homo*, Pertinẽt ad ſequentia, ne quis prius *Homo*, conſtruat cum *dicet*. Hebraicè אִישׁ וְאִישׁ *iſh veiſh*, vir & vir. i. multi.

*d Geneſ. 16. ver. 14.*

(Nam illa repetitio multitudinem ſignificat. Kimhi) A
*multi*, inquam, *inſignes viri nati ſunt in ea* (Sione.) Ali-
qui, *Homo & homo*, Iudæus & Gentilis, vterque videli-
cet natus eſt in ea per baptiſmum fidémque. Nam in ea
non eſt diſtinctio ſiue diſparitas Iudæi & Græci. Non
video cur fuerit neceſſe recentioribus vertere ולציון
*vltſion. i. Et de Sione*, non *Sioni*, niſi vt ſecuti Kimhi,
qui prorſus dormit in huius Pſalmi ſenſu, longiùs à
Sept. abſcederent. Nam ſententia eſt planiſſima. Sioni
dicetur alium atque aliũ in ea eſſe natum, eámque ab
ipſo ſupremo Deo eſſe cõditam. Quotidie in nouis po-
pulorum conuerſionibus talia ei perferentur nuncia. B
Sioni deferetur quotidie hos & illos ipſi eſſe natos, hũc
& illum hominem, hunc & illum populum baptiſmo
regeneratum, fidelémque factum, &c. Vt cùm Petri
prædicatione ter mille conuerſi ſunt, & renati [a], &
a *Act. 2. v. 41.* mox quinque millia acceſſerunt [b] & nunc totus orbis
b *Ibid. 4. v. 4.* credit, vel toto orbe infiniti.

7 *Dominus narrabit*, hoc ſup. ſiue hanc ciuitatis Dei
præſtantiam, hæc ſuperiora dicta, ſiue hos & illos na-
tos eſſe in Sion. Tanta dignitas Sionis, tanta multitudo
fidelium erit in futura Hieruſalem, vt ſolus Dominus,
in cuius ſcientia ſcriptus eſt omnium credentium nu-
merus, eam narrare, vel numerare poſſit. Hos duos ver-
ſus Septuaginta intellexerunt per Hyperbaton, multò C
ſimpliciùs, quàm omnes Rabbini, è quibus nihil ha-
beas, quod pro certo tibi polliceri poſſis. Nam ad verb.
*Dominus narrabit*, vel *numerabit inſcribere populos, iſte
natus eſt ibi, & principes* (שרים *Sarim*, per ש ſiniſtrũ,
vel cantores per ש dextrum) *Sicut tripudiantium om-
nium fontes, vel habitationes* (מעיני *mabianai*, pro
מעוני *mahonai*, à rad. עין *hauan*,) *in te*. Quod Hy-
perbaton poſtea ſic eſt ordinandum, vt Sept. Dominus
narrabit in ſcribendo populos & principes, iſte natus
eſt ibi. Omnium fontes ſunt in te ſicut tripudiantium.
i. dum ſcribet populos & principes, qui fuerint in ea
(Sione) qui in eam allecti fuerint, & in eius album D
cooptari, narrabit hęcglorioſa & magnifica, quæ de ea
prædicta ſunt. Hanc apud eos orationẽ Panegyricam,
quam cecinimus, habebit de ciuitatis ſuæ laudibus &
excellentia, &c. Metaphora à rege, qui conſcribit, & re-
cenſet exercitum. Eſt enim Eccleſia velut exercitus ex
homini



A hominibus omnium ordinum & populorum, duce
Chriſto continentia bella gerens cum Satana & Sata-
næ Angelis, atque adminiſtris. Abben Ezra, *Sapientes
qui naſcentur in Sion, in ſcripto ſuo numerabit, in numerato
habebit, & cognoſcet*. Poſſit etiam dici. *In ſcripturis populo-
rum*, in quibus ipſe olim blaſphemabatur, narrabit hęc
Dominus. Sic Gall. *Conter*, ſignificat narrare. Scriptu-
ras, & linguas, & libros populorum, ac principum iam
conuertet in ſuam atque Eccleſiæ laudem, eas ſibi con-
ſecrabit. Niſi malis referre ad ſequentia. Narrabit id,
quod ſequitur videlicet: *Sicut lætantium omnium habi-*
B *tatio eſt in te*, ô Dei ciuitas. Narrabit (quòd) *Sicut lætan-
tium, &c.* Recentiores, *Dominus numerabit, cùm ſcribet
populos, Hic natus eſt ibi. Sela.* Dominus in ſcribendis
populis in ſuum librum, numerabit electos, qui inter
eos fuerint. Dominus, cùm in libro vitæ ſcribet popu-
los, qui conuertentur, numerabit eos, & dicet, Hic na-
tus eſt ibi. Hic ſcilicet homo, vel populus, ibi (in Sione
& Eccleſia) eſt renatus. Hunc reperio in meo catalo-
go, is mihi nomẽ dedit. Tot ſunt in meo libro. Cogno-
ſcet qui ſunt membra Eccleſię, neque falletur eius pro-
uidentia. *Nouit Dominus, qui ſunt ſui* [a], Metaphora à
C Paſtore, qui oues numerat, vel Duce, qui conſcribit a *2. Timot. 2.*
exercitum, & recenſet milites, vel præceptore, qui di- *verſ. 19.*
ſcipulos habet in nomenclatura.

8 *Sicut lætantium omnium*, Epiphonema ad Sionem de
ineffabili gaudio piorum in ipſa commorantium. q.d.
Verè gaudent quicumque in te habitant, effuſi ſunt læ-
titia, quotquot, ô Sion, te incolunt. In te habitatio eſt
ſicut omnium lætantium de reconciliatione, remiſſio-
ne peccatorum, pace conſcientiarum, regeneratione &
adoptione ſpirituali in filios, & hæredes Dei, ſpe ven-
turi ſæculi. *Habitatio* מעין *Mahian*, idem quod
D מעון *Mahon*, habitaculum, habitatio per vau & Iod
commutationem. Aliàs fons. Quam notionem qui ſe-
quuntur, Fontes interpretantur cogitationes Metapho-
ricè: quæ iugiter è corde ſcaturiunt, fluunt, & manant.
Non mutatur ſententia: omniũ cogitationes in te ſunt
ſicut tripudiantium. Recentiores in מעיני *mabianai*,
putant Iod eſſe affixum, & interpretantur obſcuriſſimè,
& fortaſſè ineptiſſimè: & cantores ſicut tibicines (di-
cent ſupp.) omnes fontes mei in te: id eſt, vt ipſi qui-

dem aiunt, (Nam verba eò non niſi violentè trahun- A
tur) Cantores,ſicut & tibicines,canent tibi in hæc ver-
ba, fontes mei, ô Sion, in te ſunt, omnes ingenij meæ
venæ, ſtudia & cogitationes. Alij etiam aliter magis
ſubtiliter, quàm aptè.

---

## ARGVMENTVM.

*Ab inimicis vexatus, ab amicis deſtitutus, opem Dei implorat. Chriſto, ægrotis, & afflictis congruit. Nam eſt perpetua querimonia.* B

1 Canticum Pſalmi, filiis Core in finem pro
Maheleth ad reſpondendum, intellectus
Heman Ezrahitæ. LXXXVII. Heb. 88.

DOmine Deus ſalûtis meæ: in die
clamâui,& nocte coram te.
3 Intret in conſpêctu tuo orátio
mea: inclína aurem tuam ad pre-
cem meam.
4 Quia replêta eſt malis ánima mea: & vita C
mea inférno appropinquâuit.
5 Æſtimâtus ſum cum deſcendéntibus in
lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutório,
inter mórtuos liber.
6 Sicut vulnerâti dormiêntes in ſepûlchris,
quorum non es memor ámplius: & ipſi de
manu tua repûlſi ſunt.
7 Poſuêrunt me in lacu inferiôri: in tene- D
broſis,& in vmbra mortis.
8 Super me confirmâtus eſt furor tuus: &
omnes fluctus tuos induxîſti ſuper me.
9 Longè fecîſti notos meos à me: poſuê-
runt me abominatiônem ſibi.
10 Tráditus ſum, & non egrediêbar: óculi
mei languêrunt præ inópia.

11 Cla



A 11 Clamâui ad te Dómine: tota die expândi
ad te manus meas.
12 Numquid mórtuis fácies mirabília: aut
médici ſuſcitâbunt,& confitebûntur tibi?
13 Numquid narrâbit áliquis in ſepûlchro
miſericórdiam tuam: & veritâtem tuam in
perditiône?
B 14 Numquid cognoſcêntur in tenebris mi-
rabília tua: & iuſtitia tua in terra obliuiônis?
15 Et ego ad te Dómine clamâui: & manè
orátio mea præuéniet te.
16 Vt quid Dómine repêllis oratiônem
meam: auêrtis fáciem tuam à me.
17 Pauper ſum ego,& in labóribus à iuuen-
tûte mea: exaltâtus autem, humiliâtus ſum &
C conturbâtus.
18 In me tranſiêrunt iræ tuæ: & terrôres tui
conturbauêrunt me.
19 Circundedêrunt me ſicut aqua tota die:
circundedêrunt me ſimul.
20 Elongâſti à me amîcum,& próximum: &
notos meos à miſéria.

---

D 1 *Filiis Choræ*, ad filios Choræ. Alij malunt eſſe Datiuum pro Genetiuo, de quo ſupra [a] מחלת *Mahaleth*. instrumentum muſicum lugubribus accommodatum. Vnde ſonat infirmitatem. הימן *Heman*. Non is Heman videtur, nepos Samuëlis, à quo prouerbium Hemane ſapientior [b], qui princeps cantorum, cum Aſaph fratre ſuo ſtante à dextris ipſius, à Dauide conſtitutus fuit, ſed filius Zare, filij Iuda, vel alterius, qui florebat tempore exitus de Ægypto, à quo dicatur Ezrahita tanquam ducens à Zara originem. Hic enim dicat hũc Pſalmum filiis Choræ, quos conſtat ſub Moſe vixiſſe. Alij contrà putant eſſe filiorum Choræ ad Hemanem.

a *Pſal. 3. v. 1.*

b *3. Reg. 4. v. 31. & 1. Par. 2 ver. 6.*

Verùm

Verùm iam obſeruauimus filios Choræ de rebus lætis A
ſolitos fuiſſe vaticinari, & ſcribere, cùm hic Pſalmus ſit totus luctuoſus. Quare & huic accidit, quod nulli alij, nempè vt à querelis inchoët ſimul & finiat, nulla addita conſolatione, aut gratiarum actione propter liberationem: quod ferè in aliis Pſalmis fit, vtcumque lugubribus. חֵימָן *Heman* Datiuus Genitiui loco. *Intellectus* autem *συνέσεως* Genitiuus, ex intelligentia, ſecundum intelligentiam Hemanis. In fonte מַשְׂכִּיל *Maſchil* magis eſt nominatiuus, Appoſitoriè conſtructus cum
inſcriptioris principio. Cãticum pſalmicum ſiue Harmonicum filiorum Choræ, nempè Pſalmus Hemanis Ezrahitæ ſiue filij Zaræ intelligentiæ plenus. Nam intellectus eſt genus Odæ, ſiue Pſalmi lyrici. q. d. Quod quidem canticum eſt de genere, forma, ratione Odarum Hemanis ſuper organo מַחֲלַת *Mahalath* ad reſpondendum altera ex parte canentibus. B

2 *In die clamaui, & nocte coram te.* In ſecundo hemiſtichio oratio implicatur. Hic enim ordo eſt. Die & nocte clamaui coram te: & ad verb. è regione tui, verſus te. Alij malunt eſſe Eclipſim verbi ſubſtantiui. *Et nocte coram te* ſum, vel fui: Te etiã nocte inclamo, tibi nocte C
ad precandum prouoluor. Niſi malis per Zeugma, *Clamaui*, repetere.

3 *Intret in conſpectu*, in conſpectum & fauorem tuum. *Inclina*. Inclinare aurem dicitur, qui audit propitius: vt auertere, qui non curat, quod poſcimus.

4 *Quia repleta eſt malis*: Hypotypoſis hominis luctuoſiſſimè affecti. *Inferno*, morti appropinquauit, è qua ad inferos eſt tranſitus. Locutio poetica, quando nulla eſt vitæ ſpes, vſque ad verſ. 11. Sic Latinè, ſepulchrum veluti digito tangere, pedem alterum habere in ſepul- D
chro, vel in cymba Charontis.

5 *Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum.* Habeor iam velut humatus, his adnumeror, qui demittuntur in ſepulchrum. Iã agitur de me ſepeliendo præ vitæ deſperatione. *Sine adiutorio*, ſine robore, *inter mortuos liber*, ab his malis. Appoſitoriè ad *Ego* ſubintellectum. Ego, qui eſſem inter mortuos liber, liberatus, & ſolutus malis, factus ſum ſicut homo carens robore. Sic ferè Rabbini intelligunt, vt Kimhi *ἐν ἀρχ* ... q. d. Melius mihi foret, ſi eſſem mortuus. Nam eſſem liber, & expers malorum,



A lorum, quæ in hac vita ſuſtineo. Nec refert ſiue annectatur præcedentibus, ſiue ſequentibus. Cum præcedẽtibus quidem, per Hyſterologiam, vt dixi ſubintellecto pronomine *Ego*, vt [a] *Non mouebor in æternum ſine malo*, a *Pſa. 9. v. 29.*
id eſt, Ego, qui ſum ſine malo. Sic hîc: Ego inter mortuos liber, factus ſum homo ſine adiutorio. Cũ ſequentibus, per Eclipſin verbi ſubſtant. Ego inter mortuos liber, (ſum) ſicut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris, ſum ſimilis vulneratis iacentibus, &c. Quare & hîc Maſore-
B tæ verſum incipiunt, Grauis querimonia, vt cuius mortui conditio foret potior. Congruit maximè Chriſto, qui in infernum deſcendit vt victor, non vt debitor: b *Act. 2. v. 24.*
*ſolutis inferni doloribus* b. Itaque Euthymius ad Chriſtũ refert, quòd ille liber fuerit inter mortuos, habens poteſtatem reſumendi animam, vel quia inferni vinculis detineri non potuit [c], Qui liberum pro derelicto & c *Pſ. 15. v. 8.*
deſerto accipiũt, neſciũt vim vocis חָפְשִׁי *Hophſchi.* Alij, liber vita ſupp. vel vitæ huius negotiis & rebus, vt exprimatur mortuorum conditio, qui hac vita defuncti à rebus huius vitæ liberi ſunt. Sic cũ antea ſe morti
C propinquum diceret, nunc planè mortuum, & quaſi à mundo manumiſſum aſſeret ad calamitatum exaggerationem. Quid ſi ſit Hebraiſmus d ad triſtiorem que- d *Quarti re-*
rimoniam? Sum inter mortuos liber, ideſt, ſolitarius & *gum c. 15. v. 5.*
ſeparatus vel etiam eiectus à conſortio viuentium. Nemo ſe audet mihi adiungere, vt proinde cogar verſari ſolus procul ab aliis, abſque vllo conſolatore. *Manſit* (inquit illic auctor libri Regum) *in domo* חָפְשִׁית *Hophſchith*, id eſt, *ſolitaria & ſemota à cunctis hominibus ob lepram, qua fœdè Ozias rex percuſſus fuerat.* Vel paruus, vt putat R. Iona ex Arabico. Eò miſeriæ redactus ſum, vt
D ne quidẽ inter mortuos aliquo ſim loco & gradu, quaſi mortuorum omnium minimus. Vel ſepultus, quòd in Targhum Hieroſolimitano חָפְשִׁי *Hophſchi* ſepulchrum ſonet. Inter mortuos ſepultus ſum. Magnitudo malorum me ita preſſit, vt inter mortuos ſepultos numerari poſſim. Nam iam nulla mihi ſalutis ſpes eſt.

6 *Sicut vulnerati dormientes*, ſum ſupp. חֲלָלִים *halalim* lethaliter ſauciati, interempti. *De manu tua* Metonym. de tuo auxilio, de defenſione, de cura tua depulſi & exciſi, quos non ampliùs curas, quibus non ampliùs manum porrigis & extendis, vt vitæ reſtituas. Vel, de tuæ diuinæ

A diuinæ maieſtatis facie, è Chald. *Sicut impij* (inquit) *qui mortui ſunt, nec ſunt conuerſi, fient liberi à præceptis, ſicut interfecti gladio, quorum non recordaris amplius: ſed ipſi à facie diuinitatis tuæ ſeparati ſunt. Repulſi*, abſciſſi, propriè.

7 *Poſuerunt me in lacu*, Sequuntur multæ Metaphoræ ad exaggerationem calamitatum, & extremorum malorũ. *Poſuerunt*. Actio tribuitur Deo in fonte, Poſuiſti. Quòd mala pœnę Deus immittat. *In vmbra mortis*. Heb. in profunditatibus, voraginibus maris, è quibus nemo emergit. Niſi malis eſſe Metatheſin במצולות, *Bimtſuloth*, pro בצלמות *Betſalmaueth*.
B Metatheſes enim Hebræorum non attenduntur è punctis vocalibus, ſed è conſonantibus. Genus Anagrammatiſmi, quod primus inter Græcos reperit, aut certè illuſtrauit Lycophron ſub Philadelpho, cùm ſit antiquiſſimum apud Hebræos, vt docet Reuchlinus in Cabbala.

8 *Super me confirmatus eſt furor tuus*, inualuit, corroboratus eſt cõtra me. Mihi appropinquauit, incubuit, vel me circumdedit ira tua. Vtrumque, Kimhi. *Sela*.

a Verſ. 7. 9 *Longè feciſti notos*, amicos. *Poſuerunt*, poſuiſti, vt ſuprà [a]. *Sibi*. למו *Lamo* illis. Noti mei meum conſpe-
C ctum abominantur. & horrent.

10 *Traditus ſum*, proditus ſum, vel potius per eclipſim, traditus carceri vel cuſtodibus. Vnde Hebraicè אצא *etſe. i. Incluſus ſum. Et non egrediebar*, ita vt non poſſem egredi & euadere. Iniectus ſum in firmam cuſtodiam & carcerem, è quo nequeam me eximere. Exitu carebam, & effugiendi facultate. Non video exitum in his malis, neque liberationem. *Præ inopia*, præ hac miſeria & calamitate. Chald. *fuderunt lachrymas ob afflictionem*,

11 *Expandi ad te manus*, extendi palmas ſupplices, tuam opem implorans.

D 12 *Numquid mortuis facies mirabilia*, vt rurſus huius vitæ corporalis actiones habeant, téque palàm celebrẽt. Oſtendit ad Dei gloriam pertinere, vt pij & Sancti diu viuant. Loquitur autem non de reſurrectione ad vitam immortalem, quæ ſuo tempore continget, ſed de reuocatione mortuorum ad hanc vitam mortalem, ad quã nemo reſurgit, niſi per miraculum, & extra ordinem, vt Lazarus [b], filij Sarephtanæ & Sunamitidis [c]. Atque ita ratiocinatur à communi, ordinario, & conſueto more. *Aut medici ſuſcitabunt*, mortuos ſcilicet, vt confiteantur tibi.

b Ioa. 11. ver. 33. 34.
c 3. Reg. 17. v. 22. 23. & 4. c. 4. v. 34.



A tibi. Vt te celebrent. Nam ſuppoſitum Verbi. *Et confitebũtur tibi* eſt *mortui*. *Et*. pro *vt*. Vide ſuprà [a]. De ſe autẽ loquitur in tertia porſona, & plurali numero. An vt te celebrem, medici me priſtinæ ſanitati reſtituẽt, vel ſemel mortuum in vitam reuocabũt? רפאים *Rephaim* etiam manes, ſiue mortuos ſignificat: item & Gigantes. Nam eſt vox ambigua, Vnde Chald. *An corpora in puluere conſumpta reſurgent?* Et recentiores, *An mortui reſurgent?* Quamquam inſcitè. Nam רפאים *Rephaim* non propriè mortuos deſignant, ſed manes, ſiue mortuos in infernum cõuerſos, quales Scriptura Gigantes
B eſſe ait. Vnde & Noſter doctè nunc pro Gigantum, nũc pro inferorum epitheto ſumit, vt [b] *ad inferos ſemitæ ipſius*. In fonte, *ad* רפאים *Rephaim, ad gigãtes ſunt* [c]. *in cœtu Gigantum commemorabitur*, Heb. רפאים *Rephaim*, quale illud poetæ, *Ad generum Cereris. Chald. cum filiis terræ iacebit*. Expreſſa etymologia Græca. Nam gigas quaſi γηγενὴς è Hieronymo [d] terrigena, terra genitus. Maluerunt Septuag. primam ſignificationem, ne videretur tolli reſurrectio mortuorum futura, quòd ſit articulus fidei, etiam in Iudæorum Symbolo, ſed negaretur futura humana vi & arte, puta Medicorum, vel
C Magorũ, vt eſſet racionatio à naturali modo & Phyſico. Nam ſuſcitatio per Magos facta, dumtaxat eſt apparens, perſtrictis oculis, vt illa Simonis Magi apud Clementem, & Apollonij apud Philoſtratum, vel momentanea, & per modum tranſeuntis (quæ tamen contingit diuina quadam diſpenſatione) vt illa Pythoniſſæ [e], vel denique perſonata & ſuppoſititia, vt diabolicæ in Ecleſiaſticis hiſtoriis, & patrandæ ab Antichriſto, apud Chryſoſtomũ [f], in quibus diabolus partes defuncti agit, illius perſonam, formam, nomen, aliáque ſup-
D ponit & gerit, intrinſecus mouendo corpus, labia, &c. יקומו *Iakumu*, reſurgent, & actiuè reſuſcitabunt. Nã eadem vox in kal nunc abſolutè, nũc trãſitiuè, vt שב *Shab*, rediit, & reduxit. *Et confitebuntur*, mortui ſcilicet. Quod Rabbini exponũt per Synecdochen de corporibus mortuorum, ne videatur tollere immortalitatem animi. Ego de ipſiſmet mortuis, qui in altero ſæculo non confitentur. i. palàm, publicè, & inter viuos Deũ nõ celebrant. Nam Confiteri eſt publicè laudare, & cunctis audientibus. Hîc *Sela*.

a Pſ. 146. ve. 6. & 142. v. 8.
b Prou. 2. ve. 18.
c 21. Ver. 16.
d In Eſaiam.
e 1. Reg. 28. v. 12. 13.
f Hom. 40. in Matt.

13 Et

13 *Et veritatem in perditionem*, verum tuum cultum, vel A
tuã in præſtãdis promiſſis fidẽ, nũquid aliquis in infer-
no prædicabit? q.d. Non, *In perditione*. אבדון *Abaddon*
a Apocal.9. v.11. ſiue perditio, epitheton inferni [a]. Locus conſumptionis
& perditionis animarum. Sic verſ. ſequenti, Terra obli-
uionis. De ſe autem Chriſtus (niſi malis generaliter re-
ferre ad omnes afflictos ) loquitur, vt de homine ſibi,
ſuæque infirmitati derelicto, & ſuſtinente perſonam
b Pſal.21.v.2.3. humani generis, vt ſuprà [b]. Habita item ratione ſtatus
hominum illius æui, qui non in cœlum proficiſceban-
tur, ſed ad inferos, quouſque propalaretur Sanctorum
(id eſt, cœli) via. B

14 *Numquid cognoſcentur in tenebris*, apud inferos, qui
ſunt tenebrarum regio, vt cœlum lucis. *Terra obliuionis*,
quæ obliuioni tradita eſt, id eſt, in Orco, vbi obliuioni
traduntur, qui illic ſunt: in inferno, in quo Deus im-
piorum obliuiſcitur, neque eorum recordatur, vt libe-
ret. Vel in ſepulchro, quoniam mortuorum memoria
citò apud homines interit. Adde omnium rerum me-
moriam illic amitti, quoniam cadauer in eo ſitum ani-
mo caret. Sed malo infernum animarum locum innui,
in quo & Poëtæ Lethen fluuium conſtituebant: λήθη
autem eſt obliuio.

15 *Et ego ad te Domine: &* pro *At*. Eſt enim Antitheſis. C
*Manè*, celeriter, maturè. Vel alludit ad matutinam pre-
cem, quæ erat è diei ſolennioribus.

16 *Vt quid Domine repellis orationem meam*. Hebraicè,
נפשי *napſchi*, & Græcè ψυχήν μου animam meam, quod
noſter intellexit Metonymicè, Animæ meæ precem
cur repellis? Cur dedignaris me audire? Queritur enim
cur à Deo non exaudiatur. Kimhi, *Cur anima calami-
tati non proſpicis?*

17 *Pauper ſum ego*, afflictus, & ærumnoſus, miſer. *Et in* D
*laboribus*. Hebraica maiorem habent Emphaſim, *Et ex-
pirans ab pueritia mea*, id eſt, moribundus, lentè moriẽs,
ſenſim tabeſcens, vitam trahens potius, quàm ducens
ab ipſa prima ætate. Nam pro iuuentute, in Hebræo
מנער *minnehar* eſt à pueritia. *Exaltatus autem*, eleua-
tus, grandior, & prouectior factus ætate, deiectus ſum
de ſpe meliorum, & difficultatum mole turbatus. Cũ
ætate etiam auctæ ſunt meæ calamitates. Sic Gall. *eſtre
eſleué*, pro creuiſſe, grandem eſſe factum. Loci obſcuri-
tatem



A tatem emolliuerunt paraphraſi. Verb. *Tuli terrores tuos*
( & ) *dubito:* ( vel, *& turbor* ) ita vt dubitem de futuro
euentu, ita vt neſciã, quorſum iſta caſura ſint, vt verear
ne deficiam. Eclipſes varias gignunt cogitationes. Niſi
fortè אימיך *Emecha* deriuarint à מכך *machach*, hu-
miliari, attenuari. Quod minimè eſt alienum. *Contur-
batus*, attonitus, dubio animo.

18 *In me tranſierũt*, ſuper me prop. Iræ & terrores Dei,
Metonymicè, pro malis & pœnis à Deo irato & terri-
bili inflictis. *Conturbauerunt me*. Hebraïcè exciderunt,
B perdiderunt me.

19 *Sicut aqua effuſus ſum*. Magna copia & perenniter,
ſine intermiſſione. *Simul*, pariter.

20 *Et notos meos à miſeria*, præ miſeria, propter infœli-
citatem meam. Hebraïcè מחשך *mahoſchah*, id eſt (à)
tenebris, vel præ. Nam ſubaudiendam eſſe cõmodam
Præpoſitionẽ indicat Abben Ezra. Noti mei, ſiue amici
mei præ tenebris meis, id eſt, propter meam calamita-
tem deliteſcunt. Eodem recidit ſi vertas. Noti mei ob-
ſcuritas (ſunt) id eſt, ſunt obſcuri, latitant, abſcõduntur.

C

## ARGVMENTVM.

*Canit populus miſericordias Domini, potẽtiam, pro-
miſſiones Dauidi factas. Deinde queritur poſt tot
promiſſiones Chriſtum differri, eius populum, do-
mum & familiam externis Gentibus exponi,
orans, vt ſui recordetur.*

1 Intellect⁹ Ethã Ezrahitæ, LXXXVIII. Heb. 89.

D Iſericórdias Dómini: in ætêrnum
cantâbo.
3 In generatiône & generatiô-
nem: annunciâbo veritâtem tuam
in ore meo.
4 Quóniam dixîſti, in ætêrnum miſericórdia
ædificâbitur in cœlis: præparâbitur véritas
tua in eis.
5 Diſpóſui teſtamêntum elêctis meis: iurâui

Dauid ſeruo meo vſque in ætêrnum præparâ- A
bo ſemen tuum.
6 Et ædificâbo in generatiônem: & gene-
ratiônem ſedem tuam.
7 Cõfitebûntur cœli mirabília tua Dómine:
étenim veritâtem tuã in Ecclésia Sanctôrum.
8 Quóniam quis in núbibus æquabitur Dó-
mino: símilis erit Deo in fíliis Dei?
9 Deus, qui glorificâtur in concílio Sanctô-
rum: magnus & terríbilis ſuper omnes, qui B
in circúitu eius ſunt.
10 Dómine Deus virtûtum, quis símilis tibi?
potens es Dñe, & véritas tua in circúitu tuo.
11 Tu dominâris poteſtâti maris: motum au-
tem flúctuum eius tu mítigas.
12 Tu humiliâſti ſicut vulnerâtũ, ſupêrbũ: in
bráchio virtûtis tuæ diſperſîſti inimîcos tuos.
13 Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem ter-
ræ, & plenitúdinem eius tu fundâſti: aquilô- C
nem & mare tu creâſti.
14 Thabor & Hermon in nómine tuo exul-
tâbunt: tuum bráchium cum poténtia.
15 Firmêtur manus tua, & exaltêtur déxtera
tua: iuſtítia & iudícium præparátio ſedis tuæ.
16 Miſericórdia, & véritas præcêdẽt fáciem
tuam: beâtus pópulus, qui ſcit iubilatiônem.
17 Dómine in lúmine vultus tui ambulâbũt, D
& in nómine tuo exultâbunt tota die: & in
iuſtítia tua exaltabûntur.
18 Quóniam glória virtûtis eôrum tu es: &
in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrũ.
19 Quia Dómini eſt aſſúmptio noſtra: &
Sancti Iſrael regis noſtri.
20 Tunc locûtus es in viſiône Sanctis tuis,
& di



A & dixîſti, póſui adiutóriũ in potênte: & exal-
tâui elêctum de plebe mea.
21 Inuêni Dauid ſeruum meum: óleo ſancto
meo vnxi eum.
22 Manus enim mea auxiliábitur ei: & brá-
chium meum confortâbit eum.
23 Nihil profíciet inimîcus in eo: & fílius
iniquitâtis non appônet nocêre ei.
B 24 Et concîdam à fácie ipsîus inimîcos eius:
& odiêntes eum in fugam conuêrtam.
25 Et véritas mea, & miſericórdia mea cũ ipſo:
& in nómine meo exaltábitur cornu eius.
26 Et ponam in mari manũm eius: & in flu-
mínibus déxteram eius.
27 Ipſe inuocâbit me, Pater meus es tu: Deus
meus, & ſuſcêptor ſalûtis meæ.
C 28 Et ego primogénitum ponam illum: ex-
cêlſum præ regibus terræ.
29 In ætêrnum ſeruâbo illi miſericórdiam
meam: & teſtaméntum meum fidêle ipſi.
30 Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius:
& thronum eius, ſicut dies cœli.
31 Si autem derelíquerint filij eius legem
meam: & in iudíciis meis non ambulâuerint.
D 32 Si iuſtítias meas prophanâuerint: & man-
dâta mea non cuſtodíerint.
33 Viſitâbo in virga iniquitâtes eôrum: &
in verbéribus peccâta eôrum.
34 Miſericórdiam autem meam non diſpêr-
gam ab eo: neque nocêbo in veritâte mea.
35 Neque prophanâbo teſtamẽtũ meũ: &
quæ procêdunt de lábiis meis, nõ fáciã írrita.
36 Semel iurâui in Sancto meo, ſi Dauid
méntiar: ſemen eius in ætêrnum manêbit.

37 Et thronus eius, ſicut ſol, in conſpéctu A
meo, & ſicut luna perfécta in ætérnum: &
teſtis in cœlo fidélis.
38 Tu verò repulíſti, & deſpexíſti: diſtulíſti
Chriſtum tuum.
39 Auertíſti teſtaméntum ſerui tui: propha-
náſti in terra ſanctuárium eius.
40 Deſtruxíſti omnes ſepes eius: poſuíſti fir-
maméntum eius formídinem.
41 Diripuérunt eũ omnes tranſeúntes viam: B
factus eſt oppróbrium vicínis ſuis.
42 Exaltáſti déxteram depriméntium eum:
lætificáſti omnes inimícos eius.
43 Auertíſti adiutórium gládij eius: & non
es auxiliátus ei in bello.
44 Deſtruxíſti eum ab emundatióne: & ſe-
dem eius in terra colliſíſti.
45 Minoráſti dies témporis eius: perfudíſti C
eum confuſióne.
46 Vſquéquo Dómine auértis in finẽ: exar-
déſcet, ſicut ignis, ira tua?
47 Memoráre, quæ mea ſubſtántia: nũquid
enim vanè cõſtituíſti omnes filios hóminum?
48 Quis eſt homo, qui viuet, & non vidébit
mortem: éruet ánimã ſuam de manu ínferi?
49 Vbi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ Dó- D
mine: ſicut iuráſti Dauid in veritáte tua.
50 Memor eſto, Dómine, oppróbrij ſeruó-
rum tuórum: quod contínui in ſinu meo,
multárum géntium.
51 Quod exprobrauérunt inimíci tui Dómi-
ne: quod exprobrauérunt, commutatiónem
Chriſti tui.
52 Benedíctus Dóminus in ætérnũ: Fiat fiat.

*1 Ethan.*



A 1 *Ethan*, Hebræi hunc putant eſſe Abraham, ſic appel-
latum, quòd veniſſet ex Oriente. *Ezrahita*, enim. q.
Orientalis. Ego filium Zaræ, fratrem Heman, de quo
ſuperiore Pſalmo [a], qui duo vaticinabantur in deſertis, a *Verſ. 1.*
cum tribus Choræ filiis. Nominatur autẽ Ezrahita, à fa-
milia tamquã genus trahens à Zara filio Iudæ Patriar-
chæ. Alij malunt Heman, & Ethã fuiſſe cãtores Dauidis
& Ethanem [b] ſapientiſſimũ illũ, cum quo Salomõ com- b *3. Reg. 4.*
paretur, vt cum Heman, Chalcol, & Dorda filiis Malo. *v. 31.*
2 *Miſericordias Domini.* Antequam veniat ad querimo-
B niam, in qua obliquè perſtringit Dei fidem in præſtan-
dis promiſſis, longa inſinuatione vtitur vſque ad verſ.
20. vt faciendum docent Rhetores in cauſis inuidioſis.
In ea commendat miſericordiam Dei, & veritatem ſiue
fidem in præſtandis promiſſionibus, quæ propter con-
trarias calamitates venire poterat in dubium.
3 *Annunciabo veritatem in ore meo*, promiſſorum tuo-
rum fidem per os meum.
4 *Quoniam dixiſti in æternum miſericordia.* Vt Mimeſis
eſſet facilior; & perpetua, néve mutatio perſonæ tam
C eſſet abrupta, pro, *Quoniam dixi*, verterũt, *Quoniã dixiſti.*
Nam loquentem mox inducet Deum vſque ad verſ. 7.
in quem hæc omnia cadunt. Quoniam, inquam, dixiſti,
vel, quoniam dixi, te ſcilicet inſpirante, te mecum in-
teriùs colloquente, id eſt, quia mihi reuelaſti (quòd) in
æternũ tua erga nos miſericordia conſtruetur in cœlis,
ne poſſit obliterari & deleri: ideò tua veritas ac fidelitas
in iiſdem parabitur ac firmabitur, ne obnoxia ſit muta-
tioni & reuocationi: id eſt, idcirco futurũ eſt, vt miſeri-
cordia tua perpetuò duret, ac cœli priùs ruant, quàm
D non ſtes promiſſis, promiſſionúmque tuarum veritate,
tam firma, quàm ſunt ipſi cœli.
5 *Diſpoſui teſtamentum electis meis.* (Et quoniam dixiſti)
percuſſi fœdus cum electo meo Dauid, & ſemine eius
in ſæcula. *Præparabo* Hebraïcè אכין *achin*, id eſt, *pa-
rabo*, vel *ſtabiliam* ſemen tuum Chriſtum.
6 *Et ſedem tuam*, Eccleſiam, Chriſti ſedẽ & thronum.
7 *Confitebũtur.* Quoniã (inquã) omnia hæc dixiſti tam
ſolẽniter, & certò, cœli palã prædicabũt tua mirabilia:
corpora cœleſtia per Proſopopœiã, vel cœlites. Ex Eu-
thymio, Metonymicè, *Veritatem tuam*, ſup. confitebũtur,
per Zeugma in Sanctorũ cœtu. Hucuſque Hyperbaton:

MM 3

* *Verſ.4.* iam examinemus verba. ſuprà*, pro *dixiſti*, in Hebræo A
אמרתי *amarthi*, id eſt, *dixi*. Sed ſic verterũt propter
rationem iam commemoratam, vel quia voluerunt
a *Pſalm.120. verſ. 3.* eſſe Apoſtrophen ad animam, vt infrà [a]. Dixiſti, ô anima mea, apud te ſtatuiſti, (quòd) miſericordia Dei in
cœlis duratura eſt inſtar ædificij optimè conſtructi,
quódque veritas tua, ô Domine, in promiſſis præſtãdis
firma erit. Ædificari, inſtar ædificij probè cõſtructi durare. Hæc autem promiſſio facta eſt, quando illi conceſſit requiem ab inimicis, & ipſe cogitaret Deo ædifi-
b *2. Reg. 7. ver. 12.13.14. 1. Par. 17. v. 5.* care domum [b]. *Diſpoſui*. Ad verb. *excidi fœdus electo meo* B
(popul ſcilicet.) Ideò enim mutarunt numerũ ſingularem in pluralem. Et ſi alij Dauidem intelligãt. *Iuraui*,
conſtanter promiſi me ſtabiliturum ſemen eius in per-
c *Ibid. ver. 7.* petuum [c]. *Confitebuntur*, præponitur in fonte coniunctio & emphaticè, vel illatiuè. Nam verſus cum præcedentibus conſtruitur. Quoniam dixiſti diſpoſui fœdus
meum cum Dauide &c. Sanè: vel, ideo cœli celebrabunt miracula tua. *Etenim*, etiam, vt ſuprà [d]. *Veritatem*
d *Pſalm. 67. verſ. 20.* *tuam*, promiſſorum præſtationem.

8 *Quoniam quis in nubibus*, in cœlis. Nam quia nubes C
in ſupernis locum habent, ponuntur pro cœlis. Quin &
שחק *Sahak*, ætherem & cœlum deſignat à puritate
& tenuitate. *In filijs Dei*, inter diuos & Angelos, qui fi-
e *Iob 1. v. 6. Angeli filij Dei & cur.* liorum Dei elogio decorantur [e], quoniam à Deo Opt.
Max. non modo producti ſunt, quod commune habent
cum dæmonibus, verum etiam in hæredes vitæ æternę
adoptari. Hebraicè אלים *Elim*, Deorum fortium, id
*Pater, Filius Spiritus Sãct. vnuſquiſque verus Deus.* eſt, Patris, Filij, Spiritus Sancti, quorũ vnuſquiſque verus, perfectus, & omnipotens eſt Deus. Sed Septuag. ſingulariter, ne ſuſpicionẽ inducerent πολυθεΐας Gentibus,
quibus vertebant. Chald. *Inter choros Angelorum. Sela.* D

9 *Qui glorificatur in concilio*, Hebraicè qui pauendus
eſt in concilio & arcano Sanctorum (id eſt, Angelorũ)
multum. סוד *Sod*, & cœlum, & arcanum ſiue conſilium. *Terribilis*, formidabilis; verendus, admirandùs,
apud omnes Angelos ſe circumſtãtes. Nam vtuntur variè Præp. *Super*. Reuerendus Spiritibus circum ſe poſitis. Vel *Super omnes*, vltra omnes Spirituũ choros. Scriptura circumquaque Deum ſanctis mẽtibus tamquam
miniſtris coronatum, cinctúmque inducit, ad imperij
eius maieſtatem humano more exprimendam.

10 *Et*



A 10 *Et veritas tua in circuitu tuo.* Circum te eſt veritas,
vt tibi perpetuò ſit ante oculos, & in promptu, vt numquam tibi excidat, vt numquam fallas. Non ſolùm es
potentiſſimus, ſed etiam veraciſſimus, ipſáque veritate
cingeris. Omnia veriſſima ſunt apud te, & circum te.
Vndecumque ſtas promiſſis, vtut res accidat.

11 *Tu dominaris poteſtati maris*, Potentiæ Dei argumenta, & exempla multa affert. *Poteſtati*, elationi, ſuperbiæ, fero & ſuperbo impetui maris. Alludit ad clades Ægyptiacas.

12 *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum*, Pharao-
B nem, vel Satanam. Hebraicè רהב *Rahab*. i. Ægyptum,
vt ſuprà [a]. Etiam arrogantem tam facilè perdidiſti, a *Pſ. 86. v. 4.*
quàm facilè homo conficitur, qui eſt vulneratus & ſauciatus lethaliter. Vox חלל *Halal*, vulneratum lethaliter deſignat. *Virtutis*, fortitudinis [b]. b *Vt v. 18.*

13 *Orbem terræ & plenitudinem eius*, quicquid ea continetur. *Et mare*, & maria prop. Nam Septuag. legunt.
ימין *Iammin*, per daghes: pluralia enim ſępe per Nun,
more Syriaco, vt *Cherubin* & *Cherubim*. Sic appellat auſtralem mundi partem, in qua eſt locus Oceani proprius. Quin & mare Rubrum ab Auſtro Palæſtinæ pro
C meridionali mundi parte [c]. Quibus locis reſpicitur ad c *Vide pſ. 106. verſ. 4.*
id quod Coſmographi notant in Septemtrionali hemiſphærio eſſe terrarum apertionem & habitationem,
in Auſtrali Oceani & marium diffuſionem ac locum.
Maſoretæ legunt nõ *Iammin* ſed *Iamin* id eſt, *Et dexterã*
eodẽ ſenſu. Nam Rabbini poſtea monent dexteram hic
deſignare Auſtrum. Quoniã Hebręis ad Oriẽtem ſolem
faciem vertentibus anterior mundi pars dicitur Oriẽs,
Occidens poſterior, Meridies dextera, Septemtrio ſiniſtra. Sed cùm etiam infrà [d] & aliis locis mare pro d *Pſal. 106. verſ. 4.*
D Meridionali plaga ſumatur, quid opus eſt aliam metaphoram quærere?

14 *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*, Occidens & Oriens. Innuit extremarum gentium conuerſionem. Nam hi duo montes Galilææ ſiti ſunt ad has
duas terræ ſanctę partes, Thabor ad occaſum, Hermon
ad ortum, vt & Chaldæus notat. Fortaſſè autem reſpicit
ad miracula, quæ in illis erant patranda à Domino. In
Thabor enim Chriſtus eſt transfiguratus, in Hermon
quinque panibus & duobus piſcibus multa hominum

millia pauit. *Tuum brachium* eſt *cum potentia,* tuum bra- A
chium eſt potens,& robore prædituim, adeò vt miran-
da poſſit. Verbum ſubſtant. *Eſt* ſubintelligitur ritu lin-
guæ. Sic verſu ſequenti.

15 *Firmetur manus,* ſiniſtra. Nomen generis ſupponit
pro deteriore,in hac lingua. q.d.tu polles vtraque ma-
nu. *Præparatio*, baſis propriè, firmitas eſt tui ſolij. So-
lium tuum firmatur iuſtitia & æquitate: miſericordia
autem, & veritas ſunt velut præcurſores tui & ſatelli-
tes,perpetuò parati ad rerum tuarũ adminiſtrationem,
& procurationem. Appellant præcedere, paratum eſſe
ad aliquid [a]. Obſerua autem quatuor præcipuas throni B
Dei columnas. *Timerem* (inquit Auguſtin.) *iuſtitiam &
iudicium, niſi miſericordia & veritas promiſſionum me con-
ſolarentur.*

a *Kimbi è Deut. 23.*

*Throni Dei quatuor columnæ præcipuæ.*

16 *Præcedent faciem tuam,* ante oculos præſtò ſunt.
Ante te incedunt in rebus agendis, & adminiſtrandis,
cum his proprietatibus te geris erga mortales. *Iubila-
tionem*, laudum tuarũ ſcilicet. Qui ſcit iubilare laudes
tuas,qui nouit hæc tua miranda facta,& virtutes cane-
re,& perſonare,qui ſcit pſalmodiam,qui delectatur di-
uinis laudationibus,qui nouit concinere Dei victorias C
cum iubilatione & clangore. Kimhi, quòd vox *Clan-
gorem* ſonet,mauult eſſe alluſum ad illud Numerorũ [b].
*Dominus Deus eius cum eo eſt, & clangor victoriæ regis in illo,*
In hanc ſententiã: Beatus ille populus, qui nouit Dei
clangorem,qui eius ſonitum agnoſcit, ei credit, eúm-
que ab hoſtili diſcernit,qui Deum audit buccinantem
victoriam.

b *Numer. 23. verſ. 21.*

17 *Omnes in lumine tuo ambulabunt,* in fauore, & gra-
tia. Fauorem & bonitatem tuam ſentient. *In iuſtitia
tua,* qua eos iuſtificabis. D

18 *Et in beneplacito,* in beneuolentia, bona voluntate.
*Cornu noſtrum,* noſtrum robur,vel decus & excellentia.
Metaph. Tua beneuolentia & fauore noſtrum impe-
rium erit glorioſum.

19 *Quia Domini eſt aſſumptio noſtra,* defenſio noſtri,
protectio,qua nos tuetur ac defendit. Quia Dominus,
quia Sanctus Iſraël rex noſter nos protegit. Vnde He-
braicè *Clypeus noſter. Et Sancti Iſraël regis noſtri*, ſupple
per Zeugma, eſt noſtra aſſumptio & defenſio: vt *regis
noſtri,* conſtruatur per Appoſitionem cum *Sancti Iſraël.*
q.d.



A q.d.Rex noſter,Sanctus videlicet Iſraël, nos aſſumit &
tuetur.Sic autem Deus appellatur, quia eius ſanctimo-
niæ eſt auctor,cauſa & fons. Vulgò vertitur, *rex noſter.*
Sancti Dei Iſraël eſt rex noſter, regis noſtri tutela, &
defenſio eſt penes Deum ſanctificantem Iſraël. Sed re-
tineri etiam poteſt hîc ſenſus in Genitiuo, ſolo nomi-
ne repetito per Zeugma.Et ſancti Iſrael (eſt) regis no-
ſtri aſſumptio. Quia Sanctus Iſrael Deus regẽ noſtrum
tuetur ac defendit, quia Sanctus Iſrael eſt tutela, &
præſidium regis noſtri, vt eius ſedem & familiam non
ſinat extingui, quouſque exhibeat nobis promiſſum
B Meſſiam. Mutat autem perſonam ſecundam in ter-
tiam. Nam fuerat dicendũ. Quia tua, ô Domine,eſt
aſſumptio noſtra,& ô Sancte Iſrael rex noſter.

20 *Tunc locutus es in viſione,* Prolixæ præfationi ſuam
iam ſubiungit querimoniam, Deum loquentem indu-
cens, vſque ad verſum trigeſimum octauum. *Tunc,*
quando aſſumpſit nos, vel etiam regem noſtrum, ſuó-
que præſidio muniuit.Vel redit ad promiſſionem iura-
mento ſtabilitam [a], quaſi dicat,Tunc olim ſanctis tuis
Prophetis locutus es,& per eos promiſiſti te adiuturum
C Dauidem,additurum ei robur, & effecturum potentio-
rem. Quæ hîc Dauidi promittũtur,ad Chriſtum maxi-
mè ſucceſſorem Dauidis ſunt referenda.Sanctos inter-
pretantur Rabbini Samuëlem & Nathan [b]. Ego in ge-
nere omnes Prophetas, qui de Chriſto talia ſunt vati-
cinati. *In viſione,* in Prophetia, per Propheticum affla-
tum. *Potentem, Electum.* Dauidem per Anticipationem,
qui poſtea fuit potens & electus, vt regnaret, & has
promiſſiones acciperet. Vel, vt eſſet potens & electus.
Conſtitui Dauidẽ potentem & fortem, vt auxilium fe-
rat populo meo. *De plebe mea.* Quia *mea* in Hebręo de-
D ſideratur,aliqui interpretantur: Exaltaui ęlectũ meum
(Dauidẽ) de plebis fæce,de loco humillimo,ad celſiſ-
ſimum regni faſtigiũ.Malo,de medio plebis meæ,reli-
quis præteritis: vt attingatur electionis myſterium.

a *Verſ. 5.*

b *2. Reg. 7. verſ. 8.*

21 *Oleo ſancto meo vnxi eum,* oleo oliuarum ſuccis &
odoribus myrrhæ primæ, cinnamomi,calami odorati,
caſſiæ aromaticæ imbuto. Hæc enim inter ſe quadam
temperatione miſcebantur ad Sacerdotum præſertim
ſummorum vnctiones [c]. vnde illic appellatur oleum
vnctionis ſanctæ. *Sancto meo*, per Moſis benedictio-

c *Exod. 30. verſ. 23. 24.*

*a Ibid. v.29.*

A nem & conſecrationem à me ſiue mihi ſanctificato [a]. vel oleò per diuinas preces Samuelis ſanctificato & conſecrato [b], vt non ſit illud Moſaïcum, ſed aliud ad imitationem Moſaïci confectum, atque conſecratum. Quod exemplum tranſiit ad omnes poſteros, qui proinde appellabantur Meſſiæ, id eſt, vncti. Quin etiam ad hæreticos, vt ad Iehu regem Iſrael [c], & ad idôlolatras, vt ad Azaelem regem Syriæ [d], vt omnis religionis reges diſcant ſe eſſe dumtaxat vicarios, miniſtróſvè illius regis, qui propriè eſt vnctus, id eſt, Chriſtus, ſiue Meſſias. *Meo*, mihi conſecrato, R. Moſe Nahmanides. B *Vel*, à me. Nam Deus eſt propriè, qui ſanctificat, Homo qui miniſterium exhibet. *Vnxi eum.* Si de ipſomet oleo Moſaico intelligas, id Dauidi per quamdam diſpenſationem contigit. Nam diſertè Deus vetuerat pœna excidij, ne quis alienus, (à familia Aaronia) iſto inungeretur [e]. Videtur autem, diſpenſatum Samuelis & Prophetarum illius ſæculi conſilio cum regibus familiæ Dauidicæ in Chriſti Domini ex ea orituri gratiam, cuius ſpiritualis & diuinę vnctionis hæc exterior typus fuit. Vnde de hoc ſacro oleo multa Rabbini tradunt diligenter obſeruanda. C Primum fuiſſe Cabbalam apud Iſraëlitas, vt illo inungeretur etiā Dauid, & ipſius poſteritas. Non autem reges alij. *Et ita*, inquit Abben Ezra, *neceſſe eſt Moſem interpretari, quoniam Sadoc ex oleo vnctionis accepiſſe legitur in tabernaculo fœderis conſeruato, vt Salomonem inungeret* [f]. Secūdò vnctionem factā forma χ Græcorum ſiue crucis Burgundæ & decuſſatæ. Solus R. Selomo excipit reges Nam eos tradit inauguratos non σταυροειδῶς ſed in modum coronæ, nempè quia non vngebantur vt eorum maieſtas eſſet ſacra, qualis eſt pontificum: ſed politica, prophana, ciuilis & D humana, ne ſibi illi titulum, aut ius Sacerdotij arrogare poſſent, nedum rerum ſacrarum curam, vel adminiſtrationē. Tertiò è Thalmudicis in principio tractatus kerithoth, ſiue de exciſionibus, per modum miraculi duraſſe vſque ad captiuitatem Babylonicam, & citra diminutionem ſuffeciſſe inaugurandis pontificibus & regibus per annos nongentos, quali prodigio apud nos ampulla diuinitus allata ad conſecrandos reges noſtros Francicos etiam hodie poſt mille octoginta ſeptem annos ſuggerit Rhemis Sanctum Chriſma. Quartò

*b 1. Reg. 16. verſ. 13.*

*Reges olim inūcti & cur.*

*c 4. Reg. 9. verſ. 9.*

*d 3. Reg. 19. verſ. 15.*

*e Exod. 30. verſ. 33.*

*De oleo vnctionis Rabbinorū Cabbala.*

*f 3. Reg. 1. verſ. 39.*

*Ampulla ſacra ſacrum chriſma regibus Franciæ inaugurandis præbet.*



A Quartò Saulem quidem fuiſſe vnctum, ſed oleo per Samuelem ex tempore, non per Moſem olim conſecrato. Sic poſt captiuitatem, pōtifices oleo dumtaxat ad Moſaici compoſitionem & ritū renouato, lege R. Leui [a].

*a V.57. Exod. 30.*

22 *Manus enim mea auxiliabitur*, firma erit cum eo, ne quis eum lædat. *Confortabit*, roborabit, vt præualeat hoſtibus, muniet aduerſus hoſtes. Manus & brachium, omnipotentia Dei, & opitulatio.

23 *Nihil proficiet.* Hebraicè לא ישיא *Loiaſchi* nō exiget. Non erit quaſi exactor & fœnerator, vt rapiat eius B facultates, Kimhi. q. d. Ipſe nemini ſubiicietur, in nullius veniet poteſtatem, vt ei ſit exactioni & prædæ. Nā exigitur à ſubditis. *Filius iniquitatis*, homines iniqui & impij non affligent, neque vexabunt eum.

24 *Et concidam*, & contundam, conteram, delebo funditùs ante eum.

25 *Cornu eius*, excellentia, & eminētia vel robur. Nam cornu in animalibus eminet, itē robur eorū eſt in cornibus. Niſi malis eſſe epithetum Chriſti, de quo Zacharias [b]. *Erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.* Nā C deinceps, quæ ſequuntur, ad eum propriè pertinent.

*b Luc. 1. v. 69*

26 *Et ponam in mari manum eius.* Eius potentiam & imperium extendam à mari Mediterraneo vſque ad Euphratem, vel potiùs extremos terræ fluuios. Nam pluraliter loquitur, vt hoc de regno Chriſti, non Dauidis intelligatur. Subiiciam ei inſulares, maritimos & mediterraneos. *Manum* ſiniſtram, vt ſuprà [c], cui mox opponit dexteram. Vtramque autem habet pro ſymbolo poteſtatis & dominij. Quin & geſtum exprimit extendentis, & exporrigentis in diuerſum manus, vt op- D poſita apprehendat.

*c Verſ. 15.*

27 *Pater meus es tu.* Ratione diuinitatis. Genitor meus, vt à quo habuerim diuinam ſubſtantiam. Iudæi autem, conditor meus, quia non fatentur ſuum Chriſtum Patri conſubſtantialem. *Deus meus*, ratione humanæ naturæ. *Suſceptor*, defenſor, propugnator. Hebraicè צור *Tſur.* i. petra, fortitudo.

*Deus eſt Chriſti Pater ratione diuinitatis, & Deus ratione humanitatis.*

28 *Et ego primogenitum*, primum & præcipuum filiorum, principem inter filios. Regem aliorum, vt ſit rex regum. Hinc *primogenitus omnis creaturæ* & *Primogenitus ex mortuis* [d]. Nam primogenito debebatur principatus inter fratres [e], Sic etiam aliquando ſimpliciter appellant

*d Col. 1. v. 15. & 18.*

*e Gen. 27. ve. 29. Deut. 21. ver. 17.*

A pellant quemlibet virum inſignem, cæteros excellentia & gradu ſuperantem. *Præ regibus.* Significatur reges terrarum ei ſubiiciendos. Chriſtus conſtitutus ad dexteram Patris eminet ſuper omnẽ principatum [a], Heb. excelſum regum, id eſt, excelſiorem regibus. Itaque recte Septuag. vſurparunt præpoſitionem *Præ.* Nam Comparatiuos Latinorum Hebræi repræſentant per adiectiuum cum Genitiuo conſtructum.

a Ephe.1.v.21. Cor.2.ver.10

29 *Fidele ipſi*, erit. Meum fœdus ei fixum, certum & ſtabile manebit.

B 30 *In ſæculum ſæculi.* Hebraicè לעד *Lahad.i.* in perpetuitatem, vt & Symmachus. Ex quo apparet Septuag. his duobus vocabulis ſolere vti pro periphraſi æternitatis, quæ nihil eſt aliud, quàm ſæculorum omnium comprehenſio, *Sicut dies cæli:* thronum eius perpetuum, quamdiu cœli durabunt, conſtituam. Dies enim cœli perennes, ſic dicti, quòd à cœlo ipſo per ſolis curſum effici videantur, Euthymius. Malo dies cœleſtes, quibus cœli duraturi ſunt.

C 31 *Si autem dereliquerint.* Antypophora, propter peccata, promiſſionem de Chriſto non fore irritam. Nam eſſe Prophetiam prædeſtinationis, non conditionis, qualis erat ad Saulem, à quo proinde propter peccata miſericordiam ſuam abſtulit [b].

2.Reg.7.v.15.

32 *Iuſtitias meas,* mea iuſta ſtatuta & præcepta.

33 *Viſitabo in virga,* caſtigatione paterna, vt corrigam, non occidam. Diſciplina & caſtigatio patris non inducit odium, neque tollit amorem & miſericordiam erga filium [c], quæ proinde virga humana appellatur [d]. *In verberibus,* plagis viſitabo, vt bello, fame, peſte [e], malarum beſtiarum graſſatione [f].

c Heb.12.v.6
d 2.Re.7.v.12.
e Ibidem.
f Ezech. 14. ver.15.

D 34 *Miſericordiam autem meam non,* promiſſiones ei factas miſericorditer & gratis. *Non diſpergam.* Hebraicè לא אפיר *Lo aphir* non diſſoluã, non interrumpam, nõ auferam. *Neque nocebo, in veritate mea,* non nocebo veritati meæ, ei nihil decerpam, promiſſo meo iniuriam non inferam. Hebraicè, Non mentiar in veritate mea, id eſt, contra veritatem meam, ſiue meæ promiſſionis, fidem ei datam non fallam. Hæc ſolennis promiſſio non eſt hypothetica, vel ex ſuppoſitione, ſed ſimplex & abſoluta. Quicquid contigerit, promiſſio de futuro Chriſti benedicto ſemine implebitur, & eius ſedes numquam

*Sedes Chriſti numquã abolebitur.*



A numquam abolebitur, licet peccatis in ea multi Deum offendant.

35 *Teſtamentum meum,* pactum cum eo initum ſolenniter. *Nõ faciam irrita.* Hebraicè לא אשנה *Loaſchaneh* non mutabo, non variabo meas promiſſiones.

36 *Semel,* id eſt, irreuocabiliter, Gal. *vne fois pour toutes.* Immobiliter, immutabiliter. *In ſancto meo,* in media Eccleſia, ſolenniter & publicè: vel potius, per meum ſanctum, per thronum meum, per cælum. Sic per thronum ſuum iurat [a]: per cælum autẽ in Deu. [b], & in Apocalypſi [c] *Leuaui manum meam in cælum.* Et quia alias iurat B per ſemetipſum, vt in Gen. [d] aliqui interpretantur, per meam ſanctitatem, id eſt, per memetipſum, qui ſum ſanctiſſimus, atque adeò ſanctitatis omnis fons. Semel autem iurat quia eſt immutabilis. *Si Dauid mentiar,* habear mẽdax ſupp. aut quid ſimile. Formulæ iurandi in hac lingua ſunt eclipticæ. q. d. Nequaquam Dauidi mentiar, nequaquam eum fallam. *Si* pro *nõ,* Chryſoſtomus. *Semen eius,* זה הוא מלך המשיח *Zehu melech hameſchiah,* iſte eſt rex Meſſias, inquit R. Anonym.

a Exo.17.ver. vlt.
b Deu.4.v.15 & 32.v.40.
c Apoc.10.v.6.
d Gen.22.v.16

37 *Et thronus eius ſicut ſol.* Thronum Dauidis vocat regiam eius maieſtatem & potentiam in Eccleſia ſiue C populo Dei vigentem, cuius hæreditas, auctoritas, ius eſt in Chriſto, miniſterium in Chriſtianis pontificibus & regibus, vt docent Athanaſius [e] & Epiphanius [f]. Nempè regnum Chriſti ſiue Eccleſiæ ſpirituale eſt & temporarium, in quo futuri ſint perpetuò reges & pontifices populum Dei tuentes & gubernantes vt [g] infrà, vbi hanc ſedẽ canet in terra colliſam, id eſt, à Turcis, hæreticis, & cæteris impiis illis in locis proſtratam, in quibus iſti Chriſtianum nomen, Chriſtianos reges, & pontifices extinxerũt. Interim vniuerſè hoc Chriſti regnum, etiam in terra erit perpetuum, D id eſt, vſque ad conſummationem ſæculi. Nam Eccleſia, in qua regnat Chriſtus per fidem, & per ſuos miniſtros, reges ſcilicet Chriſtianos & Pontifices, eo vſque cum vtraque adminiſtrandi ratione perducetur, ſicque perpetuò erit viſibilis. Neque enim vnquã tota ſimul pedibus infidelium, vel hæreticorum ſubſternetur. Atque iſtud eſt quintum mundi regnum à Daniele [h] prophetatum, *quod & regnum cæli, & regnum Sanctorum* ab eodem dicitur, à Scholaſticis regnum Eccleſiæ. *Sicut Sol,*

e Sub finem Euangelij de Deipara.
f Hereſi de Nazarenis.
g Verſ.44.

*Eccleſia eſt perpetua atque viſibilis perpetuò.*

h Dan.2.v.44 45.

*Sol*,in perpetuum durabit vt ſol,æquè perpetuus erit ac A
ſol.Item ſplendidiſſimus,clariſſimus , pulcherrimus ſi-
cut ſol,plena luna , & iris , plenus gloriæ & maieſta-
tis.Tam erit illuſtre regnum eius coram me , quàm ſol
terram illuſtrans. Ad hunc ſenſum poſtremum Chald.
*Et ſolium eius ſplendebit , tamquam ſol coram me.Perfecta.*
Noſtri conſtruunt cum *in æternum.* Thronus eius erit
ſicut luna,quæ in æternum perfecta eſt & conſtituta.
Quin & plerique noſtrorum,*perfecta* , id eſt , plena , in
plenilunio fulgens. Nam extra plenilunium diminuta
dicitur , & imperfecta , tum enim caret pleno lumine, B
Hebræi conſtruunt cum *Thronus*,ſicut luna , ſtabilietur
in æternũ.*Et teſtis*.Et ſicut iris arcus cœleſtis, teſtis be-
neuolẽtię Dei in cœlo fidus & certus.Vt enim illa ſem-
per ad vſque finẽ ſæculi huius durabit,ita ſemper vige-
a *Gen.9.v.13* bit thronus ipſius [a].Iris enim poſita in ſignũ & teſtimo-
nium reconciliationis.Rabbini ferè de ſtellis accipiũt,
quæ ſunt teſtes firmæ poſitæ in cœlo in ſigna,tempora,
b *Gen.1.v.14* dies & annos b. Kimhi coniungit cum luna,vt hîc de-
tur pro ſymbolo regni Dauidis. Nam quemadmodum
luna nunc obſcura eſt,nunc lucida , ſemper tamen du- C
rat:ita regnum eius nunc luceat,nũc obſcuretur, num-
quã verò pereat.q.d.Thronus tuus ſtabilietur in æter-
num,vt luna , quæ in cœlis teſtis erit fidelis durationis
huius regni,vel, quæ in cœlis eſt certus temporum in-
dex.Atqui intercedit copula, ועד *Veed* & teſtis.Alij
referunt ad vtrumque.Quæ quidem ſunt teſtis in cœlo
fidelis.Quamdiu ſol & luna fulgebunt , erunt mihi te-
ſtes , quòd hoc Dauidis ſolium numquam cadet. *Sela.*
Symmachus videtur ſic diuiſim à pręcedentibus intel-
lexiſſe.Et qui hæc aſſeuerat(Deus) & conteſtatur ſe fa- D
cturum,eſt in cœlo,neque mentiri poteſt. Malo refe-
ratur ad arcum cœleſtem.

38 *Et deſpexiſti*.Hebraicè abominatus es,ſine *Et*, Nam
omnia ſunt Aſyntheta vſque ad verſ. 48. ad vehemen-
c *Verſ.36.* tiam. *Diſtuliſti Chriſtum*.Quem ſemen Dauidis ſuprà [c]
vocauerat,nunc appellat Chriſtum : ad quod docendũ
Septuaginta ſic tranſtulerunt.Alioqui ad verb. *Iratus es
cum Chriſto tuo*, id eſt , contra Chriſtum tuum. Neque
enim puto Dauidem ſignificari. Hîc incipit querimo-
nia , obliquè Deum perſtringens , & fidem eius inter-
pellans. Nam qui tantis laudibus extulerat fidem Dei,
nunc



A nunc anxiè conqueritur,omnia contrà accidere,quàm
ille promiſerit.

39 *Euertiſti teſtamentum ſerui tui,κατέστρεψας* , promiſ-
ſionem illi factam peruertiſti,perdidiſti , reſcidiſti fœ-
dus cum cultore tuo initum,per Aſſyrios, Babylonios,
Perſas , Antiochos , Romanos. Mendoſè in aliquibus
Exemp.*Auertiſti.Sanctuarium eius*.Hebraicè נזרו *Nizro*
coronam,diadema eius:vt hoc pertineat ad regiam di-
gnitatem Dauidis. Interim quoniam religio eſt gloria
& decus populi,ſic etiam poſſit intelligi cum Septuag.
Hinc [a] *Tradidit pulchritudinem ſiue gloriam eorum in ma-* a *Pſ.77.v.68.*
B *nus inimici*,de arca fœderis.

40 *Deſtruxiſti ſepes eius* , ſepta & munitiones eius ru-
piſti. Alludit ad allegoriam de vinea [b].*Firmamentum*, b *Pſal.79.v.*
firma eius præſidia & arces in formidinem & pauorem *13.14.*
poſuiſti,nempe vt in illis formidaremus & terreremur,
vt illa non exiſtimaremus ſatis munita & firma ad nos
tuendos,vt etiam in illis nos pauor , terror & formido
occupet.Metonymia , firmamentum formidans & pa-
uidum,id eſt,imbecillum,quod nos reddit pauidos , in
quo formidamus prę eius infirmitate.Quo tropo mors
C apud noſtros poetas dicitur pallida , & pauida. Adde
munitionibus,quibus olim erant tuti, deſtructis , iam
formidare,vel eſſe in formidine.מחיתה *Mebitta*, &
terrorem & confractionẽ ſignificat. Vnde etiam verti
potuit:Poſuiſti munitiones eius confractionem, id eſt,
in ruinam & deſtructionem.

42 *Exaltaſti dexteram*,vires hoſtium.

43 *Auertiſti adiutorium gladij*, retrò vertiſti,& in fugã
eos,qui eius gladium adiuuabant , qui ei in bello ade-
rant.צור *Tſur* præter petram,id eſt,auxilium, aciem
D ſignificat. Quare hæc poſſit eſſe Metaphora , Retudiſti
aciem gladij eius , debilitaſti eius potentiam. *Auxi-
liatus ei*.ad Verbum ſubleuaſti eum.

44 *Deſtruxiſti eum ab emundatione* , à ſanctuario , in
quo emundabamur per ſacramenta,& rem diuinam,à
puro templi & religionis vſu , à legis cultu . R. Ataiá.
Alij , à ſplendore & dignitate regni eius. Maieſtatem
regiam ceſſare feciſti.Sed præſtat *Sedem eius*, thronum
regni deſignare:*emũdationem*,Sacerdotiũ:vt eodẽ verſ.
vtraque dignitas & ſacra & regia tangatur.*Colliſiſti*,ca
dere feciſti,deieciſti regnũ eius in terrã. Vide ſuprà [c]. c *Verſ.37.*
Hoc autẽ quæri poſſũt Chriſtianę Eccleſię ab hęreticis

& Mahometanis occupatæ. Nam ſedes Chriſti, ſiue A Dauidis per hos duos magiſtratus propriè ſtat, vigétque in terris.

45 *Minoraſti dies temporis eius.* Alij, Adoleſcentiæ eius. Nam vox עלום *halum*, vtrumque ſignificat, decurtaſti dies eius meliores, effeciſti, vt præ malis citò, & ante tempus conſeneſcat, nec fruatur tempore iuuētuti deſtinato. Queritur regnum, quod perpetuum fore promiſerat, dum adoleſceret, extingui, vt iuuenis abripitur immatura morte. *Sela.*

46 *Vſque quo Domine auertis,* te ſub. Hebraïcè תסתר *tiſſather* abſconderis. Quouſque auertis te ab auxilio B nobis ferendo? Abſcondi dicitur, quoties opem ſubtrahit.

a 4. *Catilin.* 47 *Memorare,* memento, recordare, vt apud Cic. [a] *vt ſui oblitus alij memoretur,* id eſt, alterius meminerit. Nam *alij* eſt genitiuus antiquus. *Subſtantia*, ſubſiſtentia, firmitas, id eſt, vita, duratio. Memento quàm tenuis ſit mea firmitas & natura, quàm modica duratio vitæ

b *Vt Pſal. 38. verſ. 6.* meæ [b], vt nihil ſit opus ad eam te alias calamitates addere. Iram Dei deprecatur aliquot argumentis. Vnde Hebraicè *Recordare ego quanti æui* (ſim) id eſt, quàm par- C uo tempore ſim victurus, quàm breuis ſit vita mea & fragilis. Aliqui de ipſa ſubſtantia, ſiue materia, & compoſitione corporis noſtri, vt ſit illud Iob [c]: *Memento,*

c *Iob cap. 10. verſ. 9.* *quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me,* q. d. Memento me conſtare ex luto & limo terræ, vt proinde me mox oporteat in puluerem diſſolui [d].

d *Gen. 3. v. 19.* Sic Chald. *Recordare, quòd creatus ſum de puluere. Nũquid.* q. d. etiam. Affirmant enim Hebræa. (Et recordare) in quanta vanitate creauiſti omnes filios hominũ, quàm vanos nos qui ſumus filij Adam ſiue hominum crea- D ueris, quàm miſeros & infelices. *Vanè*, infirmè, miſera ſorte, infœlici cõditione & obnoxia multis malis & caſibus, שוא *Sau* vanitas, mendacium, nihilum. Ita *vanè* hic ſignificat vanum ſtatum, fluxũ & inſtabilem, non fruſtrà vel temerè. Neque enim Deus quicquam facit, aut cõſtituit fruſtrà.

48 *Eruet animã ſuam.* (Quis eſt homo, qui) eruet animam ſuam de poteſtate inferi? Alludit ad ſuum tẽpus, *quo nondum propalata erat Sanctorum,* id eſt, cœli *via* [e].

e *Heb. 9. ver. 8* Inferus etiam ſignificat totum mortuorum ſtatum. *Cabuena*



A *uenaki*, exponit de Purgatorio. (Nam & Hebræi, vt docet R. Ioſeph Albo [a], illud conſtanter aſſerunt.) *Ita,* inquit, *loquitur Pſalmographus, quia* הוצרך לבוא לשאול למרוק ולזקק ליכלוך העבירות שעשה עד שתטהר ותעלה אל מקום מנוחתו *hotſorech labo liſcheol limrok vlzakek lichluch hahaberoth ſchehaſche had ſchethertaher vethahale el mechom menuhato .i. Neceſſe eſt venire in infernum, ad deradendum & expurgandum inquinamenta tranſgreſſionum, quas fecerit, donec mundetur, & aſcendat in locum quietis ſuæ.* Hic *Sela*, vox excitantis ad meditationem noſtræ miſeræ B conditionis.

a *lib. 4. Iccarim, c. 34.*

49 *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ.* Prorogatio promiſſionum ad excitandam fidem. *Antiquæ*, non nouæ, non huius temporis, ſed iam ab antiquo præſtitæ patribus. *Sicut,* vel (quas) iuraſti. Nam Eclipſis contextus eſt perficienda per commodam particulam. *In veritate tua*, per tuam veritatem & fidem, per tuarum promiſſionum firmitatem.

50 *Memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum.* Paſſiuè, quod ſerui tui ſuſtinent. *Gentium.* Actiuè, quo ſeruos tuos C afficiunt. Itaque clariùs fuiſſet verſum: *quod continui in ſinu meo à multis Gentibus. Quod continui.* Hyſterologia. Nam *multarum gentium*, conſtruitur cum relatiuo *quod*, quod quidem opprobrium multarum gentium, id eſt, (actiuè) à multis gentibus profectum, continui & ſuſcepi quaſi intra ſinum meum, vel portaui & pertuli. נשא *naſcha*, portare, tollere, accipere. Opprobrij, quod à tam multis populis perfero, recordare. *In ſinu*, in animo, intra me. Metaph. in mentis receſſu, quia in corde, tamquam in ſinu, dolorem celamus.

51 *Quod exprobrauerunt inimici.* In ablatiuo etiam hic D clariùs verſum fuiſſet: *Quo exprobrauerunt,* &c. *Commutationem*, Appoſitoriè. Quod opprobrium exprobauerunt, nempè commutationem Chriſti tui, id eſt, te mutaſſe ſententiam de promiſſo Chriſto exprobrãt, quòd non adueniat. Vocem עקבות *hikkeboth* variè exponunt, tarditates, dilationes, extrema, veſtigia, itinera: propriè calces & veſtigia. Septuaginta *ἀντάλλαγμα*, commutationem, ad ſenſum appoſitiſſimè, vt non tantùm reſpiciatur ad tempora antiqui teſtamenti, ſed etiam ad noſtra, quibus Mahometani nobis exprobrãt Deum

*Mahometanorum in nos exprobratio.*

commutaſſe Chriſtum ſuum cum Mahomete, vt A
quia mundus per Chriſti miracula ad veram religionem non potuit adduci. (Ita enim iſti nugantur) ad eam Mahometis gladio perducatur. Hinc R. Anonymus: *Exprobrant veſtigia ſiue greſſus Chriſti tui, cùm vocăt tardigradum, vel loripedem & claudum: dicunt eum habere crura fracta, calces læſas, pedes eneruatos, vt qui nondum venerit, aut venire poßit.* Sic nos fusè irrident, quaſi fruſtrà Chriſtum liberatorem expectemus, cuius veſtigia & pedes numquam viſuri ſimus. Mirum per Chriſtum Gnoſticos hîc Dauidem intelligere, ac myſteriis eſſe B
iniquiores, quàm Iudæos.

52 *Benedictus*, ſic ſe colligit, ac patienter, & cum gratiarum actione omnia de manu Domini ſe excipere declarat, *Fiat, fiat*, ad confirmandam benedictionem, quòd de promiſſionibus ſimus ſecuriores ac certiores. In fonte, אמן ואמן *Amen & Amen*, qualis clauſula etiam fuit duûm librorum procedentium, iam duo reliqui aliter claudentur: nempè quartus vnico Amen, quintus & vltimus per Hale-lu-ja. C

LIBER

D



A

# LIBER QVARTVS PSALMORVM.

B

## ARGVMENTVM.

*Inanem & fugacem eſſe hominum vitam. Proinde Deum orat Moſes, vt ſaltem populo ſuo reconcilietur, & eorum opera dirigat atque perficiat. Per Chriſtum ſcilicet.*

1 Oratio Moyſi hominis Dei. LXXXIX. Heb. 90.
C DOmine, refúgium factus es nobis: à generatiône in generatiônem.
3 Priúſquam montes fierent, aut formarêtur terra & orbis: à ſæculo & vſque in ſæculum tu es Deus.
4 Ne auêrtas hóminem in humilitâtem: & dixîſti, conuertímini filij hóminum.
D 5 Quóniam mille anni ante óculos tuos tamquam dies heſtêrna: quæ prætériit.
6 Et cuſtódia in nocte: quæ pro níhilo habêntur, eôrum anni erunt.
7 Manè ſicut herba tránſeat, manè flóreat & tránſeat: véſpere décidat, indûret, & arêſcat.
8 Quia defécimus in ira tua: & in furôre tuo turbâti ſumus.
9 Poſuîſti iniquitâtes noſtras in cóſpêctu tuo: ſæculum noſtrum in illuminatiône vultus tui.

10 Quóniam omnes dies noſtri defecêrunt; A
& in ira tua defécimus.
11 Anni noſtri ſicut aránea meditabûntur:
dies annôrum noſtrôrum in ipſis, ſeptuagînta
anni.
12 Si autem in potentátibus octogînta anni:
& ámplius eôrum, labor & dolor.
13 Quóniam ſuperuênit manſuetûdo, &
corripiêmur.
14 Quis nouit poteſtâtem iræ tuæ: & præ B
timôre tuo iram tuam dinumerâre?
15 Déxteram tuam ſic notam fac: & erudî-
tos corde in ſapiéntia.
16 Conuértere Dómine vſquêquo? & de-
precábilis eſto ſuper ſeruos tuos.
17 Replêti ſumus manè miſericórdia tua: &
exultáuimus, & delectâti ſumus in ómnibus
diêbus noſtris.
18 Lætâti ſumus pro diêbus, quibus nos hu- C
miliâſti: annis, quibus vídimus mala.
19 Réſpice in ſeruos tuos, & in ópera tua:
& dírige fílios eôrum.
20 Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper
nos, & ópera mánuum noſtrârum dírige
ſuper nos: & opus mánuum noſtrârum dí-
rige.

---

D

1 *Oratio Moyſis.* Precatio à Moſe condita, & in hunc librum relata, vt etiam docet D. Hieronymus [a], quam vndecim Pſalmis conſtare tradit R. Selomo [b], id eſt, hoc & decem ſequentibus. Nam hanc inſcriptionem cunctis illis, communem eſſe volunt. Ante Dauidem videlicet, extabant multi Pſalmi, in re diuina à Sacerdotibus vſurpati, vt hic & decem ſequentes à Moſe confecti. (Nam hæc inſcriptio his etiam decem communis

a *ad Cyprianum.*
b *Exod.30.*
*Pſalmi aliquot ante Dauidem extabant.*



A munis videtur, quoniam ſunt ἀνεπίγραφοι, quantum ad Auctorem) item illi magna ex parte libro 2. ſuprà poſiti, quos tres filij Choræ, eius tempore, in deſerto conſcripſerant. Nec probo, qui hunc ſic inſcriptum aiunt, quòd Dauid ad Moſis imitationem originem humanæ fragilitatis in eo depingeret. Canit quidem creationem, itémque Chriſtum, réſque eius, id eſt, recreationem, ſed quid hoc ad inſcriptionem? Nobis aſſentitur Chaldæus: *Oratio,* inquit, *qua orauit Moſes Propheta Deum, quando peccauerunt filij Iſrael in deſerto. Reſpondit, & ſic dixit: Domine,* &c. Porrò totus hic liber
B quartus ferè eſt de Chriſto, & rebus Chriſti. *Viri Dei,* ſic dicitur alibi [a]. Miniſter enim veteris Teſtamenti fuit, & noui Propheta. Auguſtinus Virum Dei appellat Scriptura Prophetam [b]. Vnde Chald. *Oratio, quam habuit Moſes Propheta Domini.*

a *Deut.33.v.1. Ioſ.14.v.6. Hebr.3.v.5.*
b *4. Regum 1. v.9.*

2 *Domine refugium.* מעון *Mahon* habitaculum tuum. Sic in tempeſtate, tecti vel petræ quærimus refugium. *A generatione in generationem,* perpetuis & continuis ſæculis.

3 *Priuſquam montes.* Ante conſtitutionem omnis crea-
C turæ (per Synecdochen) ante omnes res procreatas: temporáque ſæcularia. Montes enim Deus condidit initio rerum, quando aquis terram magna ſui parte nudauit. Etſi alij malint terram initio fuiſſe planiſſimam: deinde in diluuio, motuum & quaſſationū vi in montes & valles diruptam. Orditur à Dei laude. *Terra,* ארץ *Erets* etſi de vniuerſa terra enuncietur, ſiue habitata ea ſit, ſiue non, hîc tamen de inhabitata, deſerta & inculta tantùm, quia ſequitur תבל *Tebel,* ſiue Orbis. תבל *Tebel* enim propriè ea pars, quæ habitatur, οἰκουμένη
D Græcè. Sic Latinè orbis accipitur apud Horatium [c]:

*Te minor latum reget æquus orbem,*
*Tu graui curru quaties Olympum.*

c *li.1.oda.12.*

Opponit Olympum à Ioue gubernatum orbi recto à Cæſare. Hic autem obſerua in hac lingua genus denominare partem deteriorem, cùm apud nos à meliori fiat denominatio. *Tu es Deus.* Hyſterologia. Tu Deus es. O Deus, tu ſubſiſtis, extas ab omni æuo, citra vllum temporis principium. Verbum Subſtantiuum ſumitur ὑπαρκτικῶς, non copulatiuè, pro extare, exiſtere. Neque enim Deus refugium fuit noſtrum ante mundi

conſtitutionem, cùm nondum eſſemus, ſed ab æterno A
& ſemper extitit. *A ſæculo in ſæculum.* Periphraſis æter-
nitatis Poëtica.
4 *Ne auertas hominem.* Narratio incipit. Ne nos indu-
cas in mala, & res aduerſas. Etſi alij humilitatem intel-
ligant peccati, & damnationis. *Ne auertas.* Compoſitũ
pro ſimplici, vt eſſet expreſſior Antitheſis cum Parono-
maſia, *Auertas, conuertimini*, vt Græcè, ἀποστρέψῃς, ἐπι-
στρέψατε. & Hebraicè, תשב *Tashub,* שובו *Shubu.*
Ne vertas, ne redigas hominem ad tenuitatẽ, calami-
tatem, abiectionem, miſeriam. *Et dixiſti, Et* pro *qui,* vt
alibi è Kimhi in Michlol: vel pro *quia,* è Chryſoſtomo. B
Qui dixiſti, Conuertimini. Qui monuiſti, vt conuerte-
rentur homines, ne hominem deiicias in humilem ſta-
tum, ne eum deprimas & affligas, ne malis abſorptus
non poſſit conuerti, & ad te redire. Hîc Sept. R. Ioſeph
& R. Anonymũ malo ſequi, quàm recentiores ineptiùs
iſta explicantes. Hebræa affirmãter quidem enuncian-
tur, ſed eandem ſententiam reddunt ob particulam ad-
uerſatiuam, *& tamen.* Vertis hominem ad tenuitatem,
& dicis (*& tamen dicis*) conuertimini filij hominum. q.
d. Cùm iubeas hominem cõuerti & reſipiſcere, ne eum
ad has miſerias redigas, quibus obrutus, non eſt proba- C
bile eum mentem adiecturum ad reſipiſcentiam. Sic
a *Micheæ 5. verſ. 2.* apud Michæam[a]. *Bethlehẽ paruula es in principibus Iuda,*
& (*& tamen*) *ex te exibit dux, qui regat populum meũ Iſrael.*
b *2. Cap. v. 6.* Nam hæc affirmans huic neganti apud Matthæum b,
ob eandem cauſam reſpondet, *Bethlehem nequaquam
paruula es in principibus Iuda. Ex te enim exibit dux, &c.*
Poſſit etiam ſuſpicari aliquis, אל *al,* præcedentis ver-
ſus finem Septuag. in huius principium contuliſſe, ac
legiſſe אל *Al, ne,* non אל *El,* Deus. Quæ qui non ad-
uerterunt, monſtra interpretationum huc cõuexerunt: D
*vt, reducis homines vſque ad ſenectutem, & deinde dicis, re-
uertimini in puluerem, è quo vos effinxi.* Et, *Reducis homines
in puluerem, & deinde dicis, reuertimini in rerum naturam:
vt ſic humanum genus prole perpetues.* Quaſi ſit querela de
rerum viciſſitudine.
5 *Quoniam mille anni ante oculos*, Ratio ſuperiorum.
Ne humilitate afficias homines, quoniam ſat per ſe
ſunt humiles & abiecti. Vt enim viuant mille annos,
mille anni illi ſunt fluxiſſimi, quoniam tandem finien-
tur,



A tur, ac ante oculos tuos non pluris ſunt, quàm dies he-
ſterna, quæ præteriit, & cuſtodia in nocte. i. excubiæ
nocturnæ, quæ fluũt celeriter, dum paulò pòſt aliæ aliis
ſuccedũt. Sunt enim quaternæ, tribus horulis dumtaxat
conſtantes. Metaph. à militia, cui optimè comparatur
vita noſtra, maximè quantum ad vigilias militares, &
quidem nocturnas, quoniam omnia hîc tenebris & ob-
ſcuritate errorum, inſcitiæ, calamitatis plena ſunt. *Mille
anni*, quibus ponamus eum poſſe viuere. *Ante oculos
tuos,* tua æſtimatione & iudicio. Alij ante tuam æter-
B nitatem, ſi cum æternitate tua comparentur.
6 *Et cuſtodia in nocte.* Secunda hæc ſimilitudo iungen-
da cum ſuperiore verſu ſicuti indicauimus. Vnde & hîc
Maſoretæ clauſerunt periodum per Soph paſuc. *Quæ
pro nihilo.* Hyſterologia. Sic enim ordinandum. Eorum
anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur: nempè, vt in
Hebræo exponitur, velut aquæ fluxus & ſomnium, id
eſt, eorum anni pro nihilo habebuntur, nihili æſtima-
buntur præ fugacitate. Dumtaxat ſequuntur ſenſum.
Nam ad verbum, vt attigimus, inundaſti eos, ſomnium *Hominis vilitas quanta.*
C vel ſomnus erunt: vt comparetur fugacitas vitæ, flumi-
num rapido fluxui, quæ cum impetu feruntur, ac velo-
citer abeunt: Deinde ſomniis, quæ ab expergefacto au-
fugiunt, & quaſi fumus, qui diſſoluitur in aërem, eua-
neſcunt: Denique ſequẽti verſu herbæ, quæ manè rore
vegetata viret, ac veſperi flacceſcit. Potuerunt legere,
זרמתן *Zirmathan,* Nominaliter, Bulla eorum anni
erunt. Nam שנה *Shana,* & annum, & ſomnũ deſignat.
Bullæ autem ſunt de eorum genere, quæ pro nihilo ha-
bentur, ſecundum parœmiam, *Homo Bulla.* Nec nouũ, vt
D affixum ſiue pronomen iunctũ ſit cum nomine זרמת
*Zirmá,* non שנה *Shaná.* Nã Poëtæ Hypallagẽ vſurpãt.
7 *Mane tranſeat*, abibit, peribit, euaneſcet ſicut herba,
quæ ſole vehementiùs percuſſa exareſcit. Imperatiua
pro futuris Indicatiui, tranſibit, florebit, decidet, indu-
rabit, areſcet. Alij, mutabit, id eſt augeſcet, adoleſcet,
incrementum ſumet, quòd Hebraicum חלף *Halaph,*
mutare interdum ſignificet, vt illud [a] *Si ſucciſum fuerit,*
*& adhuc mutat,* id eſt, Hieronymo ſcitè interpretante, a *Iob 14. v. 7.*
*rurſum vireſcit.* Hinc Kimhi hoc loco, *Innouabitur*, ex-
ponit, & Chald. *Mane floret & augeſcit, Induret,* Abſo-
lutè, indurabitur exhauſto vigore, & ſucco naturali, vt

A fit in ſenibus. Hebraicè ימולל *iemolel*, exſcindetur. i. reſecabitur, vel peribit. Nam vtroque modo Rabbini exponunt. Ita enim homo in iuuentute tamquam ætatis flore, paucis annis viget. Cùm ad maturã peruenit, curis, negotiis, ærumnis affligitur, móxque poſt multos labores moritur. Vide Nazianzenum [a]. Hîc autem ordo declinationis humanæ attingitur. Primum decidit, ac collabitur virile robur & vigor, deficiente naturali calore: Deinde induratur ſenile corpus exhauſto ſucco: denique exiccatur, penitùs areſcit, redigitur in puluerem.

[a] *In funere Cæſaris fratris.*

B 8 *In ira populos conſumes,* per tuam iram conſumimur, in vindictam inobedientiæ noſtræ. Tu enim in ſtatu originario ſic nos conſtitueras, vt poſſemus non mori. Poſſit etiam referri ad peccata noſtra quotidiana, quæ Deus celeriore morte vlciſcitur. Sic docemur has vitæ neceſſitates eſſe pœnas noſtrorum ſcelerum, ac Dei in noſtra peccata irã eſſe cauſam, cur tam multis ærumnis ſimus obnoxij. *Turbati ſumus.* Symmachus & Aquila tranſtulerant, Accelerauimus (celeriter abimus ex hac vita.) Primùm membrũ aliqui referunt ad defectionem corporis, quam ex iræ Dei vindicta in hac vita ſuſtinemus: alterum ad animi perturbationem exorientem è contemplatione furoris Dei in venturo iudicio. C

*Peccata noſtra cauſſæ ſunt ærũnarũ & miſeriarũ noſtrarũ.*

9 *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo,* ne te effugiant, & vt eas punias. *Sæculum noſtrum.* (Et) ſæculum noſtrum. Vitia noſtri ſæculi & vitæ noſtræ acta, Metonym. (poſuiſti, per Zeugma) in illuminatione vultus tui. i. ante lumen vultus tui, ante oculos tuos claros & limpidos. Ea habes lucida & notiſſima. Ea recordaris & punis [b]. In vtroque hemiſtichio idem ait per Epexegeſin. Græcè Sæculũ eſt Nominatiui caſus, ὁ αἰών: túmque ſubaudiendum verbum *eſt*, intellectu eodem: vbi aliqui ſæculum pro curriculo ætatis ſingulorum accipiunt. D Sed præſtat eſſe Aſyntheton inter duo, & in Accuſatiuo *Sæculum* accipere. Maſoretæ legunt עלמנו *halummenu*, non עולמנו *holamenu*. Ex quo alij interpretantur *Abſcondita noſtra,* vt ſit Antitheſis. Peccata, quæ exiſtimauimus eſſe occulta, poſuiſti in lumine vultus tui. Alij, *Adoleſcentiam.* Verùm in hac etiam forma ſæculum ſignificare poſſit. Adde omnia eodem recidere, vt Hieronymus [c] docet. *In illuminatione vultus tui,*

[b] *Vt Pſ. 108. verſ. 14.*

[c] *Ad Cyprianum.*



A *tui,* coram vultu tuo lucidiſſimo. Ad verbum *ad luminare vultus tui.* Quaſi vultus Dei de ſeipſo lumen diffundat, per quod rem extrà poſitam, & obiectam ſibi perſpicuam faciat, non vt creatus oculus, qui res in tenebris, vel extra ſe poſitas cernit per alienum lumen, Solis puta, vel lucernæ. Sic docet Deum aliter cernere, quàm nos. Nos per receptionem tam luminis, quàm ſpecierum à rebus obiectis manantium, ſiue aliquid emittamus ex oculis, vt Platoni placet, ſiue nihil, vt Ariſtoteli, qui recipiendo dumtaxat viſionem fieri cenſet. Deus per ſeſe & ſuam eſſentiam, ſiue vultum, quaſi B emittendo radios in res ipſas. Nullo enim lumine alieno indiget, vt nos noſtráque omnia conſpiciat & diſcernat, nec opus habet vlla illuminatione vel Solis, vel lucernæ, cùm ſit ſibimet lux clariſſima, cuius oculi ſint ſole ipſo clariores, atque radiantiores.

*Deus res quomodo videat.*

10 *Defecimus,* conſumimur. כלינו legerunt *Kalinu* in Kal, Maſoretæ in Piel, כלינו *Killinu,* vt cum ſequentibus necterent. *Conſumpſimus annos noſtros ſicut loquelam.* Quod non magni refert.

11 *Dies noſtri ſicut aranea meditabuntur,* tamquam tela araneæ, quæ facilè perit & conſumitur. Item ſicut C aranea, quæ ad texendam telam, è qua tenuem victum ſibi venetur, ſe euiſcerat & exhaurit, adeò vt citiùs ante tempus exhauſta deficiat: ita noſtri anni pereunt inutiles, laborioſi, & malorum pleni. Similitudo literæ Hebraicæ non variat ſententiam, *Sicut loquela, ſicut dictum, vel meditatio,* (הגה *Heghe* vtrumque) dicto cogitationéve ocyùs anni noſtri conſumuntur. *Meditabuntur,* paſſiuè, æſtimabuntur: Pro aranei tela reputantur, Chryſoſtomus & Theodoritus. Aliqui, quòd Græcè ſit ἐμελέτων, *Meditabantur* (vbi tamen lego μελετῶνται) interpretantur per Proſopopœiã actiuè. D Non enim annis noſtris conuenit meditatio ſecundum Aranei ſimilitudinem, ſed nobis, in hanc ſententiam. Nos in annis noſtris meditamur, ſicut Araneus (fraudes, vanitates, prædas, res omnes noxias.) Eius enim ſtudium omne animalcula innocua venari & interimere: eius opus nihil eſt aliud, quàm laqueus & rete: quod tamen eſt valdè fragile & vanum, interdum etiam texẽti pernicioſum. Nam poſt telam confectam faciliùs comprehenditur & necatur, dum ſcopa circumducta, è tela ipſe, veluti è

ſuo ædificio,fugatus,mox calcatur & perit. Sic nos vi- A
uendo telam araneæ ordimur. Nam poſt opera noſtra
vana & futilia minus tuti ſumus & ſecuri : breui etiam
celeritérque perimus.Sed hæc Hebræo non reſpõdent,
in quibus ſimpliciter *Anni noſtri ſicut loquela ſiue medi-*
*tatio* ( ſunt, æſtimantur vel quid ſimile.) Sermo enim
prolatus mox euaneſcit, volans irreuocabile verbum.
Niſi הגה *Heghe*, vſu veteri ſit Aranea. q.meditabundũ
animal & malitioſum, vt fortaſſè apud Iob [a], & Eze-
chielem [b] apud Chaldæũ Paraphraſtẽ, vbi vulgò car-
duus vel vrtica.Chald. *Sicut vapor oris noſtri in hyeme. In*
*ipſis.* Hebraiſmus,quo antecedens demonſtratiuo præ-
ponitur in diuerſo caſu : pro, In ipſis diebus annorum B
noſtrorum (ſunt) ſeptuaginta anni. Ætatis noſtræ ſpa-
cium terminatur Septuaginta annis, aut ſi ſit firma va-
letudo,octoginta.Symmachus tamẽ verterat, ὁλόκληροι,
toti,vniuerſi. Chald. *dies annorum noſtrorum in hoc mun-*
*do ſeptuaginta anni fortitudinis.Et ſi in fortitudine, octogin-*
*ta anni,& multiplicatio eorum labor & falſitas,quoniam ce-*
*leriter tranſierunt, & volant in puluerem.*

*Aranea tela ſunt noſtra opera futilia.*

a *Iob 37.v.2.*
b *Ezec. 2. v. 10.*

12 *Si autem in potentatibus*, ſimus ſup. vel ſint dies no-
ſtri. ( Eſt enim Eclipſis. ) *In potentatibus* , in potenti &
firma corporis conſtitutione & valetudine , in natura
viuaciore & valentiore. *Et amplius*, Hebraicè,*Et robur*
*eorum labor & dolor.* Quod duobus modis exponitur. C
Primò,& ſimpliciùs cũ Septuag. & Hieronymo. Quic-
quid vitæ vltra hos annos relinquitur, laborioſum eſt
& doloris plenum.Nam ob continens defluuium,calo-
ríſque natiui,& ſpirituum imbecillitatẽ, ad extremum
hominis effœta,ægra, languidáq; eſt ſenectus,vt illius
vita ſit quaſi non vita, ſed mors, mortíſve expectatio
certa,non vitæ productio. Sic Chald. סוגעיהון *ſu-*
*ghehebon, multiplicatio eorum.* Quo pertinet illud Macro-
bij [c]. *Septies deni anni à Phyſicis creditur meta viuendi, &*
*hoc vitæ humanæ perfectum ſpaciũ terminatur, quod quiſquis*
*exceſſerit, ab omni officio vacuus, ſoli ſapientiæ & ſtudio va-*
*cat , & omnem vſum ſui in ſuadendo habet , aliorum mu-* D
*nerum vacatione reuerendus.* Et iſtud R. Bagbag [d].
Sexagenarius ad ſenectutem peruenit. Septuagena-
rius ad שיבה *ſchebei*, i. confectam & decrepitam
canitiem. ישיש *iaſchich*, eſt tertius & vltimus ſenij
gradus

c *Lib.1.Som. cap. 6.*

d *In Aboth.*



A gradus congruens ſilicerniis , quibus imminet ſepul-
chrum.Secundò, Robuſtiſſima pars & præcipua eorum
annorum octoginta labores ſunt & incommoda,quam
aliqui iuuentutem interpretantur.Nam *cuncti dies pere-*
*grinationis noſtræ parui & mali dicit Iacob.*[a] pauci & ple-
ni malorum atque ærumnarum. Quod ſequi videtur
pſalterium Rom.*Plurimum eorum labor & dolor.*i.potior
pars.Eſt autem Græca conſtructio,τὸ πλεῖον αὐτῶν,Lati-
nè,*amplius eis,plus eis.*Amplius vltra illos annos,reliquũ
vitæ,quod ſupereſt vltra ſeptuaginta,vel 80.annos.Lo-
B quiter autem ſecundum communem naturæ curſum
iam è tempore quartæ ætatis mundi,ſiue Moſis,qui hu-
ius Pſalmi eſt conditor , vel certè argumenti poſitor.
Nam cùm Patres diu antea viuerent , tandem acciſus
eſt terminus humanæ vitæ ad ann.70. vel ad ſummum
80. paucis centum attingentibus [b] vt creſcente homi-
num malitia,ſimul & eorum anni decreuerint. Loqui-
tur item de periodo,qua in firma valetudine,ſtatu , vi-
gore poterat hominis natura tum permanere abſque
vitæ incõmodis , per optimam ſenſuum & membrorũ
functionem,quod vix hodie contingit anno quinqua-
C geſimo,ne in firmioribus quidem. Quicquid enim ho-
die viuitur,in quo vita ſit delectabilis,50. ad ſummum
60.annorum ſpacio comprehẽditur. Adeò hodie cele-
riùs ſeneſcimus , periodo humanæ vitæ continuò defi-
ciente,mãgíſque ac magis defectura,& in dies contra-
henda. Ne quis putet hac vltima mundi ætate eandem
eſſe periodum , quæ iſto Moſis , vel Dauidis tem-
pore.

a *Gen.47.v.9*

b *Ecc.18.v.8.*

*Vita humanæ conditio.*

13 *Quoniam ſuperuenit.*Hebraicè ad verbum: *Quoniam*
*tonſio*(eſt)*velox, & euolabimus.*i.quia nos celeriter tondes
D & reſecas,euolamus:quia trãſitus noſter eſt celer, auo-
lamus:alluſione poëtica,vt cùm apud noſtros Parcæ fi-
lum vitæ noſtræ ducere,& ſecare memorãtur. Ex quo
etiam liquet,quid Sept.appellarint *corripi* , nempe rapi
celeriter ex hac vita,& quaſi euolare. Anni noſtri ſunt
ſeptuaginta , & ad ſummum octoginta. Quoniam ſu-
peruenit manſuetudo(tua ô Domine)ſuper nos , tuáve
ſuauis prouidentia,quę nos hinc corripit,hoc ſpacium
non ſolemus tranſgredi.Alioqui ſi hîc eſſemus diutiùs,
propter incommoda ſenectutis nimiæ , labores & do-
lores,hoc non eſſet viuere,ſed quotidiè perire.Ex mã-
ſuetudine

ſuetudine tua proficiſcitur, quòd tunc corripiamur, id est, hinc euolemus, vel caſtigemur, videlicet per mortẽ, vt in Græco παιδευόμεθα. Aliqui, Certè nobis cõtinget mãſueta punitio, & caſtigabimur. *Superuenit*, ſuper nos venit. Hinc Græcè ἐπῆλθε πρᾳότης ἐφ' ἡμᾶς; poſt 70. vel 80. annos ſcilicet. Duo ſunt præſertim, quæ vitam hanc reddunt in ſenio miſeriorem, malorum multitudo, & vitæ breuitas[a]. *Exiguum eſt & cum tædio tempus vitæ noſtræ.* Ab iis liberamur, Deo nos ad ſe per mortem miſericorditer vocante. A

a *Sap. 2. v. 2.*

14 *Quis nouit poteſtatem.* Exclamatio querula propter iram Dei tam acriter & acerbè in poſteris vnum Adæ peccatum punientis. *Poteſtatem*, vim & magnitudinem. *Præ timore tuo*, præ pauore tui, propter tui metum, Quia tu es valde pauendus & formidabilis. q. d. Tu vſque adeò timeris, vt nulli liceat dinumerare iram tuam, & expendere eius magnitudinem. Metus vehementior obſtupefacit, & obtundit animos, nec ſinit conſiderare quæcũque ab ira geruntur. Ad verbum *ſecundum timorem tui.* Et quidem Græcè, ἀπὸ τοῦ φόβου σου *à timore tui*, Sed ἀπὸ, *præ*, apud Septuag. è linguæ Hebraicæ proprietate, in qua מִן *Min*, *à*, *ab*, *præ*, vt[c], *Oculi mei languerunt*, ἀπὸ πτωχείας, *præ inopia.* Et apud Paulum[d] *Exauditus eſt* ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *præ ſua reuerentia*, id eſt, quia plurimùm Patri erat venerabilis & obſeruandus. Ex quo miſerè Beza illum Pauli locum ad Caluini hæreſim de deſperatione Christi ob Dei iudicium torſit ad Caſtalionẽ d, primùm negans ἀπὸ ſignificare *pro*, *præ*, *propter.* Deinde εὐλάβειαν, accipiens pro pauore & metu, cùm ſignificet reuerentiam & venerationem, vt in Liturgiis Græcis, μετ' εὐλαβείας. è qua apud Syneſium εὐλαβέστατοι, reuerendiſſimi. Vel *præ*, ſuprà, pluſquam, maiorem timore tui, pluſquam eſt tui pauor, Gall. *qui peut cognoiſtre, que tu es plus cholere, que craint & redouté?* De eo, qui videtur mitis, proptereáque non multùm timetur, cùm tamen ſit valdè iracundus & terribilis: quaſi dicat, Quis nouit percipere tuam iram, quæ maior eſt, quàm quis putet & credat? quæ maior eſt, quàm tu vulgò timearis? Vel *Præ*, pro, ſecundum. Secundum timorem tui, quantus eſt tui timor, ſecundum quod es formidabilis, ſecundum timorem, quo tu es ob iram tuam pauendus, q. d. Quis ita cognoſcit indignationem

b *Pſ. 87. v. 10.*
c *Heb. 5. v. 7.*
d *Pag. 207. 208. 209.* *Beza impius impiè Paulũ interpretatur*

(Margin letters: B beside "Quis nouit poteſtatem"; C beside "in qua מִן"; D beside "rendiſſimi. Vel præ".)



A nem tuam, vt te ſic timeat, quemadmodum oportet tam terribilem metuere Dominum? Timorem interpretantur Rabbini reuerentiam, venerationem, & cultum Dei. Quis nouit comprehendere maiorem iram tuam eſſe, aut certè tantam, quanta eſt tui reuerentia: quantùm tu timeri debes, quantùm tu es formidabilis & verendus. q. d. Tua ira eſt maxima. Nam tam latè patet, quàm timor tui, Anonymus. Kimhi aliter: Quantum quiſque te timet, tantùm iræ tuæ experitur, vt queratur cruces maiores eſſe ſanctioribus propoſitas, & exaggeret iræ diuinæ magnitudinem, querula exclamatione. Sic & *præ*, propter ſignificabit. Propter tui timorem & reuerentiam, hoc ipſo, quòd tu timearis & colaris. Verùm hæc explanatio ex eo proficiſcitur, quòd poſterius hemiſtichium intelligatur per ſe, & abſque interrogatione. *Et præ timore tuo ira tua* (eſt.) Vti in vnoquoque eſt timor & cultus tui, ita ſæuit indignatio tua in præſenti ſæculo. Quem enim diligis, caſtigas, ne in futuro damnetur. Non enim corripis, vt occidas, ſed vt corrigas. *Tuo*, tui paſſiuè, vt apud Malachiam[a]. *Si ego Dominus, vbi timor meus?* id eſt, mei, non quo timeo, ſed quo timeor, ſiue timeri debeo. *Dinumerare*, metiri, comprehendere, habere in numerato, perfectè ſcire. Maſoretæ aliter interpungentes, hoc verbum iunxerunt cum ſequentibus, Dinumerare dies noſtros ſic notum fac. Doce nos numerum dierum noſtrorum, vt ſciamus, quid nobis deſit, & nos præparemus ad fœliciter & ſanctè moriendum, addicamus cor ſapientiæ, reſipiſcamus, vel ſapientiores efficiamur.

(Margin letters: B beside "peritur, vt queratur"; C beside "corrigas. Tuo".)

a *Mal. 1. v. 6.*

15 *Dexteram tuam ſic notam fac.* ימינו *Ieminó*, vel
D ימינך *Ieminach*, per Caph: Maſoretæ ימינו *Iamenu* (dies noſtros.) *Sic.* Illatiua particula. Itaque, ergo in hac miſera noſtra conditione fac notam nobis (vnde Græci interponunt σου) tuam dexteram, potentiam, miſericordiam, opem (Metonym.) *& eruditos corde in ſapientia*, (notos fac, per Zeugma.) Fac quoque veros Prophetas & Doctores cognoſcamus, ne falſis & inſipientibus nos præbeamus ſeducendos, fac in ſapientes & pios incidamus, non in hæreticos, non in atheos, non in phrophanos, & rerum diuinarum cõtemptores: iuxta Rabbinos, qui נביא *nabi*, non πνευματικόν, nõ Prophetam,

phetam:ſed ad verbum *Venire faciemus*, exponunt: Et
afferemus cor ſapientiæ,vt afferamus cor ſapientiæ,vt A
afferamus mentem ſapientem,oſtēde nobis tuam dexteram,vel dierum noſtrorum finem.E mortis conſideratione ſapimus,cauti & prudentes efficimur: vt à malo declinemus,& bonum operemur.

16 *Conuertere Domine vſquequo*,reconciliare, placare, redi ad ſolitam miſericordiam.*Vſquequo?* Apoſiopeſis, iratus eris,vel quid ſimile.Chald. *Vſquequò affliges nos? Deprecabilis*,placabilis,exorabilis, propitius. Hebraicè propriè pœnitentia ducâre, pœniteat te.Rectè Chald. *Conuertere à malo,quod minatus es te facturum populo tuo.* B
Aliqui,Conſolare ſeruos tuos & cultores.

17 *Repleti ſumus.* שבענו *Sabahnu*, in præterito Kal. Maſoretæ שבענו *Sabbchénu*,in Imp. Piel, cum affixo:Reple nos,ſatia nos.*Manè*,maturè,opportunè, citò, tempeſtiuè.Hieronymus putat ad ſpem reſurrectionis, & æternæ vitæ pręmia pertinere,quaſi matutina miſericordia ſint.

18 *Lætati ſumus.* שמחנו etiã hîc in pęrterito *Shamahunu*,Maſoretæ vt ſuprà, שמחנו *Shãmchenu*,lætifica nos:vt ſit precatio,non narratio.*Pro diebus*,pro numero dierũ,pro magnitudine malorum,quæ diebus & annis præcedentibus pertulimus. Vnde Hebraicè כימות C
*Chimot* iuxta dies. *Annis.* (pro)annis,repetita Præpoſ. per Zeugma.

19 *Reſpice in ſeruos tuos.*His duobus verſibus,tamquam formula conſecrationis, vſus traditur Moſes ad benedictionem populi,& tabernaculi recens à ſe perfecti[a], vt illic R.Selomo.docet. Hebræa nõ admodũ variant: *Videatur ſuper ſeruos tuos opus tuum*(tuæ redemptionis & liberationis.) *Et dirige.* הדרכ *Hadrech*, à דרכ *Darach*, in Hiphil,dirige,in rectam viam duc eorum filios,eſto eorum dux. Maſoretæ הדרכ *Hadarechá*,ab הדר *Heder*,vt Caph ſit affixum. *Et decus tuum ſuper filios ipſorum* (videatur.)Tua gloria & maieſtas eis appareat & affulgeat.Senſus eodem recidit. D

a Exod.39.v.43.

20 *Et ſit ſpendor*,fauor,gratia. Alij, æterna fœlicitas, vt Chald. *Sit dulcedo paradiſi deliciarum à conſpectu Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum proſperentur. Præpara verba legis ſuper nos, & opera manuum tuarum præparentur ab ipſa.* Hebraicè נעם *neham.i.* iucunditas



A cunditas, dulcedo. *Dirige*, Hebraicè כוננה *Chonena* firma,perfice,perage,vt quicquid manibus noſtris agimus, fœliciter ſuccedat.Iuua & fortuna actiones noſtras,& diſpone,vt rectæ ſint.Locus contra Pelagianos de gratia.

*Gratiæ commendatio cõtra Pelagianos.*

## ARGVMENTVM.

*Ab omnibus periculis & hoſtibus eſſe ſecuros, qui ſunt in Dei tutela.*

1 Laus cantici Dauid.XC.Heb.91.

B
QVi hábitat in adiutório Altíſſimi: in protectióne Dei cœli commorábitur.
3 Dicet Dómino,ſuſcêptor meus es tu:& refúgium meum, Deus meus ſperâbo in eum.
4 Quóniam ipſe liberâuit me de láqueo venántium:& à verbo áſpero.
C 5 Scápulis ſuis obumbrâbit tibi:& ſub pennis eius ſperâbis.
6 Scuto circúndabit te véritas eius: non timêbis à timôre noctûrno.
7 A ſagítta volânte in die,à negótio perambulânte in ténebris: ab incúrſu, & dæmónio meridiâno.
8 Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: ad te autem non appropin-
D quâbit.
9 Verúntamen óculis tuis conſiderâbis: & retributiônem peccatôrum vidêbis.
10 Quóniam tu es Dómine ſpes mea: altíſſimum poſuîſti refúgium tuum.
11 Non accêdet ad te malum: & flagêllum non appropinquâbit tabernáculo tuo.

12 Quó

12 Quóniam ángelis ſuis mandâuit de te: vt A
cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.
13 In mánibus portâbunt te: ne fortè offên-
das ad lápidem pedem tuum.
14 Super áſpidem & baſilîſcum ambulâbis:
& conculcâbis leônem & draçônem.
15 Quóniam in me ſperâuit, liberâbo eum:
prótegam eum, quóniam cognôuit nomen
meum. B
16 Clamâuit ad me, & exaúdiam eum, cum
ipſo ſum in tribulatiône: erípiam eum, &
glorificâbo eum.
17 Longitúdine diêrum replêbo eum: &
oſtêndam illi ſalutâre meum.

---

1 *Laus cantici Dauid,* Hæc non habentur in fonte, ſed adiiciuntur ex eorum opinione, qui cunctos Pſalmos inſcriptione carentes, vni Dauidi tribuunt.

2 *Qui habitat in adiutorio*, qui Deum habet adiutorem, in eius protectione tutus erit. Qui ſe eius auxilio committit, qui confidit, & conquieſcit in eo, tutus erit ab omni periculo. Hebraicè. *Sedens in latibulo Excelſi, in vmbra omnipotentis pernoctabit.* i. manens, quieſcens, vt apud Lucam [a]. *Vos autem ſedete in vrbe Hieruſalem.* i. manete, quieſcite. *Qui*, ſedet & conquieſcit in Dei excelſi ope, qui ſperat in Dei adiutorio, eóque nititur, in Dei omnipotentis tutela morabitur. i. eum proteget Deus omnipotens ſua vmbra, vt in refrigerio, & expers omnium iniuriarum ſolis. Non ſuccumbet is, quē Deus adiuuat, Sic & R. Selomo. Quo pertinent iſta Chaldæi, *qui collocat manſionem ſuam in ſecreto Altiſsimi, in vmbra nubium gloriæ Dei commorabitur.* Cæteri Rabbini hîc frigent, nec vident *Habitare*, ſiue *Sedere*, ſumi pro quieſcere [b]. *Commorabitur.* Verb. pernoctabit, illic permanebit tota nocte, tamquam in hoſpitio. Illic dormiet ſecurè, nec ſentiet noctis iniurias, noctem illic tranſiget. Nox ſymbolicè tempus eſt calamitatum & malorum.

a *Luc. 24. verſ. 49.*

b *Pſa. 21. v. 4.*

3 *Dicet*



A 3 *Dicet Domino*, Dicere poterit verè & meritò. Hebr. אמר *omar*, id eſt, dicam: vt ſint verba Dauidis ſuo exemplo ad ſperandum in Domino inuitātis. Sed quia nihil refert, quis piorum hoc dicat, vt connexio eſſet planior, & magis perpetua, Enallagen perſonæ mutarunt Septuaginta. Sic enim vſque ad verſ. antepenultimum, quo Deus loquēs inducitur, Pſalmographus pios alloquetur. Alioqui in hoc Pſalmo eſt commutatio Dei ad fidelem, fidelis ad Deum, denique ad fidelem. *Et tu.* Non eſt in Hebræo, ſed Euphoniæ gratia, & ex verborū conſequentia adiectum, vt teſtatur Hieronymus [a].

B 4 *Quoniam ipſe liberauit me*, Mimeſis continuatur. Hebraicè te. Ratio iſtius mutationis proximè tacta. Sic enim omnia deinceps faciliùs cohærebunt. *Laqueo venantium*, clandeſtinis hoſtium inſidiis, qualibus ſolēt vti venatores & aucupes. Auguſtinus & Arnobius inuiſibiles hoſtes intelligunt, Diabolum, eiúſque Angelos, ſeorſum percutientes [b]. *A verbo aſpero*, à calumnia, maledicentia. Vnde & Symmachus, à ſermone calumniarum. דבר per geminum Camets, *Dauar*, verbum, res, negotium: per geminum Segol, דבר *Deuer*, vt
C legunt Maſoretæ, peſtis. Liberauit ergo me à verbo aſpero, à re aſpera (vt intelligat quoduis periculum & malum) vel à peſte confractionum, à peſte noxia & exitiali. Quod aliqui dirigunt ad hiſtoriam de peſte, tempore Dauidis in populum immiſſa [c]. Sed iam docuimus huius & nouem ſequentium auctorem eſſe Moſem, non Dauidem.

5 *Scapulis ſuis obumbrabit.* Apoſtrophe perpetua ad hunc pium, de quo hactenus in tertia perſona. *Scapulis*, alis ſuis propriè proteget te. Scapulas maluerunt, vt in
D vtroque hemiſtichio Metaphora eſſet diuerſa: vna ab auibus, ſub quarum alis pulli ſecuri agunt, nec ſibi metuunt ab accipitribus: altera ab hominibus latas ſcapulas & humeros habētibus. *Obumbrabit*, obteget, operiet te. Sub latis ſuis ſcapulis occultabit te. *Sperabis*, confidenter ages, & tutò, per Metalepſim, ſecurè verſaberis. Sic *confidenter* pro ſecurè, apud Ieremiam [d], & *ſpes*, pro ſecuritate ſuprà [e]. Hinc Chald. *Vmbra diuinitatis eius obumbrabit tibi, & ſub vmbra gloriæ eius ſecurus cōſiſtes.*

6 *Scuto circumdabit*, ſicut ſcuto, vt ſcutum. *Circumdabit.* Rectè: quoniam סחרה *Soherá*, clypeum rotundum,

a *ad Suniā.*

b *Exod. 12. v. 29. 2. Reg. 24. v. 16. 4. Reg. 19. v. 36.*

c *2. Reg. 24. v. 15. 16.*

d *Ierem. 33. v. 16.*

e *Pſ. 4. v. 10.*

ſiue parmam ſignificat. Ad verbum, ſcutum & parma
veritas eius (eſt) fides, ſiue fidelitas eius erit tibi pro A
ſcuto & protectione, téque omni ex parte communiet.
*Veritas*, fides, certitudo. *A timore nocturno*, à terriculis
nocturnis.

7 *A ſagitta volante.* Epithetum ſagittæ propter pinnas
volucris & celeris: de ſubitis & inopinatis malis. *A ne-*
a *Verſ.4.* *gotio*, à re: vel per ſex puncta, à peſte, vt ſuprà [a]. *Ab*
*incurſu.* Hebraïcè מקטב *mikketeb* à lue (quæ) graſſatur
meridie. Peſtem, ſiue graſſetur noctu, ſiue die, non for-
midabis. Thalmudici, R. Selomo, & Chaldæus cum
noſtris קטב *Keteb*, putant eſſe dæmoniũ ſæuiſſimum, B
quod vel in meridie graſſari audeat, cùm alia noctu
potius peruadant, & in tenebris dominentur. *Dæmonio*
*meridiano*, meridie deuaſtãte, aperto, manifeſto, apertè
occurrente & graſſante: à manifeſta ſæuitia Diaboli &
tyrannorum. ישוד *iaſhud* per Metatheſim potuerunt
accipere, ושוד *veſed.* Nam שדים *Sedim*, ſunt dæ-
mones, R. Selomo addit דבר *Deber*, & קטב *Keteb*,
eſſe nomina dæmonum, quorum vnus noctu, alter me-
ridie noceat. Docet quicquid contingere poſſit mali,
ſiue per noctem, ſiue per diem, ſiue ex inſidiis, ſiue C
apertè, minimè nociturum. Nam quatuor pericula enu-
merat, duo nocturna, & totidem diurna. Chald. *Non*
*timebis à timore dæmonum, qui ambulant in nocte, à ſagitta*
*Angeli mortis, quàm emittit interdiu, à morte in tenebris*
*ambulante, à turba Dæmonum in meridie graſſantium.* Sic
de dæmonibus inſidiãtibus, maximè noctu, vt corpora
b *In Oratio.* benè paſta, ad libidines incẽdãt, interpretatur Nicetas [b],
*Nazianzeni* 8 *Cadent à latere tuo.* Omni ex parte tutus eris. *Cadẽt*,
*de Baptiſma-* Abſolutè, ſiue meropaſſiuè. Occumbent peſtilentia,
*te.* bello, & prædictis aliis euentis. Alij, paſſiuè, per quam-
dam tranſitionem, proſternentur tua manu, vt actio ſit D
pij, q. d. Proſternes plurimos tam ad ſiniſtram, quàm
ad dextram, ſed multò plures ad dextram, ad quam vis
brachij fertur. *A latere*, à ſiniſtra parte & latere. Nam de
deteriore nomen generis dicitur. *Non appropinquabit*,
Myrias ſupp. Nam אלף *eleph* & רבבה *rebabah*, mille
& myrias ſunt ſingularis numeri, vel diſtributiuè, vllus
è tanto numero, ne vnus quidem. Alij repetunt ſuppo-
ſitum è præcedente verſ. Peſtilentia, vel bellum, vel
aliud infortunium, quo cæteri morientur, non propin-
quabit



A quabit tibi, neque te attinget. In publicis calamitati-
bus pij ſeruantur [a]. a *Eſa.43.v.2.*

9 *Verumtamen*, verumetiam. *Retributionem.* In malum
accipitur, pro pœnis debitis, euerſione, vindicta. Senties
te non fruſtrà ſpem tuam in Domino collocaſſe, quòd
impij ſint vltionem accepturi.

10 *Quoniam tu es.* Dicendo ſupp. vt ſit Mimeſis linguæ
conſueta. Alioqui nimis abruptè à pio ſe conuerteret
ad Deum, & mox à Deo ad pium. Et retributionem
peccatorum videbis (dicendo, vel, & dices,) Quoniam
B tu es Domine ſpes mea. Sic & R. Selomo, & veteres
Rabbini, per eclipſim לאמור *leemor dicendo*, vel כי
אמרת *ki amartha, quia dixiſti.* Vnde perſonam pri-
mam, vt ſuprà, mutare in ſecundam, ad perſpicuitatem
poterat. Quoniã Dominus eſt ſpes tua, id eſt, quoniam
poſuiſti ſpem tuam in Domino. Poteſt iungi cum ſe-
quentibus. Dicendo, dicens, cùm dices tu es Domine
ſpes mea, Altiſſimum, ô homo, poſuiſti refugium tuum,
q. d. Si in Deum ſpem & fiduciam tuam conijcias, habes
refugium altiſſimum & tutiſſimum. *Altiſsimum*, Græcis
C epithetum Dei non refugij. τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.
Altiſſimum poſuiſti euaſionem tuam (ô pie.) Ne quis
exiſtimet Altiſſimum eſſe neutrius generis, & conſtrui
cum Subſtant. *Refugium.* Eſt enim maſculinum, ſignifi-
cans Deum excelſum, vt infrà [b], q. d. In Deo Altiſſimo b *Pſal. 91.v.*
& in cælis habitante poſuiſti tuum refugium, ſiue refu- *1.& 9.*
gij habitaculum. At Hebræum עליון *helion*, vtrumque
genus patitur, éſtque adiectiuum ſignificãs tutiſſimum,
ſecuriſſimum, eleuatum, & ſummotum à periculis.
Quare Chaldæus in Neutro accepit: *In altiſsima man-*
D *ſione poſuiſti domum habitationis tuæ.* Mox reuertitur ad
cœptam verſus pium Apoſtrophen.

11 *Non accedet ad te malum*, non accidet tibi fortuitò,
& citra Dei prouidentiam: non fortuitò cadet. Hæc vis
verbi, יאונה *ieunne. Flagellum*, plaga, calamitas fami-
liam tuam non infeſtabit. Securitas ad totam tuam
domum extendetur.

12 *Quoniam Angelis ſuis.* Ratio huius ſecuritatis, An- *Angelorũ cu-*
gelorum cuſtodia [c]. Quæ etſi non ſit ſimpliciter neceſ- *ſtodia, vt ne-*
ſaria ad noſtram ſalutem, vel tutelam, ac ad illam Deus *neſſaria.*
ſolus ſufficiat, vt ad reliqua omnia: ea tamen exigitur, c *Pſal.33.v.8.*
quoniam Deus ſic inſtituit. Hunc ſcilicet ordinem in *Heb.1.v.14.*

rebus poſuit, vt inferiora per media, & media per ſuperiora regi velit. Quamquam non ſe iſti ordini ita alligauit, eum quin plerumque poteſtate ſua abſoluta ſuſpendat, ac immediatè pleraque efficiat. *De te*, de tua ſalute & tutela. Hoc etiam Chriſto competit. Vſus enim eſt Chriſtus miniſterio Angelorũ in multis. Non quòd eo indigeret, ſed quòd Deus ſic inſtituerit. Inſtituit enim, quemadmodum tradit Dionyſius [a], vt miniſterio Angelico homines dirigantur, adiuuentur, cuſtodiantur, purgentur, illuminentur, perficiantur. Cuius rei perſuaſio etiam Paganos imbuit. Nam ex eorum ſententia Genius natalis & candidus commemoratur apud Tibullum [b], & Ouidium [c]. *Viis tuis*, quocumque perges. Alij, in omnibus actionibus tuis. Alij in tua vocatione. Metaph. variè concipiuntur. A B

*Chriſtus Angelorum miniſterio vſus.*

a *De cœleſti Hierar. c. 9.*

b *lib. 1. ele. 8. lib. 2. ele. 2. & 4. eleg.*

c *lib. 5. Triſt. eleg. 6.*

13 *Portabunt*, regent, deducent, & omne auxilij genus tibi afferent, necunde detrimentum, vel minimum patiare. Theod. Ad verbum, Super palmas eleuabunt. Videtur Metaphora à nutricibus, quæ infantes in manibus geſtant, ne impingant alicubi. Chaldæus lapidem allegoricè exponit prauum fomitẽ & concupiſcẽtiam. Ne fortè impingant ad prauum figmentum pedes tui. C

14 *Super aſpidem.* שחל *Sahal*, grãdæuus leo. Pardum aliqui interpretantur. *Baſiliſcum*, פתן *Pethen*, genus ſerpentis pernicioſiſſimi. Aſpidẽ aliqui. *Leonem* כפיר *képhir*, leo iunior. Neque venenatæ, neque feræ beſtiæ, neque diabolus & eius adminiſtri vllam vim aduerſus te habebunt. His enim dæmones diuerſorum ingeniorum indicantur [d]. Quantum ad literam, exempla habentur Dauidis [e], Samſonis [f], Danielis [g], & Pauli [h].

d *Luc. 10. ver. 19.*

e *1. Reg. 34.*

f *Iud. 14. v. 6.*

g *Dan. 6. v. 22.*

h *Act. vlt. v. 5. 6.*

15 *Quoniam in me.* Iam Deum loquentem inducit, & per ſe promittentem, quæ ipſe prædicauerat, vt promiſſio ſit efficacior & ſolennior. *Sperauit*, concupiuit, vehementer amauit, Hebraïcè חשק *haſchak*. *Nomen meum.* Me, vt ferè per totam Scripturam. D

16 *Cum ipſo ſum*, ipſi adero.

17 *Longitudine dierum.* Eum longitudine dierum ſatiabo in hoc ſæculo, & oſtendam illi ſalutem meam in futuro, vt ſalutem æternam, vel Meſſiæ, anima ipſius conſequatur. Niſi malis totum verſiculum ad futurum ſæculum pertinere. *Longitudine dierum*, vita æterna. Vera enim vitæ diuturnitas eſt æternitas in cœlis. *Salutare*





A *meum*, ſaluatorem mundi Meſſiam. Hæc omnia Kimhi. *Oſtendam*, non modò videre faciam, ſed & præſtabo atque exhibebo ſalutem ſempiternam.

---

## ARGVMENTVM.

*Deum collaudandum, quòd eius omnia ſint magna, malos perdat, bonos ſeruet.*

1 Pſalmus cãtici in die Sabbathi. XCI. Heb. 92.

B BOnum eſt confitêri Dómino: & pſállere nómini tuo Altíſſime.

3 Ad annunciândum manè miſericórdiam tuam, & veritâtem tuam per noctem.

4 In decachôrdo pſaltêrio: cum cántico, in cíthara.

5 Quia delectâſti me Dómine in factûra tua: & in opéribus mánuum tuârum exultâbo.

C 6 Quàm magnificâta ſunt ópera tua Dñe: nimis profûndæ factæ ſunt cogitatiônes tuæ.

7 Vir insípiens non cognôſcet: & ſtultus non intélliget hæc.

8 Cùm exôrti fúerint peccatôres, ſicut fœnum: & apparúerint omnes, qui operântur iniquitâtem.

9 Vt intéreant in ſæculum ſæculi: tu autem Altíſſimus in ætêrnum Dómine.

D 10 Quóniam ecce inimîci tui Dómine, quóniam ecce inimîci tui perîbunt: & diſpergêntur omnes, qui operântur iniquitâtem.

11 Et exaltábitur, ſicut vnicórnis cornu meũ: & ſenêctus mea in miſericórdia úberi.

12 Et deſpêxit óculus meus inimîcos meos: & in ſurgéntibus in me malignántibus aúdiet aûris mea.

13 Iuſtus vt palma florêbit: ſicut cedrus Lí- A
bani multiplicábitur.
14 Plantâti in domo Dómini: in átriis do-
mus Dei noſtri florêbunt.
15 Adhuc multiplicabûntur in ſenêcta úbe-
ri: & benè patiêntes erunt, vt annúncient.
16 Quóniam rectus Dóminus Deus noſter:
& non eſt iníquitas in eo.

---

B

1 *Pſalmus cantici*, De Sabbato non huius ſæculi, ſed alterius, quod totum eſt Sabbatum, à Leuitis canebatur, R. Selomo. & de rebus Meſſiæ, quibus omnia erunt quieta & tranquilla, R. Ataiá. Hunc attribuunt Adamo in Babá Bathrá, quem, quia veſpera priore Sabbati creatus fuiſſet, ſimulátque Sabbatum illuxiſſet, cecinerit. Sed iam docuimus eſſe Moſis [a]: aut ſaltem Moſem, eum in ſcripta ſua relatum Synagogæ tradidiſſe. *In die*. Hebraicè לְיוֹם *le om*. i. In diem, vel de die Sabbati, de die, quo ceſſauit Deus ab operibus ſuis, & quem C benedixit ſanctificauítque, vt illo homines opificij mundi beneficium recolerent, & legem ſuam meditarentur. Hinc infrà [b]. *Quia delectaſti me Domine opificio tuo*. Nam reliquis hebdomadæ diebus homo ſe in ſuis negotiis occupat: at oportet, vt hoc die totus vacet, & quieſcat ad glorificandũ Deum opificem, & ne in meditatione quidem ſuarum rerum præteritarum, vel conſultatione futurarũ operam collocet, dicẽte Eſaia [c]. *In Sabbato glorifica eum, vt non facias vias tuas, & non inueniatur voluntas tua, & loquaris ſermonem*. Vnde conſue- D uerat Iſrael prope Sabbatum adire Prophetas ad audiendum Dei verbum. Abben Ezra [d].

a *Pſal. 89.*
b *Verſ. 5.*
c *Eſai. cap. 58. verſ. 13.*
d *Exod. 20.*

2 *Bonum confiteri Domino*, טוֹב *Tob*, Hebraicè tranſcendens. Bonum moraliter & aliis rationibus, nempè vtile, ſalutare, decorum, conſentaneum, *Tuo*, mutat perſonam. *Altiſsime*, ô Deus excelſe.

3 *Ad annunciandum manè miſericordiam tuam, per noctem*, quouis tempore. Alluſio ad ſacrificium matutinum, pomeridianum, & veſpertinum circa horam nonam. i. tertiam à meridie, orationis præcipuas horas [e], vt diſcamus

e *Li. 14. Ant. Ioſephi, ca. 8.*



A ſcamus conuenire ad ſolennes preces. Symbolicè Mane, tempus rerum proſperarum, Nox aduerſarum. Quocumque tempore laudandus Deus, & quia miſericors, & quia ſtat promiſſis. Præcipuè autem temporibus publicæ orationi deſtinatis, qualia erãt in veteri lege mane & veſperi. *Miſericordia*, de gratuita bonitate, *Veritas* de promiſſionum certitudine & præſtatione.

*Orãdus quãdo Deus.*

4 *In decachordo pſalterio*, (&) pſalterio. Nam ſunt duo inſtrumenta muſica in Hebræo, vt illic apparet ex particula Vau (&) interiecta. *Cantico*, cum ſuaui cantu. Vnde הִגָּיוֹן *higion*, in inſcriptionibus aliquorum Pſal- B morum eſt genus hymni ſuauiſſimi. Vel iuxta alios, ſonori organi. Celebrandus eſt Deus cum inſtrumentis muſicis. i. cum hilaritate & voluptate. Noſtri in decalogi habentis decem præcepta, tamquam decem chordas, præſtatione, & reliquæ diuinæ legis partium executione, vt quemadmodum Decachordum eſt Decalogi Symbolum, ita reliqua inſtrumenta reliquarum legis partium.

5 *Quia delectaſti me in factura tua*, in operibus creationis, in fabrica tua, in rebus à te, ſex primis diebus mundi, procreatis. Nam Pſalmi argumentum, & inſcri- C ptio eſt in diẽ Sabbathi, quando Deus ceſſauit ab operibus ſuis. i. à creatione nouarum ſpecierum, & ſe veluti conuertit ad earum contemplationem.

6 *Quàm magnificata ſunt opera*, O quàm magna & admiranda ſunt opera tua. *Opera tua*, res à te productæ. *Cogitationes tuæ*, prouidentiæ tuæ rationes, adminiſtrationes, & procurationes, perueſtigatu & perceptu difficiles ſunt, & arduæ. Tua conſilia ſunt valdè profunda ad perſcrutandum. In Dei operibus duo conſideranda, Dei creatio, & prouidentia erga ea. Eſt enim mundi D conditor ſimul, & gubernator. Vt Sabbato primo ceſſauerit à nouæ ſpeciei rebus condendis, at non ceſſauit ab eis perpetuandis per indiuiduorum ſucceſſionem, conſeruandis, dirigendis, gubernandis. *Pater enim vſque modo operatur* [a].

*In Dei operibus quid maximè conſiderandum.*

a *Ioã. 5. v. 17.*

7 *Vir inſipiens non intelliget & ſtultus*, carnalis, animalis, ſtolidus, ſtupidus, impius, huius ſæculi ſapiens, qui mentem ad Deum, eius opera, & prouidentiam contemplandam non attollit, neque ea, quæ Dei ſunt percipit & ſentit, *non cognoſcet*, hæc, per hypozeugma.

*Stultus*. Aliqui diſtinguunt, vt, בער *Baar, inſipiens*, ſit A brutus & ſtupidus, Gallicè *Sot*. כסיל *Keſil, ſtultus*, prauè deſipiens, qui non cupiditate vel ignoratione victus peccat, ſed mentis peruerſitate. Gall. *Vn mauuais fol. Hæc*, hæc Dei mirabilia, hanc pulchritudinem & magnitudinem diuinorum operum, hanc Dei prouidentiam.

8 *Cùm exorti fuerint*, Secunda pars de prouidentia. Solet Scriptura creationi ſubiicere prouidentiæ opera, quoniam duobus ſe Deus nobis reddit admirabilem, & amabilem. *Cùm exorti fuerint*. Clariùs Hebraicè בפרח *bippereah*. I. *Cùm germinauerint: Cùm apparuerint*. Ibidem patet apparere accipiendum pro caput B efferre, eleuari, exaltari, florere in hoc mundo. Et (cùm) effloruerint, vt mox acerbiores pœnas ſuſtineant, & in ignes æternos præcipitentur: tu perpetuò manebis Altiſſimus, ſiue in loco alto, incorrupto, alieno ab omni interitu.

9 *Vt intereant in ſæculùm*, Hæc particula conſecutionem importat, nõ cauſam: ordinem & viciſſitudinem, non finem. *Tu autem*. Autem, redundat Latinè, quòd ſit expletiua particula, δὲ pro δὴ, vt Vau pro Pe raphe Arabum: vel iuxta alios emphatica, *Sanè, profectò*. Pendet enim ſententia è ſuperiore verſu: Cùm illi interierint C funditùs, tu eris perpetuò altiſſimus. Illorum interitus nihil detrahet de tua æternitate, & æterna fœlicitate & maieſtate. Chaldæus maluit connexionem eſſe imperfectam. Itaque initio verſus ſubaudit, *Futurum eſt. Cùm improbi floruerint, aliquamdiu, tum futurum eſt, vt intereant in ſæculum ſæculi. Nam eorum fœlicitas eſt momentanea. Tu autem, &c. Altiſsimus* מרום *Maron*, per Auxeſin (ὁ) altitudo, Deus, qui in altis habitas.

10 *Et diſpergentur omnes*, diſſipabuntur, diſperdentur, profligabuntur: vel ſeparabuntur. Hinc Chald. *Et ſeparabuntur à congregatione iuſtorum*. D

11 *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu*, robur, potentia. Metaph. *Sicut Vnicornis*, cuius cornu eſt pulcherrimum, duriſſimum, & valdè eleuatum. *Et ſenectus mea*, Et ſenectus mea exaltabitur, copioſa, & larga Dei miſericordia, ſiue ex Hebræo בשמן *beſchemen*, & Græco ἐν ἐλαίῳ πίονι, oleo pingui. Nam noſter reſpexit ad olei Metaphoram, niſi fortaſſe legerit ἐλέῳ. Chald. *Oleo recenti frondentis oliuæ*. Nam oleum paſſim eſt ſymbolum lætitiæ,



A lætitiæ, gratiæ & miſericordiæ, quippè quod valeat ad membra fouenda, & corpus corroborandum, vt Dei gratia, ad corpus & animum. Alia Metaphora, oleum pingue demonſtrat habitum corporis ſucculentum & vegetum, quo pios ſenes Deus afficere ſolet. Quod Cicero [a] attribuit vitæ anteactæ temperanter, aſcribitur hîc pietati. בלות *balluth, ſenectus*, à בלה *balá, inueterauit*, rectiùs, quàm Rabbini à בלל *balal, confudit, conſperſit*: vt ſit præteritum Kal. dupl. & quantùm ad ſenſum, & quantùm ad Grammaticam. Nam connexio eſt ſimplicior, & conuenit cum verſu 15. Porrò iuxta B Grammaticos canones habet accentum in vltima, more Nominum, non in penultima, more Verborum. Interim illi ſic per Eclipſim exponunt: *Conſperſi* (caput meum) *oleo viridi*, Metaphoricè, de bonorum & deliciarum affluentia. *Et conſperſi*, pro conſpergam: vt mox *Deſpexit*, deſpiciet.

a *Lib. de ſenect.*

12 *Et deſpexit oculus meus*, Ad verbum reſpexit in inimicos meos, vt & Pſalt. Romanum. Illos deſpicimus, quos non metuimus, neque magni facimus. *In ſurgentibus*. Duobus vocabulis. In malignantibus, & ex Archetypo, maleficis, qui ſurgunt contra me, audiet auris C mea, vindictam ſupp. quam expecto. Alibi notauimus cum Verbis ſentiendi Apoſiopeſim & Eclipſim eſſe vſitatam. Hinc Chald. *Vidit oculus meus interitum vexantium me, & eorum, qui inſurgunt contra me, vt lædant, audient aures meæ vocem confractionis*.

13 *Iuſtus vt palma florebit*, Antitheſis ad verſ. 8. *ſicut fœnum*. Palmæ autem comparatur iuſtus, propter perpetuum virorem, ex quo ἐμπεδόφυλλος, apud Theophraſtum [b] quem neque æſtate, neque hyeme amittit, & propter fructus ſuauitatem, & propter conſtantiam & D firmitatem, dum oneribus non ſuccumbit, apud Gellium, ſed contra ea nititur & aſſurgit, & quia diutiſſimè viuit, vt ſit beatæ immortalitatis ſymbolum. *Cedrus*, quæ copioſè ſe multiplicat, numquam putreſcit, folia non abiicit, odorem habet iucundiſſimum, ſtaturam proceriſsimam & rectiſsimam, vmbram denique gratiſsimam. Sic enim iuſti firmi ſunt & ſtabiles: quo magis premuntur, aſſurgunt altius, &c. Cedrus commendatur celſitudine, diuturnitate, odore, & vmbra.

b *Lib. I.*

14 *Plantati in domo Domini*, Nominatiuus Verbi *flore-*

*bunt.* Qui in Eccleſia Dei plantati & ſati fuerint, flore- A
bunt, & adhuc in ſenio pingues, virentéſque fœtifica-
bunt. Aliqui diſtinguunt, per domum Eccleſiam mili-
tantem, per atria triũphantem accipientes, quæ dican-
tur atria, propter multiplices & varias cæli mãſiones [a].

15 *Adhuc multiplicabuntur*, veluti reiuueneſcent. *Mul-
tiplicabuntur*, Germinabunt, fructificabunt. *Vberi*, copio-
ſa, copioſè vncta, fertili, quam Latini appellant viri-
dem ſenectutem: πίονι pingui, vegeta, & ſucculenta.
In Hebræo iungitur cum ſequentibus, nõ cum *Senectu-* B
*te.* Pingues & virides erunt ſecus quàm verſ. 11. *Et bene
patientes*, εὖ παθόντες. Græciſmus, benè affecti, & valen-
tes. Hinc Hebraicè ורענגים *verahanannim.* i. & vi-
rentes erunt. *Vt annuncient*, quod ſequitur, rectum eſſe
Dominum, & iniquitatis expertem. Quare hîc Maſo-
retæ rectè ſequentem verſ. inchoarunt. Finis conſerua-
tionis iuſtorum in mundo eſt annunciatio, ſiue cele-
bratio iuſtitiæ, bonitatis, & magnitudinis Dei.

a *Ioan. 14. verſ. 2.*

---

## ARGVMENTVM. C

*Dei, ſiue Chriſti regnum & legem extollit.*

1 Laus cantici ipſi Dauid in die ante ſabba-
tum, quando fúndata eſt terra. XCII.
Hebr. 93.

2 DOminus regnâuit, decôrem indû-
tus eſt: indûtus eſt Dóminus for-
titúdinem, & præcînxit ſe.
3 Etenim firmâuit orbem terræ: D
qui non commouébitur.
4 Parâta ſedes tua ex tunc: à ſæculo tu es.
5 Eleuauêrunt flúmina Dómine: eleuauê-
runt flúmina vocem ſuam.
6 Eleuauêrunt flúmina fluctus ſuos: à vóci-
bus aquârum multârum.
7 Mirábiles elatiônes maris: mirábilis in
altis Dóminus.

8 Teſti



A 8 Teſtimónia tua credibília facta ſunt ni-
mis: domum tuam decet ſanctitûdo, Dómine,
in longitûdinem diêrum.

---

1 *Laus cãtici ipſi Dauid.* Hæc inſcriptio, vt multæ aliæ,
ſeorſum à ſecundo huius quarti libri vſque ad 100. eſt
addita à Septuag. è maiorum traditionibus, non ſcri-
ptura. Hunc autem Pſalmum cum ſequentibus ſeptem
B eſſe de Chriſti diebus tradit R.D. Kimhi, vt & fortaſſe
cũcti vndecim, quorũ Moſem auctorem eſſe tradunt,
nempè ab 89. vſque ad 100. *Ipſi Dauid.* Ipſius Dauidis,
de quo idiotiſmo ſuprà [a]. Interim Hebræi conſtanter
Moſem Pſalmi huius conditorem faciunt non Daui-
dem, recurre ad Pſ. 89. Recentiores nonnulli conciliare
ſtudent, vt materia ſit Moſis, forma, & ſtylus ſiue com-
poſitio Dauidis. *In die ante Sabbatum.* In proſabbato,
vnica voce Græcè. *Fundata eſt*, id eſt, inhabitata, vt ha-
bet Gallicanum Pſalterium. Die enim Veneris conditi
C fuere Adam & Eua, per Chriſti deinde mortem Eccle-
ſia ædificata, quouſque vltima ætas, ſiue ſabbatiſmus
ille ſempiternus populi Dei appareat [b].

2 *Dominus regnauit*, regnum accepit, regnum iniit.
Aliqui, regnat, Præteritum pro Præſenti. *Decorem indu-
tus eſt*, præditus eſt copioſa gloria, maieſtate, potentia,
& fortitudine: magnificẽtiã & robur copioſè poſſedit,
& aſſumpſit. In hac lingua induere, eſt plenè & copioſè
poſſidere, vt D. Paulo [c], *Induere Chriſtum. Et præcinxit ſe*,
magnificentia & fortitudine, per Zeugma. Ad mundũ
D condẽdũ vel potius reſingendũ, & reſtaurãdũ ſe inſtru-
xit rebus omnibus: ſe ad eum reformandũ & corrigen-
dum copioſè comparauit, qui iam totus erat perditus,
& deprauatus. Vnde [d] pro *Firmauit*, Septuaginta dixe-
runt *Correxit.* Hic autem Dominus videtur eſſe Chri-
ſtus, de cuius regno agitur vtroque Pſalmo, & iiſdem
ferè verbis. Eſt autem Metaphora ab eo, qui ſe fortitu-
dine & viribus munit, potentérque præparat ad pro-
fligandos, & compeſcendos vehementes aliquos mo-
tus, turbas, atque adeò periculoſa bella.

3 *Etenim firmauit.* Probat Deum fortem eſſe, & ma-
gnum, ab effectis, præſertim ab orbis productione, &
rectione

a *Pſal. 3.*

b *De quo Heb. 4. ver. 9.*

c *Rom. 13. v. 14*

d *Pſ. 95. v. 11.*

rectione, vel à mundi peccatis & impiis cultibus corrupti reſtauratione, ac in melius mutatione, vt *firmauit*, ſignificet, roborauit gratia, fide, vera religione & ſui notitia, ne deinceps redeat in priſtinam confuſionem, néve maieſtatis diuinæ agnitio redigatur, ad vnius familiæ & gentis anguſtias, vt olim cum Eccleſia erat Iudaica, non Catholica, ſiue vniuerſa. *Qui non commouebitur*, qui in perpetuum ſtabit, neque in nihilum redigetur, vt [a], *Terra autem in æternum ſtat*. Mundum ipſum condidit immobilem ratione ſui totius, non partium, perpetuò duraturum vſque ad conſummationem ſæculi. Item Eccleſiam vniuerſitate gentium conſtantem ſiue Catholicam. A B

a *Eccl. 1. v. 4.*

4 *Parata ſedes tua*, firmata, ſtabilita ad orbem regendum, gubernandum, iudicandum. *Ex tunc*, ab orbe firmato. Nã ab initio rex omnium creaturarũ, & Dominus fuit: vel, ab æternitate. Nam *Tunc* in Deo æternitatem dicit. *A principio*, vertit Chald. & ſic Hieronymus [b] *antequam quicquam faceret à principio*. (Ex tunc Hebraicè) Hoc ſequitur Euthymius, interim monens has locutiones, ab initio, à principio, nullum tempus inducere in diuina natura, ſed æternam quandam antiquitatem, vt & quod ſequitur, *A ſæculo tu es*, id eſt, ab æterno. Sedes hæc commodatur ad Eccleſiam, quæ ſtabilis eſt, non obſtantibus mundi fluctibus. C

b *Prou. 8. ver. 22.*

5.6.7. *Eleuauerunt flumina Domine*. Eleuauerunt flumina ſonitum ſuum, & ſtrepitum ad orbem terræ obruẽdum, atque ſubmergendum: item mare mirabiles ſuas elationes extulit. Sed tu his cunctis fragoribus es inſignior & terribilior, vt proinde orbis terræ in ſua integritate & ſtatu perſiſtat, neque deleatur. Allegoria de motibus, & bellis impiorum contra regnum Dei, & Eccleſiam, quæ ille comprimit. Chaldæus in bonam partem interpretatur per Proſopopœiam, *Leuauerunt flumina laudem coram Deo, leuauerunt flumina vocem ſuam in cantico, recipient flumina præmium laudum ſuarum. A vocibus aquarum multarum, laudibus fluctuum maris magni celebrata eſt in cœlis Dei celſitudo*. Hinc noſtrorum aliqui flumina exponunt Apoſtolos, non ſæculi tyrannos & potentes. *Vocem*, illiſionem propr. ſonum, ſtrepitum. D

6 *Eleuauerunt flumina fluctus*. In Hebræo idem verbum, quod bis priùs, futura quidem voce, ſed habente

Præteriti



A Præteriti ſignificationem, per regulam aſſignatam ſuprà [a]. Nempè gaudet Scriptura ternario numero in Anaphoris, & ſimilibus tropis, propter myſterium triũ diuinarum Hypoſtaſeων. *Fluctus*, confractiones ſuas propriè, fluctus à confringendo appellantur, quòd ſe mutuò frangant. *A vocibus*, præ vocibus, propter voces & fremitus multarum vndarum: vel iuxta nonnullos, pluſquam voces, pluſquam ſonitus aquarum multarũ, id eſt, tonitrua raptantia aquas multas. מן *Min* Præpoſitio inſeruit etiam comparationibus. q. d. fluctus fluminum bombum terribilium tonitruorum ſuperarunt.

a *Pſa. 6. verſ. vlt.*

*Tres diuinæ hypoſtaſes anaphoris Scripturæ declarantur.*

B Hoc iungunt Maſoretæ cum ſequenti hemiſtichio, dum hîc verſum inchoant.

7 *Mirabiles elationes*, vndæ, fluctus, prop. colliſiones. *Mirabilis*. Mirabilior in ſublimi ſuo cœlo Dominus, qui illas maris elationes mirabiles & inſignes (id eſt, motus & perſecutiones) compeſcit. Aliqui accipiunt pro terribili.

8 *Teſtimonia tua credibilia*. Epiphonema. Verba tua, quæ tu es teſtificatus, & ſolenniter promiſiſti per Prophetas de regno tuo, illud ſcilicet tuo beneficio ſemper incolume fore, credibilia ſunt valdè, id eſt,
C digna creditu, certa, fidelia, fixa & firma mirum in modum, vt qui ea ſuo tempore perfeceris. *Credibile*. ex Hebræo hîc fidele, id eſt, firmum, certum. *Domum tuam*. Iam ergo deinceps Eccleſiam conuenit eſſe ſanctam, & immaculatam, ac puritate in perpetuum decorari, vt quæ tantum, támque prouidum cuſtodem habeat, ac tanta beneficia ab ipſo conſequatur.

---

## ARGVMENTVM.

D *Precatur, vt ſuperbos, & impios puniat. Et id ſibi, Deique populo promittit.*

1 Pſalmus ipſi Dauid quarta ſabbathi.
XCIII. Heb. 94.

DEus vltiônum Dóminus: Deus vltiônum líberè egit.

3 Exaltâre, qui iúdicas terram: redde retributiônem ſupêrbis.

4 Vſquê

4 Vſquêquo peccatôres Dómine: vſquêquo A
peccatôres gloriabûntur?
5 Effabûntur & loquêntur iniquitâtem? lo-
quêntur omnes, qui operântur iniuſtítiam?
6 Pópulum tuum Dómine humiliauêrunt:
& hæreditâtem tuam vexauêrunt.
7 Víduam, & áduenam interfecêrunt: & pu-
pîllos occidêrunt.
8 Et dixêrunt, non vidêbit Dóminus: nec B
intélliget Deus Iacob.
9 Intellígite inſipiêntes in pópulo: & ſtulti
aliquândo ſapite.
10 Qui plantâuit aurem, non áudiet? aut qui
finxit óculum, non consíderat?
11 Qui córripit gentes, non árguet: qui do-
cet hóminem ſciéntiam?
12 Dóminus ſcit cogitatiônes hóminum: C
quóniam vanæ ſunt.
13 Beâtus homo, quem tu erudíeris Dómi-
ne: & de lege tua docúeris eum.
14 Vt mítiges ei à diêbus malis: donec fo-
diâtur peccatôri fóuea.
15 Quia non repêllet Dóminus plebem ſuã:
& hæreditâtem ſuam non derelînquet.
16 Quoadûſque iuſtítia conuertâtur in iu- D
dícium: & iuxta illam omnes, qui recto ſunt
corde.
17 Quis conſûrget mihi aduêrſus malignân-
tes? aut quis ſtabit mecum aduêrſus operântes
iniquitâtem?
18 Niſi quia Dóminus adiûuit me: paulómi-
nus habitâſſet in infêrno ánima mea.
19 Si dicêbam, motus eſt pes meus: miſeri-
córdia tua Dómine adiuuâbat me.

20 Secun



A 20 Secûndum multitúdinẽ dolôrum meô-
rum in corde meo: conſolatiônes tuæ lætifi-
cauêrunt ánimam meam.
21 Numquid adhæret tibi ſedes iniquitâtis:
qui fingis labôrem in præcêpto?
22 Captâbunt in ánimam iuſti: & ſángui-
nem innocêntem condemnâbunt.
23 Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium:
Deus meus in adiutórium ſpei meæ.
B 24 Et reddet illis iniquitâtem ipſôrum, & in
malítia eôrum diſpêrdet eos: diſpêrdet illos
Dóminus Deus noſter.

---

1 *Quarta Sabbati*, Paulus Brugenſis tradidit hunc Pſalmum apud Iudæos recitari quarta feria. Ex hac igitur conſuetudine Septuaginta hanc appoſuerũt epigraphẽ.

2 *Deus vltionum liberè egit*, ſplendidè apparuit. Palàm, & in luce, & oculis omnium iudicia ſua exercuit, prout libuit, nemine prohibente, vt cui nullus habeat reſiſtere. Splendidè ſe manifeſtat, dum vltionem palàm, & ante oculos exhibet. *Liberè, παῤῥησίᾳ* publicè, palàm הופיע *Hophiah* poſſit etiam accipi in Imper. Liberè age, illuceſce, (in noſtram ſalutem) ſplendidè appare. *Vltionum Deus*, quia ſuos de improbis vlciſcitur, Deus vltor & vindex. C

3 *Exaltare qui iudicas*, altum & glorioſum te oſtende, ſuperbos puniendo, & eis mercedem ſuperbiæ debitam reddendo. Te altiorem, & celſiorem eis præbe. Oſtende tuam altitudinem & potentiam, eos deprimendo. D

4 *Vſquequo peccatores gloriabuntur*, exultabunt de ſua fœlicitate contra probos.

5 *Effabuntur*, fundent, ſcaturire facient prop. abundè emittent, effutient. *Iniquitatem.* Durum propriè. Dura & intoleranda verba effundent. Quæ locutio ſuprà occurrit[a] עתק *Hathak*, ſonat etiam vetus. Quare aliqui interpretantur inueteratam malitiam. *Loquentur omnes.* In Hebræo eſt aliud verbum à priore. יתאמרו

[a] Pſ. 74. v. 6.

istha

*iſthameru*, inſolenter loquentur, ſuperbè, & elatè iactabunt ſuam impietatem. A

6 *Populum tuum humiliauerunt*, attenuauerunt propriè, attriuerunt.

7 *Viduam & aduenam.* Miſeros, innoxios, & omni auxilio deſtitutos, quales ſunt viduæ & pupilli, tollunt de medio.

8 *Non videbit Dominus.* Neſcit res humanas, nec eas audit, tantùm abeſt, vt curet.

9 *Aliquando ſapite.* Interrogationem reddiderunt clariorem ecquando ſapietis? B

a Verſ.21. 10 *Qui finxit*, qui formauit[a]. *Non conſiderat?* Hebraïcè הלא יביט *halo iabbith.* Non cernet? Eſtne probabile, vt qui vim audiendi & cernendi hominibus tribuit, ipſe res humanas nec videat, nec audiat?

11 *Qui corripit gentes non arguet.* Qui etiam Gentes profanas & alienas à ſui notitia caſtigat & punit, vobis ſcilicet parcet, ad quos ipſius notitia peruenit? Qui Gentes, vt infideles, ſolet punire & caſtigare, nónne vos arguet, nónne vos puniet? *Qui corripit.* יסר *Iaſar*, non tantùm caſtigare, verumetiam erudire, inſtituere. C
Quæ poſterior ſignificatio nunc fortaſſe eſt commo-
b Verſ. 13. dior, vt mox [b] vnde Græcè παιδεύειν. Nam יסר *Iaſar*, & למד *Limmed, erudire & docere*, iungi ſolent pro eo-
c Pſalm.104. verſ. 22. dem: vt & infrà [c] *Qui* erudit gentes, qui eas docet quę recta ſunt & vera (per legem naturæ [d], ab ipſo enim
d Rom.1.ver. 18.19. omnis ſapientia [e] per inſpirationem, reuelationem, animi illuſtrationem) nónne arguet, id eſt, argumentabitur, rerum & cauſarum erit peritus ad diſſerendum
e Eccl.1.v.1 de qualibet re? הוכיח *Hokiah*, non tantùm increpare, ſed & diſſerere, argumentari, ratiocinari, ſcientem eſſe rerum & cauſarum, vt Arguere apud Latinos, paſſim in
f Prou. 30.v. 6.Gen.20.ve. 16.Eſa.1.ver. 18. Iob, & prouerbiis [f]. Chal. *Qui dedit legem populo ſuo cùm peccauerint, nonne arguet eos? Nónne Deus docuit Adam primum ſcientiam? Qui docet.* Appoſitoriè cum præcedentibus Qui corripit Gentes ſcilicet, ille qui docet hominem ſcientiam, nónne arguet (vos?) Eſtne veriſimile, vt qui mortalibus prudentiam & intelligentiam præbuit, veſtra maleficia ignoret, nec puniat? Vel Aſyntheton familiare linguæ. Qui corripit (&) qui docet. Alij iũgũt, cum ſeq. verſu per hyſterologiam. Dominus, qui docet hominum ſcientiam, ſcit hominum cogitationes. D

12 *Quo*



A 12 *Quoniam vanæ ſunt.* Continuatiua particula, quòd ſcit hominum cogitationes eſſe vanas: non modò audit & videt res humanas & opera, verumetiam intimos animorum receſſus nouit, ac eos intelligit eſſe inanes, & vanos.

13 *Quem tu erudieris*, docueris (vt ſe explicat ſequenti membro) vt à vanitate ſuas cogitationes abducat, & in bonum vertat. Aliqui parum aptè, caſtigaueris, vt ſuprà [a]. Nam vtrobique eſt idem verbum. a Verſ.11.

14 *Vt mitiges ei à diebus malis*, vt tranquillum, & ſecu-
B rum reddas à malis & calamitoſis temporibus, vt illum cuſtodias ſaluum in diebus malis, donec peccator pœnas luat, eíque contingat ſua merita punitio. *Donec fodiatur*, vt præſtes eis requiem, donec ſepeliatur impius, & infodiatur ſepulchro, id eſt, donec pereat. Docetur Deum immittere publicas calamitates propter impios, pati interim ſimul pios, ſed liberari, vbi obruti fuerint impij, atque perierint.

16 *Quoadusque iuſtitia conuertatur*, quamdiu. כי עד ki had, per Metatheſim, pro עד כי had-ki vſquequo,
C quoad, quamdiu, vſque dum iuſtitia reuertatur ad iudicium, & poſt illam (ſint) omnes recti corde. Quod duobus modis exponitur, de iuſtitia & iudicio hominis videlicet, vel Dei. Simplicius priore modo. Non deſeret hæreditatem ſuam, quoad homines hæreditatis huius erunt iuſti, & iuxta iuſtitiam verſabuntur recti: non deſeret ſuos, quamdiu iuſtitia vigebit, & reducetur in opus. Iuſtitiam cõuerti in iudicium eſt reduci in opus, neque hærere in verbo & lingua. Alij, quod tamen eodem recidit, Non deſeret ſuam hæreditatem, donec iuſtitia redeat in iudicium, donec iudiciũ ſit iuſtũ, donec *Iuſtitia in iudicium vt conuertatur.*
D iuſtitia verſetur in iudicio. Poſteriore, Non derelinquet hæreditatem ſuam, vſque ad diẽ iuſti iudicij Dei, id eſt, numquam. Quod ſequuntur noſtri ferè poſt Chryſoſtomum. Donec Chriſtus mundum iuſtè iudicet. Hodie enim iudicia ſunt iniquiſſima & corruptiſſima: at tunc *Chriſtus æquum iudicium faciet* [b], id eſt, vſque ad diem b Pſal.95.v. 14.
iudicij Deus ſuos non deſeret. Qui hanc Metatheſim poëticam non obſeruant, vertunt obſcurius. Quoniam vſque ad iuſtitiam conuertetur iudicium. Semper interim ſignificatur Deum non deſerturum homines, quamdiu iuſtitiæ ſtudebunt. *Et qui iuxta illam.* Hyſte-

PP

rologia. Et omnes recti corde ( fuerint ) iuxta illam. A
Relatiuum *Qui*, ſententiam obſcurat. Negligatur igitur ex Hebræo & Græco, *καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Et* ( quoaduſque, ſiue quamdiu ) *iuxta ipſam, vel ex* Hebræo ואחריו *veabarau*, id eſt, *poſt ipſam* (fuerint) *omnes recti corde*. q. d. Et quamdiu omnes recti corde adhærebunt iuſtitiæ, & poſt illam current, Deus non deſeret plebem ſuam. Qui non contulerunt cum Archetypis, nec conſiderarunt illud *Qui iuxta illam*, regi à parte poſteriore per Hyſterologiam, hinc ſe extricarunt per interrogationem non neceſſariam. *Et qui iuxta illam?* (Iuſtitiam ſcilicet ſunt? ) vt mox ſubiiciatur ἀπόκρισις, *Omnes qui recti ſunt corde*, q. d. Omnes recti corde B
ſunt iuxta iuſtitiam, illíque adhærent. Hinc *Cabuenaki*
*Purgatorium colligitur.* Purgatorium colligit. *Finitis tormentis, quæ pro peccatis ſuſtinuerint omnes recti corde, ferent præmium ſuum.*

17 *Quis conſurget mihi.* Datiuus commodi, pro me, mecum & ſic Hieronymus interpretatus eſt. Quis mihi auxiliabitur, quis me defendet ab improbis? *Stabit*, conſiſtet, coniūget ſe ad confligendum, pugnabit. Stare
*a Eſth. 8. v. 11.* eſt pugnare, cum armis conſiſtere, vt apud Eſther [a], *vt ſtarent pro anima ſua*, id eſt, vt pugnarent pro vita ſua, vt tuerentur vitam ſuam.

18 *Niſi quia Dominus.* Sibi reſpondet, Niſi Dominus C
adiuuiſſet me, fermè habitaſſet exciſa ( mortua ) vel ſilens anima mea. *In inferno.* Hebraïcè דומה *dumah*, id eſt, in exciſione. ex Abben, morte & interitu: vel, in ſilentio. Sic appellant infernum, vel ſepulchrum, vbi corpus ſilet, & eſt ſtupidum, quaſi locum exciſionis, vel
*b Pſal. 113. v. 26.* ſilentij. Hinc ſilentes mortui vocantur. Vide infrà b:

19 *Si dicebam motus eſt pes meus.* Metaphora. Vacillant res meæ, actum eſt de me. *Adiuuabat*, ſuſtentabat.

20 *Secundum multitudinem*, proportionem. Vbi multi dolores, multæ & conſolationes. *Dolorum*, cogitatio- D
num anxiarum. שרעפ *sharhaph*, ramus in ſummo arboris vento agitatus. Metaphoricè, anceps & dubia cogitatio. *In corde.* qui ſunt in corde meo.

21 *Numquid adhæret tibi.* Apoſtrophe ad Deum, vel Chriſtum, vt ferè Latini omnes ſentiunt, & Chaldæus. An poſſibile eſt, inquit, vt tibi adhæreat ſedes mendacij, qui creaſti laborem in præcepto? An tibi aliquid commune eſt cum iniquo tribunali, & cum poteſtate,
quæ



A quæ legibus abutitur ad opprimendum innoxios? *Qui fingis*, qui formas & facis, ex Hebræo יוצר *iotſer*, Metaphora à figulis: vt Latinè *Condere leges*, ab opificibus. Numquid adhæret tibi, numquid iungitur, an tecum aliquid commune habet ſedes iniquorum hominum ô Deus, qui fingis, fabricas, condis præcepta laborioſa & ardua? Qui vis tua præcepta ſeruari cum maximo labore, & ſollicitudine? vt infrà [a]. *Tu mandaſti mandata* *a Pſ. 118. v. 4.*
*tua cuſtodiri nimis.* Hinc Prouerbium: *Dij laboribus omnia vendunt*, & apud Heſiodum *πάντων καλῶν ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, Ante omnia præclara Dij poſuerunt ſu-*
B *dorem.* Eſt ergo ſenſus: Numquid iniuſtè iudicabis nos poſtquàm ardua præcepta ſeruauimus, te iubente & conſtituente? At Chryſoſtomus, Græci omnes, Hebræiſque Interpretes, *ὁ πλάσσων* ad thronum, id eſt, יוצר *iothſer*, ac כסא *kiſſe* referunt in hanc ſententiam: Numquid adheret tibi thronus ſceleratorū hominum, qui fingit, format, patrat laborioſa (id eſt, maleficia) in ſtatuto ( in iis quæ ſtatuit ) vel ex inſtituto & more? vel, pro ſtatuto, ac loco ſtatuti & legis. Vt ſit Apoſtrophe ad hominem, non legi, niſi apud indoctos. Et certè
C connexio id non patitur.

22 *Captabunt in animam iuſti*, cadere ſtudebunt iuſtum: venabuntur, *θηρεύσουσι*, venationem inſtituent contra animam eius. Hebraïcè יגודו *iagodu*, id eſt, coibunt turmatim, conglobabuntur. Conglobati conſpirāt aduerſus innocentem. Aliqui גדד *Gadad* è Chaldæo Danielis [b]: *Decidite ſiue excindite arborem*, decîdent, *b Dan. 4. v. 11.*
determinabunt, decernent, vt ſit verbum forenſe, quod ad hanc ſententiam ſequens membrum alludat. *In*, contrà, aduerſum.

23 *Et factus mihi.* Aduerſatiua particula, pro *At, Verùm.*
D Pendet enim ſententia. Aduerſum me quidem coire ſolent impij, at Dominus factus eſt refugium, ſiue munitionis locus. *In adiutorium ſpei meæ*, præſidium, in quo ſperem. Hebraïcè לצור מחסי *letſur mahſi*, id eſt, in rupem ſpei, in rupem, cui confidam, qua nitar.

24 *Reddet illis iniquitatem ipſorum.* Retributio & merces improborum eſt dolor, & exitium, quod aliis ſolebant intentare. *Diſperdet*, ſuccidet. Epizeuxis crebra in Scripturis ad vehementiam.

A

## ARGVMENTVM.

*Hortatur, vt Chriſtum Deum & Regem colant, eiq́; pareant, tum ob antiqua creationis beneficia, tum ob ipſius incarnationem, ne, vt Patres ex Aegypto egreſſi, ſibi introitum ad requiem præcludant. Hebr. 3. & 4.*

1 Laus cantici ipſi Dauid. XCIIII. Hebr. 95. B

VEnîte exultêmus Dómino: iubilêmus Deo ſalutâri noſtro.

3 Præoccupêmus fáciem eius in confeſſiône, & in psâlmis iubilêmus ei.

4 Quóniam Deus magnus Dóminus: & Rex magnus ſuper omnes Deos.

5 Quia in manu eius ſunt fines terræ: & altitúdines móntium ipsíus ſunt. C

6 Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauêrunt.

7 Venîte, adorêmus, & procidâmus, & plorêmus ante Dóminum, qui fecit nos: quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter.

8 Et nos pópulus páſcuæ eius: & oues manus eius.

9 Hódie ſi vocem eius audiéritis: nolîte obdurâre corda veſtra. D

10 Sicut in irritatiône: ſecûndum diem tentatiônis in deſêrto.

11 Vbi tentauêrunt me patres veſtri: probauêrunt, & vidêrunt ópera mea.

12 Quadragînta annis offênſus fui generatiôni illi: & dixi, ſemper hi errant corde.





A 13 Et iſti non cognouêrunt vias meas quibus iurâui in ira mea: ſi introîbunt in réquiem meam.

1 *Laus cantici ipſi Dauid.* De hac inſcriptione ſentiendum, vt ſuprà [a]. Porrò Pſalmi huius, vt & reliquorum omniũ iſtius editionis verſio è Pſalterio Gallico ſumpta eſt. Alioqui in precibus Eccleſiæ paulò aliter legitur. Nam Romanum Pſalterium Gallico, ſiue Hierony- | a *Pſal. 92.*
B miano antiquius in vſu eſſe deſiit, præter quam in hoc Pſalmo, quando ad matutinas legitur, & in Introitibus, Gradualibus & Communionibus, quæ vocamus. Quod prædicat Miſſæ noſtræ antiquitatem ab Eccleſiæ primis temporibus repetendam. Nam alibi veterrimæ illius verſionis fragmenta non extant, niſi fortaſſe ſparſim per Tertullianum, Cyprianum, Hilarium, & ſcriptores Latinos Hieronymo ſuperiores. Adde & Auguſtinum. Nam ei non potuit probari ſtatim Pſalterium à Hieronymo ad Græcos fontes recenſitum. At eo nũc hodiè vtimur, & Gallicum cum ipſomet Hieronymo
C appellamus, vtpote à Gallis primò omnium receptum, cui & Damaſus auctoritatem dedit.

*Miſſæ noſtræ antiquitas.*

*Pſalterium Gallicũ vnde dicatur.*

2 *Venite exultemus Domino.* Hoc Pſalmo Dominus, Deus, ſalutaris, Deus magnus, Rex magnus, cuius ſunt terra, mare, &c. eſt Chriſtus [b], qui eduxit populum de Aegypto, & in deſerto tentantem, murmurantem, non credentem perdidit [c]. *Venite.* Particula exhortandi, vt infrà [d]. *Deo,* clangamus rupi ſalutis noſtræ, propriè in qua tuti ſumus.

b *Hebr. 3. v. 7. & 4. v. 3.*
c *1. Cor. 10. v. 9. & Iudæ v. 5.*
d *verſ. 7.*

3 *Præoccupemus faciem eius,* præueniamus, priùs accele-
D remus, priùs veniamus ſolitò ad celebrandum eum. Deus præueniri non poteſt ſimpliciter, ſed ad aliquid, & quodam reſpectu, cùm ipſius gratia nos perpetuò præcurrat. Vnde gratia præueniens dicitur. Eia ergo agite, maturè occurramus maieſtati eius, cum publica laudatione & cantionibus buccinemus ei, properemus venire in conſpectum eius cum laude & hymnis. *Confeſſione*, ſimplici oratione, voce & celebritate oris. *In Pſalmis*, carminibus, odis lyricis, laude muſica & inſtrumentorum, q. d. Tam proſa oratione, quàm carmine:

*Deus præueniri nõ poteſt.*

tam voce, quàm inſtrumentis muſicis celebremus eum: confeſſio eſt oris, Pſalmus inſtrumentorum. A

4 *Quoniam Deus magnus Dominus. Quoniam* & *Quia*, per Anaphoram ſæpius repetuntur, vt afferantur multæ rationes cur Deus ſit laudandus, & perſonandus. *Dominus.* Hyſterologia. Nam Dominus יהוה *Adonai*, ſupponit pro proprio Chriſti nomine, éſtque verbi ſuppoſitum. Quoniam Dominus eſt magnus. Deus, itémque magnus rex. *Super omnes Deos*, ſuper omne quod habetur Deus, aut colitur vt Deus, vt infrà [a] ſuper omnes deos fi[illegible]ios. Tacitè ſignificat euertendã Idololatriam B per Chriſti aduentum: vel, ſuper omnia corpora æthe-rea, & mentes cœleſtes. Kimhi. Item, ſuper iudices, & principes vniuerſos. אלהים *Elohim*, etiã de his enunciatur. Irrepſit in aliqua exemplaria Romani Pſalt. ſecunda quædam ætiologia, *Quoniam nõ repellet Dominus plebem ſuam.* Sed illa deſideratur in fonte & Septuag. Interim loco congruit, & ſententiam exaggerat: Nam cum tres cæteræ ætiologiæ dumtaxat oſtendant vniuerſam Dei in res prouidentiam, hæc etiam propriam & peculiarem declarat.

a *Pſal. ſeq. ver. 5.*
*Chriſtus nomine dicitur.*

5 *Quia in manu eius ſunt fines terræ*, penetralia & interiora terræ propriè, profunditates. q. ſcrutationes, per- C ueſtigationes. Abſtruſa ſunt in eius manu. i. poteſtate, præſentia, arbitrio. Nihil eſt tam abditum in rerum natura, tam profundum & altum, quod non ſubſit eius poteſtati, & præſentiæ, quod nõ ei ſit præſens & promptum, vt quæ tenentur manibus. Terræ autẽ extremum eſt centrum ipſius. Loquitur enim de finibus interioribus, non exterioribus ſiue mundi plagis. *Altitudines*, Alij Robora, Sed ſatius eſt, vt ſit Antitheton, & altitudines opponantur profunditatibus terræ. Tam terræ profundiſſima ipſius Dei ſunt, quàm mõtium eleuatio- D nes & eminentiæ. Tam terræ intima, quàm quicquid de montibus ſupra terrã eminet. Neque enim ὕψη, vel תועפות *Toghaphoth*, cacumina & vertices deſignãt, ſed more Mathematico, lineam, quæ ſecũdum profunditatem ab extremo in extremũ ducitur. יעף *Iaghaph*, defatigari prop. vnde תועפות *Toghaphoth*, laſſitudines montiũ. i. altitudines, in quibus peragrãdis animãtes laſſantur. Sic b argentum תועפות *toghaphoth, profunditatum.* q. laſſitudinum, in quo quærendo homines defatigan

[illegible]b 22. [illegible]



A defatigantur, & [a] *altitudines Rhinocerotis ei.* i. cornu, quale Rhinocerotis altiſſimum. *Ipſius ſunt.* Sic & Hebraicè לו *lo.* At Romanum Pſalterium, ipſe conſpicit. Nouit ſcilicet liquidò profundas & altas montium radices, atque fundamẽta. Nouit præfinitè, quàm alti ſint montes, ac quantùm ſupra ſolum emineant. Quod Geometræ & Optici non ſatis exactè aſſequuntur cum ſuis tot præceptis, propoſitionibus, demonſtrationibus, inſtrumentis, & machinis.

a *Num. 23. verſ. 22.*

6 *Et ipſe fecit*, produxit. Sequenti verſu aliam habebit notionem. *Siccam*, terram, cuius propria qualitas B eſt ſiccitas [b]. Nam in ea prædominatur.

b *Gen. 1. v. 9.*

7 *Et ploremus coram Domino.* Propriè, geniculemur, vt loquitur Tertullianus genua flectamus. Quod vſurpauit Eſaïas dicens [c], *Mihi curuabitur omne genu. Qui fecit nos*, qui benefecit nobis, qui nos ornauit, decorauit, inſigniuit beneficiis, amplificauit, vt [d] *Dominus qui fecit Moſem & Aaronem.* Vulgo tamen referunt ad ſimplicem hominum procreationem. Atqui illa impiis cum populo Dei communis eſt, cùm Dauid hic loquatur de ſingulari quadam Dei erga ſuos beneficentia & largitate.

c *Eſaiæ 45. ver. 23.*
d *Deut. 32. verſ. 6. & 1. Reg. 12. v. 6.*

C 8 *Populus paſcuæ eius*, quem paſcit ſua doctrina & bonis, qui nos ſpiritualiter, & corporaliter alit magna ſua prouidentia & bonitate. *Et oues*, quas manu ſua ducit & regit. Nos, qui ab eo regimur. Chriſtus paſtor eſt noſter [e]. Pergit in Metaphora. Alij, *Oues manus eius*, quas manu ſua creauit & fecit.

e *Ioann. 10. v. 11. Ez. c. 34. v. 23.*

9 *Hodie ſi vocem eius audieritis*, Reſpicit ad eos, quos exhortatus fuerat, & compellauerat ſuprà [f]. *Hodie*, hoc die aduentus eius, ſiue incarnationis. *Si vocem eius*, Domini (Chriſti ex Apoſtolo.) Nam hortatur ad excipiendam Chriſti vocem. i. Euangelium. Vnde *Hodie* hîc ſumitur pro præſenti vita, vel etiam toto tempore gratiæ D & ſalutis [g]. Sententiam perſpicuã, & præſtantiſſimam Maſoretæ ad quorum cõmenta Gnoſtici obſtupeſcunt, non modò obſcurant, verumetiam deprauant, iungendo præcedentibus, & verſum hîc finiendo. *Venite adoremus, & procidamus, ſi modò vocem eius audire volueritis*: vel, *Nos populus eius ſumus, ſi hodie vocem eius audieritis.* Hinc deinde incipiunt verſum, & legunt ſeparatim, *Nolite obdurare corda veſtra, &c.* Atqui hæc diſtinctio apertè Spiritui ſancto aduerſatur, qui per Paulum h nedum

f *Ver. 2. & 7.*
g *Ibid. Heb. 3. verſ. 7.*
h *Ad Heb 3. ver. 7. & 4. verſ. 7.*

per noſtros Septuag. aliquoties hanc connexionem re- A
petit, & ſemper ita iungit. *Hodie ſi vocem eius audieritis,*
*nolite obdurare corda veſtra.* Adde Enallagen perſona-
rum, quæ iam fit, manifeſtè noſtram diſtinctionẽ euin-
cere. Quis enim non videt, *ſi audieritis,* aptiùs cadere
in verbum eiuſdem perſonæ, *Nolite obdurare*, quàm
cum diuerſa perſona, *Adoremus,* vel, *nos populus paſcuæ*
a *In Protrep.* *eius*, copulari? Clemens Alexandrinus [a]. *Hodie*, pro
ſemper accipit, vt dies hæc vna cum ſæculis vſque ad
conſummationem ſæculi extendatur. Sic Chryſoſto-
mus, *Semper, donec conſtat mundus.*

10 *Sicut in irritatione*, Deterret ab incredulitate, exem- B
plo patrũm, qui ob eam excluſi ſunt promiſſa terra. Et
primum quando pro aquis in Raphidim contenderunt
b *Exod. 17. verſ. 2.* cum Moſe tentantes Deum [b]. Attingit autem duo pec-
cata eiuſdem loci & temporis. Nam vix exacto menſe
ab exitu partim rixati ſunt cum Moſe, de aquis, partim
tentarunt Deum dicentes, *An eſt Dominus in medio no-*
c *Ex. 17. v. 7.* *ſtri, vt præbeat nobis cuncta neceſſaria* [c]. Poſterius autẽ ma-
gis Deum irritauit, proinde dictum, *Non tentabitis Do-*
*minum quemadmodum tentaſtis in* מסה *Maſſá* (tenta-
tione, ſiue loco tentationis) R. Moſe. *Sicut in irritatione.*
contentione propriè, cõtradictione & iurgio. Sicut cùm C
irritarunt & exacerbarunt Moſem ſuis iurgiis, conten-
tionibus, cõtradictionibus. Vel potius, vt ſit nomen lo-
ci, ſicut in loco irritationis. Sicut in מריבה *Meribá.*
loco deſerti, in quo iurgati ſunt cum Moſe, & murmu-
rarunt propter aquæ penuriam. Alludit enim ad aquas
d *Exod. 17. ver. 2.* contentionis [d], ſiue contradictionis [e]. Bis enim pro-
pter aquas irritarunt Moſem, & tentarũt Deum in Ra-
e *Num. 20. verſ. 4. 5.* phidim, & Cades. Sic enim hæc duo ſunt diſtinguenda,
vt *Irritatio* referatur ad Moſem, *Tentatio* ad Deum. *Se-*
*cundum diem*, ſicut in die, ſicut in tempore tentationis D
f *Exo. 17. v. 7.* Dei, vel inſtar diei, quo tentarunt Dominum, dicẽtes [f],
*Eſtne in nobis, an non?* Quòd illis deeſſet aqua ad bi-
bendum. Hoc autem ſecundum eiuſdem loci & tem-
poris peccatum fuit priore longè grauius, non iam in
Moſem vtpote, ſed in Deum ſuſceptum. Ideo enim
Moſes vocauit nomen loci illius nõ tantùm מריבה
*Meribá, irritatio, iurgium, contentio, contradictio,* ſed &
מסה *Maſſá. Tentatio,* Ibid. Ex quo debemus hîc ac-
cipere *irritationem,* ſiue, vt in Romano Pſalt. *Exacerba-*
*tionem,*



A *tionem, & tentationem,* pro nominibus propriis, non ap-
pellatiuis. Vtrumque autem pertinet ad eandem hiſto-
riam. Vocauit enim nomen (loci) מריבה *Meribá,* a *Ibid. & 1.*
*iurgium & Maſſá, tentatio* [a] quaſi iurgatio Moſis, & ten- *Cor. 10. ver. 6.*
tatio Dei idem locus dictus ſit ob binos euentus & pec- *2. Cor. 10.*
cata. Quare Abben Ezra ſuſpicatur populũ fuiſſe ſciſ-
ſum in duas factiones, quarum vna rixari vellet cum
Moſe, altera tentare & explorare Deum, id eſt, Dei po-
tentiam, præſentiam & voluntatem. Adde hanc aqua-
rum petitionem fuiſſe procuratam, litis & contentio-
nis ſtudio, Schiſmaticorum inuidia & maleuolentia,
B item non ob petentium neceſſitatem, ſed voluptatem.
Nam quia abundabant Manna, nihil opus habebant
aqua כי היה בו לחם ומים, רצח מצד עצמו
ובשירד היה טל מלמטה וטל מלמעלה
*chi haia bo lechẽ vemaim, vetſah mitſad batſmo, veſcheiarad*
*haiá thal milmathah vethal milmahlah,* inquiunt Hebræi
apud auctorem faſciculi myrrhæ. *In Manna enim erat*
*panis & aqua, ac erat humidum per ſeſe, & quando deſcen-*
*debat rorem habebat ſubter & rorem ſuprà.* Quin etiam b *Exod. 16.*
C iuxta Patrũm traditiones è R. Selomone [b] fundebat
riuos aquarum idoneos ad adaquanda populi pecora,
dum incaleſcente ſole liqueſceret duabus horis ante
meridiem. Rectè igitur Moſes has aquas vocauit con-
tradictionis, ſiue vt noſter interpres hic habet, irrita-
tionis, vel exacerbationis. (Nam tam in Moſe quàm
Dauide idem eſt vocabulum מריבה *Meribá*) quia *Sectarij vſum*
dumtaxat petitæ videbantur ad contradictionem eo- *calicis expo-*
dem videlicet ſpiritu, quo Sectarij vſum Calicis pro- *ſcẽtes, quibus*
miſcuum petunt in Chriſtiano Manná, quaſi alterutra *ſimiles.*
D ſpecies non contineat totum Chriſtum, ſed caro in vna
exiſtat ſine ſanguine, in altera ſanguis ſine carne.

11 *Vbi tentauerunt me Patres*, Inducit Deum loquen-
tem ex abrupto, vt comminatio ſit vehementior, vbi
dumtaxat ſubaudiendum eſt *inquit*, vt fieri diximus in c *Pſal. 2.*
Mimeſibus [c]. *Vbi,* inquit, *tentauerunt me patres veſtri* [d] d *Num. 11.*
in Maſſá & Meribá: quò vocabula Hebraica alludunt. *v. 1. & 15. v.*
*Probauerunt,* [e] murmurantes & dubitantes de proui- *2. 3. & 16. v.*
dentia & veritate Dei. *Me,* additur in fonte: ſed quia *41. & 21. v. 6.*
per Zeugma facile è proximo mẽbro intelligitur, item *Exo. 17. v. 2. 7.*
quia Metonymicè accipitur pro eo quod ſequebatur, e *Nume 14.*
*Opera mea,* prætermiſerũt, vt & Paulus. Probauerũt me, *verſ. 2. 3.*

inquit, meam potentiam, opera mea potentia & mira. A
*Mea*, à me patrata, plurima & ingentia, eaque duorum generum. Nam alia fuerunt extemporalia, vt coturnices, aquarum dulcoratio, tuba montis Sinai : alia permanentia & peremnia, cuiuſmodi quatuor recenſent, Manna, Riuus è rupe fluens, Columna ignis, Columna nubis. Illa enim populum non deſeruerunt vſque ad ripam Iordanis anno quadrageſimo.

12 *Quadraginta annis offenſus*, Contrahit vniuerſè peccata, quibus continuarunt ſe exacerbare in deſerto per annos 40. Nam propoſuit dumtaxat tentationem ſiue iniuriam ſibi factam initio exitus. Cetera nominatim non attingit, quoniam prolixioris id fuiſſet B
inſtituti, & ſat erat ſignificare illos deinceps non vixiſſe rectiùs. *Offenſus fui.* In Rom. Pſalterio *Proximus fui*, nam vtrumque ſignificat προσοχθίζειν ſiue προσοχθεῖν offendi, propinquare. Quadraginta annis totis, quibus verſati ſunt in deſertis Arabicis, infenſus fui iſti populo ob incredulitatem : vel proximus. (in malum, vt idem ſit ſenſus, qui hîc & in Hebræo nempè) *Quadraginta annis institi, impreſſionem feci, imminui hominibus illius ætatis.* i. oppreſſi eos crebris calamitatibus & pœnis, & propter
a Heb. 2. v. 3. eorum incredulitatẽ, omnibus in deſerto proſtratis [a].
& 4. ver. 17. Sic Latinè inſtare, imminere, vrgere, premere. Gallicè
b In Protrep. *eſtre preſt à frapper.* Quo modo Clemẽs Alexandrinus [b] C
incredulis & errantibus προσώχθισεν ὁ θεὸς, καὶ ἀπειλεῖ, *infenſus fuit Deus & minatus.* D. tamen Auguſt. recepit in vulgato ſignificatu, de ſignis & prodigiis Dei præſentiam atteſtãtibus. At Hebraicè אקוט *akut.* i. Pertæſus ſum. Gall. *ie me ſuis ennuyé de ce ſiecle la*, Tæduit me illius ætatis, & generis hominũ. Moleſta mihi fuit illa generatio atque diſplicuit. Per tot annos eos detinuit in deſerto, tãtiſper dũ extinguerẽtur, neque promiſſionibus potirentur. Nam quotquot ex Ægypto excedentes viceſimum annum attigerant, in deſerto, præter Ioſue & Caleb, mortui ſunt. *Generatio.* דור *Dor*, de ætate ſiue hominibus illius ætatis. D

13 *Iuraui in ira mea quibus.* In vulgaris exemplari-
c Heb. 3. v. 11. bus *Vt*, ſed rectiùs *Quibus.* οἷς enim habet Apoſtolus b, non ὡς, & Hebraicè אשר *asher. Si introibunt*, id eſt, nequaquam introibunt. Formula iurandi ecliptica ad indicandum πάθος, & commotionem animi ſiue iram.
Si in



A Si introibunt in requiem meam, ne ſim Deus, habear mendax, aut quid ſimile, per Apoſiopeſim, vt Chryſoſtomus non alienè moneat in huiuſmodi *Si* pro *Non* ſumi. Tam fui grauiter offenſus iſti populo, vt firmam tulerim ſententiam, & quidem interpoſito iureiurando, ipſos minimè in terram promiſſam ingreſſuros. *In requiem meam*, in terram promiſſionis, vbi ſedes quietas illis promiſeram & daturus eram. Nullus eorum introibit in terram promiſſam, præter Ioſue & Caleb. Hoc impletum in ſexcentis tribus millibus, quingintis quinquaginta, quos in cenſum Moſes iuſſu Dei re-
B degerat [a] ad inuadendam Chananeam & fruendam, a Nu. 2. v. 20.
ſiue in his qui egreſſi fuerant ex Ægypto duce Moſe. Nam hi omnes in deſerto perierunt & qui introierunt nati ſunt in deſertis, ac veluti nouus fuere populus, qui numquam fuerat in Ægypto. Præter Ioſue & Caleb, ſacerdotes etiam & leuitæ, vt Eleazar, Ithamar, excipiendi ſunt. Nam hi non comprehendebantur hoc iuramento, neque cenſu Iſraelitarum in Numeris peracto. Requiem autem eã appellat, quòd in ipſa requieturi eſſent Iſraelitæ à ſeruitute, & iugo exterarum gen-
C tium. Nempe terram, in qua quietam vitam, & tranquillam ducerent. Antea enim tam ipſi, quam Patres ipſorum in certis ſedibus ſemper vagati fuerant, & variis peregrinationum motibus iactati. Aliqui requiẽ terram promiſſionis dictam putant propter arcam fœderis, ſymbolum præſentiæ Dei in terris. Paulus etiam refert ad cœlum, vbi ſic requieſcimus ab operibus noſtris, vt Deus die ſeptimo requieuit à ſuis. Hic eſt enim Sabbatiſmus, quem populo Dei reliquum eſſe oſtendit [b]. Adde veterem terram Chanaam, quæ rerum om- b Heb. 4. v. 9.
D nium copia affluebat, fuiſſe imaginem futuræ patriæ cœleſtis, vbi omnia quieta, dulcia, & fœlicia. Concludit abruptè cum Apoſiopeſi, vt oſtendat magnam ſuam eſſe iram contra peccatores, præſertim incredulos, ac graue eorum periculum.

*Sacerdotes egreſſi ex Aegypto promiſſionis terrã ſunt ingreſſi.*

ARGV

## ARGVMENTVM. A

*Omnia incitat ad Christum Dominum extollendum, qui ſit homines ex æquo iudicaturus.*

1 Canticum ipſi Dauid, quando domus ædificabatur poſt captiuitatem. 1. Paral. 16. 23. X C V. Heb. 96.

CAntâte Dómino cánticum nouum:
cantâte Dómino omnis terra. B
3 Cantâte Dómino, & benedícite
nómini eius: annunciâte de die
in diem ſalutâre eius.
4 Annunciâte inter Gentes glóriam eius: in
ómnibus pópulis mirabília eius.
5 Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis
nimis: terríbilis eſt ſuper omnes Deos.
6 Quóniam omnes Dij Géntium dæmónia:
Dóminus autem cœlos fecit. C
7 Conféſſio, & pulchritûdo in conſpêctu
eius: ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatiône eius.
8 Affêrte Dómino pátriæ Géntium, affêrte
Dómino glóriam & honôrem: affêrte Dómino glóriam nómini eius.
9 Tóllite hóſtias, & introîte in átria eius:
adorâte Dóminum in átrio ſancto eius. D
10 Commoueâtur à fácie eius vniuêrſa terra: dícite in Géntibus, quia Dóminus regnâuit
11 Etenim corrêxit orbem terræ qui non cómouébitur: iudicâbit pópulos in æquitâte.
12 Lætêntur cœli, & exûltet terra, cómoueâtur mare, & plenitûdo eius: gaudêbunt campi, & ómnia, quæ in eis ſunt.

1 Tunc



A
13 Tunc exultâbunt ómnia ligna ſyluârum
à fácie Dómini, quia venit: quóniam venit iudicâre terram.
14 Iudicâbit orbem terræ in æquitâte: &
pópulos in veritâte ſua.

---

1 *Canticum ipſi Dauid.* Titulus nullus Hebræis, ſed rectè additus, vt poſt captiuitatem Babylonicam Iudæi B intelligerent ſibi Chriſtum fuiſſe expectandum. Agit enim de Eccleſiæ per illum ædificatione, & mundi correctione, ſiue reſtauratione. In libro Paral[a]. coniungitur cum Pſal. 104. de reductione arcæ ex domo Obed-Edom in Hieruſalem: é quo Thalmudici putant fuiſſe reſectum, & paucis immutatis huc relatum, ſuper colligendis per Meſſiam exiliis & captiuitatibus.

2 *Cantate Domine canticum nouum.* Apoſtrophe ad totius orbis incolas, qua tacita ipſorum ad Deum, Chriſtúmque eius, Idolis repudiatis, conuerſio includitur. *Nouum*, ob nouũ Dei beneficium, de ſpirituali præſer- C tim liberatione à peccato, Satana, morte, inferno. Opponitur Cantico Moſaico de corporali liberatione è captiuitate Ægyptiaca, quod proinde vetus eſt canticum, & veteris teſtamenti. Nouum etiam notat exquiſitum, pulchrum, elegãs, pretioſum, vt ſolent eſſe noua comparatione veterum vt in Apocalypſi b. *Vincenti dabo nomen nouum*, &c. *Noua Hieruſalem*[c], & *nomen nouum*, & d *Ode noua*. Quò fortaſſè pertinet illud *faciam cælos nouos & terram nouam* [e], quando orbem renouabit, & ſplendidiorem pulchriorémque efficiet. Deus autem toto hoc Pſalmo de Chriſti perſona dicitur.

D
3 *Cantate Domino & benedicite.* Ter repetitum triplicem perſonarum in vna Dei eſſentia diſtinctionẽ deſignat. Euthymius, vt & *Afferte* ſiue הבו *Habu*[f]. *De die in diem*. quotidie ſalutem, quam ille attulit.

4 *Annunciate inter gentes.* Vocatio gentium prædicitur per Iudæos, id eſt, Apoſtolos, primóſque Chriſti diſcipulos, qui de circumciſione, ſiue de ſemine Iſrael extiterunt. Euangelizate ô Iudæi. (Iã enim ad illos Apoſtrophe dirigitur) Gentibus gloriam Domini & miracula. Aliqui, mirabilia ad humani generis admirãdam

redem

a 1. Par. 16. v. 23. & ſeq.
b *Apoc. 2. v. 7.*
c *Ibid. 21. v. 2.*
d *Ibi. c. 5. v. 9.* & *2. Pet. 13. verſ. 13.*
e *Ibid. 21. v. 1.*
f *Verſ. 8.*

redemptionem,& collectionem in vnam Eccleſiam re-
ſtringunt. Hîc & ſequens verſus legitur in Paralipo- A
a 1. Par. 16. v. 24. 25. menum libro [a]. Vel, *inter gentes & in populis*, idiotiſmus,
qualis infrà b, ô vos gẽtes, ô vos populi, ô vos qui eſtis
b Pſ. 150. v. 1. inter gentes & in populis, ſiue de gentium & populo-
c Verſ. 10. rum numero, vt infrà [c] *dicite in gentibus.*

5 *Quoniam magnus Dominus. quoniam* tam verſu hoc,
quàm ſequenti duobus modis poteſt intelligi. Conti-
nuatiuè, vt cõſtruatur cum ſuperiore Verbo, *Annuncia-
te*, quòd magnus eſt Dominus. Prædicate eum eſſe ma-
gnum, laudabilem, terribilem. Annũciate omnes Deos
Gentium eſſe dæmonia, &c. Vel cauſaliter, vt ſit Ætio- B
logia præcedentium: Annunciate gloriã eius. Nam eſt
magnus, &c. nã multa in eo ſunt, quæ laudem maximã
mereãtur, nempè ea quæ tribus verſib. perſequitur. *Su-
per omnes Deos*, Gentium ſcilicet, per Hypozeugma, cõ-
tra omnia idola terribilis: omnibus dæmonibus tremẽ-
dus. Nã eos profligabit. *Super* etiam *vltra* ſignificat. Eſt
Idolis terribilior. Se per Deos intelligere idola ſiue dę-
monia à Paganis ſub nomine Iouis, & ſimilium culta,
mox docet, non vt aliqui, Angelos, & principes hu-
ius mundi ſiue magiſtratus.

6 *Quoniam omnes Dij gentium Dæmonia.* Deiculi pro-
priè, Dij exiguæ virtutis, vel nihila, nullius poteſta- C
tis [d]. Doctè autem ita verterunt, vt docerent Deos
d Pſa. 32. 88. 101. 103. gentium verè eſſe Diabolos, non bonos aliquos ſpiri-
tus ſiue angelos, hunc locum per alterum explicantes.
e Pſ. 105. ver. 36. Nam infrà [e] apertè eos Dauid appellat שדים *Sedim*,
id eſt, Diabolos, cacodæmonas, ſicque Idola ſiue ſcul-
ptilia eſſe Diabolorum receptacula, & tamquam cor-
f In Protrep. extat. pora. Hinc Clemens [f] *omnes dij gentium dæmoniorum ſunt
Idola*, οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα. Item vt con-
temptim minueret, quòd ſibi dæmones arrogabant: vel
quia piis nihil prodeſſe, aut obeſſe poſſunt, vt docetur D
g 1. Cor. 8. v. 4 ab Apoſtolo [g]. *Idolum nihil eſt in hoc mundo.* Et [h], *Idolũ
h Cor. 10. v. 1. non eſt aliquid*, id eſt, nullius contra ſanctos poteſtatis.
Contrà maligni ſpiritus ſe Dæmonia & Dæmonas in-
ſcribebant, quaſi diuinos & admirandos. Nam, vt in
prauam partem perpetuò ſumuntur apud ſacros pro
malignis & apoſtaticis mentibus, quæ ſuum deſerue-
runt principatum, in quo fuerant à ſummo Deo collo-
catæ: ita apud prophanos in excellentem. Quare apud
Ariſtotelem



A Ariſtotelem τὸ δαιμόνιον, pro diuino & admirando, &
apud Platonem δαίμον pro ſapiente vniuerſi moderato-
re. Nempè impuri illi Spiritus ſuam infœlicitatem ce-
lantes, ſibi omnem admirabilitatem, diuinitatémque
tribuebant, immò verò & omnium rerum ſcientiam,
ac reliqua Dei propria. Nam ἀπὸ τοῦ δαίειν ſe dictos aie-
bant, vt narrat Euſebius [a]. *Ex quo factum* (inquit) *vt* a Li. 4. præp.
*apud nos nomina iſta ſemper malè ſonent, neque vllum bo-
num dæmonem noſtræ dicant Scripturæ.*

B 7 *Confeßio & pulchritudo in conſpectu eius*, laus, Me-
tonymicè, laudis & confeſſionis materia. Omnia
ſunt laudabilia, laudis, pulchritudinis, gloriæ, ma-
ieſtatis coram ipſo plena, ſiue apud ipſum: Ipſe eſt
maximè laudabilis, pulcherrimus, ſanctiſſimus, magni-
ficentiſſimus, quoniam glorioſè vicit diabolũ & mor-
tem, reſurgendo. הוד *Hod* Septuaginta ſolent deduce-
re à הודה *Hodà Confeſſus eſt*, in Hiphil. Recentiores
malunt Hé eſſe radicale, & ſignificare Gloriam, maie-
ſtatem. *Sanctimonia* עוז *Hoz*, fortitudo, potentia, *In
ſanctificatione eius*, in ſancta eius maieſtate, id eſt, in
C ipſo, qui eſt ſanctus, Gall. *en ſa ſainctetè*: vt proximè *in
conſpectu eius*, in facie eius: & ſuprà [b] *nomini eius.* Nam b Verſ. 7.
ſic circumloquuntur Deum honoris cauſa, vt cùm Põ-
tificem Sãctitatem vocamus; Regem Maieſtatem. Alij,
in loco eius ſancto, ſiue ille ſit cælum, ſiue templum.
Nam Kimhi per ſanctificationem, cœlum intelligit:
alij templum, vel Eccleſiam; in qua etiam omnia ſunt
ſancta, potentiæ & magnificentiæ plena ob ſacramen-
ta, verbum Dei, gratias, quæ illic copioſè conferuntur
& elucẽt: denique quia perfecta ſanctitate, & vita ęter-
na eã donabit. Hebraicè מקדש *Mikdas, Sanctuarium*,
D locus Deo dicatus, quem etiam Sanctificationis voca-
bulo noſtri interpretes donant, vt [c] *Venerunt alieni ſu-* c Ier. 51. v. 51.
*per ſanctificationem domus Domini*, id eſt, ſanctuarium [d]. d 1. Mach. 1.
Et *Anthiochus intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia ma-* verſ. 23.
*gna.* [e] *Sanctificium*, quòd in eo oporteat omnia ſancta e Pſ. 77. v. 69.
eſſe pura, nitida, & magnifica.

8 *Afferte Domino patriæ gentium.* Hi duo verſus repe-
tuntur è Pſal. 28. [f] Sunt autem Prophetici de vocatio- f Verſ. 1. & 2.
ne Gentium. *Patriæ.* Hîc non eſt vox Latina, ſed Græca,
πατριαί, id eſt, familię, tribus, cognationes, vt & Hebrai-
cè ſonant. *Afferte*, tribuite ponderoſè, vnde יהב *Iahab*
onus

onus,pōdus portate, onus imponite prop. Sic loquitur, A
vt ſignificet Deum non modò honore & gloria afficien-
dum , ſed etiam re , opibus & bonis , iuxta illud , *Non*
*apparebis in conſpectu meo vacuus.* Ternarius numerus eſt
ſacer ob myſterium ſanctiſſimæ Triadis. Ideò enim eo
Scriptura gaudet. *Nomini* (&) nomini eius. Aſyntheton
inter duo crebrum. Maſoretæ ponunt in Genitiuo, *Glo-*
*riam nominis eius,* quam nomen eius,id eſt,ipſe meretur.
Gloriam nomini eius debitam. Pro gloria & maieſtate
nominis ipſius eum celebrate & colite.

9 *Tollite hoſtias, & introite*, ferte, eleuate, attollite prop. B
*Hoſtias.* Vox מנחה *Minhá*, fertum,& ſacrificium fari-
naceum propriè ſignificat. Nēpè alludit ad ſacrificium
Euchariſtiæ,quod eſt incruentum,& manibus ſacerdo-
*Euchariſtiæ ſacrificium.* tum eleuatur in cœlum,quando Deo offertur, vt in ve-
terum Terumoth fiebat. *In atrio*, Hebraicè in decore
ſanctitatis eius,id eſt,è Kimhi,in templo locorum om-
nium glorioſiſſimo & ſanctiſſimo. Non tam rectè alij,
ſancto cultu & decoro, qui deceat illius maieſtatem,
*a Pſalm. 28. verſ. 3.* vel in virtutum ornatu. cætera ſuprà[a]. *Atria*, plur. ſunt
templa, vel particulares Eccleſiæ. *Atrium*, ſing. Eccle-
ſia Catholica in genere.

10 *Commoueatur à facie eius*, חילו *hilu* , cruciamini. C
Timeat , more parturientis fœminæ , crucietur ante
eum , & expaueſcat vniuerſus orbis terrarum : timeat
eum offendere. Nam in bonam partem debeat accipi,
*Quia Dominus regnauit.* Per fidem & cultum. q. d. quia
in orbe terrarum creditur,agnoſcitur,colitur. Dominus
ante aduentum ſuum in terras regnabat per poteſta-
tem ſuam,ſed non per fidem & religionem. Nam ne-
que credebatur,neque colebatur. Septuag. addiderant,
& quidem Propheticè , trecentis circiter annis ante
Chriſtum, *à ligno*: quomodo citant veteres Iuſtinus,La- D
ctantius,Tertullianus,Arnobius,Auguſtinus,Caſſiodo-
rus,Theodulphus: Pſalterium Romanum,&c. Atque is
fuit modus vertendi veterum , vt paucula obiter inter-
calarent,quæ inſeruirent perſpicuitati myſterij. Sic ſæ-
pè præter Hebraicum contextum, nonnulla de ſuo in-
terponunt in Lege & Prophetis ad locos obſcuriores
illuminandos Ionatham & Onkelos , qui proinde non
tam Chaldaici tranſlatores , quàm Paraphraſtæ appel-
lãtur. Quem vertēdi modum ſecuti ſunt Sep. pleriſque
locis ad



A locis ad literæ maius lumen , vt ſuprà[a], & illud[b]: *Et* *a Pſ. 71. v. 19.*
*vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus, admirabilis, con-* *b Eſa. 9. v. 6.*
*ſiliarius , Deus , fortis.* Nam magni conſilij Angelum in-
terpoſuerunt, vt docerent oraculum pertinere ad Meſ-
ſiam, non Deum Patrem , vt quem Angelum nemo di-
xerit, quòd à nullo mitti poſſit, cùm non ſit nouum, vt
Meſſias tamquam à Patre miſſus *Angelus teſtamenti*[c],
&, *Angelus , in quo eſt nomen Dei*[d], vocetur. Malè ergo *c Mal. 3. v. 1.*
has duas voculas è noſtris exemplaribus, quæ de indu- *d Exod. 23. v. 20. & 21.*
ſtria , & per Spiritum ſanctum à ſanctiſſimis his Pro-
B phetis fuerant interiectæ, ſuſtulerunt, ſiue Iudæi, vt Iu-
ſtinus Martyr[e] putat , ſiue quidam olim ſcioli , vt lin- *e Cōtra Tryphonē, pag. 83.*
guam Hebræam oſtentarent , aliquid in Septuaginta
notando, quod minimè in Archetypo reperirent: cuius
vanitatis , atque adeò nequitiæ nimium multos hodie
fert tellus. Sic enim veterum omnes libri, vel corrum-
puntur, vel mutilantur. Quamuis enim in Hebræo mi-
nimè habeantur verbo, at habentur ſenſu. Nam modus,
vel tempus definitur, quo Chriſtus Dominus regnauit
in Gentibus. Aliqui regnum vi & armis conſequuntur,
C alij ex genere , alij aliter. At Chriſtus *à ligno* , ſiue per *Chriſtus à ligno regnauiſſe cur dictus ſit.*
lignum Crucis, qui modus eſt nouus, mirus & inſolens.
*Cùm exaltatus*, inquit[f], *fuero, omnia traham ad meipſum.*
Per crucem eſt conſecutus poteſtatem in cœlo & in
terra. Per crucem regnat latè in terra , & ſedet ad dex- *f Ioã. 12. v. 32.*
teram Dei, &c. Vel *à ligno*, poſt lignum, poſt mortem
crucis. Tum enim Deus Chriſtum ab inferis excitauit,
illúmque Gentibus præpoſuit, vt eos omnes regeret &
gubernaret pro arbitrio. Etſi enim hæc à primo conce-
ptionis puncto fuit humanę naturę in Chriſto poteſtas,
ea tamen non niſi confecto noſtræ redemptionis ope-
D re, poſt reſurrectionem vſus eſt.

11 *Correxit*, ſtabiliuit, firmauit, Hebraïcè תכון *thic-*
*con.* Verùm ita reddiderunt , quia hæc non tam dicun-
tur de mundo creato & conſtituto, quàm recreato &
reſtituto per Chriſti Euangelium. Mundus antea erat
deprauatus , non modò vita & moribus , verùm etiam
idololatria, Dei ignoratione, & opinionibus. Hūc iam
correxit, in religione , vita, moribus , conſcientia, ne
deinceps ſit abſque pietate , fide , Dei veri agnitione,
quicquid moliatur Satanas. Eam enim , vt olim , non
extinguet penitus , vel ad vnam familiam contrahet.

QQ

Tam graue fuit peccatum Adæ, & humani generis, vt A
omnes peccauerint,& Deum, Deiſque cultum deſeruerint: at tanta gratia Chriſti,tam efficax, tam copioſa,vt perpetuò multi futuri ſint probi, & pij vbique per orbem,qui numquam,nulliſque perſecutionibus,& pœnis dimouebuntur à Dei cultu,notitia,confeſſione.Inſignis promiſſio & valdè conſolatoria,non defecturam fidem inter gentes,vt olim. *Non commouebitur,* ab Euangelica doctrina,& fide, à Dei vera notitia. Eccleſia enim toto orbe conſtituta perpetuabitur,nec vlla vi aut oppugnatione diaboli, & adminiſtrorum ipſius delebitur,vt anteà, quando omnes peccauerunt & indiguerunt noua B
Dei gratia ad humani generis reparationem.

12 *Lætentur cœli & exultet.* Proſopopœis lætare iubet mundum,omnéſve creaturas,Chriſto regnum ineunte: quoniam ille vtiliter,& iuſtè omnia moderabitur & reget.Alij allegoricè, Cœlum, terram, mare,campos,arbores exponunt,vt Chald. *Lætentur exercitus cœlorum,& exultent iuſti terræ.* Simplex eſſe poſſit Metonymia, Cœlites, terrigenæ, inſulani, & marini homines,agreſtes, ſylueſtres,&c. *Commoueatur* in lætam partẽ. Ad verbum
ירעם *iirham*, id eſt, tonet,reſonet,fremat,præ gaudio C
ſcilicet,cum multo ſonitu gaudeat, externo fragore,& bombo teſtetur internam animi lætitiam,geſtiat mare, & *plenitudo eius*,id eſt,piſces & cætera mari cõprehenſa, vt inſulæ.Minus rectè in triſtẽ,vt ſit Antitheſis: Exultẽt cœli, id eſt, Angeli & omnes electi,commoueatur autem mare,& plenitudo eius,impiorum turba.

13 *Tunc exultabunt omnia,* illo gratiæ tempore.Euthymius tamen, illo iudicij die. *Ligna ſyluarum.* Nam in nemoribus,& ſyluis non iam cultus dæmonum peragetur,non iam conſecrabuntur idolis,ſed Deo.Vel Metonymicè, homines ſylueſtres & ruſtici. *A facie Domini,* D
ante Dominum. *Venit.* Bis repetitur propter vtrumque aduentum viſibilem. Tertius enim per verbum Dei,ſacramẽta,& gratiam eſt inuiſibilis.*Iudicare,* regere, regnare,moderari: ſic ſeq.verſu,& ſuprà[a].Ante mundi ad Deum conuerſionem Satanas regnabat per infidelitatem,deinceps Deus per fidem in ſæcula ſæculorum.

*Chriſti aduentus duo viſibiles.*
a v.11.

14 *In veritate ſua,* in, vel per veram ſuam legem. Alij, in fide ſua,id eſt,ſecundum ſuas promiſſiones.Iudicare, vſu linguæ ſignificat regere: vnde *liber Iudicum,* id eſt, recto



A rectorum & principum. Poſſit ergo loqui non ſolum de tempore poſterioris aduentus Domini ad iudicandum viuos & mortuos, verùm etiam prioris, quo poſt aſcenſionem adiit Patris dexteram, & cœpit efficaciter regere omnes nationes, eas partim conuertendo, Satana tenebrarum principe foras expulſo, partim euertendo, & conſtituendis nouis regnis, vt in laceratione Romani Imperij,& Perſici patuit.Canit enim ſæpè duplex iudicium, vnum nouiſſimum, quod expectatur,
B alterum primum,quod iam perfectum contra impietatem & Tyrannos.

## ARGVMENTVM.

*Homines & Angelos inuitat ad Chriſtũ Dominum adorandũ,qui ſit extremo ſuo aduentu idololatras pudore affecturus, boniſq; lucẽ allaturus. Heb.1.*

1 Huic Dauid, quando terra eius reſtituta eſt ei. XCVI. Hebr.97.

C DOminus regnâuit,exúltet terra: lætêntur ínſulæ multæ.
3 Nubes & calígo in circúitu eius: iuſtítia& iudíciũ corréctio ſedis eius.
4 Ignis ante ipſum præcêdet: & inflammâbit in circúitu inimîcos eius.
5 Alluxêrunt fúlgura eius orbi terræ: vidit, & commôta eſt terra.
D 6 Montes, ſicut cera, fluxêrunt à fácie Dómini: à fácie Dómini omnis terra.
7 Annunciauêrunt cœli iuſtítiam eius: & vidêrunt omnes pópuli glóriam eius.
8 Confundântur omnes,qui adôrant ſculptília:& qui gloriântur in ſimulâchris ſuis.
9 Adoráte eum omnes ángeli eius: audîuit, & lætâta eſt Sion.
10 Et exultauêrunt fíliæ Iudæ: propter iudícia tua Dómine.

11 Quóniam tu Dóminus Altíſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltâtus es ſuper omnes Deos. A

12 Qui diligitis Dóminum, odîte malum: cuſtôdit Dóminus ánimas Sanctôrũ ſuôrum: de manu peccatôris liberâbit eos.

13 Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætítia.

14 Lætámini iuſti in Dómino: & confitémini memóriæ ſanctificatiônis eius.

B

---

1 *Huic Dauid.* Inſcriptio addita præter fontem, indicat Pſalmum eſſe de reſtitutione totius terræ, quæ perfectè continget in extremo iudicio, quando omnia ſubiicientur ſub Meſſiæ pedibus [a].

2 *Dominus regnauit,* toto hoc Pſalmo Chriſtus, Apoſt. interprete [b]: iam is, inquit, regnauit in orbe, in quo antè Diabolus regnabat. Chriſtũ regnare præſertim apparebit nouiſſimis illis tẽporibus, cùm omnia ſibi, & Patri ſubiecerit [c]. Tum enim prorſus regnũ Satanæ concidet. C

3 *Correctio,* rectitudo, firmitas, baſis. Vox מכון *mecon* ſonat locum firmum & rectum, ſiue rigidum. Iuſtitiam autem referunt ad miſericordiam, & beneficentiam erga probos, iudicium ad ſeueritatem, & pœnas contra improbos. Significat Chriſtum venturum ad iudicium cum pompa, & maieſtate in nubibus.

4 *Ignis ante ipſum præcedet.* Ad iudicium poſtremum ſe ſic terrificè comparabit, ſuámque tremendam poteſtatem nube & caligine conſpicuam præbebit, vt olim in promulgatione Decalogi [d], & Euangelij die Pentecoſtes [e], vbi minus erat cauſæ. Nam eò expectaſſe Pſalmographum apparet ex eodem Pauli loco, ne quis hæc dicta putet de vi, & poteſtate, qua vtitur Chriſtus etiam nunc in ſceleratos, quòd ignis Metaphoricè acerbitatem ſupplicij ſignificet. De hoc igne conflagrationis ſiue purgationis, loquitur Petrus [f], qui præibit iudicium, ad cœlorum & elementorum purgationem, ad terrorem quidem improborum: proborum verò ſalutem & ſolatium, quemadmodũ Auguſtinus interpretatur. D

a *1. Cor. 15. v. 25.*
b *Heb. 1. v. 6.*
c *1. Cor. 15. v. 24.*
d *Exod. 19. v. 16.*
e *Act. 2. v. 2. 3.*
f *2. Petr. 3. v. 12.*



A tur. Poſſit tamen intelligi de igne æterno ad ſupplicia damnatorum comparato. Quoniam [a] reuelandus Chriſtus aſſeritur, *cum Angelis virtutis ſuæ, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, neque obediunt Euangelio.* Is hîc dicitur præceſſurus ad iudicium, quia paratus erit ad corripiendos impios, ſimulátque Dominus ſententiam protulerit.

5 *Alluxerunt fulgura eius orbi terræ,* micarunt per orbem terrarum. De reliquis iudicij ſignis & terroribus. *Vidit:* terra hæc fulgura vidit, & concuſſa eſt. Nam vt hoc B pertineat ad illuſtrationem orbis per fulgetra Euangelicæ doctrinæ, atque miracula, ſuperior Pauli locus non patitur. Deinde omnia eſſent allegorica. Montes ſuperbi, terra carnales, fulgura Euangelium, cœli Apoſtoli & Prophetæ: de quo recurre ad Euthymium & Auguſtinum. Sunt autem hęc præterita pro futuris more Prophetico, vt infrà [b].

6 *Montes ſicut cera fluxerunt,* igne conflagrationis. *Elementa enim calore ſoluentur: Terra autem, & quæ in ipſa ſunt res, exurentur* [c]*: A facie Domini*, præſente Domino, C ante Dominum, aduentu Domini. *Omnis terra* fluet, ſiue liqueſcet, per Zeugma. Maſoretæ maluerunt eſſe genitiui caſus, *A facie Domini totius terræ.* Quo etiam modo legitur in Græcis codicibus, *κυρίȣ πάσης τῆς γῆς.*

7 *Annunciauerunt*, pluendo ignem, ſulphur, grandinem, & cætera terribilia contra impios, cœli prædicabunt Deum eſſe iuſtum. Iuſtitia enim eſt, & gloria eius iſtos punire, Kimhi. Vel eſt ſimplex Proſopopœia ad exaggerationem. Aliqui etiam Metonymicè intelligunt cœlites, id eſt, Angelos, quorum miniſterio multa in hoc iudicio peragentur. *Gloriam eius,* maieſtatem & potentiam tanti iudicis.

D 8 *In ſimulachris ſuis.* Heb. אלילים *Elilim,* quã vocem vertunt nunc ſimulachra, nunc Dæmonia, vt ſuprà [d]. Quoniam Idola non erant ſimplicia & nuda ſimulachra, ſed dæmonum veluti domicilia, & latebræ diabolicæ inſpirationis & inſtinctus participes. Item quia in illis, & per illa dæmones colebãtur tamquã eorum monimẽta & ſpecies, quæ Deorũ proinde corpora vocauit Hermes, quòd præſentiam ſuam in eis exhiberent, æmulati fortaſſis verum Deum, qui ſui copiam faciebat in propitiatorio ad Cherubim. Tale aliquid innuit

a *2. Theſſal. 1. v. 7.*
b *v. 6. 7. & 11*
c *Ibid. Petrus v. 12.*
d *Pſ. 95. v.* [illegible]

Arnobius contra Gentes [a], dum ſcribit *in Idolis inhabitare Deos*, & Auguſtinus [b] poſt Lactantium [c] & Euſebium [d] reſponſa dare, ſigna edere, morbos curare, certam opem laborantibus impertire. Propriè vox contemptim ſonat Deiculos, vel iuxta alios, Nihila, res vanas & nullius momẽti, vel אַל אֱלֹהִים *al Eloim, non Dij.* A

9 *Adorate Dominum omnes Angeli.* Hunc locum explicat Apoſtolus, probaturus Chriſtum Angelis eſſe maiorem [e], *Adorent eum omnes Angeli Dei*, inquit Deus Pater, *cùm iterum introducit primogenitum ſuum in orbem terrarum*. Ineptè Rabbini aliqui cenſent השתחוו *hiſhtuhauu*, eſſe præteritum kal, cùm ſit Imp. *Angeli*, B Dij Hebraicè אלהים *Elohim* quo nomine intelliguntur ſæpè Angeli, vt ſuprà [f] & alibi Apoſtolo & Hebræis teſtantibus. Hi non adorant ſolùm diuinitatem eius, verumetiam carnis eius gloriam. Ambroſius [g], Chryſoſtomus [h], Recentiores, tametſi Apoſtolus hanc interpretationem approbarit, *Adorate eum omnes Dij*, i. quicquid habetur pro Deo, adoret hunc verum Deum, eíque cedat. *Audiuit*, audiuit Sion ſiue Eccleſia veniſſe Dominum in terram, & læta ta eſt. Diligit enim aduentum eius, vtpotè ſibi ſalutarẽ, vtut ſit impiis terribilis. C

10 *Filiæ Iudæ*, Eccleſiæ ab iſta Sionia ſiue Hieroſolymitana prognatæ. *Propter iudicia tua*, propter beationem proborum, & damnationem improborum.

11 *Super omnes Deos*, Angelos. Quare & ſedere dicitur ſuper omnem principatũ, &c [i]. Retinuerunt iam Deorum nomen, etſi eadem hîc vox אלהים *Elohim*, quæ verſ. 9. vt docerent intelligi nunc poſſe tam fictitios Deos, quàm poteſtate pollentes homines.

12 *Odite malum*, neutrius generis: etſi Rabbini quidam maſculinè exponant de malo homine.

13 *Lux orta eſt.* Hebraicè זרוע *zaruah*, ſata & ſparſa D propriè, vt eam latè, laxè & copioſè colligat. Ne quis exponat, emerſit, apparuit, quę ſe antea occultabat. Lux & lætitia ſparſa ſunt in hoc mundo iuſtis, & rectis corde, quæ poſtea metant in hoc futuro Chriſti aduentu, Kimhi. Lucem & lætitiam futuræ beatitudinis hîc ſeminatam in animis noſtris & conceptam, colligent in cælo, beato Dei conſpectu, & immortalibus gaudiis, voluptatibúſque perfruentes. Vel eſt præteritum pro fut. Tum à Deo orietur, feretur, ſpargetur, copioſe tribuetur

a *Lib. 1. pag. 31.*
b *Lib. 18. de Ciuit. ca. 24.*
c *Lib. 2. c. 8.*
d *1. Lib. de Præp.*
e *Heb. 1. v. 6.*
f *Pſal. 8. v. 6.*
g *De Spiritu ſancto, lib. 3. cap. 12.*
h *Hom. 5. ad Heb.*
i *Eph. 1. v. 21. Philip. 2. v. 9.*



A buetur lux & lætitia rectis corde. De æterna aliqui exponunt, de qua Eſaïas [a].

14 *Sanctificationis eius.* Periphraſis Dei, vt ſuprà [b]. Celebrate memoriam eius, qui quidem eſt ſanctus: memoriam eius ſanctam. Rabbini quidam malunt *Memoriam ſanctificationis eius*, eſſe Periphraſim nominis Dei tetragrammati, quod quidem eſt memoria ſiue commemoratio ſanctitatis eius, vt auctor faſciculi Myrrhæ ait [c]. Laudate publicè facta eius admiranda, prodigia & miracula eius, quæ ſunt monimenta, & commemorationes ſanctitatis eius.

a *Eſa. 35. v. 10 & 51. v. 3*
b *Pſal. 29. v. 5. & 95. v. 7.*
c *Gen. 8.*

B

## ARGVMENTVM.

*Inuitat ad Chriſtum celebrandum, qui ſe ſit omnibus exhibiturus, & orbem iudicaturus.*

1 Pſalmus ipſi Dauid. XCVII. Hebr. 98.

CAntâte Dómino cánticũ nouum:
quia mirabília fecit.
3 Saluâuit ſibi déxtera eius: &
C brâchium ſanctum eius.
4 Notum fecit Dóminus ſalutâre ſuum: in
conſpêctu Géntium reuelâuit iuſtítiam ſuam.
5 Recordâtus eſt miſericórdiæ ſuæ: & veritâtis
ſuæ dómui Iſrael.
6 Vidêrunt omnes términi terræ: ſalutâre
Dei noſtri.
7 Iubilâte Dómino omnis terra: cantâte, &
D exultâte, & pſállite.
8 Pſállite Dómino in cythara, in cythara, &
voce pſalmi: in tubis ductílibus, & voce tubæ
córneæ.
9 Iubilâte in conſpêctu regis Dómini, moueâtur
mare, & plenitûdo eius: orbis terrârum,
& qui hábitant in eo.
10 Flúmina plaudent manu, ſimul montes

exultábunt à conſpéctu Dómini : quóniam venit iudicâre terram. A

11 Iudicâbit orbem terrârum in iuſtítia : & pópulos in æquitâte.

---

2 *Cantate Domino.* Etiam hoc eulogium de Chriſto enunciatur toto hoc Pſalmo, qui conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum.

3 *Iuuauit ſibi*, ſe eius omnipotentia : quia Chriſtus à morte ſe ſaluum fecit, reſurgens propria virtute & poteſtate, deindéque de mundo triumphauit. Verbum B הושיע *Hoſah*, ſaluandi, ferè conſtruitur cum Datiuo apud Hebræos, vt [a] *Hoſanna filio Dauid.* i. ſalua filium Dauidis. Dominus ſaluauit ſe ſua dextera & brachio, ſe & ſuos eripuit è manibus hoſtium abſorpta morte, peccato, Diabolo, inferno, mundo. Tribuit dexteræ per Proſopopœiam, quod erat tribuendum Domino [b]. *Dextera*, enim Nominatiuus eſt verbi ex Hebr. ימינו *iemino*, contra eos, qui vertunt in Ablatiuo, *Saluauit ſibi dextera ſua & brachio ſanctitatis ſuæ.* Aliqui ſubaudiunt, C *Vos*, vel *nos*, vel per hypozeugma, Gentes, ad hanc ſyntaxin minus attendentes. Dextera eius ( nos Gentiles ) ſaluauit ſibi. i. in ſuam gloriam.

a *Matth. 21. verſ. 9.*

b *Vt Eſa. 59. ver. 1.*

4 *Salutare ſuum*, ſalutem à ſe partam. Confer cum Eſaïa [c]. Si de Deo Patre, Salutare deſignabit Chriſtum Saluatorem, quem Deus cognitum fecit Gentibus ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ [d]. *Iuſtitiam ſuam.* Actiuè, iuſtitiam, qua iuſtificat impios, reuelauit Gentibus omnibus per Apoſtolos, & gratiâ, per quam iuſtificamur. Hinc Paulus [e] : *Iuſtitia enim reuelatur in Euangelio ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuit.* Et D iterum [f] : *Nunc autem iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege, & Prophetis* Nonnulli iuſtitiam etiam intelligunt, qua in ſe iuſtus eſt, quando eam hominibus per orbem notam fecit, ſe iuſtum mundi Dominum, & iudicem patefaciens : Satanam autem iniuſtum, & tyrannum.

c *Eſa. cap. 52. ver. 10. 11.*

d *Roman. 3. ver. 25.*

e *Rom. 1. ve. 17.*

f *Cap. 3. v. 21.*

5 *Et veritatis ſuæ domui Iſrael*, fidei in præſtandis, quæ promiſerat Iſraeli, de ſuo aduentu. *Domui Iſrael.* Datiuus commodi ſiue acquiſitionis conſtructus cum verbo

*Recor*



A *Recordatus eſt* : in commodum, gratiam, ſalutem domus Iſrael, recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, *ſicut locutus eſt Patribus noſtris, Abrahæ & ſemini eius in ſæcula* [a]. Alij conſtruunt cum pronomine *ſuæ*, ſuæ erga domum Iſrael veritatis, & fidei.

a *Luc. 1. v. 55.*

6 *Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei.* Actiuè, ſalutem, qua ſaluauit mundum : vel, ſaluatorem Chriſtum.

7 *Cantate, Pſallite.* Verba his Hebraicè reſpondentia פצחו *pitshu*, וזמרו *vezameru*, ſic Rabbini diſtinguunt, vt illud ſit ore, hoc inſtrumentis muſicis. Vnde & Pſalmos מזמורים *Mizmorim* appellari, quòd inſtrumentis ſimul, ac ore canerentur.

B 8 *Tubis ductilibus*, metallicis. Addiderunt duo epitheta, *Ductile, & corneum*, vt diuerſa buccinarum vocabula diſtinguerent. Nam חצוצרה *Hatſotſerá*, eſt tuba è ducto fuſóque argento, & alio metallo, quam deſcribit Ioſeph. [b] שופר *Sophar*, autem è cornu. Pſallere autem cum his & aliis inſtrumentis eſt cum alacritate & voluptate omnibus modis lætitiam conceptam teſtari, non cum pigritia, torpore, faſtidio, perfunctoriè.

b *Lib. 3. Antiq. ca. 15.*

9 *Moueatur mare & plenitudo*, Hebraicè ירעם *yrham*. i. Tonet, propriè. Proſopopœia de ſummo gaudio. C *Plenitudo eius*, piſces, quibus plenum eſt mare, vel inſulæ.

10 *Simul montes exultabunt.* Simul conſtruendum cum ſequentibus. Nam in *Manu*, eſt Athnah ſiue colon. *Iudicare*, regere. Sic mox *Iudicabit*, reget, vt infra [c] vt ad primum aduentum referatur.

c *Pſalm. 105. verſ. 14.*

11 *Iudicabit orbem terrarum*, Conſule verſum vltimum Pſal. 95. *In æquitate*, Hebraicè במישרים *bemeſcharim*. i. in rectitudinibus propriè. Iuſtè & æquè. Sic enim enunciant qualitatis aduerbia.

D

---

## ARGVMENTVM.

*Chriſtum, vt Dominum, celebrat, & ad eum inuocandum, eiúſque veſtigia adorandum inducit, exemplo Moſis, Aaronis, Samuelis.*

1 Pſalmus ipſi Dauid. XCVIII.
Hebr. 99.

DOminus regnâuit, iraſcântur po- A
puli: qui ſedet ſuper Chérubim,
mouëâtur terra.
3 Dóminus in Sion magnus: &
excêlſus ſuper omnes pópulos.
4 Confiteântur nómini tuo magno, quóniam terríbile & ſanctum eſt: & honor regis iudícium díligit.
5 Tu parâſti directiônes: iudícium, & iuſtítiam in Iacob tu fecîſti. B
6 Exaltâte Dóminum Deum noſtrum: & adorâte ſcabêllum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.
7 Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.
8 Inuocâbant Dominum, & ipſe exaudiêbat eos: in colûmna nubis loquebâtur ad eos.
9 Cuſtodiêbant teſtimónia eius: & præcêptum, quod dedit illis. C
10 Dómine Deus noſter, tu exaudiêbas eos: Deus tu propítius fuîſti eis, & vlſcîſcens in omnes adinuentiônes eôrum.
11 Exaltâte Dóminum Deum noſtrum, & adorâte in monte ſancto eius: quoniam ſanctus Dominus Deus noſter.

D

---

2 *Dominus regnauit, iraſcantur populi,* (etſi) iraſcantur, (quantumuis) apud ſe indignentur, ſtomachentur, tumultuentur, excitatis motibus, ſeditionibus, perſecutionibus contra hoc Chriſti regnum, velut ſibi perniciosum. Eſt enim Cōceſſio. q.d. Velint, nolint, etiamſi fremant & renitantur. Contrà ſuprà [a] *Dominus regnauit, exultet terra.* Sed hîc loquitur de impiis terræ incolis, illic de gentium plenitudine in hoc regnum, & regni

a *Pſalm. 96. verſ. 1.*



A regni huius ſocietatem ingreſſura. Verbū רגז *Raghaz*, etiam contremiſcere ſignificat. Contremiſcant populi ad huius regni nouum exortum, & paueant. Nam iuſto, & ſeuero imperio prementur, & ad ordinem, vel inuiti compellentur exquiſitis pœnis, & ſuppliciis. *Populi,* Iudæi &. Gentiles. *Qui ſedet ſuper Cherubim,* qui dat reſponſa, regnauit, per Zeugma. Eſt autem Periphraſis Dei, de Cherubis arcæ propitiatorium, ſiue tegmen obumbrantibus reddentis oracula, vel potius inequitātis Cherubim animalia alata, vt celeriùs adſit: aut potentia, dignitate & maieſtate ſuperantis Cherubos, pri-
B mæ inter creaturas notæ, cælorum veluti principes, ab illis repræſentatos, qui fœderis arcā cuſtodiebant. Vide ſuprà [a]. Mendosè in aliquibus exemplaribus in ſecunda perſona *Qui ſedes,* vt ſit precatio, ô Deus, qui ſedes ſuper Cherubim, terra commoueatur & perturbetur. *Moueatur,* (etſi) moueatur, (quantumuis) commoueantur, attoniti fiant terræ habitatores, qui interpretantur iſtud Domini regnum condi, & exurgere in ſuam perniciem, Chriſtus regnabit colligens, & ſeruans Eccleſiam, licet mundus iraſcatur & moueatur.

a *Pſ. 79. v. 2.*

C 3 *Dominus in Siō magnus,* vt ſuperioribus Pſalmis Chriſtum denominat. Eſt magnus in Siō ſiue Iſraele, & Eccleſia, & excelſus ſuper omnes populos ſiue eleuatus, quoniam eos deprimet & ſubiiciet.

4 *Nomini tuo magno,* omnes populi publicè celebrēt te, tuum nomen & memoriam. Secretiores Theologi Tetragrammaton ineffabile intelligunt, quòd more reliquorum diuinorum nominum non deſignat effectus & operationes Dei, ſed ipſammet eſſentiam puram, ac ſimplicem cum ipſius interioribus proprietatibus (Perſonas hauddubiè conſtituentibus) abſque
D vllo ad opera extrà poſita reſpectu. De quo illud [b]. *Quid facies nomini tuo magno.* Et [c] *Iuraui in nomine meo magno, ait Dominus.* Cuius myſteria lege apud R. Ioſeph [d]. quaſi dicat publicè colant te cum tuo illo nomine repræſentante Eſſe tuum incomprehenſum, tuam eſſentiam mirabilem, internáſque ipſius proprietates, ſecundum quas re ipſa, & actu es trinus. Myſteria illius magni tui nominis agnoſcant, ac venerentur, te vnum videlicet eſſentia, trinum perſonis, tuam eſſentiam, τρισυπόστατον, id eſt, ter ſubſiſtentem ſiue in tribus hypoſta

*De nomine* יהוה.

b *Ioſ. 7. ver. 9.*
c *Hiere. 44. verſ. 26.*
d *In Saare Ora.*

*Deus vnus eſſentia, trinus perſonis.*

hypoſtaſibus. Quod implendum prædixit Tobias [a], A
a *Tob. 13. v. 15.* *Nomen enim magnum inuocabunt in te.* Cæterùm proximè dici terribile & ſanctum, quoniam per illud Moſes quidem & prophetæ, ſua edebant miracula, ſacerdotes autem oracula. Quin per illud obtinebant populo gratiam, atque miſericordiam, *Quoniam*, Sept. cenſuerunt Vau copulatiuum ſumi cauſaliter, vt interdum fit, vel ſub. כי *ki*. Et terribile, id eſt, quia terribile, ſiue admirandum. R. Selomo mauult rationem incipere ab epitheto præcedenti. Confiteantur nomini tuo (quoniam) magnum & terribile & ſanctum eſt. *Et honor regis*, fortitudo, potentia propriè, id eſt, rex honoratus, fortis & potens. Altera ratio, cur nomen tuum ſit celebrandũ: B
nempè quoniam honor & maieſtas tua regia ius, & æquitatem diligit; id eſt, iuris dictionem & diſceptationem. Gall. *Il ayme iuſtice: c'eſt à dire faire iuſtice:* quoniam tu, qui regia es potentia, honore, & maieſtate, ius æquúmque amas. Deum circumloquitur in tertia perſona, venerationis cauſa, vt ſępè antea. Sic ſuprà [b]
b *Pſ. 44. v. 6.* *In corda inimicorum regis*, id eſt, tuorum, qui es rex. Nam fuerat dicendum, honor tuus, qui es rex, tua regia maieſtas, vel potius, tu, qui es honore regio, iudicium diligis, gaudes iuſtitia. Fortitudinem hîc ſignificare gloriam & maieſtatem cum Septuag. cenſet R. Abraham, Abben Ezra. Maieſtas Dei amat iuſtitiam, delectatur iudicio, nihil vult agere contra iuſtitiam. C

5 *Paraſti.* Tertia ratio, cur celebrandum nomen Dei, ſiue Deus ipſe. Paraſti directiones ſiue rectitudines, id eſt, rectos & integros ſtabiliuiſti, firmaſti, præmuniuiſti, ne deiiciantur, & corruant. Abſtractum pro concreto, per Auxeſin. Parare & præparare, apud Septuaginta ex Hebraico כון *kun* ſignificat ſtabilire, fundare, cõmunire, proſperare, præſeruare, vſu Medico. Alij in abſtracto, firmaſti, ſtabiliuiſti rectitudines, atque æquitates, id eſt, omnia æqua, & recta conſtituiſti. Quod aliqui reſtringunt ad mandata, & leges Dei, quid iuſtum, quid iniuſtum monſtrantes. Sed rectiùs ad iuris conſeruationem, id eſt, dictionem. Quoniam loquitur de D
c *Verſ. 1.* Gentibus & populis in ordinem redigendis & puniendis, quos dixerat [c] iraſci & moueri contra exoriens Domini regnum. *Iudicium*, quo improbi caſtigantur. *Et iuſtitiam*, qua iuſti defenduntur, & proteguntur,



A tur, apud Iacobæos, vel pro Iacobæis, in terra tu exercuiſti. Quarta ratio. Alij, Præcepiſti fieri iudicium & iuſtitiam in Iacob. Quia enim ea diligis, illa ideo à Iacobæis patrari vis, lege data, quæ mõſtret iuſtũ, & iniuſtũ. Qua etiã interpretatione iudicij nomine illa iuris pars intelligi poſſit, qua facinoroſi puniuntur: iuſtitiæ verò, qua boni defenduntur ab improborum iniuria. Nam dum iubemur paſſim iudicium, & iuſtitiam facere, Rabbini exponunt iniuſta damnare, & iuſta iuſtificare.

6 *Scabellum pedum eius*, Templum, vt Chaldæus intel-
B ligit, vt verſ. vltimo ſe explicet. *Adorate montem ſanctitatis eius*, vel *Arcam fœderis*, vt Rabbini, cui Deus inſidere dicebatur, ob oracula & alias gratias. Noſtri Chriſti humanitatem in myſteriis adorandam, nedum extrà, vt Ambroſius [a], Auguſtinus [b] & Cyrillus [c]. In qua videlicet inhabitat & requieſcit diuinitas. Alluditur autem ad geſtum adorantium regem, & ad thronum eius æcumbentium. q. d. Coram ſcabello pedum eius procidite, quaſi ante pedes eius proſtrati: quoniam ſanctum, & honorandum eſt, quicquid ad ipſum pertinet, etiamſi abiectum videatur, vt pedum ſcabellum, nedum maximum, qualis eſt Euchariſtia. Hebræi etiam appel- C

*In Euchariſtia Chriſti humanitas adoranda.*
a *De fide.*
b *In hunc Pſ. & de verbis Domini ſecundum Ioa. ſer. 58.*
c *Lib. 3. in Ioan.*

lant rem abiectiſſimam & valde ſeruilem, ſcabellum pedum [d], & apud Eſaiam. *Cœlum mihi ſedes eſt* [e]: *terra autẽ ſcabellum pedũ meorũ.* Terra enim quaſi pedibus diuinitatis ſubiecta eſt, & calcata, adeò vt in ea cuncta gerat pro arbitrio, multò vilius & abiectius, quàm alibi ob hominum indignitatem & peccata. *Quoniam ſanctum eſt*, ſcabellum. Fons etiam maſculinum genus patitur, Quoniam ſanctus eſt (Dominus.) Sic Græcè, ὅτι ἅγιος. Quod ſequitur Hieronymus & Auguſtinus. Rabbini malunt neutrum.

d *Pſ. 109. v. 2.*
e *Eſa. 66. v. 1.*

D 7 *Moyſes & Aaron in ſacerdotibus.* Exemplo Moſis, Aaronis, Samuelis, Iudæos inuitat, vt Chriſtum Dominum agnoſcant, exaltent, adorent, & inuocent. Nam hæc nõ fore ſine fructu. Cadit autem hîc verſus in ſequentem. Moſes & Aaron ſacerdotes eius, & Samuel inuocator ipſius, inuocabant Dominum, &c. *In ſacerdotibus*, id eſt, ſacerdotes eius, de quo Hebraiſmo mox. Hinc [d] Moſes non tantùm dicitur ſacerdos, verum etiam primus legis ſacerdos, vt qui ſacerdotali munere functus ſit ante

d *1. Par. 27. in Deras.*

ſit ante Aaronẽ ſeptem conſecrationum,ſiue ordinatio A
num diebus [a] nec fuerit excluſus à magni ſacerdotij
functione 40.illis ãnis,quibus in deſerto rexit populũ,
è ſcriptis R.Ionathã,R.Ioſe,R.Ioſua,R.Berechia. Ideó-
que כהן הכוהנים *Cohen haccohanim*,Sacerdos Sacer
dorũ ab Abbẽ Ezra dicitur [b].Nã populo religionis quę
ſtiones finiit,obtulit Deo munera,& immolauit.Aarõ,
& filios eius cõſecrauit iuſſus [c],& fœdus ſanxit ſangui-
ne [d], Oblationes & donaria principum duodecim in
tabernaculũ & in altare excepit [e]. Aſſentiuntur noſtri,
vt Hieronymus [f], Auguſtinus [g], Dionyſius Areopa-
gita [h], Nazianzenus [i],Leo Magnus [k]. Atque hinc Phi- B
lo Iudæus libros ſuos de vita Moſis diſtributos in tres
partes,Regnum,Leges, & Sacerdotium, ita concludit:
*Atque hæc fuit vita,obituſque Moſis regis,legiſlatoris,vatis &*
*pontificis,ſicut ſacris literis proditur.Et Samuel inter eos,* In
fonte , Samuel in inuocatoribus nominis eius. Quod
duobus modis poteſt exponi. Vno , Samuel inuocator
nominis mei. Sic enim hunc idiotiſmum illuſtrarunt
Septuaginta [l]. Altero,Samuel,qui fuit inter inuocato-
res nominis ipſius. Samuelem autem non inter ſacer-
dotes,ſed inuocatores nominis Dei reponit, vt & Iere- C
mias*quòd purus eſſet Leuita. In tribu enim Leui qua
tuor erant ſtirpes,quarum ſola Aaronia erat ſacerdota-
lis,Aaronica Caathitica,Meraritica,& Gerſonitica.Etſi
enim Aaronitæ eſſent Caathitæ , ſiue de ſtirpe Caath,
vnius è tribus filiis Leui,tamẽ quia Caathitæ per lineã
dũtaxat Aaronis erãt ſacerdotes: per alias,vt per lineã
Choræ,de qua fuit Samuel, ſimplices Leuitæ,partẽ per
ſe quartam conſtituunt,& à Caathitis ſeparantur.Non
ergo fuit Sacerdos , niſi fortaſſe per quamdam diſpen-
ſationem ad tempus , ſecundum quam per ſeſe holo-
cauſta obtulit 1.Reg.8.verſ.9. benedicit hoſtiæ [m],tulit D
lenticulam olei , & in regem vnxit Saülem [n], vt Abbẽ
Ezra notat [o]. Quod facile concedet , cui venerit in
mentem Gedeonem idem præſtitiſſe,quantum ad ho-
locauſta,qui tamen erat de tribu Manaſſe,vt idem ibi-
dem cenſet [q]. Quoniam autem Samuelis hîc fit men-
tio , qui quatuor viguit ſæculis poſt Moſem , non vi-
detur hîc Pſalmus eſſe Moſis. Reſpondet Hierony-
mus [q] nomen ipſius propter eius meriti excellentiam
à Moſe

a *Leu. 8.*
b *Exod.28.*
c *Exo.28.v.1. & ſeq.& 29. v.1.&c.*
d *Exo.24.v.6*
e *Num. 7.*
f *Lib.1.cõtra Iouin.*
g *In hunc Pſ.*
h *Hierarch. Ecclę. cap. 5.*
i *Orat. ad Gregor. Nyſſ.*
k *Epiſtol. 88.*
l *Pſa. 53. v.5.*
* *Iere.15.v.1.*
m *Ibi.c.9.ve. 13.*
n *Cap.10.v.1.*
o *Exo.30.v.34*
p *Iud.6.v.19. 20.*
q *In explanatione Pſa.90. ad Cyprianũ.*



A à Moſe prophetici ſpiritus inſtinctu præuiſum,& in li-
teris annotatum. Cui addo eodem ſpiritu Eſaiam [a] in
teſtimonium adhibuiſſe Vriam, & Zachariam centum
annis , priuſquam extarent in rerum natura , eodem
nominatim excitaſſe Cyrum [b], ad liberandum Iſrael
è captiuitate Babylonica & Chaldæos euertendos,
duobus propè ſæculis antè , eodem propheram , no-
minaſſe Ioſiam trecentis annis ante ipſius ortum [c].
8 *Inuocabant Dominum.*Superior verſus in hunc cadit:
vnde afficiendus dumtaxat virgula. Moyſes & Aaron
ſacerdotes , & Samuel Leuita inuocabant Dominum
B (Chriſtum) *& ipſe* , &c. d *Exaudiebat eos.*Chaldaicè &
Hebraicè יענן *Iahanen reſpondebat eis.* Quod non-
nulli referunt ad Propitiatorium , in quo ſit locutus
cum Moſe, & Aaronè. Sed de Samuele nihil tale legi-
tur. Quin quia Sacerdos non erat , ad illud ingredi
non potuit , niſi fortaſſis per diſpenſationem , ſecun-
dum quam accipiendum illud Hieronymi [e] ex Ege-
ſippo, Iacobum fratrem Domini ſolitum ingredi San-
cta Sanctorum. Nam Apoſtolus diſertè ſcribit [f] illuc
ſemel in anno introire ſolum Pontificem. Quod re-
petit Ioſeph Ben Gorion [g], qui quia tamen [h] nar-
C rat mille ſacerdotes fuiſſe conſtitutos , qui Sanctum
Sanctorum ingrederentur , vnum de more videtur in-
telligendum , alterum extra ordinem , quando ad
conſulendum oraculum Domini ex re nata , vt ex fa-
me & bello , illud ingredi neceſſe eſſet. *In columna*
*nubis*,per colũnã nubis, vel ex colũna nubis quæ appa-
rebat ſuper tabernaculum, priuatim Moſem & Aaronẽ
alloquebatur,& familiariter [i]. Per viſionem autem Sa-
muelem [k]. Fortaſſe etiam in nube, Nam illum con-
tra Tyrios & Philiſtæos precantem exaudiuit, & in-
tonuit de cœlo, inque ſonitu magno auditam fecit
D vocem ſuam , &c. [l]. Quo modo Iobum in priuatis
colloquiis allocutus fuerat de turbine ſiue nebu-
la [m], ſe veluti nube cingens , ac eam inter ſe , &
illos interponens , vt ſuum fulgorem eorum imbe-
cillitati attemperaret.
9 *Cuſtodiebant præceptum* , ſtatutum propriè quo mo-
do coli velit. חוק *Hok* enim de ritibus & cęremo-
niis religionis.

10 *Adin*

a *Cap.8.v.2.*
b *Cap.44.v. 28.& 45.v.1.*
c *3.Reg.13.v.2*
d *Nu.14.v.13 14.& 16.v. 15.1.Re.7.v.9*
e *In Catalogo.*
f *Heb.9.ve.7.*
g *Lib.5.c.25.*
h *Initio eiuſdem capitis.*
i *Exo.24.v. 25.& 33.v.8. Nu.12.v.11.*
k *1.Reg.3.v. 12.*
l *Eccl.45.v. 21.& 1.Reg. 7.ver.10.*
m *Iob c.40. 41.& 42.*

10 *Adinuentiones eorum.* Paſſiuè contra eos. Vindicabat A
ſi quis aliquid aduerſum eos moliretur. De Core, Da-
a *Num. 16. v. 31. 32.* than, Abiron, & ſociis [a], quos Dominus vltus eſt mur-
murantes, & conſpirantes aduerſus Moſem & Aaro-
nem. Nam hæc non dicit de viris Sanctis, ſed de iis,
qui aduerſus eos ſeditionem concitarunt, qui partim
hiatu terræ abſorpti ſunt, partim igne perierunt, partim
quantum ad Samuelem tyrannide Saulis ſubiecti, ma-
ximas calamitates experti ſunt. Tamen quia & ipſi
culpantur: Moſes, quòd hæſitarit ſe aquam eductu-
b *Exo. 17. v. 6.* rum b. Aaron in aureo vitulo conflando [c]. Samuel, vt B
c *Exo. 32. v. 4.* in filios indulgentior [d]. *Et*, pro *Etſi*, exponi poteſt, vt
d *1. Reg. 8. v. 3.* alibi interdum. Tu propitius fuiſti eis, etſi vlciſcens
eos, ſi quando peccarint. Suos Sanctos Dominus in hoc
mundo ferè caſtigat & punit, vt nihil purgandum illis
in altero relinquat, ſicque purgatis, celerius bona in-
commutabilia impertiat. Ita Hebraicè עֲלִילוֹתָם *ba-
lilotham*. i. *Opera eorum*, vel quæ faciebant ipſi, Actiuè,
vel, vt ſupra, non quæ faciebant, ſed quæ patiebantur à
Core, & cæteris conſpiratoribus. Solent enim Genitiui
caſus nominum, & pronominum actiuè, paſſiuè, poſſeſ-
ſiuè ſumi pro commoditate ſententiæ, vt fusè docet R. C
Dauid in Michlol, qui & in Commẽtariis hunc locum
ſic explanat. Symmachus putauit eſſe relatiuum ſine
antecedente, *Eorum*, ſcilicet impiorum.

11 *Adorate in monte ſancto eius*, Quoniam verbum Ado-
randi conſtruitur in hac lingua cum ל, Kimhi inter-
pretatur, *Adorate montem ſanctum eius*. Deinde, quia
*Adoratio duplex, vna abſoluta altera reſpectiua.* adoratio videtur incommodè tribui creaturæ, conſti-
tuit duplicem adorationem, vnam abſolutam, alteram
relatiuam ſiue reſpectiuam. Huius verba fideliter ver-
temus, propter ſciolos, qui eius næuos pluris ſolent fa-
cere, quàm pulchritudinem. *Adorate* (inquit) *mõtem ſan-* D
*ctum eius. i. Montem Moria, in quo erat Sanctuarium. Nam*
c *Leuit. 26. verſ. 2.* *ipſe ſanctus eſt & locus eius ſanctus: vt proinde dixerit* [c].
*Pauete ſanctuarium meum, ſiue veneramini. Quando autem
venerantur ædem, non niſi venerantur eum, qui ædem, quam
delegit, præcepit in veneratione haberi. Sic quando adorant
ad ædis parietem, non adorant, niſi eum qui ædem ſanctifica-
uit, vt qui ante mentis oculos ſibi proponant Deum recolere
& ad eum cor ſubuehere.* Quæ congruunt noſtrorum ſci-
tis, vt Titelmanni in hunc Pſalm. ſic ſcribentis: *Cum
arca,*



A *arca, vel quid ſimile adorari iubetur, nõ debet intelligi adora-
tio propria, quæ non niſi Deo debet attribui, vtpote enti primo
& ſupremo Domino, ſed impropria, pro ſpecialis honoris ex-
hibitione. Quidam verò adorare ſcabellum accipiunt loco
huius adorare ad ſcabellum, vel ante ſcabellum: vt adoratio
Dei propriè dicta intelligatur, nec arcæ ſit adoratio, ſed Dei
ſuper arcam ſedentis: quemadmodum Chriſtum ſub ſacra-
mento latentem adoramus, & ad locum, vel ante locum,
vel verſus locum illum, in quo ſanctiſſima illa myſteria con-
ſeruantur, adorationis exhibemus reuerentiam, non ipſum
B quidem locum adorantes, id eſt, ligna, lapides, & clauſtra,
ſed ipſum, quem illo in loco eſſe credimus.* Vetus ſanè do-
ctrina per quam Nazianzenus ad extremum orationis
de Natiuit. fideles adorare iubet præſepe Domini, ne-
dum ſepulchrum, Damaſcenus [a], & Leontius Neapo- a *lib. 4. c. 12. Orth.*
leos Cypri Epiſcopus [b], crucem, clauos, lanceam,
veſtes & tabernacula Domini. Quibus ſuffragantur b *lib. de adorat. Crucis.*
Chryſoſtomus [c], Athanaſius d, Ruſticus Diaconus ad- c *in liturgia, & oratio. de adorat. Cru.*
uerſus Acephalos: *Quia*, inquit, *ſunt veluti organa, &
coadiuuantia infirmitatem noſtram ad propinquandum Deo,
C nec tamen connumerantur creatori. Aliud enim eſt per hoc
coli illud* (per accidens) *aliud ſecundum naturam* (per ſe) d *Tomo 4. q. 16.*
*& ſempiternè, & maximè propriè.* Quo pertinet illud Ba-
ſilij [e], ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἀναβαίνει. e *de Spiritu ſancto, c. 18.*

---

## ARGVMENTVM.

*Ad Dei laudes & cultum omnes cohortatur. Pro-
D pheticus de gentium conuerſione.*

### 1 Pſalmus in confeſſione. XCIX.
### Hebr. 100.

IVbilâte Deo omnis terra: ſeruîte
Dómino in lætítia.
3 Introîte in conſpéctu eius: in
exultatiône.
4 Scitôte, quóniam Dóminus ipſe eſt Deus:
ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

5 Pópulus eius, & oues páſcuæ eius, introîte A
portas eius in confeſſióne : átria eius in hymnis, confitémini illi.
6 Laudâte nomen eius, quóniam ſuâuis eſt Dóminus, in ætêrnum miſericórdia eius : & vſque in generatiône & generatiônem véritas eius.

---

B

1 *Pſalmus in confeſſione.* Vltimus eſt Moſis de Meſſia.

2 *Iubilate Deo omnis terra.* Omnes terrarum incolæ. Vel eſt Proſopopœia. Myſterium vocationis Gentium, quas proinde inuitat ad introeundum in Dei Eccleſiam.

a 3.Reg.8. v.29. 3 *In conſpectu eius*, in templum eius, de quo illud [a]: *Oculi Domini in hanc domum, & eam reſpicit.* Apparete coram Domino. *In exultatione,* cum exultatione.

4 *Scitote quoniam Dominus.* Agnoſcite Dominum ſummum, cui Entis nomen & ratio propriè competit, & à quo mundus habet vt ſit, eſſe Deum, id eſt, vniuerſi iudicem, rectorem, vltorem, remuneratorem. Nam C
*Dominus* in fonte eſt tetragrammaton diuinæ ſubſtantiæ proprium, *D us*, אלהים *Elohim* appellatiuum enuncians iudicium, prouidentiam & gubernationem. Non tantùm eſt rerum molitor & conditor, verùm etiam rector, gubernator prouidentiſſimus. *Fecit*, ornauit, vt alibi [b]: *Qui fecit Moſem & Aaronem*, quaſi dicat. Nos non ſolùm creauit, ſicut cæteros, verumetiam ex omnibus Gentibus elegit, quos præcipuè ornaret, & cumularet gratiis, atque muneribus. Sic Kimhi verbum hoc diſtinguit à ברא *Bará, Creauit*, & יצר *Iatſár,* D
*Formauit*, quod creare ſit è nihilo, vel è materia producere, formare, formam materiæ inducere : facere autem, ſiue עשא *Aſá*, ornare, beneficiis & donis afficere, gratiis cumulare. *Et non ipſi nos*, Nos hîc Nominatiui caſus Hebraïcè & Græcè. Itaque totum iſtud *Fecimus nos,* per Zeugma eſt repetendum.

b 1.Reg.12. v.6.

5 *Populus eius, & oues paſcuæ eius.* Appoſitoriè Rabbini connectunt cum præcedenti verſu : Et non ipſi populus



A populus eius, qui ſumus populus eius, & oues paſcuæ ipſius. Rectiùs vocatiui caſus, vt conſtruatur cum ſequenti. Nam Septuaginta ſæpè vtuntur Atticiſmo, per quem eadem eſt vox Nominatiui & Vocatiui. *O populę eius, & oues*, quas ipſe paſcit & regit, *introite portas eius*, portas domus & templi ipſius. *In confeſſione*, cum commendatione, cum laudibus, cum gratiarum actione. R. Iohanan in Deras, hanc confeſſionem pertinere ſcribit ad cultum noui Teſtamenti, qui iam non ſit futurus cruentus & victimarius, ſed incruentus & laudis, Euchariſtiæ, & gratiarum actionis. *Atria*, Eccle-
B ſiam introite, per Zeugma. Hortatur ad diuinæ rei conuentum, vt inſtar ouium, velut ouilia ingrediantur portas templi, & atria. Alludit ad tria atria templi, ſacerdotum, virorum & mulierum. *In hymnis*, cum hymnis, & diuinis honoribus. *Confitemini.* (Et) confitemini. Aſyntheton. Vnde Maſoretæ contulerunt in principium ſequentis verſus.

*Euchariſtia eſt confeſſio laudis.*

6 *Quoniam ſuauis.* טוב *thob* bonus, benignus, beneficus. *In æternum* (&) in æternum clementia & beneficentia eius (eſt.) Aſyntheton. *Veritas eius.* Fides in pro-
C miſſis præſtandis è R. Selomo. Denique quoniam eſt ſempiternæ miſericordiæ, & perpetuæ fidei, eum celebrate, & eius nomen collaudate. Sic apud Ioannem [a]: *Gratia & veritas per Chriſtum exorta eſt.* Eſt enim Chriſtus miſericors, gratuitò beneficia promittens, & verax, conſtanter promiſſa ſeruans, atque implens.

a Ioã.1. v.17.

---

## ARGVMENTVM.

D *Probæ ſuæ anteactæ vitæ rationem Deo proponit, eius extollens gratiam. Iuxta Hebræos, qui hæc exponunt in futuro, ſe rectè victurum vouet, bonum pingens principem. Congruit Chriſto.*

1 Pſalmus Dauid. C. Hebr. 101.

MIſericórdiam & iudícium: cantâbo A
tibi Dómine.
3 Pſallam, & intélligam in viaimmaculâta: quando vénies ad me?
4 Perambulâbam in innocéntia cordis mei: in médio domus meæ.
5 Non proponêbam ante óculos meos rem iniûſtam: faciêntes præuaricatiônem odíui.
6 Non adhæſit mihi cor prauum: declinântem à me malígnum non cognoſcêbam. B
7 Detrahêntem ſecrêtò próximo ſuo: hunc perſequêbar.
8 Supêrbo óculo, & inſatiábili corde: cum hoc non edêbam.
9 Oculi mei ad fidêles terræ, vt ſédeant mecum: ámbulans in via immaculâta, hic mihi miniſtrâbat. C
10 Non habitâbit in médio domus meæ, qui facit ſupêrbiam: qui lóquitur iníqua, non dirêxit in conſpéctu oculórum meórum.
11 In matutîno interficiêbam omnes peccatôres terræ: vt diſpérderem de ciuitâte Dómini omnes operântes iniquitâtem.

---

2 *Miſericordiam & iudicium cantabo.* Miſericordiam tuam, qua erga me quotidie vteris, qua mihi parcis, D *& iudicium* tuum, iuſtitiam tuam, qua me ſeruas & defendis, tibi Domine cantabo ore, pſallam inſtrumentis muſicis. Vel, iudicium tuum, quo peccata vlciſci ſoles, vt quia recordatio ſolius iudicij in deſperationem præcipitat, & miſericordiæ aſſentatio ſecuritatem generat, neq; iudicium iam ſolum, neque ſolã miſericordiã, ſed miſericordiã pariter & iudiciũ cantẽ tibi Domine. Miſericordia enim ſine iuſtitia eſt puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordia crudelitas. Ideóque in cũctis Dei actionibus vtraq; perpetuò micat. De qua re apud Clementem [a] Alexand. Alij malunt Dauidẽ de ſua miſericordia

*Miſericordia & iudiciũ in Deo cõiuncta.*

a *lib. 1. Pædagogi, c. 9.*



A cordia & iuſtitia loqui. Tibi cantabo meam miſericordiam, qua ſum paratus ad ſubditos iuuandos & ſubleuandos, & iudicium meum, quo omnia rectè & iuſtè in meo regno adminiſtro, vt tibi gratias agam, qui mihi has virtutes, & cætera omnia bona es largitus.

3 *Intelligam in via immaculata*, intendam innocentiæ, animum adiiciam ad innocentiam & integritatem. *Quando venies ad me?* vt id perficiam, ſupple. Quando enim, ſiue מָתַי *Mathai* interrogat. Ecquando, ô quãdo me ſpiritu tuo colluſtrabis, vt innocentiæ tuæ intelli- B genter, & ſapienter inſiſtã, téque dignè canã? Significat ſe nihil profecturũ in ſuis votis & inſtitutis, niſi conatus ſuos ipſe iuuerit. Eſt ſuſpiriũ pij animi ex abrupto. Parũ Hebraïcè quidam, *Dum veneris ad me, quaſi doctor ad diſcipulum*, vt ſit particula Temporis, non Optandi.

4 *Perambulabam in innocentia cordis mei.* Rabbini ſequentia omnia verba in futuro exponunt, vt promittat ſe rectè victurum, & rectè viuẽtes amaturum, & malos labefacturum, proponátque effigiem ſolidæ expreſſæq; virtutis regiæ. Hic Perambulabo, verſus 5 proponam, C odio habebo. 6 non adhærebit, non cognoſcam. 7 Perſequar. 8 Non edam. 9 miniſtrabit. 10 Non diriget. 11 interficiam. Cur autem Septuaginta per Imperfectum mox. Quæ tamen non ſic ſunt interpretanda, quaſi per totam vitam Dauid nihil peccarit, ſed quòd ſtuduerit iſta perficere, eoq; ſemper fuerit propoſito, voto, atque conſciẽtia, quamuis interdum carni ſuccubuerit. Iuſtus ſcilicet affectu, ſi nõ effectu, perfectus conatu, & ſtudio, ſi non actu propter carnis imbecillitatem. *In medio domus meæ*, in mea familia, & regno perambulabam. Illud D perluſtrabam ſollicitè, quaſi rationem redditurus, de iis quæ in illo fiunt [a], q.d. Non hærebam in domus angulo, vel cubiculo otioſus: ſed cum ſollicitudine & diligentia conſiderabam eam totam.

*Iuſtus quaratione Dauid fuerit.*

a *Rom. 13. v. 4. Heb. 13. v. 17.*

5 *Non proponebam ante oculos meos rẽ iniuſtam*, legi contrariam. Ad verbũ דְּבַר בְּלִיַּעַל *deuar beliiahal*, id eſt, *Belial*, ſiue exlegis. *Odiui*, odi, odio habui. Sic Hebraïcè eſt præteritum שָׂנֵאתִי *ſchanethi*, vt proinde Septuaginta. Per præteritum imperfectum reliqua verba reddiderint. Nam vt docet Elias b, imperfecta Latinorum, & Græcorum vno modo apud ſuos repræſentantur per futura, cum quibus præterita miſcentur:

b *in lib. Bahur, & alibi.*

vbi etiam docet in ſcriptis poeticis, inter quæ hoc opus nominat, futura plerumque loco præteritorum poni. Ne quis temerè noſtrorum Septuaginta rationem non intellectam negligat. *Facientes.* Hebraicè facere, operari erronea odi. A

6 *Non adhæſit mihi cor prauum*, homini deprauato & peruerſo interdixi domo, & familiaritate mea. *Mibi.* Hîc Maſoretæ claudunt periodum, per Protozeugma, *Non adhæſit mihi* (facere erronea.) Deinde quod ſequitur, conſtruunt cum ſequentibus, *Cor prauum declinabit à me* Simplicior eſt diſtinctio Septuaginta, & linguæ familiarior per ſolam Eclipſim literæ ש *ſin.* Non adhæſit, mihi cor prauum, malignum (qui) à me declinat, non cognoſcebam. *A me.* id eſt, à mea recta, & pia viuendi ratione. Non communicabat ſcilicet cum impiis, & hæreticis, multò minus fouebat. B

7 *Hunc perſequebar*, vſque ad internecionẽ. Vnde Hebraicè אצמיח *atſmith.* i. excindebã. Harpyas autem, coruóſque hiantes aulæ, hoc & ſeq. verſ. pingit, quibus ſe eam vel purgaſſe, vel purgaturum profitetur.

8 *Inſatiabili corde*, auaro, vel potius ambitioſo, quod nullis ſatiatur honoribus. Nam Hebraicè רחב לבב *rehab lebeb.* i. laro corde, qui amplè & latè multa animo complectitur. Cadunt autem in præpoſitionem *Cum*, quæ in medio ponitur, per Meſozeugma. *Non edebam.* Eclipſim literæ Hebraicæ interpretati ſunt. Superbum oculis, & latum corde eum non poteram, ad menſam ſupp. recipere, ferre, vel quid aliud. Vel legerunt אוכל *Ochal*, ab אכל *achal, comedit*, non à יכול *iachol*, potuit. C

9 *Oculi mei ad fideles* Ad fidos, ſtabiles, veraces, veritatis ſtudioſos, qui non fallunt fidem alicui, maximè Deo, & principibus datam. *Vt ſedeant* vt habitent, & commorentur, vt ſedes habeant domi meæ, vt mecum verſentur familiariter. Vel, vt præſideant. q. d. Studui, vt mei conſiliarij, & miniſtri eſſent integri, & fidi, non rapaces, non corrupti, &c. D

10 *Qui facit ſuperbiam.* Dolum propriè. Niſi רמיה *remiiah*, ſignificationem ſumat à רום *rom*, elatus eſt, ſuperbiit. *Iniqua* Mendacia propriè. *Non direxit* ſupp. viam ſuam, id eſt, non proſperauit apud me, non mihi erat acceptus. Vnde Hebraicè יכון *iachon*, Non ſtabilitus eſt, non ſtabilietur, non firmabitur.

11 *In*



A 11 *In matutino interficiebam*, ſummo mane, maximæ diligentia & ſtudio, maturè, tempeſtiuè, vigilanter, feſtinanter, antequam inualeſcerent, nulla interpoſita mora. Nam vocula *Mane*, & ſynonymis in hanc ſententiam Scriptura vtitur: *Interficiebam.* Hebraicè excindebam, vt ſuprà [a] purgabam terram ab improbis & ſceleratis, vt in ciuitate & regno, in quo Deus colitur, pietas & iuſtitia vigerent. Damnatur miſericordia Saulis, quód regi Agag pepercerit [b], Redolet allegoriam Chaldæus: *Mundo venturo; qui aßimulatur luci matutinæ, perdam omnes peccatores terræ, vt diſperdam de Hieruſalem ciuitate Dei omnes iniquitatis operarios.* Sic, qui totum Pſalmum Chriſto attribuunt. B

a *Verſ. 7.*

b *1. Reg. 15. ver. 22. 23.*

---

## ARGVMENTVM.

*Orat Chriſtum, vt poſt tot calamitates, & ruinas, quas poëticè deſcribit, promiſſam det ſalutem.*

1 Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem ſuam. C I. Hebr. 102.

C DOmine exaûdi oratiônem meam: & clamor meus ad te véniat.

3 Non auêrtas fáciem tuam à me: in quacûmque die tríbulor, inclîna ad me aurem tuam.

4 In quacûmque die inuocáuero te: velóciter exaûdi me.

D 5 Quia defecêrunt, ſicut fumus, dies mei: & oſſa mea, ſicut crémium, aruêrunt.

6 Percûſſus ſum, vt fœnum, & áruit cor meum: quia oblîtus ſum comédere panem meum.

7 A voce gémitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

RR 4

8 Símilis factus ſum pelicâno ſolitúdinis: A
& factus ſum ſicut nycticorax, in domicílio.

9 Vigilâui: & factus ſum, ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

10 Tota die exprobrâbant mihi inimîci mei: & qui laudâbant me, aduêrſum me iurâbant.

11 Quia cínerem, tamquam panem, manducâbam: & potum meum cum fletu miſcêbam.

12 A fácie iræ indignatiônis tuæ: quia éleuans alliſiſti me. B

13 Dies mei ſicut vmbra declinauêrunt: & ego ſicut fœnum árui.

14 Tu autem Dómine in ætêrnum pérmanes: & memoriâle tuum in generatiône & generatiônem.

15 Tu exûrgens Dómine miſeréberis Sion: quia tempus miſerêndi eius, quia venit tempus.

16 Quóniam placuêrunt ſeruis tuis lápides C
eius: & terræ eius miſerebûntur.

17 Et timêbunt Gentes nomen tuum Dómine: & omnes reges terræ glóriam tuam.

18 Quia ædificâuit Dóminus Sion: & vidébitur in glória ſua.

19 Reſpêxit in oratiônem humílium: & non ſprêuit precem eôrum.

20 Scribântur hæc in generatiône áltera: & pópulus, qui creábitur, laudâbit Dóminum.

21 Quia proſpêxit de excêlſo ſancto ſuo: D
Dóminus de cælo in terram aſpêxit.

22 Vt audîret gémitus compeditôrum: vt ſólueret filios interemptôrum.

23 Vt annúncient in Sion nomen Dómini:





A & laudem eius in Ierúſalem.

24 In conueniéndo pópulos in vnum: & reges, vt ſéruiant Dómino.

25 Reſpôndit ei in via virtûtis ſuæ: paucitâtem diêrum meôrum núncia mihi.

26 Ne réuoces me in dimídio diêrum meorum: in generatiône & generatiônem anni tui.

B 27 Inítio tu Dómine terram fundâſti: & ópera mánuum tuârum ſunt cæli.

28 Ipſi peribunt, tu autem pérmanes: & omnes ſicut veſtimêntum veterâſcent.

29 Et ſicut opertórium mutâbis eos, & mutabûntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non defícient.

30 Fílij ſeruôrum tuôrum habitâbunt: &
C ſemen eôrum in ſæculum dirigêtur.

---

1 *Oratio pauperis,* Inſcriptio hæc docet argumentum eſſe generale pro quibuſlibet afflictis & gementibus. Aliqui tamen arctant ad captiuitatem Babylonicam. Alij ad liberationem per Chriſtum, gratiæ tempore perfectam Vtut ſit, Populus Domini in cruce poſitus
D perpetuò hîc loquitur.

2 *Domine exaudi orationem,* Chriſte. Nam toto hoc Pſalmo Dei, & Domini nomen reſtringi ad Chriſti perſonam indicat Apoſtolus [a].

3 *Non auertas faciem tuam.* Ne abſcondas propriè in die anguſtiæ meæ.

*a Heb. 1. ver. 10. 11. 12.*

4 *In quacumque die,* In fonte pulchra Antitheſis. Quocumque die clamauero, celeriter reſponde mihi. Petit in calamitate exaudiri.

5 *Quia defecerunt ſicut fumus,* Hypotypoſis ſummæ miſeriæ, & infœlicitatis poëtica vſque ad verſ. 14. pingens per hominem mœſtiſſimum, cuius corpus præ

animi dolore macie conficitur, populum Dei grauiſſimè vexatum ſub tyrannis & hoſtibus. Nam hæc dicuntur in eius perſona. *Sicut cremium,* ſicut res crematu facilis, res quæ præ ſiccitate ignem facilè concipit, vt feſtuca, lignum aridum, φρύγιον, velut quod frigitur. *Cremia,* inquit Hieronymus [a], *Columella appellat ligna leuia, & quæ facilè excipiunt ignem.* Hebraicè ſimilitudo minus vniuerſa: *Sicut torris, vel focus oſſa mea aduſta ſunt, & concremata.* Oſſa Synecdochicè aliqui ſumunt pro membris. Morbo enim membra, non oſſa areſcere ſæpius dicuntur.

6 *P[er]cuſſus ſum vt fœnum,* Tertia ſimilitudo. *Percuſſus ſum*, ab æſtu indignationis tuæ, vel calamitatis, tamquam à ſolis ardore, propter quem herbæ flacceſcunt, languent & exiccātur. Doctè illud fontis expreſſerunt. *Percuſſum eſt cor meum,* per hypozeugma. Nam cor pro tota perſona in omnibus linguis. Vt apud Ennium. *Quem credidit eſſe meum cor, Suaſorem ſummum,* id eſt, quem ego credidi, vt Gellius exponit [b]. Et apud Homerum [c] *κραδίη Διὸς, cor Iouis*, pro ipſo Ioue. Sic quod ſequitur, *Aruit cor meum*, i. exarui ego præ mæſtitia. Vel reſpicit ad humorem natiuum, & radicalem, qui nimio dolore deſiccatur. Hinc Salomon [d], *Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Quia oblitus ſum*, præ nimia calamitate, & anguſtia, adeò vt non eſſet cibi appetitus. Nam nimia mœſtitia tollit appetentiam, nec ſinit cibum capere. q. d. Mœrore animi ægrotauit corpus, propter ingentes cruces, cibum etiam neceſſarium neglexi. Noſtri, præ pœnitentiæ luctu. Chald. *Quoniam oblitus ſum legem doctrinæ meæ, id eſt, quam à Deo didici.*

7 *A voce gemitus mei,* propter vocem ſuſpirij mei, propter triſtitiam meæ vocis, præ clamoſo vel aſſiduo gemitu factum eſt, vt mihi adhæreant oſſa carni, ſpiritu & ſucco illo vitali, intercurrente inter carnem & oſſa, deſiccato. Nam caro proinde ac os deſtituta illo ſpiritu & humore, marceſcit, ac aret. Rabbini carnem hic pro cute accipere malunt [e]. Propter ſuſpiria corpus ſucculentum & toroſum emarcuit, & exuccum factum eſt, vt inter oſſa & cutim nulla caro intercedat. Præ triſtitia ſpiritus, vires & ſuccus corporis abſumpta ſunt. Contrà cutim pro carne ſumi notant in Iob .

8 *Similis*

a *In cap. 10. Oſeæ.*
b *Lib. 7. c. 2.*
c *Iliad. 1.*
d *Prouer. 17. verſ. 22.*
e *Vt Tren. 4. verſ. 8.*
f *Iob 18. v. 13.*

A B C D



A 8 *Similis factus ſum pelicano*, Pelicanus auis Ægyptia, habitans in Nili ſolitudinibus, quę filios à ſerpente occiſos lateribus percuſſis ſuo ſanguine excitat [a]. Eſt & aquatica, quæ aquis delectatur, πελεκὰν Ariſtoteli [b] & Æliano [c], quam appellatam Plateam à Plinio nonnulli exiſtimant. Quidam vertunt Onocrotalum ſylueſtrem. Sed ne Rabbini quidem ſciunt, quænam iſtæ aues ſint, tantùm aiunt eſſe amātes ſolitudinis. Sed nec magni refert, cùm nō tam propriæ auis alicuius qualitates ſpectentur, quàm ipſa ſolitudinis deſolatio, quā ſolent homines amaro, & afflicto animo quærere, vt quibus ſit grauis, ac moleſtus turbæ ſtrepitus. *Solitudinis*, ſolitario, in ſolitudinibus & deſertis verſanti, publicúmque conſpectū noctibus fugienti. *Nycticorax,* nocturnus coruus. כוס *Cos*, aliis Bubonē, aliis Noctuā, aliis Cucullum, aliis Veſpertilionē ſignificat à כוסה *Cuſa*, tectus eſt, quia occultatur ab oculis hominū, captās loca deſerta & inculta. Vtut ſit apparet è fonte auem eſſe deſertorum ſtudioſam, nec in locis cultis habitare. Fugio (inquit) hominum conſortia more auium lucifugarum & triſtium. Mœror me ad tenebras adigit, ac ſi eſſem coruus nocturnus, noctua, aut bubo, habitans in ſecreto, ac tenebroſo aliquo angulo domicilij, qui lucem fugit, & hominum conſpectum, noctibus autem vigilat, & cantat veluti carmen lugubre. *In Domicilio*, in ædium ruinis, & parietinis. Vnde Hebraicè חרבות *Horaboth* in deſolationibus, locis deſertis & deuaſtatis.

9 *Vigilaui & factus ſum*, tranſegi noctem inſomnem: præ triſtitia ſomnum capere non potui, aliis dormientibus, vigil perſeueraui. שקד *Sakad* hoc infert. Vel, die non melius habui, neque leuatum me ſenſi. Nam vbi euigilaui, factus ſum ſicut paſſer triſtis & deſertus ab omnibus. *Sicut paſſer* צפור *Tſippor* quālibet auiculā ſignificat. Factus ſum triſtis, qualis eſt ſolus in tecto paſſerculus. Solitudinē aliqui conferunt ad viduitatē. Quaſi paſſer coniuge orbatus lugens, & à grege reliquorum ſe abducens. Verùm בודד *Boded*, propriè ſolitarius, captans ſolitudines. Vnde apud Oſeam dicitur de feris.

10 *Qui la[u]dabant me.* Ficti amici, & ſimulati, qui ore laudabant, corde inſidiabantur. Auguſtinus. Vel qui

olim

a *Hier. ad Præſidium.*
b *Lib. 8. Animal. c. 12.*
c *Lib. 3. c. 2. & 23.*

B C D

olim tempore proſpero me laudabant, nunc hoc A aduerſo contra me conſpirant. Alij per Antiphraſim exponunt, qui debacchabantur in me, qui blaſphemabant me, qui inſania, & ludicra in me iactabant, mihíque inſultabant. Nam הלל *Halal* ex illis verbis eſſe dicitur, quæ contraria ſignificant. *Iurabant*, coniurabant, conſpirabant, ſeſe ad id ſacramento obſtringentes, & iuramento animam aduerſum me firmantes. Alij retinent ſignificationem iurandi, iurabant in me, id eſt, per me, per meam ærumnam & miſeriam. Alij execrandi. Execrabãtur me[a]. *Aduerſum me*. Ad verbum in me, id eſt, aduerſum me, in meam perniciem, B vel iuxta alios, per me, meam calamitatem iurabant, tamquam per aliquod prodigium, ſiue rem prodigioſam. Qui amici erant rebus florentibus, nunc me ſibi ſtatuunt pro execrandi exemplo, prouerbio, & formula. Vel alicui malè precaturi, ſorte meã ei imprecãtur.

b *Nu.5.v.22. Eſ.65.v.16.*

11 *Quia cinerem tamquam panem*. Cinerem, vel puluerem panis loco, ſiue cum pane, comedebam præ mœrore, vti ſolent qui proni, vel in puluere lugent. Præ lachrymis inter cibum capiendum non diſtinguebã inter panem, & cinerem, quo panis ſiue cibus erat aſperſus. C Lachrymæ nihil me ſinebant abſtergere, nihil me diſcernere in puluere, ſiue in cinere iacentem, more lugentium. Poſſit eſſe Hypallage pro, *tamquam cinerem panem manducabam*, id eſt, ſine guſtu & ſuauitate, perinde acſi comediſſem cinerem. Adeò eram calamitate confectus, vt neque cibus neque pótus mihi ſaperet. *Et potum meum cum fletu*. Non intermittebam luctum, ne bibendo quidem, etſi vino pelli ſoleant curæ.

12 *A facie iræ indignationis tuæ*, propter iram tuam vehementem, propter calamitatem mihi vehementia D iræ tuę immiſſam. Hoc hemiſtichium conſtruitur cum ſuperiore verſ. per Hyſterologiã. Quia à facie iræ tuæ, cinerem tamquam panem manducabam. Sic ſe gerebant contra me, quia propter tuas plagas miſer eram, miſeram ducebam vitam, cinerem vnà cum pane mãducando, & me conficiendo lachrymis. *Quia eleuans*, quia magnã vi, & impetu me ſublatum in terram abiecisti, vt qui pódus altè extollit, deinde grauiter, & violentè ad ſolũ affligit, & iaculatur. Extuliſti me in altũ, vt



A vt grauiore caſu in extremas miſerias me deiiceres. Significatur grauiſſima colliſio. Aliqui, Euexiſti me ad res proſperas, nunc verò me ad infœliciſſimas deiicis.

13 *Dies mei ſicut vmbra*, quæ aſſiduè minuitur, vel quæ inclinat ad veſperam, & ad occaſum tendit. Alij, quæ fit aſſiduè maior, & tenebris propinquior, iam iámque in tenebras euaneſcens, qualis eſt ſerotina, vt infrà[a], a *Pſ.108.v.23.*
*Sicut vmbra cùm declinat*; & Virgil. *Maioréſque cadunt altis de montibus vmbræ*. Et[b] *Vmbra præterit*. Nam aduentu b *Pſ.143.v.4.*
B luminis & tenebrarum perit. *Sicut fœnum*, ſicut herba demeſſa, vel ſolis ardore percuſſa.

14 *Memoriale tuum in generatione*. Paſſiuè. Tui memoria & mentio eſt ſempiterna, neque deletur annis. Durat in perpetuum.

15 *Tu exurgens miſereberis Sion*. Vaticinatur de reſtituenda Hieruſalem, & per Cyrum, alióſque reges, & per Chriſtum. *Exurgens*, veluti à quiete & ſomno. *Quia venit tempus, Quia tempus*, dumtaxat repetitur ad Epizeuxim. Nam ſatis fuerat dicere, Quia tempus miſerendi eius (Sionis) venit. Quòd tot præceſſerint cru- C ces, tam multæ, tam diuturnæ, vt eius miſerearis, tempus poſtulat. In Hebræo eſt Auxeſis potius, quàm Epizeuxis, quoniam *tempus*, priore loco עת *Heth* dicitur, & minus ſignificat, poſteriore מועד *Mohed* id eſt, occaſio, opportunitas, tempus certũ & conſtitutum, cuius occaſio non ſit prætermittenda: quod aliqui referunt ad ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ iam exactos. Latinè: Quia venit tempus, vt (vel quo) eius miſerearis, imò verò opportunitas, tempúſve à te conſtitutum & præfinitum.

16 *Quoniam placuerunt ſeruis tuis*. Enumerat cauſas, D cur debeat Deus miſereri Hieruſalem, id eſt, eam exciſam à Babyloniis, & ſimilibus inſtaurare. Nempè, quia pij id multis modis efflagitant, deinde quia ſic continget gentium & regnorum conuerſio. Illa enim contingit ſub ſecundo templo Zorobabelio, non primo Salomonio[c]. *Lapides eius*, rudera & fragmenta, ruinæ eius Sion, & parietinæ tuis cultoribus gratæ ſunt prę voluptuoſis & magnificis exiliorum palatiis, quòd illic te c *Aggei 2.v.8.*
purè, & liberè colant. Anteponunt ſcilicet mundi voluptatibus cultum tuum, *malentes affligi cum Dei populo*, purè,

*quàm temporarij peccati habere iucunditatem*, vt de Moſe A
a*Heb.11.v.25* ſcribitur [a]. Eſt autem ratio rationis proximæ. Quia
venit tẽpus & occaſio. Placuerunt enim ſeruis tuis eius
lapides & gratũ habẽt eius puluerẽ. ( Terra hîc ex He-
bræo עפר *Haphar* pro puluere accipitur.) Parum aptè,
*Seruos*, Cyrũ & Dariũ exponunt quidã quibus placuerit
Hieroſolymã reſtaurari. Nã id congruentius de Nehe-
mia, & cæteris Iudæorum reducum principibus, qui in
eius libro memorantur mœnia vrbis. i. loca vacua re-
ſtauraſſe. Deinde loquitur potius de reſtitutione per
Chriſtum, cuius alioqui vmbra fuit Babylonica. Ergo
in genere de piis Dei cultoribus. B
17 *Et timebunt gentes*. Cadit hîc verſus in ſequentem.
Ita te timebunt ac reuerebuntur exteræ gentes & re-
ges, qui tibi nunc inſultant, quòd reſtauraueris Sio-
nem. Et eſt vaticinium de Gentiũ in Eccleſiã introitu.
18 *Quia ædificauit*, ædificaſti, ô Domine, ſiue reædi-
ficaſti, reſtauraſti, reparaſti Sionem, & videberis in glo-
ria tua. Enallage Perſonæ. Nam loquitur de aduentu
Chriſti in terras, ſtante templo & Hieruſalem reparata
poſt captiuitatem. Ædificare pro reædificare paſſim.
Vel citra Enallagen reſpicit ad Deum Patrem, per di- C
b*Bar.3.v.38.* ſtinctionem diuinarum hypoſtaſeωn. Aliqui *Quia*, pro
*cùm, dum. Et videbitur*, vt in Baruch, [b] *in terris viſus eſt, &*
*cum hominibus conuerſatus eſt*. Dominus Chriſtus vide-
bitur in Sion in ſua gloria, & miraculorum ſplendore,
c *Ioa.1.v.14.* atque potentia iuxta illud. [c] *Vidimus eum quaſi vnige-*
d *1.Ioa.1.v.1.* *nitum, plenum gratiæ & veritatis*. Et [d] *Quod vidimus de*
*verbo vitæ*, &c.
19 *Reſpexit in orationem humilium*. Explicauerunt Me-
taphoram. Nam ערער *Harhar*, myricam propriè ſo-
nat, vel iuniperum, humile virgultum, humi repens, D
vixque in terra apparens. Anonymo, cicadam, vermem
æſtiuum, inſecti genus, æſtiuis dumtaxat menſibus ap-
parens, & canorum, vt quod tota die canat & ſtrideat.
Abiecti (inquit) humiliſque precem exaudiuit, qui
non niſi æſtate, cùm perſecutionum hyems tranſiit,
canere, & apparere audet.
20 *Scribantur hæc in generatione altera*. Futura, vel vlti-
ma. *In* pro *Ad*. Ad poſteritatem hęc ſcribantur de Chri-
ſto, & beneficiis eius. Vel in Datiuo, ætati alteri, ſiue
poſtremæ. אחרון *Ahharon* vtrũque deſignat: & ל eſt
index



A index tam Datiui caſus, quàm Præpoſitionis *Ad*. Optat
vt hæc liberatio apud poſteros perpetuæ memoriæ cõ-
ſecretur, vt & illi Deum laudent. *Qui creabitur*, populus
Chriſtianus, quem Deus creauit *& genuit verbo vitæ* [a]. a *1.Petr.1.v.*
*Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium* *23.Iac.1.v.18.*
*aliquod creaturæ eius*. Sic ſuprà [b] vt perpetua ſucceſſione b *Pſ. 21.v.32.*
Chriſtiana Eccleſia perpetuetur.
21 *Quia proſpexit de excelſo*, de cœlo, ſublimi ſuo ſan- *Deus cur in*
ctuario. Vt ſe mox explicet. Dei maieſtatem in cœlo *cælo eſſe di-*
imaginamur potius quàm alibi, etſi nullo certo loco *catur.*
contineatur, tũ propter loci ſublimitatẽ & excellentiã,
B tũ quòd illic ſui gloriã, & gratiã copioſiſſimè impertiat.
22 *Vt audiret gemitus*. Fructus diuinæ viſitationis & re-
demptionis, vſque ad verſum 25. *Compeditorum*, exulum,
miſerorum, veluti pedicis conſtrictorum. *Interemptorũ*.
Hebraicè התמותה *Themutha. i.* mortis. Quod vulgò
exponunt filios morti deſtinatos, necibus obiectos.
Alibi, filius mortis, dignus morte [c]. c *2. Reg. 12*
23 *Vt annuncient*, prædicent, celebrent. *verſ.5.*
24 *In conueniendo populos in vnum*, quando conuenient
populi & reges, dum congregabuntur in eundem lo-
cum, & eandem Eccleſiam, vt Deum colant, & ſeruiãt.
C Pendet è ſuperiore, Annunciabunt in Sion laudẽ tuam,
quando populi, & regna eodem conuenerint ad Deum
colendum. *Reges*. Expoſuerunt Abſtractum pro Concre-
to. Nam ad verbum, Regna. Alij malũt idẽ aliis verbis
enunciari, vt regna ſignificẽt & reges, & regũ populos.
25 *Reſpondit ei in via virtutis ſuæ*. Reſpondit, locutus eſt
populus Domino (mutatur numerus) pro modulo vir-
tutis ſuæ, & potentiæ, ſecundum ſuas vires, toto conatu
& ſtudio ( Hoc enim poſt declarat, *in via virtutis ſuæ*)
Paucitatem, &c. Hîc enim poſt abſolutum vaticinium
de reſtauranda Sione per vocationem populorum, in-
D cipit Mimeſis populi huius noui, orantis, ac precantis
vitæ diuturnitatem, ac perſecutionum mitigationem,
quò Dei notitia perpetuetur, quemadmodum ipſe eſt
perpetuus, & æternus. *Paucitatem*, inquit, *dierum meorum*
*nuntia mihi*, Indica mihi, quamdiu victurus ſum, vt ſciã,
an futurus ſim ſuperſtes, quo tempore perficies illa, ſiue
tempore redẽptionis & ſalutis. è Kimhi. Sept. rectiùs hic
diſtinxerũt, & cõmodioribus pũctis legerunt Heb. quã
Maſoretę. Nẽpè ſic ענה בדרך כחו קצר ימי אלי
אמר *Hana bederec chocho koho kotſar iamai amar eli.*

Reſpondit (ei) in via virtutis ſuæ, Breuitatem dierum meorum dic mihi: ſenſu quem explicauimus. Cùm Maſoretæ adhibendo alia puncta, duas vltimas voces reiiciendo in principium ſequētis verſus, primum reddant ſenſum vix dum ſatis expoſitum, deinde verſum faciant multò breuiorem, quàm reliquorum menſura patiatur. Denique בחו *choho* ſcriptum per Vau, legant pro ſua auctoritate, per Iod, vt בחי *chahi* ſit כתיב *chathib*, & בחי *chohi* ſit קרי *kari*, quemadmodum ipſi loquuntur, dum aliter legendum cenſent, quàm ſcribatur, ענה בדרב בחו קצר ימי: אמר אלי id eſt, *hinna baderech chohi kitſur iamai: Amar eli*. i. *Afflixit in via virtutem meã, abbreuiauit dies meos, dicam: Deus meus, ne voces me, &c.* quaſi populus cõqueratur de malis, quibus affligitur ab exteris nationibus, vel de tarditate aduentus Meſſiæ, in quo expectando, veluti medio itinere crucietur. Vbi primùm dubitatur de cohærentia. Secundò de Suppoſito, dum aliis de repentè eſt *Hoſtis*, aliis *Deus*. Tertiò quid hîc ſignificet *in via*, niſi quòd ſimpliciùs videatur ſumendum pro curſu vitæ.

26 *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*, ne me ad te voces, vt moriar, ne me tollas de hoc mundo ante tempus, vt moriar in exilio, neque videam conſolationis diem: nempè aduentum Chriſti, ſiue primum, ſiue, iuxta aliquos, ſecundum, quo vniuerſum humanũ genus renouabis, atque reſtitues: vt precetur Eccleſiæ curſum cum pace perduci ad ſæculi cõſummationem, veluti miſeriarum ſuarum portum, Gall. *Ne m'appelle point.* Eſt enim compoſitum pro ſimplici. Quamquam etiam reuocandi verbum non eſt alienum: vt doceatur animam quodammodò fuiſſe apud Deum, qui eam creauit diuinitùs. Sic enim ſcribitur [a]: *Antequam reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Et [b] *Pluuia redit in cœlum*, nempè quia inde, id eſt, è cœlo ſiue Deo habent iſta ſingularẽ originẽ. Hebraicè אל תעלני *Al thahaleni*, Ne me ſuccidas, vel, ne ſubducas me. Qua formula apud Poetas filum vitæ ab vna Parcarum netum, altera ſecat. Chald. *Ne tollas me de ſæculo hoc in dimidio dierum meorum, adduc me in ſæculum venturum: quia in ætate ætatum ſunt anni tui.* Non eſt negligenda eorum explanatio, quibus dimidium dierum deſignat iuueniles, viriléſque annos. q.d.

a Ecc.12.v.7.

b Eſa.55.v.10.



q. d. Ne me tollas in florenti ætate, quo tempore ſim immerſus voluptatibus vel curis ſæculi, ambitioni, habendi cupiditate, &c. Ne moriar imparatus, & parum pius. Nam duæ ætates ſunt morti commodiores ad ſalutis ſtatum, pueritia & ſenectus, vt magis piæ & innoxiæ. Illa, quòd nondum corruperit naturæ igniculos, & virtutum ſemina, nõdúmque didicerit humanas peruerſitates, neque ſenſerit carnis incendia: hæc, quòd incommodis multis obnoxia, & ſentiens ſibi hinc eſſe breui migrandum, ſollicita ſit de Deo, de ſua ſalute, de futuro ſæculo. *Anni tui*, ſunt.

27 *Initio tu Domine terram fundaſti*. Pro Chriſti diuinitate, maieſtate, omnipotentia, citat hunc verſum cum duobus ſequentibus Apoſtolus [a]. *Domine*. Deſideratur in fonte. Sed rectè additum, ad docendum Chriſto nominis tetragrammati etiam competere vocabulum. Quare & Paulus eo loco ſic citat.

28 *Ipſi peribunt*, cœli à ſuo ſtatu, in quo nunc ſunt, recedent, & omnes antiquabuntur inſtar veſtimenti, quod cùm per vetuſtatem detritum fuerit, innouari debet. Sic enim & cœli, cùm ad conſummationem ſæculi peruenerint, immutabuntur ad nouitatem maioris gloriæ. Nam futura eſt cœli & terræ mutatio, non in totum abolitio, vt abiiciant veſtimentum corruptionis, & induant nouam veſtem incorruptionis [b]. Sic ferè interpretes, vt perire intelligatur ratione qualitatum, non ſubſtantiæ, de quo lege D. Petrum [c]. R. Dauid docet quoſdam intelligere de ſimplici interitu, vt eorum ſubſtantia abeat in nihilum: alios ſubaudire, ſuapte natura, vel, ſi velis, ô Domine, q.d. Ex ſe ſunt corruptibiles, & perirent, niſi tu eos in æternum conſeruares. Vt non pereant, hoc habent per accidens, quia tu non vis. Hæc perennitas eis eſt aduentitia, vt de Diis minoribus pronunciauit Plato [d]. Noſtri interpretantur de interitu non ſubſtantiæ, ſed qualitatum & accidentium, vt Hieronymus [e], & Proclus [f], Cæſarius [g], hunc verſum refert ad vniuerſorũ creationis operum diſſolutionem. Ipſi, cœli ſcilicet & terra diſſoluentur, & omnes, vt veſtimentum veteraſcent. Sequentem verò ad eorundem renouationẽ. καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποιοῦσι. Vnde in Rom. Pſalterio, *ipſi*, & *omnia*, neutro genere. Hebræa ferunt etiam Maſculinum genus, *Omnes*, cœli.

Nomẽ יהוה *Chriſto competit*.

a *Heb.1.v.10.11.& 12.*

b *2.Petr.3.v.13. Rom.8.v.20.& 21. Heb.13.*

c *2.Pet.3.v.10.11.& 12.*

d *In Timæo.*

e *in 51. Eſaia.*

f *apud Epiph. hæreſ.64.*

g *q.71.*

SS

29 *Sicut opertorium*, id eſt, indumentum ex Hebræo A
כבגד *cabbeghed.* Sicut atteri & immutari vſu, & tempore ſolet indumentum, mutabis cœlos, & innouabis mutatione glorioſa, cùm liberabis eos à ſeruitute & vanitate, *cui nunc propter hominem ſunt ſubiecti* [a]. *Mutabis*, ἀλλάξεις alterabis, vt reſpondeat Hebræo תחליפם *thahaliphem*, mutabis, innouabis eos. In aliquibus exemplaribus ἑλίξεις volues, vertes, rotabis. *Et mutabuntur.* Quod antè dixit, peribunt, nunc ait *Mutabuntur*, exponens quod dictum de mutatione qualitatum, non ſubſtantiæ, vt dumtaxat abſumatur, quod corruptibile eſt, & noui fiant cœli, non alij. De quo Auguſtinus b. B
*Tu autem idem ipſe*, æternus ætate, & conditione perpetuò idem, prorſus inuariatus, & immutabilis, vt nihil tibi poſſit accedere, vel decidere. *Ego Deus, & non mutor* [c]. *Idem* quidem non habetur in fonte, ſed tantùm, *Tu autem ipſe* (es.) At ſententiam illuſtrat. Nam, vt Cabbalicis הוא *hu, ipſe*, conſtituit primum diuinitatis attributum ex Eſaia d. אני יהוה הוא שמי *Ani Adonai hu ſemi*, Sic Latinis *Idem*, & Græcis, vt Areopagitæ ſimpliciter ταυτὸν ὑπερουσίως *idem ſuperſtantialiter*, & Platoni ταυτὸν, quòd ſit quaſi Idea rei, quæ ſemper eodem ſtatu viget abſque alteratione & mutatione. C Vt contrà τὸ ἕτερον ab eodem Platone pro forma habetur rerum diuersè, & variè ſe habentium, variáſque vices ſubeuntium. Vnde Pythagorici *Idem* pro bono principio ſumebant, vno, ſtabili, dextro, vero, finito. *Alterum* verò, ſiue τὸ ἕτερον pro malo, diuerſo, mutabili, obliquo, falſo, & infinito. Quod fortaſſe ſumptum ex Homero [e]. ἕτερον καὶ ἄλλο, ſummè deteſtante. *Anni tui*, æternitas tua, qua comprehenduntur omnes annorum circuli, non finietur, tranſibit, recedet.

30 *Filij ſeruorum tuorum habitabunt.* Cultorum tuorum D
poſteritas, liberi, & nepotes. Auguſtinus & Euthymius de conuerſis Apoſtolorum, & Prophetarum, quos per verbum Dei genuerint. *Habitabunt*, in ſæculum, per hypozeugma. Quare idem dicit vtroque hemiſtichio: *Et ſemen eorum in ſeculum dirigetur*, ſtabilietur, firmabitur, permanebit. Quamuis tibi ſoli hæc æternitatis duratio à temetipſo conueniat, huius tamen, quæ tua eſt benignitas, electos tuos participes efficies, vt tecum in cœlo æuum ſempiternum beati degant. Illud autem Hebraicum,

a Rom. 8. v. 20.
b lib. 20. Ciui. c. 18.
c Mal. 3. v. 6.
d Eſa. 42. v. 8. 43. ver. 25. 45. 46. 48.
e Iliad. 9.



A cum, לפניך *lephanecha*, *Ante te*, ante faciem tuam, coram te, doctè expoſuerũt in ſæculũ, vt [a] *Non erunt tibi dij alieni ante me*, id eſt, vmquam, me ſtante & durante, quamdiu durabo & exiſtam, numquam Deos alienos habebis. Sic ſuprà [b], *Permanebit ante Lunã*: & [c] *Ante Solem permanet nomen eius*, id eſt, quamdiu ſtabit Luna, quamdiu durabit ſol, in perpetuum. *Filios, & ſemen ſeruorum Domini* vocat electos, quos per Euangelium, & ſpiritualem generationem genuerunt, ac poſt ſe reliquerunt Apoſtolici, & Apoſtoli. *Dirigetur*, firmabitur propriè. B

a Exo. 20. v. 3.
b Pſ. 71. v. 5.
c Verſ. 12.

## ARGVMENTVM.

*Se, Angelos, & omnia excitat ad innumerabilia Dei beneficia prædicandum.*

1. Ipſi Dauid CII. Heb. 103.

BEnedic ánima mea Dómino: & om
nia, quæ intra me ſunt, nómini ſan C
cto eius.
3 Bénedic ánima mea Domino: &
noli obliuíſci omnes retributiónes eius.
4 Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis:
qui ſanat omnes infirmitâtes tuas.
5 Qui rédimit de intéritu vitam tuam: qui
corônat te in miſericórdia, & miſeratiónibus.
6 Qui replet in bonis deſidérium tuum, re- D
nouâbitur, vt áquilæ, iuuêntus tua.
7 Fáciens miſericórdias Dóminus: & iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.
8 Notas fecit vias ſuas Móyſi: fíliis Iſrael voluntâtes ſuas.
9 Miſerâtor & miſéricors Dóminus: longánimis, & multùm miſéricors.
10 Non in perpétuum iraſcêtur: neque in ætêrnum comminábitur.

11 Non ſecûndum peccâta noſtra fecit nobis: neque ſecûndum iniquitâtes noſtras retríbuit nobis. A

12 Quóniam ſecûndum altitúdinem cœli à terra: corroborâuit miſericórdiam ſuàm, ſuper timêntes ſe.

13 Quantùm diſtat ortus ab Occidênte: longè fecit à nobis iniquitâtes noſtras.

14 Quómodo miſerêtur pater filiôrum, miſêrtus eſt Dóminus timéntibus ſe: quóniam ipſe cognôuit figmêntum noſtrum. B

15 Recordâtus eſt, quóniam puluis ſumus: homo ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri, ſic efflorêbit.

16 Quóniam ſpíritus pertransîbit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognôſcet ámplius locum ſuum.

17 Miſericórdia autem Dómini ab ætêrno: C
& vſque in ætêrnum ſuper timêntes eum.

18 Et iuſtítia illîus in filios filiôrum: his, qui ſeruant teſtamêntum eius.

19 Et mémores ſunt mandatôrum ipsîus: ad faciêndum ea.

20 Dóminus in cœlo parâuit ſedem ſuam: & regnum ipsîus ómnibus dominábitur.

21 Benedícite Dómino omnes ángeli eius, D
potêntes virtûte: faciêntes verbum illîus, ad audiêndam vocem ſermônum eius.

22 Benedícite Dómino omnes virtûtes eius: minîſtri eius, qui fácitis voluntâtem eius.

23 Benedícite Dómino ómnia ópera eius, in omni loco dominatiônis eius: bénedic ánima mea Dómino.

2 *Benedic*



A

2 *Benedic anima mea.* Animam ſuam vocat ſeipſum, & nomen ſanctum Domini, Dominum, Poëticè: *Omnia quæ intra me ſunt*, omnia mea interiora, tam corporis, quàm animi, benedicite: cor, pectus, ad intima vſque oſſa, per Proſopopœiam: vel, omnes meæ cogitationes, & intimi animi ſenſus, & affectus, per Metonymiam.

3 *Noli obliuiſci omnes retributiones*, beneficia tam ſpiritualia, quàm corporalia. Confirmatio per enumera-
B tionem ſubiecta id oſtendit, inter quæ primum eſt remiſſio peccatorum. Secundum animi & corporis ſanitas: tertium, liberatio è periculis: quartum, exauditio: quintum, vigor ſenectutis.

4 *Qui ſanat omnes infirmitates*, morbos & ægritudines corporis. Aliqui, prauas inclinationes, vitioſitates, imbecillitates animi, & naturæ.

5 *Qui redimit*, vendicat, liberat de interitu, ſiue fouea, (Gehennam, id eſt, mortem æternam Chaldæus intelligit) & de præſentibus mortis periculis, vitam tuam,
C te innumeris beneficiis clementiſſimè ornans, & donis afficiens, nullis tuis meritis. Coronare, omni ex parte circundare. Te vndique cingit, & cumulat miſericordia.

6 *Qui replet in bonis deſiderium*, ἐπιθυμίαν: appetentiam tuam è cibi & potus penuria, id eſt, qui te ditat abundè, qui te bonis, quibus ad victum neceſſarium fruare, ſatiat, qui te copiosè paſcit. Metonymiam explicarũt. Nam Hebraïcè עדיך *hediech*, id eſt, os tuum, buccam tuam. Niſi malis os tuum, id eſt, oris tui petitiones, optata & vota, vt ſuprà [a]: *Aperi os tuum, & implebo illud.* a *Pſ. 80. v. 11.*
D Vel, cum Rabbinis: Qui replet bonis os tuum, id eſt, qui læſum tuum guſtatum ſanat, qui te reſtituit priſtinæ valetudini, vt cibi guſtum, & ſuauitatem morbo amiſſam recuperes. Vel, cum Hieronymo & Abben Ezra, Ornamentum tuum, id eſt, animam tuam bonis replet. Nam עדיך *hod*, & bucca, & ornamentum. *Renouabitur vt aquilæ.* Mutat regimen, Qui renouat tuam, quaſi aquilę iuuentutem, ſanando, vt ſuprà, infirmitates & ægritudines tuas: qui vigorem tuæ ſenectuti tribuit, quaſi nouam ætatem, & nouum robur: vt videaris reiuueneſcere, quemadmodũ aquila, *quæ mutat fortitudinem*,

a Eſai. 40. verſ. 31. *& aſſumit pennas nouas, volat, & non facilè deficit* [a]. Aqui- A
la ſe, ſuámque valetudinem, & iuuentutem renouat, at-
que reparat ſingulis decenniis, veteres plumas exuen-
do, & recentes induendo, per plumarum in igne ele-
mentari cremationem, & maris immerſionem, veluti
per balneum, vſque ad annum centeſimum, quo de-
mum interit, dum præ nimia ſenectute è mari emerge-
re non poteſt. R. Saadias. Alij, vt D. Auguſtinus, Aquila
roſtrum ob vetuſtatem creſcens, quando nimis adun-
cum euaſit, vt capere cibum nequeat, ad lapidem per-
cutir, ſuperiorem eius partem frangit, & abiicit, deinde B
cibum recipit, vt ſic quodammodò ad iuuentutem re-
deat. Addunt aliqui ex Ariſtotele & Plinio, eam in ſe-
nio non modò eſſe vegeto corpore, verùm nec ætate
mori, ſed potius fame, quòd roſtro nimis adunco ci-
bum iam capere nequeat, tantúmque potu alatur. Vn-
de Adagium, *Aquilæ ſenectus*. Eſt enim animantium vo-
lucrum viuaciſſima.

7 *Faciens miſericordias Dominus*, Iam beneficia aliis
præſtari ſolita recenſet. Primùm, vindicat oppreſſos ab
iniuriis. *Miſericordias.* Iuſtitias, propriè. Sed iam nota-
uimus, quoties iunguntur duæ hæ dictiones, primam, C
ſcilicet iuſtitiam, ferè miſericordiam ſignificare, alte-
ram, ſcilicet iudicium, opus iudicij, ius & æquum.

8 *Notas fecit vias ſuas Moyſi.* præcepta, ſecundum quæ ho
mines viuere vellet. Inſtituta de Dei notitia & dile-
ctione. Cabbaliei ſubtilius, ſed tamen appoſitiſſimè, vt
viæ patefactæ Moſi ſint tredecim מדות *Middoth* ſiue
proprietates, per quas ipſe incedit ſecundum ſuam
prouidentiam, cùm vniuerſam, tum ſingularem: ſiue
tredecim rationes, quibus mundum adminiſtrat quas
b Exod. 33. ver. 13. ſibi indicari Moſes precatus fuerat b. *Oſtende mihi vias
tuas*. Nam in fonte ſic habetur, Non, *Oſtende mihi faciem* D
*tuã*: In quo exauditus capite ſequenti quænam illæ ſint
c Exod. 34. ver. 5. 7. ab ipſo Domino intelligit [c]: Nẽpe *Dominator Deus, miſe-
ricors, gratificator, longanimis, multæ benignitatis, verax, cu-
ſtodiens benignitatem in millia, auferens iniquitatem, ſcelera,
peccata, nullum relinquens impunitum, reddens denique ini-
quitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam ac quartam
generationem*: Cui interpretationi fauet quod mox
Dauid ſubiungit: *Miſerator & miſericors, longanimis &
multum beneficus*. Nam voces, quibus ſua lingua Sancta
vtitur,



A vtitur, ſunt ipſæmet Moſaïcæ. q. d. Notas fecit vias ſuas,
id eſt, proprietates & rationes ſuæ communis proui-
dentiæ Moſi, non patribus, (ſicut ipſi ſoli, non patribus,
nomen ſuum proprium tetragrammaton, per quod a Exod. 6. verſ. 3.
patrabantur in veteri teſtamento miracula patefecit [a])
vt per illas conſequentes ætates miſericordiam implo-
rarent. Quod diligenter preſtiterunt Dauid, Ezechias,
Daniel, Nehemias, cuncti denique Prophetæ. Significa-
tur pleniorem rerum diuinarum notitiam per legem
hominibus tributã, quæ & poſtea per Prophetas aucta
ſit, denique per Chriſtũ, Apoſtolos, & Eccleſiã ad ſum-
B num perducta ſit, cùm Deus ſua dona, & reuelationes b 1. Cor. 12. verſ. 1.
prout vult, & quàm vult diſtribuat b. *Voluntates ſuas*
opera & ſtudia ſua, voluntates præcepti & prohibitio-
nis. Præcepta enim, & prohibitiones voluntates Dei
dicuntur, vt docet Magiſter [c] Hebraicè in quibus ſci- c Lib. 1. ſent. diſt. 45.
licet ſuam nobis voluntatem patefecit. Sic religionem
& cultum verum, & legitimũ appellat, vt vias, legem,
& verbum Dei. Tantum beneficium, vt niſi ea nobis
aperuiſſet, adhuc verſaremur in tenebris & erroribus.

9 *Miſerator*, רחום *Rahum* quaſi viſceratus, miſericor-
dia, *στοργή*, naturali amore & affectu proſequens: niſi
C quòd eſt nomen, non participium vt & ſequentia, quo-
niam non actus Dei, ſed habitus & quaſi qualitas im-
mobilis declaratur. Hæ enim proprietates ſunt Deo
innatæ, neque pro loco & tempore aſſumptæ, ſiue con-
tingentes. Hinc רחמין *Rahamin*, viſcera in quibus
locatur ſedes affectus, & miſericordiæ. *Miſericors* חנון
*hannun*, quaſi Gratificator, gratiæ largitor & fauoris,
gratiã largiens rebus à ſe procreatis, naturam earũ gra-
tia cumulans, & perficiens. Hinc חן *hhen*, gratia, fauor.
*Lõganimis*, tardus ad iraſcendũ & vlciſcendũ improbos.
D Nam vt duo priora elogia dicuntur reſpectu piorũ, ita
iſta duo reſpectu peccatorũ. Tardè iraſcitur peccatori-
bus, vt tempus & locum habeant reſipiſcẽdi. Multus eſt
beneficẽtia ingratis, & immerẽtibus, eóſque ornat mul-
tis beneficiis. Abben Ezra tamen d ארך אפים *erech* d Exod. 34.
*appaim* longanimis, impiis, רב חסד *Rab Heſed* mul-
tum miſericors omnibus, ſiue ſint pij ſiue impij. Ad
Verbum, longus naribus. i. tardus ad nares commouen-
das, ad longum conniuens, nec celeriter prorumpens
ad pœnas, peccata diſſimulans, vt detur ſpacium pœni-

a *Sap. 11. v. 24.* tentiæ [a] *multùm miſericors* beneficus etiam in ingratos A
vel immeritos. Hinc Hebr. רב חסד *Rab Heſed* multus benignitate ſiue beneficentiæ beneficentiſſimus. חסד *Heſed* beneficium gratuitum. Hæc ſunt epitheta,
b *Exod. 34. verſ. 6.* ſiue cognomina Dei, quæ [b] Moſi reuelauit in monte Sinai, ex quibus affectus Dei erga homines cognoſcitur, vt ipſe Moſes agnoſcit [c].
c *Num. 14. ver. 18.*

10 *Non in perpetuum iraſcetur,* litem intendet, rixabitur, propriè: non perpetuò litem intendet, tandem reconciliabitur. *Commirabitur.* In Hebræo eſt Eclipſis, *Non ſemper ſeruabit* (iram ſuam) id eſt, non ſemper erit memor iniuriæ acceptæ, eam remittet: vltionis obliuiſcetur, B
vt Gall. *Ir la luy garde*, quando cogitamus de
d *Iere. 3. v. 5.* aliquo vlciſcendo. Sic propheta [d]: *An ſeruabit in sæculum, ſi cuſtodiat in æternum.*

11 *Nec ſecundum iniquitates noſtras retribuit,* non reddit talionem atque pœnas commeritas.

12 *Secundum altitudinem cœli:* quanta eſt eleuatio cœli ſupra terras, tanta eſt eius miſericordia erga timentes ſe. Altitudo enim mundi à terra ad cœlum ſumitur. Comparatio poetica.

13 *Quantum diſtat ortus ab occidente.* Alia comparatio C
poëtica, ſumpta à longitudine mundi, quæ ducitur ab Oriente in Occidentem, latitudo à Septemtrione in Meridiem. *Longè fecit,* tantùm ſupp. Vſu linguæ particula comparationis deſideratur. Diſtare tantum fecit, tantum à nobis remouit delicta noſtra.

14 *Miſertus eſt Dominus timentibus,* timentium, *Figmentum noſtrum,* naturæ noſtræ vitioſitatem, fragilem noſtram naturam & conditionem, vitioſam originem, malignam à natura propenſionem. q. d. Nouit quales formati fictíque ſumus. Hebræi vocant figmentum hominis, vitioſam & fragilem eius naturam, corruptam D
eius originem. Elias in Tisbi concupiſcentiam inter-
e *Eſaiæ 29. verſ. 16.* pretatur: ſed in malum propriè. q. figulinum opus יצר *Ietſer,* quia è luto ficti [e]. Chald. *Quoniam ipſe nouit figmentum prauum, quod peccatum ſuggerit, in memoriam venit coram eo, quòd ex puluere ſimus nos.*

15 *Recordatus eſt quoniam puluis*, nos ex puluere conditi, & in puluerem redeuntes. *Homo.* Abſolutè. Cadit enim in *Eius.* Latinè, Hominis dies (ſunt) ſicut fœnum, nempè euanidi & fugaces.

16 *Quoniam*



A 16 *Quoniam ſpiritus pertranſibit,* Rabbini per Spiritum, ferè intelligunt ventum. Ventus pertranſibit in illo, id eſt, per illum florem, & exareſcet, neque ſubſiſtet ille flos: ſed neque cernetur ampliùs locus, in quo paulò antè pulcherrimus floruerat. Sic Chald. *Quoniam ventus ſpirauit in eum, & non ſubſiſtet amplius.* Noſtri melius, Spiritus; id eſt, anima pertranſibit in illo (homine,) ab illo homine abibit & migrabit, túmque non ſubſiſtet homo, neque eum amplius habebit locus ſuus, quòd perdiderit animã totius vitæ, vitalíſque actionis principium. Vt comparatio ſit perfectior, nonnulli ſpiritum
B flatum indignationis Dei exponunt. Vti flos perflante vento vehementiore perit, ita homo, quando in ipſum
flat Dei indignatio & vindicta [a]. Hoc enim ſignificat. a *Pſalm. 89. verſ. 8.*
*Et non cognoſcet amplius locum ſuum.* Homo ipſe, ſub, Siue Hebraica Proſopopœia, *Neque cognoſcet eum amplius locus eius*, locus, quem antea inhabitabat, vt qui habeat iam alium dominum, hæredem, poſſeſſorem. Sic perit flos, vt ne locus quidem agnoſcatur, in quo antea creſcebat, alebatur, florebat. Vel trãſlatio eſt non à ſtirpibus ſed ab ædificiis, quæ ita vaſtantur, vt locus, vbi priùs hæſerant, agnoſci nequeat.

C 17 *Et vſque in æternum.* id eſt, etiam poſt mortem hominis. In fonte, A ſæculo vſque in ſæculum. Sed quia עולם *Olam,* hic ſignificat נצח *Netſah,* æternitatem alterius ſæculi, vt etiã exponit Abben Ezra in ſuo decalogo, ideo doctè Sept. ſæculum commutarunt cum Æterno. Docet animas timentium Dominum fruituras beneficentia Domini poſt mortem in omne æuum.

18 *Et iuſtitia illius in filios.* In hoc autem æuo habituros ſobolem, quę Dei benedictionibus cumuletur. Quo
pertinere putat Abben Ezra illud Decalogi, *faciens mi-* b *Exod. 20 verſ. 6.*
D *ſericordiam in millia diligentibus me.* Primum quia Deus efficiet vt illorum animæ poſt mortem beatæ perſtent in mille millenas ætates, id eſt, in perpetuum. Deinde quia beneficiis onerabit, ipſorũ poſteros ad milleſimũ vſque gradum, ſi modo poſteri pietatem paternam retineant. *Iuſtitia,* veritas, fides promiſſionũ [c]. Eam enim c *è Pſal. 24. verſ. 12.*
præſtat piorum poſteris, vel in eos continuat potius. *Hi qui ſeruant,* Abben Ezra in Decalogo refert ad filios filiorum ſiue ad nepotes. q. d. Iuſtitia Dei, iuſta Dei promiſſio redundabit in poſteros piorum, ſi illi ſeruauerint

fœdus Dei,eiuſque legi paruerint. Sed aptius ad patres A
pios.Merita enim illorum defluunt in filios etiam per-
uerſos aliquouſque.Vnde ait Deus [a]: *In Iſmael exaudiui*
*te, quia ſemen tuum eſt*. Et Iudęi etiamnum hodie *Cariſ-*
*ſimi dicũtur propter patres* b. Vnde & tandẽ cõuertentur.

*a Geneſ. 17. verſ. 20.*
*b Rom. 11. verſ. 28.*

19 *Ad faciendum ea*, vt ea exequantur.

20 *Dominus in cœlo parauit*, firmauit, ſtabiliuit thronum ſuum regium,vt perpetuò regnet.Sedem poteſtatem iudicandi & regnandi tributam Filio Dei interpretatur Arnobius. *Omnibus*, Iſraëlitis,Gentibus & Spiritibus. Alij in neutro. Omnibus regnis : vel ſubſtantiue, omnibus, ſupra omnes res. B

21 *Potentes virtute*, fortitudine & robore. *Facientes*, qui iuſſa eius exequimini, audiendo vocem eius, & mandata, eiſque obtemperando.

*Ordines Angelorũ multi.*

22 *Benedicite Dominum omnes virtutes*, exercitus. Sic appellat reliquos Angelos,vt Seraphim,&c.Nam illorum multi ſunt ordines apud D. Paulum,& Dionyſium eius diſcipulum, de cœleſti Hierarchia.

23 *Benedicite Dominum omnia opera*, omnes res ab eo procreatæ,non modo Angelicæ,& humanæ,verũetiam hæ,quæ ratione & ſenſibus vacãt,cùm ad omnes mundi particulas beneficia Dei dimanent, & omnes res ad miſericordiam & bonitatem eius prædicandam hominem inuitẽt,in omni loco Dominationis *Eius*.Athnah, ſiue colon,id eſt, vbique. Ne quis iungat cum ſequentibus: *Benedic*, Iiſdem verbis finit, quibus fuerat exorſus. *Benedicite*, ter ad myſterium Sanctiſſimæ Triadis, *Benedic*, ſemel, propter vnitatem numericam perſonarum, vel ob incarnationem, in qua vnitas perſonæ, in duabus naturis. C

*Trinitatis myſterium & Verbi incarnatio.*

D

---

## ARGVMENTVM.

*Deum ab opificio & prouidentia celebrat.*

1 Ipſi Dauid. CIII. Hebr. 104.

BEnedic ánima mea Dómino : Dómine Deus meus magnificâtus es vehemênter.

3 Con



A 3 Confeſſiônem, & decôrem induîſti:amí-
ctus lúmine,ſicut veſtimênto.
4 Extêndens cœlum ſicut pellem : qui te-
gis aquis ſuperiôra eius.
5 Qui ponis nubem aſcênſum tuum : qui
ámbulas ſuper pennas ventôrum.
6 Qui facis ángelos tuos ſpíritus : & minî-
ſtros tuos ignem vrêntem.
7 Qui fundâſti terram ſuper ſtabilitâtẽ ſuã:
B non inclinâbitur in ſæculum ſæculi.
8 Abyſſus ſicut veſtimêntum amîctus eius:
ſuper montes ſtabunt aquæ.
9 Ab increpatiône tua fúgient à voce toní-
trui tui formidâbunt.
10 Aſcêndunt montes,& deſcênduntcampi:
in locum,quem fundâſti eis.
11 Términum poſuîſti, quem non tranſgre-
diêntur:neque conuertêntur operîre terram.
C 12 Qui emíttis fontes in conuállibus:inter
médium móntium pertranſîbunt aquæ.
13 Potâbunt omnes béſtiæ agri:expectâbunt
ónagri in ſiti ſua.
14 Super ea vólucres cœli habitâbunt: de
médio petrârum dabunt voces.
15 Rigans montes de ſuperióribus ſuis : de
fructu óperum tuôrum ſatiábitur terra.
D 16 Prodûcens fœnum iumêntis : & herbam
ſeruitûti hóminum.
17 Vt edûcas panem de terra : & vinum læ-
tíficet cor hóminis.
18 Vt exhílaret fáciem in óleo : & panis cor
hóminis confîrmet.
19 Saturabûntur ligna campi,& cedri Líba-
ni,quas plantâuit:illic páſſeres nidificâbunt.

20 Heródij

20 Heródij domus dux eſt eôrum, montes A
excêlſi ceruis: petra refúgium herináceis.
21 Fecit lunam in témpora: ſol cognôuit oc-
câſum ſuum.
22 Poſuîſti ténebras, & facta eſt nox: in ipſa
pertranſibunt omnes béſtiæ ſyluæ.
23 Cátuli leônum rugiêntes, vt rápiant: &
& quærant à Deo eſcam ſibi.
2 Ortus eſt ſol, & congregâti ſunt: & in B
cubílibus ſuis collocabûntur.
25 Exîbit homo ad opus ſuum: & ad opera-
tiônem ſuam vſque ad véſperam.
26 Quàm magnificâta ſunt ópera tua Dó-
mine ómnia in ſapiéntia fecîſti: implêta eſt
terra poſſeſſiône tua.
27 Hoc mare magnum, & ſpacióſum máni-
bus: illic reptília, quorum non eſt númerus:
28 Animália pusílla cum magnis: illic naues C
pertranſîbunt.
29 Draco iſte quem formâſti ad illudêndum
ei: ómnia à te expéctant, vt des illis eſcam in
témpore.
30 Dante te illis, cólligent: aperiênte te ma-
num tuam ómnia implebûntur bonitáte.
31 Auertênte autem te fáciem, turbabûntur,
áuferes ſpíritum eôrum, & deficient: & in D
púluerem ſuum reuertantur.
32 Emíttes Spíritum tuum, & creabûntur:
& renouâbis fáciem terræ.
33 Sit glória Dómini in ſæculum: lætábitur
Dóminus in opéribus ſuis.
34 Qui réſpicit terram, & facit eam tréme-
re: qui tangit montes, & fúmigant.
35 Cantâbo Dómino in vita mea pſallam
Deo



A Deo meo quámdiu ſum.
36 Iucûndum ſit ei elóquium meum: ego
verò delectâbor in Dómino.
37 Deficiant peccatôres à terra, & iniqui, ita
vt non ſint: bénedic ánima mea Dómino.

---

1 *Ipſi Dauid.* Nullus eſt titulus Hebraicè: Græcè autẽ, *Dauidis Pſalmus ſuper mundi conſtitutione.* Et certè Deum B ab opificio celebrat.

2 *Benedic anima mea Domino.* Benedicere, eſt laudare & prædicare.

3 *Et decorem, induiſti confeſſionem*, laudem, laudis & cõfeſſionis materiam firmiter, copiosè, & arctè poſſediſti: laude & maieſtate indutus es, totus es laudabilis, & admirandus. Hoc enim induere, veſtire, amicire dicunt. Vel הוד *Hod* maieſtatem, vt ה radicale ſit. *Lumine*, lucis claritate, eſſentiæ diuinæ gloria, & maieſtate. Nam inhabitas lucem inacceſſam. De pulchritudine ac ful- C gore incorporeo, ac increato ab eſſentia diuina manãte, quo claritate incomprehenſa, in medio Angelorum micat, ita vt eos mirificè illuminet, recreet, atque reficiat, intelligit R. Moſe Ægyptius [a] de quo veſtimento ſiue lumine creatum cælum inuiſibile, ſiue mundum inuiſibilem, ibidem tradit poſt R. Elezer [b]. Quod congruit cum cælo Empyreo beatorum loco mirabiliter radiante, apud Eugubinum [c]. Alij, de cœlo, & cœli luminibus, quæ veluti veſtimẽta ſuæ maieſtatis exibeat, cùm eius ſubſtantia ſit inuiſibilis [d]. Cabbalici de Decẽ ספירות *Sephiroth* ſiue numerationibus, per quas D Deus, vt ipſi aiunt, cuncta in hoc mundo gerit ac adminiſtrat, Illas enim veſtimenta Dei ex hoc loco appellant & ſingulis ſingula diuiña nomina attribuunt & præficiunt. 1. כתר *Kether*, corona, cui attribuitur & præeſt אהיה *Ehie* (ſum). 2. חכמה *Hocma*, ſapientia, cui יהוה tetragrammaton (ens) 3. בינה *Bina* intelligẽtia ſiue prouidẽtia, cui אלהים *Elohim* (Iudex) 4. חסד *Heſed*, benignitas, cui אל *El* (Deus fortis (5. גבורה *Ghebura*, fortitudo, cui אלהי *Elohe* (Deus iudex) 6. תפארת *Thipphhereth*, decor, pulchritudo

a *In Moré. Lib. 2. c. 27.*
b *In Piké.*
c *In Coſmopœa.*
d *1. Tim. 6. v. 2. Ti. 3. v 16.*
*Decem Dei numerationes Cabbalicæ.*

tudo, cui אלוה *Eloah* ( Deus vindex) 7. נצח *Netſah* victoria, cui יהוה צבאות *Tetragrammaton Tſebaoth* (Dominus exercituum ) 8. הוד *Hod* , decus maieſtas, cui אלהים צבאות *Elohim Tſebaoth* ( Deus exercituum ) 9. יסוד *Ieſod*, fundamentum, cui איתן *Ethan* fortis (vehemens) vel שדי *Saddai* ( omnipotens) 10. מלכות *Malcuth*, regnum, imperium, cui אדוני *Adonai* præſidet. Atque hæc ſunt decem Dei veſtimenta, vſque adeo à Cabbalicis cum ipſorum diuinis nominibus ſub nomine ספירות Sephiroth celebrata.

4 *Extendens cœlum ſicut pellem* , Cortinam propriè & velum. Cœlos ſicut cortinam in rotundum ſinum, abſque ruga , ſumma æqualitate , amplè & latè extendit. Pellis enim & cortina non ſolùm in planum ſinum extenditur. Nam & vter, ſicut & veſica, pellis eſt. Vnde alibi cœlum, dicitur velut camera eſſe ſuſpenſum, Auguſtinus[a]. Aliqui, Sicut cortinam, intra quam occultatus habitet & ſedeat. Vel eſt Metonymia, pellis pro toto tentorio: qui extendiſti cœlum, quaſi tabernaculum, & tentorium militare. Kimhi mauult cœlum hîc ſignificare aërem extenſum , ſiue expanſum inter cœlum & terram. *Aquis* , aqueo ſiue cryſtallino cœlo tegis ſuperiora eius cœli , id eſt , cœlum ſtellatum. Nempè cœlum ſtellatum cœlorum viſibilium ſupremum obtegitur primo mobili aquea ſubſtantia conſtante non ętherea, contra Philoſophos. Alij non tã rectè nubibus, quæ aquæ ſunt concretæ & conglaciatæ , & contabulant ſiue contegunt ſuperiora cœli, id eſt, aëris ſupremam regionem, ne ſatis videatur. *Eius*, cœli. Nam Dualia interdum cõſtruuntur cum ſingularibus Pronominibus [b], vt nihil ſit neceſſe reciprocè vertere. Qui tegit ſiue contignat aquis ſuperiora ſua, cœnacula, aulas.

a De Geneſi ad literam, c. 9.

b Pſ. 45. v. 4.

5 *Qui ponis nubem aſcenſum tuum*. Qui celeriter ferris in totum orbem , ad omnium prouidentiam inſtar nubis & ventorum. Vel qui vteris nubibus & ventis ad exercenda tuæ prouidentiæ, & tuorum operum opera. *Aſcenſum tuum*, vehiculum tuum, vt adſis celeriùs, ac tempeſtiuè, opportunéque aduenias, & ex improuiſo. Vteris nubibus pro curru, *Pennas ventorum*, qui veheris alis ventorum , qui poëticè animalia ſunt alata. Vehitur Deus nubibus & ventis alatis, poëticè, vt celeriter adſit nobis, & accurrat, etiam cùm minimè ſperamus, vt ſuprà [a].



prà [a]. Ventis pennæ tribuuntur, vt & Angelis [b] ob eorũ ſingularem velocitatem & celerẽ, in cuncta diſcurſum. Sic autẽ diuinæ actionis & virtutis celeritatẽ figurat.

a Pſ. 17. v. 11.

b Eſ. 6. v. 2.

6 *Qui facit Angelos ſuos*. Qui facit Angelos ſuos ( vt) ſpiritus, & miniſtros ſuos (vt) ignem flammantẽ, id eſt, qui facit Angelos ſuos tam celeres ad exequenda ſua mandata, quàm venti, quibus nihil ſentitur celerius & pernicius : & miniſtros ſuos, qui iidem ſunt ac Angeli, iuxta conſpectum igneos ac radiantes , vel tam mobiles, rapidos, vehementes, agiles, fortes, validos , & efficaces ſiue ardentes ad ſuum imperium , quàm flamma ignis, quæ mobilitate viget & vehementia, quæque celeriter currit, & peruadit omnia. Illud eſt Pauli [c]: *Facit adminiſtratorios ſuos ſpiritus , & in miniſterium mittit propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*. Denique eis ad ſua miniſteria vtitur vt ventis, & flãma ignea, ſiue igne cœleſti & fulgure, partim ad nocendum, partim ad benefaciendum [d]. Vnde & Clemens Alexandrinus [e]: Angelos intelligit ignitos ſpiritus, qui improbos puniunt. Noſtrorum aliqui, & ex Hebręis Rambam [f]. *Facit Angelos ſuos ſpiritus*, id eſt, ſpirituales eſſentias, non corporeas, & flammam ignis, id eſt, igneæ ſubſtantiæ, vel flãmeæ efficacitatis & energiæ, vt vnum pertineat ad eſſentiam, alterum ad operationem, efficaciam, & virtutẽ. q. d. Angeli non ſolùm ſunt incorporei, ſed & virtute efficaciſſimi. Hebræi ferè poſt R. Salomonem putant eſſe de ventis & igne, per Hyſterologiam, ac *Angelos & miniſtros* regi à parte poſteriore , vt ſint non ſubiecta, ſed prædicata pro nunciis & executoribus. Facit ſpiritus, ſiue ventos ſuos nuncios, eis pro nunciis ſuæ volũtatis, & conſiliis vtitur: facit ignem flammantem , ſuos miniſtros, ventos & ignes mittit ad ſua exequenda iudicia: vt cùm vento deſiccante, viam maris Rubri ſiccã Iſraelitis ſtrauit [g], Sodomitas igne conſumpſit [h]. Refragatur, de ſanctis Angelis hæc interpretans , non de flatibus ventorum, & igne conſumente.

c Heb. 1. v. 14

d Exod. 14. v. 22. 23. 24.

e Strom.

f In Maiemonim lib. 1. c. 2. p. 11. & 12.

Angeli ſunt incorporei.

g Exod. 14. v. 21.

h Gene. 19. v. 24.

7 *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam* , in ſua baſi & ſede firmiter collocaſti , ne moueatur , neque vmquam inclinetur à ſuo ſtatu, quin ſit ſemper in mũdi centro. Terræ ſtabilitas , & baſis eſt centrum ipſum, ad quod omnes terræ partes vndique ſua grauitate nituntur , & circa quod vniuerſitas voluitur. Cùm cætera elementa, mare, ignis aer, continuò moueantur.

a Pſ.23.v.2.

Alij intelligentiam huius loci ſumunt ex his verbis [a]: A *Super maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit, ſiue ſtabiliuit eam.* Sed loci illius alia eſt mens, vt illic docui. Deſcendit autem à cœleſtibus ad terreſtria. *In ſæculum ſæculi*, numquam illic mouebitur, ſiue motu recto, ſiue rotundo, aut quod idem eſt, in rectum, ſiue in orbem. Nam *terra in æternum ſtat* [b], ac in centro ſemper quieſcit propter grauitatem, ob quam ſemper quærit deſidere in infimo loco, qui eſt à cœlo remotiſſimus. Alioqui ſi ab eo vel tantillum declinaret, contra ſuam naturam & inclinationem aſcenderet.

b Eccl.1.v.4.

8 *Abyſſus ſicut veſtimentum*, pelagus, profundiſſimum mare. *Eius*, terræ. B Mare eſt ſicut veſtimentum ipſius terræ, eam laxè cingens, & vndique amiciens velut inſulam; adeò vt etiam ſuper montes ſiue promontoria ſtent aquæ. Inſtar veſtimenti, quod præter faciem, manus & pedes, corpus reliquum tegit, mare terram operit & circundat, exceptis locis hominum & belluarum habitationi deſtinatis. Occupat enim vaſtiſſima & incomperta terrarum ſpatia, & inundationibus quotidie multa loca ſuperat & obruit: ſiue quoniam ille eſt maris impetus, & momentum, ſiue quoniam tua iudicia & C vltiones per illud exerces. Aliqui, vt & ſequentes verſus [c] reſtringunt ad primum maris ortum & conditionem. Vnde futura pro præteritis accipiunt, Abyſſo ſicut veſtimento texiſti eam terram. (Nam obruebatur terra mari in prima rerum origine [d]) ſuper montes ſtabant illæ aquæ, (operiebant enim montes cum tota terra, ita vt nulli eſſent vel ſaltē nulli apparerent montes, nullæ valles. [e] Sed propter tuā increpationē fugerunt, propter vocē tonitrui tui, quod excitaſti, trepidarunt, id eſt, trepidè feſtinarunt in locū, quē ipſis fundaſti. i. in alueū, in D quo hodie eſt mare, (idque in vſum animantium, & vt appareret arida [f]. Tū aſcenderunt montes, emerſerunt è terra; deſcenderunt valles, & campi, in terræ ſuperficie planities conſtiterunt, iactæ ſunt, & diffuſè patuerunt in loco, quem eis fundaſti [g]. Terminū eis (aquis) poſuiſti quem non ſunt ſuperaturæ, vt iterum obruant & circumfundant terram. Alij ad communes, & quotidianas maris exundationes, vt ferè noſtri, vt quando in vniuerſali diluuio aqua terram vniuerſam operuit, quod denotatur indumenti ſimilitudine. Abyſſo ſicut

veſtimento

c ver.9.10.11.
d Gen.1.v.9.
e Verſ.9.
f Verſ.10.
g Verſ.11.



A veſtimento obruis terram, laxas abyſſum, ſiue mare è ſuo alueo, vt terram inundet, vt in diluuio Noë [a], Ogygis, Deucalionis. Super montes ſtant aquæ, obruunt etiam montes, ſed propter tuam increpationē fugient. Placatus retrahis aquas in ſuum gurgitem, eas placas & compeſcis, vnde celeriter ſe ad ſua recipiunt, & trepidè. Tunc apparent montes in ſua altitudine, valles in campis, & ſua profunditate, decliuitate, planitie, &c. Ego de vtroque ſtatu. *Super montes.* Vltra montes, pluſquam montes ſtant, id eſt, in rectum conſiſtunt, in altum eriguntur aquæ, quando mare feruet & furit. Nam B *Super* nota eſt comparationis, vt diximus ſuprà [b], Vnde qui intelligunt de montibus maris, & promontoriis, quæ teguntur maris vndis, víxque apparent, non videntur attendere ad hunc idiotiſmum. Quare tu etiam de terræ montibus. Aquæ maris ſunt ſuperiores altiſſimis montibus, dum in altum attolluntur. Quin & mare tantum eſt, vt poſſit ſuper vniuerſos etiam montes ſtare, & eos operire, niſi diuino iuſſu, & quaſi increpatione (vt ſequitur) fugere cogatur. *Stabunt*, ſtant, ſtare poſſunt C *aquæ* maris, vel ſecundum alios pluuiæ, quæ cùm pendeant in nubibus, ſuper montes quodam modo conſiſtunt.

a Gen.6.&7.
b Pſal.1.v.3.

9 *Ab increpatione tua fugient*, propter increpationem tuam. Increpat mare Deus, quando eſt placatus, & illud tranquillat. *A voce*: propter vocem tonitruorum, formidine, & trepidatione current, & accelerabunt ad locum ſuum, è quo eruperant. Per Proſopopœiam tribuit ſenſum aquis maris. *Formidabunt*, quòd illæ Dei imperio per tonitrua & ſimiles motus demonſtrato ſe D recipiant in ſuum alueum, neque extra excurrant ad mergendam terram. Aliqui per tonitruum ſimpliciter accipiunt præceptum Dei efficax. Hebraïcè יחפזון *iehaphezun*, id eſt, *trepidabunt*, id eſt, trepidè properabunt aquæ in ſeſe, ne terram obruant.

10 *Aſcendunt montes, & deſcendunt.* Aſcendunt aquarum montes, moléſque, & deſcendunt aquarum campi, & planities. Campos & montes tranſtulit ad mare, vt Cicero æquor ad terram, quando dixit [c]: *Babylonios in camporum patentium æquoribus habitare.* Interdum ventis mare in montium altitudinem attollis, interdum ſternis in campos, & æquora. Iuxta alios, Verſus

c lib.de diuinatione.

TT

A hic per Parentheſim intelligendus. Tunc, id eſt, fugientibus aquis aſcendunt montes, deſcendunt campi in locum, quem eis (montibus & campis) fundaſti & ſtabiliuiſti in terræ cuniculis & venis. Deſidentibus enim aquis montes ac valles, ſiue planities (בקעה *Bikha* vtrumque deſignat) apparent. Magna Dei prouidentia. Quædam enim fœliciùs in montibus, alia in vallibus, & campeſtribus naſcuntur, dum ſolare lumen rectiùs, vel obliquiùs, & moderatiùs, quaſi reflexis radiis poſtulāt. Ita Anonymus ſenſu ſimpliciſſimo, vt ſubtiliores interpretationes miſſas faciam. B Aſcendunt & deſcendunt, id eſt, apparent, in ſuo loco, emergunt, quaſi iam de nouo aſcendiſſent montes, & deſcendiſſent campi, & valles, qui antea confuſi & merſi erant aquis, nec videbantur. Quamquam Parentheſis breuius claudi poteſt, *vt in locum, quem fundaſti eis*, referatur ad aquas. A ſonitu tonitrui pauent aquæ, & fugiunt in locū, quem eis (aquis) fundaſti, id eſt, in maria, & fluuios confluunt, & ſe præcipitant, ſiccúmque locum montibus & vallibus relinquunt. Aliqui de mari totum quidem exponunt, quòd vndæ, inſtar montis, eleuentur, & C iterum deſcendant profundiſſimè. Sed ſubaudita particula ſimilitudinis כ *ch* (Aquæ) aſcendunt (ſicut montes, deſcendunt (ſicut) valles ad locum (Occeani) quem eis fundaſti.

*Dei prouidentia in rerum procreatione.*

11 *Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur*, aquæ. Nam ad aquas redit. Vnde Chald. *terminum poſuiſti fluctibus maris, quem non tranſgrediuntur.* Terminus autem maris ſunt littora, quæ Deus ei præfixit, & circumpoſuit, ne terras poſſit iterum obruere, dato ei deorſum verſus nutu & pondere [a]. D Terminum maris alibi Scriptura [b] arenam facit, quòd eam excedere non ſoleat, quaſi diuina virtute & potentia elementum, tam ferum & barbarum re illa exili compeſcatur.

a *Iob 38.v.10. & 11.*
b *Hier.5.v.22.*

12 *Qui emittis fontes in conuallibus.* Fontes habent ferè originem in montibus, ſed in valles defluunt, & concauitates ad vſum animantium. *In conuallibus*, in conualles, vel in flumina, quæ è fontibus manant. נחלים *Nehalim* enim vtrumque ſignificat. Imò & torrentes, qui quia ſunt plurimùm in vallibus, pro vallibus ipſis vſurpantur [c]. Quare Kimhi valles exponit cum Septuaginta. Fontes non per totam terram fluunt, ſed per conualles

c *Num.13.v.24.*



A conualles montium, vt inde in riuos deriuentur. *Aquæ*, fluuij, torrentes, riui, lacus, thermæ, quibus redundant montana. Ideò enim in genere aquas dixit. Illæ fluunt *inter medium montium*, id eſt, per media montana, vel in montium concauitatibus interioribus, quaſi ventre, è quo manant.

13 *Potabunt omnes beſtiæ agri.* Vſus fontium & aquarum, montanarum præſertim, in locis penitus deſertis & incultis, explicatur ad Dei prouidentiam, & ſapientiam commendandam. Nam, vt nihil videantur conferre ad vſum hominum, numquam, aut rariſſimè eo B occurrentium: at magnas habent vtilitates ad adaquandas beſtias ſolitarias, aues recreandas, & ad cantum perducendas, fœcundandos montes, & vicinas terras in cibum belluarum ſoliuagarum, &c. *Expectabunt*, eas aquas. In eis ſperabunt ſylueſtres aſini, quando ſitient. Expectare, proſperare, vt infrà [a]. Maſoretæ citra neceſſitatem legunt per ש dextrum ישברו *iiſhberu*, frangent, id eſt, ſedabunt ſitim ſuam. *In ſiti ſua*, vt ſuam ſitim illic extinguant, expectabunt hauſtum fontium. Meminit præcipuè Onagrorum, ſiue Aſinorum ſylue- C ſtrium, quoniam ſolitudines maximè perſequuntur, & ideò ferè in locis arentibus commorantur & ſiticuloſis. Quin & natura ſunt aridi, & ſitibundi [b].

a *Verſ.29.*
b *Ier.2.v.23.*

14 *Super ea volucres cœli habitabunt*, iuxta ea: ſuper eos fontes, fluuios, riuos, conualles, & montes aquis allutos. *Petrarum*: rupium in medio habitare ſolent & canere, עפאים *haphaiim*, frondium, iuxta aliquos, vt ſuprà [c]. Nidulantur aues in arborum ramis iuxta fluuios & fontes, denſíſque frondibus occultatæ varias edunt voces, melodiæ varia diſcrimina, & concentum varij generis, pro naturæ ſuæ conditione.

c *Pſal.97.*

D 15 *Rigans montes de ſuperioribus ſuis*, de nubibus, tamquam de ſuis cœnaculis & fornicibus. Rigat montes pluuiis cœleſtibus, fontibus, ſtagnis, vt paſcua, arbores, ſtirpes hominibus, pecudibúſque ferant, neque ſint ſteriles & aridi. *De fructu operum:* fructu, quem tu operaris, dans ſtirpibus incrementum, formam, & ornatum, repletur terra. Aliqui per fructum non intelligunt prouentum terræ, ſed pluuias, imbres, rores, quibus terra humectatur, & fœcundatur. Et per *Opera*, nubes, quæ

pluuias generant, q.d. De pluuiis nubium ſatias terram, A
quemadmodum liberi dicuntur fructus vteri materni.
16 *Et herbam ſeruituti hominum*, ad vſum & victum
hominum. Anonymus, per ſeruitutem & culturam ho-
minum, id eſt, per ſationem & arationem. Producit
quidem Deus herbam & fruges, ſed accedente ſeruitu-
te, & opera hominis, nempè aratione, ſatione, &c. Sic
a è 3.Geneſ. Kimhi [a], quæ interpretatio naſcitur è Maſoretica di-
ſtinctione, qua iſtud membrum ſequentis verſus initio
perficiunt. *Et herbam ſeruituti hominum, vt educas panem
de terra*, id eſt, vt labore hominum exculta terra pro-
* Gen.3.v.19. ferat homini cibum, iuxta illud*: *In ſudore vultus tui veſ-* B
b Pſ.146.v.9. *ceris pane tuo*. Atqui infrà [b] abſolutè enunciatur.
17 *Vt educas panem*, fruges, è quibus panis poſtea con-
ficitur, per Metonymiam. *Et vinum*, & vt vinum. Nam
*vt* per Zeugma repetendum. Producis herbam, vt fru-
ges naſcantur de terra, naſcantur & vites, è quibus vi-
num, quod triſtitiam & ſocordiam pellit, & ad lætitiam
excitat hominem, dum reparat vitales ſpiritus, mem-
bríſque vigorem indit.
18 *Vt exhilaret faciem in oleo*, vt nitefaciat, propriè, vt
illuminet, lætiorem reddat, homo ſcilicet, vultũ oleo, C
nedum nutriatur. Oleum faciem, & cutim nitidiorem
reddit, & vnguentis eſt accommodatum, quæ in maxi-
mo erant vſu apud Orientales, è Plinio & Homero,
c Ruth 3.v.3. imò & Prophetis [c], ad hilaritatem & venuſtatem. *Oleo*
Iudith 10.v.3. שמן *Shemen*, in genere ſignificat vnguentum, non vt
יצהר *Itſar*, oleum dumtaxat. Itaque loquitur de cunctis
d li.12.& 13. vnguentis, quorum enumeratio eſt apud Plinium [d].
Non modo neceſſaria tribuit, ſed & quæ ad ſobriam &
temperatam voluptatem, & honeſtam oblectationem,
& vſum conferunt. Quoniam autem in fonte legitur
משמן *Miſſhemen*, ex oleo, non בשמן *Beshemen*, D
in oleo, ſiue vnguento, aliqui vertunt, ſed parùm aptè,
per comparationem. Præ oleo. Vt nitidam reddat fa-
ciem, magis quàm oleum. *Confirmet*, & vt (Nam etiam
*vt* hîc repetendum.) Et vt *Confirmet*, corroboret, robu-
ſtum reddat. Panis hîc de peculiari hominis cibo, cùm
e verſ.17. ſuprà [e] generaliùs.
19 *Saturabũtur ligna cãpi*. Arbores ſyluaticæ. Hebraïcè
עצי יהוה *hatſe Adonai*, id eſt, *Ligna Domini*. In exag-
f Pſ.35.v.8. gerationibus diuinis nominibus vtuntur, vt ſuprà [f].
Sic



A Sic ergo appellat arbores proceriſſimas, vel eas, quæ
abſque humana cultura emergunt, inter quas aliquæ
non modo culturam non patiuntur, ſed & cultura dete-
riores redduntur, vt Theophraſtus ſcribit [a]. Cuiuſmodi a li.1.de plã
cenſentur, abies, pinaſter, celaſtrius, quaſi ſolus Deus tis, c.11.
illas plantet, riget, augeat. Hunc ſequitur: *Cedri Libani
quas plantauit*. *Campi* autem dixerunt Septuaginta, vt
docerent non modò hæc referri ad arbores ſyluaticas,
de quibus mox, verùm etiam cultas & ſatiuas. Reſpicit
ad verſ.12. *Qui emittit fontes*, ex Anonymo, verſ.15. *Rigãs*
B *montes de ſuperioribus ſuis*. Fontium, riuorum, imbrium,
pluuiarum vi, & beneficio arbores creſcunt, vernant,
fructificant. *Quas plantauit* Deus, non hominum indu-
ſtria. Syluas enim Deus ſolus plantat, dum vim locis
indit, vt ſylueſcant, & ſponte ſua illic ea arborum ge-
nera ſine raſtris hominum, & cura producant: dat in-
crementum & formam, fœcundis imbribus irrigat, for-
moſas & virides conſeruat: nouas arbores è veteribus
pullulare facit. *Paſſeres*, auiculæ in genere. *Illic*, in ramis
arborum, & foraminibus.
C 20 *Herodij domus dux eſt eorum*, paſſerum, id eſt, Hero-
dius præeſt paſſeribus, ducit auiculas ad illum locum,
index eſt viæ. Vel iuſta Chryſoſtomum & Euthymium
viam ad nidulandum oſtendit: quia auium prima ni-
dum ſtruit. Iuxta alios, Ducem eſſe, eſt præcellere, vel
anteire reliquas aues. Nidus herodij eſt altior & am-
plior aliis. Altiùs herodius, quàm cæteræ ædificat. Vi-
detur ſignificare herodium amari ab auiculis, & haberi
pro Duce & Rege, vt proinde eum obſeruent, ad ni-
dos circùm conſtruendos: fortaſsè quòd ipſas tueatur
ab iniuriis rapacium. Quod Ariſtoteles ſeorſum notat
D de ipſo, & cornice [b], ὁ πέλλος ἐρωδιῶν πρῶτον γένος, τῇ κο- b lib.9. hiſto.
ρώνῃ μὲν φίλος. πολεμεῖ δὲ τοῖς βλάπτουσιν, ἀετῷ. διαρπάζει γὰρ Animal. c. 1.
αὐτὸν, καὶ ἀλώπεκι. φθείρει γὰρ αὐτὸν, καὶ νυκτί. καὶ κορύδῳ· & 18.
τὰ γὰρ ᾠὰ αὐτοῦ κλέπτει. *Pellus Herodiorum primum genus
cornicem amat. Infeſtus autem eſt noxiis, Aquilæ quidem.
Rapit enim ipſum, Vulpi verò, quoniam perdit ipſum no-
ctu. Coridato autem, quoniam ipſius oua ſuffuratur*. Por-
rò Herodium Ciconiam eſſe putat manſuetam vo-
lucrem Suidas, aut Ciconiæ genus. Et certè vox
חסידה *haſidah*, Ciconiam deſignat, à beneficentia.
TT 3

& pietate.Nam eſt pia in parentes: eos ſenio confectos A
alens, viribúſque defectos, & volandi facultate deſtitu-
tos humeris portans. Vnde & *Pietatis cultrix.* à Petro-
nio Arbitro conuenientiſſimo epitheto, & à Græcis
*πελαργὸς* dicitur, & *ἀντιπελαργεῖν*, cùm liberi parentes
ſenes fouent & alunt, & *νόμοι πελαργικοὶ* aduerſus ingra-
tos liberos, quibus parentes egenos liberi alere coge-
bantur. Non rectè Symmachus putauit eſſe Miluum:
nam eſt auis rapax. Non Auguſtinus & Arnobius fuli-
cam, quia eſt auis aquatica, propè littora nidificās. *Dux*
*eſt eorum.* Septuag. ברושים *berushim*, acceperunt pro
בראשם *berosham*, in capite eorum. Ciconiæ, vel He- B
rodij domus eſt in eorum capite: eſt eorũ dux & prin-
a *Eſa.9.v.14.* ceps. Sic apud Eſaïam [a] *eſſe in capite* eſt præeſſe, *eſſe in*
*cauda*, ſubdi, ſeruire. Rabbini malũt, ברושים *Beroſim*,
ſumere pro abietibus vel pinis. Ciconiæ domus pini,
ſiue abietes. Ciconia in pinis vel abietibus, & procerio-
b *Pſ.83.v.4.* ribus arboribus, cuiuſmodi ſunt abietes, ædificat & ni-
dulatur. *Domus*, nidus, vt [b] *etiam paſſer inuenit domum*
c *2. Georg.* *ſuam*, & apud Virg. [c] *Antiquaſque domos auium cum ſtir-*
*pibus imis eruit. Ceruis*, refugiũ ſunt, per Hypozeugma.
Montes excelſi in periculis perfugio ſunt ceruis, vel
iuxta alios damis, ibicibus, rupicapris, & rupes, rupiúm- C
ve arcta foramina. *Herinaceis*, quos echinos etiam vo-
cant, vel cuniculis intra terram ſua latibula habenti-
e *Ad Suniā,* bus. Hieronymus ſcribit d שפן *Saphan*, animal eſſe
maius ericio, habens ſimilitudinem muris & vrſi. Vnde
in Palæſtina dici *ἀρκτόμυν*, magnámque eorum in illa
regione eſſe abundantiam, ac ſemper in cauernis pe-
trarum & terræ foueis habitare. Alij cuniculum, alij
*χοιρογρύλλιον*, quem Heſychius *ἐχῖνον*. i. Erinaceum.
21 *Fecit lunam in tempora*, in temporum diſtinctiones
& diuiſiones. Nam anni in menſes diuidũtur, quos luna D
monſtrat. Propter tẽpora, ad diſcrimina temporũ, tem-
porũ cauſa, vt ſua mutabilitate & varietate mẽſes, dies
& annos notet ac deſcribat, vt menſium varias vices
efficiat, vt dies feſtos diſtinguat, ver, & hyemem, ſeren-
di tempeſtatem monſtret. Nam menſes ad lunæ ratio-
nem dirigebantur. Denique fecit lunam certis modis
& temporibus mutabilem, humores immutãtem, tem-
pora renouantem. Qui מועדים *Mohadim* ad tempo-
ra dierum feſtorum & ſolennium, quòd illa ad lunæ
curſum



A curſum dirigerentur ex Exodo & Leuitico reſtringunt,
non ſatis dicunt. Nam vox ſignificat in genere quæli-
bet tempora certa & rata, vt ſunt quatuor anni tempe-
ſtates [a]. *Sol.* Sol nouit, quò ipſi ſit currendum interdiu, a *Gen.1.v.15.*
vt perueniat ad occaſum recta ſine vllo errore, & vt
diem finiat. Proſopopœia (Nam Sol eſt inanimatus) ad
deſignandum ratum, & inerrantem eius curſum in
oriendo, & occidendo. Nunc enim citiùs, nunc tardiùs,
modò in hac, modò in illa Zodiaci parte oritur, pro
lege ipſi à Deo poſita, quaſi mẽte & intellectu regatur.
22 *Poſuiſti tenebras & facta eſt*, Tenebræ etiam ſunt
B opus Dei, è quibus nox efficitur ad quietem hominibus
animalibúſque manſuetioribus dandam, feris autem
liberam prodeundi ad paſtum poteſtatem. *Pertranſi-*
*bunt* Hebraicè תרמוש *thermosh*, perrepent propriè,
ob noctis ſilentia & obſcuritatem: perambulabunt pro
victu, oberrabunt quærentes pabula. De vtilitatibus,
quas percipiunt animantia, è dierum & noctium vi-
ciſſitudine.
23 *Catuli leonum rugientes vt rapiant.* Aſyntheton. (Et)
C *catuli leonum*, ſiue leones iuniores. Nam conſtruitur
cum verſu ſuperiore. Confirmat enim exemplo, quod
in genere dixerat, feris noctem conceſſam ad quæren-
dum eſcam. *Rugientes* Nempè dum prædas agunt, rugi-
tum emittunt, quo perterrefaciant vicina animalia, &
præ terrore minus fugere audentia rapiant. *Quærant*,
venatu carnes aliorum animalium. *A Deo.* Quaſi Deum
agnoſcant ſuum eſſe conditorem tacito quodam ſenſu,
eſcam dantem omni carni [b]. Quare iuxta Ioelem [c] *ſu-* b *Pſalm.135.*
*ſpiciunt in cœlum tamquam area ſitiens imbrem, famis tem-* *verſ. 25. &*
D *pore.* *146. verſ. 8.*
24 *Et congregati ſunt*, ſeſe in ſua luſtra recipiunt, ma- c *Ioelis 1. v.*
gna Domini prouidentia, ne hominibus interdiu no- *20.*
ceant. Item quia inſidias ſibi ab eis metuunt, *Cubilibus*,
luſtris, ſpecubus, mandris, & ſpelæis decumbent metu
lucis, & hominum percuſſi, *Collocari* hîc cubare, decum-
bere. *In cubiculis*, in quibuſdam codicibus legitur. Sed
aptiùs *in cubilibus*. i. antris, in quæ ſe recipiunt rapacia
animalia interdiu, vt recubent & quieſcant, venatu &
curſu nocturno fatigata.
25 *Exibit homo ad opus ſuum*, abſque vllo timore in
agros & ſyluas, ad arandum, ſerendum, metendum, cæ-

denda ligna. *Ad operationem*, ad ſua negotia & opificia: A
vel ad culturam terræ, & ſeruitutem (eadẽ vox עבדה
a *Verſ. 16.* *habodá*, quæ ſuprà [a].) vſque ad veſperam, quæ labo-
rum moleſtiam intermittat.
26 *Quam magnificata ſunt opera*, vel multiplicata. *In
ſapientia*, ſapientiſſimè ad ſuum quæque vſum. *Poſſeſ-
ſione tua*, τῆς κτήσεώς σου, tuis rebus & operibus, tuis crea-
turis, tuis opibus & bonis. Exclamatio defatigati in eis
recenſendis, & obſtupeſcentis ad Dei ſingularem pro-
b *Geneſ. 14. verſ. 22.* uidentiam. Hinc *poſſeſſor cæli & terræ* b, i. effector &
Dominus. In Græcis aliis exemplaribus auctore The-
odoritο, τῆς κτίσεώς σου creatione tua, lubrico literæ lapſu.
c *Prouerb. 8. verſ. 22.* Nam κτήσεως per η magis congruit verbo Fontis, B
קנינך *kinianecha*, qualis lapſus irrepſit alibi [c], & ve-
teres contra Arianos torſit, *Dominus* ἔκτισέ με, *creauit me*,
pro ἔκτησε, *poſſedit.*
27 *Hoc mare magnum & ſpacioſum manibus*, loco & ex-
tenſione, Metaphoricè. Sic Rabbini. Ego, Sinubus. Sic
Latinè *Sinus*, Gallicè, *Brachia maris*, quibus amplecti-
tur vniuerſam terram & veſtit, vt ſuprà loquebatur,
quaſi expanſæ manus, quibus in ſe cuncta recipiat, *Rep-
tilia*, natatilia. Piſces enim, vel ſunt ſine pedibus, vel
breuiſſimos habent. *Quorum non eſt numerus.* Nam piſces
copioſiùs creſcunt, & multiplicantur, quàm terreſtres,
vel aëreæ animantes, ſiue quia naſcuntur cunctis anni C
d *Lib. 9. de animal. c. 17.* temporibus, vt docet Ariſtoteles [d], ſiue ob humoris
copiam & luxuriem, è Plinio [e], vt proinde mare deno-
e *Lib. 9. cap. 2. 3.* minet fertile, & præditũ cauſis genitalibus. Nam quod
aquatilia multitudine ſuperent terreſtres animantes
experientia docet, dum ex vno piſcis ſemine, quemad-
modum in ouis piſcium apparet, tot piſces oriuntur,
quot vix numerari poſſint. Quin & plura gignit admi-
ratione digna, quàm continens, & alia elementa, cum
innumera producat gerentia formam, non tantùm vi-
uentium omnium, verùm etiam cunctorum aliorum,
imò & quæ nulla ſimilitudine conueniant cum rebus
f *6. Aeneid.* aliis. Hinc illud Virgilij [f] *marmoreo fert monſtra ſub* D
*æquore pontus.*
28 *Animalia puſilla cum magnis.* Quædam enim illic
ſunt tantæ magnitudinis, quantæ nullum animal in
g *Geneſ. 1. ver. 21.* terra reperitur, vt balæna, priſtis, & cete grandia, de
quibus Geneſis [g]. In mari ſcilicet ob luxuriem & co-
piam



piam humorum, maiora & plura naſcuntur animalia,
quàm in terra. *Naues* Indicat nauium vſum à Deo pri-
mùm commõſtratum: in arca videlicet nauali Noë [a]. a *Geneſ. 8. verſ. 14.*
Vnde poſtea *audax Iapeti genus** (Iaphet Moſes appellat)
*ſe auſum eſt credere tranſtris*, & primùm replere orbis in- *Ex Horatio.
ſulas. Non ab Atlante, vt Ethnici tradunt. Eſt autem
magnum miraculum, per ligni fragilis opus homines
per tantam abyſſum tranſuehi. *Pertranſibunt*, Hebrai-
cè יהלכון *iehallechun*, ambulabunt, ambulant. Quam b *De re Ruſtica.*
metaphoram Cato [b] vſurpauit, *fundus in eo loco haben-
dus, vbi oppidum amplum ſit, & mare, aut amnis, qua naues*
B *ambulant.*
29 *Draco iſte quem formaſti*, Dracones, ceti per Synec-
dochen numeri. Nam Hebraicè לויתן *Leuiathan*,
nomen eſt ſpeciei, balæna verbi gratia, vel generis,
omnes immanes piſces & horridi, vt balæna, ſtrutio,
delphinus, torſio, orcà, &c. *Ad illudendum ei*, draconi, vt
homines ei illudant & inſultent, eum captum in trium-
phum portent, iugulent, & partiantur: de eius horribi-
li forma & magnitudine rideant & iocentur, qui cùm
ſit immanis, nihilominus ipſorum capturæ cedat. Sic
& Anonymus, בו *bo* interpretans ממנו *mimmeno, de
C eo*, vt rideant de eo, inquit, homines ſcilicet, vel, vt alij
piſces minores. Cùm enim cibi gratia alios piſces vo-
rare vult, profugiunt verſus littus, vbi vident arenam
& profunditatem eſſe minorem, quò cùm perſequens
peruenerit, illic aquæ copia deſtitutus hæret immobi-
lis, & interdum capitur. Alij, vt Kimhi, vt ludat & ſaltet
& rideat (Balæna) in eo (mari). i. vt cætera aquatilia
contemnat, vt ea conculcet & deuoret, ſéque pro maris
tyranno gerat: cuiuſmodi ſexcentorum pedum longi-
tudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis flumen c *Lib. 9. & 32. cap. 1.*
Arabiæ intraſſe ſcribit Plinius [c]: vide Iob [d]. Quò etiam
D noſtra pertinere poſſint per Diæreſim, *ad illudendum ei*, d *Iob 40. ver. 20. 21. 22. 40. Eſa. 27. v. 1.*
mari. i. ad ludendum in eo mari. Tertiò ludere aliqui
accipiunt, pro in ſpacioſo & profundo mari ſeſe mo-
uere & exercere. Nam ſi ad littora maris accedat, in-
ſtar montis apparet, & ſi in vadoſa incidat, conſiſtere
cogitur, neque mouere ſe poteſt. Porrò & ſi Leuiathan
ſit balæna recentioribus, veteribus tamen Rabbinis
piſcis eſt ignotus, qui in ſua ſpecie vnicus exiſtat, de
qua mira [e] R. Eliezer, vt quod ei prædæ ſint cuncti e *In Pirke.*
TT 5

A maris dracones & balenæ, donec illam ipſi prædam, excutiat Meſſias. Symbolum hauddubiè Satanæ cuncta ante Chriſtum deuorantis: Cuiuſmodi animãtia monſtrifica tria condita docent in tractatu Bechorot, quod attingit Ezras [a] & *Iucne* in volatiliũ genere, בהמות *Behemoth*, (quem tamen Elephantum interpretantur recentiores [b]) in terreſtrium לויתן *leuiathan*, in aquatilium, è quibus, vt narrat Elias [c], è maiorum traditionibus Deum putant inſtructurum conuiuium iuſtis in futuro ſæculo. Sed Abben Ezra [d] id docet eſſe סוד

B *Sod*. i. arcanum & myſterium, nec accipiendum iuxta auditum. i. literam. *Omnia à te*, à tua prouidentia. Epilogus Pſalmi per Epiphonema, de Dei prouidentia, cunctis animantibus, terreſtribus, aquaticis, aëriis, pro ſua cuiuſque natura, ſpiritum, vitam, victum largientis, vt ſine eius miſericordia, & largitate interire ea neceſſe ſit. *In tempore*, opportunè, vel cùm eſurierint, vel quibuſque temporibus, hyeme, æſtate, & cæteris tempeſtatibus neceſſaria ſuppeditando.

*a 4. Lib. c. 6.*

*b Iob 4. v. 10.*

*c In Tisbi.*

*d Geneſ. 6. verſ. 19.*

*Prouidentia Dei in omnia animantia.*

30 *Dante te illis colligent*, paſtum. Cibum accipient, quem illis dederis, pro naturæ ſuæ conuenientia. C *Aperiente*, ſi aperueris manum, ſi liberaliter dederis, notatur Dei largitas, quòd non parcè, ſed abundanter tribuat. ὁ δωτὴρ ἐάων, inquit Homerus. *Bonitate*, bonis ſatiabuntur, fundente te copiam rerum omnium.

31 *Auertente te turbabuntur*, Vbi curam & conſeruationem ſubduxeris, vbi tuam manum ſubtraxeris, vbi deſieris dare & curare, laborabunt anguſtia & penuria. *Auferes*, comprimes flatum, ne poſſint reſpirare. Alij, præ cibi defectu colliges ad tete eorum ſpiritum D atque animam, & expirabunt. Nam Spiritus & de flatu, & de anima.

32 *Emittes ſpiritum tuum & creabuntur*, De orbis per indiuiduorum ſucceſſionem renouatione, vel potiùs de humani generis per reſurrectionem reſtauratione. Aliqui etiam, de innouatione terræ naſcentium, vt cùm vere omnia reuireſcunt, & terra nouam faciem, quaſi iuuentutis induit. *Spiritum tuum*. Dei ſpiritum opponit ſpiritui animalium. Hic mortalis eſt, & ſolo Dei nutu extinguitur, ille viuus & viuificans omnia, reddens

animan



A animantia terris, aëri, aquis, efficiens vt quotannis omnia reuiuiſcant, quæ hyeme perierant. Aliqui per Dei ſpiritum, fauorem, & beneplacitum intelligũt. Cùm tibi placuerit terram fœcundare, tum creabuntur omnia vitæ commoda.

33 *Sit gloria Domini*. Dei gloria & maieſtas duret in perpetuum, ſemper celebretur. *Lætabitur*, ſe oblectabit in ſuo opificio, ſibi in eo placebit, gratulabitur de tam pulchro rerum ſuarum ornatu. Videt enim omnia, quæ fecit, eſſe valde bona [a]. Atque ita ea conſeruabit in perpetuum. Poſſet intelligi deprecanter *lætetur*, in re-

B bus à ſe procreatis, neque ab eis offendatur.

*a Gen. 1. v. 31.*

34 *Qui reſpicit terram, & facit*. Qui aſpectu ſuo. i. nutu ſolo, vel vultu iracundo terram concutit, & motu findit labefactátque. Tanta eſt eius potentia. *Tangit*, tonitru, fulmine, terræmotu, hiatu, alióve modo ferit, & fumant, vt mõs Sinai [b], Veſuuius, Ætna, Pyrenæi olim, qui arſerunt, flammas vomuerunt, grandem fumum in fornacis modum exhalantes terribili ſpecie. Hæc de mirabilibus meteoris dicuntur.

*b Exo. 19. v. 18.*

35 *Cantabo Domino, qui bona*. Celebrabo eum ore & inſtrumentis muſicis, quoad in viuis extitero. Item mẽte, & cordis viribus. q. d. omnibus modis, quibus po-

C tero. Cantare ad os, pſallere ad mentem, & muſica organa.

36 *Iucundum ſit ei eloquium*. Antitheſis Mea oratio Domino placeat (Hebraicè יערב *Ieherab* dulceſcat propriè) Peccatores autem, qui tanta beneficia Dei non conſiderant, neque eius operibus delectantur, aut iniquè eis abutuntur, pereant.

37 *Deficiant peccatores à terra*, conſumantur. Imprecatur impiis, qui hæc diuina beneficia, prouidentiæque

D opera minimè agnoſcunt.

## ARGVMENTVM.

*Ad Deum laudandum vocat, qui Iſraelitas multis bonis affecerit, conſeruauerit, & in terram promiſſam perduxerit.*

1 Halelu

1 Halelu-ia.CIIII.Heb.105. A

C Onfitémini Dómino, & inuocâte nomen eius: annunciâte inter gentes ópera eius.

3 Cantâte ei,& pſallite ei:narrâte ómnia mirabília eius.

4 Laudámini in nómine ſancto eius:lætêtur cor quæréntium Dóminum.

5 Quærite Dóminum, & confirmámini: B
quærite fáciem eius ſemper.

6 Mementôte mirabílium eius, quæ fecit: prodígia eius,& iudícia oris eius.

7 Semen Abráham, ſerui eius filij Iacob elêcti eius.

8 Ipſe Dóminus Deus noſter: in vniuêrſa terra iudícia eius.

9 Memor fuit in ſæculũ teſtamênti ſui: verbi,quod mandâuit in mille generatiônes. C

10 Quod diſpóſuit ad Abrahã: & iuramênti ſui ad Iſaac.

11 Et ſtátuit illud Iacob in præcêptum: & Iſrael in teſtamêntum ætêrnum.

12 Dicens,Tibi dabo terram Chánaan: funículum hæreditâtis veſtræ.

13 Cùm eſſent número breui:paucíſſimi, & íncolæ eius.

14 Et pertranſiêrunt de gente in gentem:& D
de regno ad pópulum álterum.

15 Non relîquit hóminem nocêre eis:& corrípuit pro eis reges.

16 Nolîte tángere Chriſtos meos:& in Prophêtis meis nolîte malignâri.

17 Et vocâuit famem ſuper terram:& omne firmamêntum panis contrîuit.





A 18 Miſit ante eos virum: in ſeruum vænúndatus eſt Ioſeph.

19 Humiliauêrũt in compédibus pedes eius, ferrum pertránſiit ánimam eius: donec venîret verbum eius.

20 Elóquium Dómini inflammâuit eum, miſit rex & ſoluit eum: princeps populôrum, & dimîſit eum.

21 Conſtítuit eum dóminum domus ſuæ: &
B príncipem omnis poſſeſſiônis ſuæ.

22 Vt erudîret príncipes eius ſicut ſemetípſum:& ſenes eius prudéntiam docêret.

23 Et intrâuit Iſrael in Aegyptum: & Iacob áccola fuit in terra Cham.

24 Et auxit pópulum ſuum vehemênter: & firmâuit eum ſuper inimîcos eius.

25 Conuêrtit cor eôrum, vt odîrent pópulum eius:& dolum fácerent in ſeruos eius.

C 26 Miſit Moyſen ſeruum ſuum: Aaron, quẽ elêgit ipſum.

27 Póſuit in eis verba ſignôrum ſuôrum: & prodigiôrum in terra Cham.

28 Miſit ténebras,& obſcurâuit: & non exacerbâuit ſermônes ſuos.

29 Conuêrtit aquas eôrum in ſanguinem:& occîdit piſces eôrum.

D 30 Edidit terra eôrum ranas:in penetrálibus regum ipſôrum.

31 Dixit,& venit cynómyia, & cínifes:in ómnibus fínibus eôrum.

32 Póſuit plúuias eôrum grándinem:ignem comburêntem in terra ipſorum.

33 Et percûſſit víneas eôrum, & ficúlneas eôrum:& contrîuit lignum fínium eôrum.

34 Dixit,& venit locûſta,& bruchus : cuius A
non erat númerus.
35 Et comêdit omne fœnum in terra eôrũ:
& comêdit omnem fructum terræ eôrum.
36 Et percûſſit omne primogénitum in terra eôrum:primítias omnis labôris eôrum.
37 Et edûxit eos cum argênto , & auro : & non erat in tríbubus eôrum infírmus.
38 Lætâta eſt Aegyptus in profectiône eôrum..quia incûbuit timor eôrum ſuper eos. B
39 Expândit nubem in protectiônem eôrũ: & ignem,vt lucêret eis per noctem.
40 Petiêrunt,& venit cotûrnix:& pane cæli ſaturâuit eos.
41 Dirûpit petram,& fluxêrunt aquæ: abiêrunt in ſicco flúmina.
42 Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui: quod hábuit ad Abraham púerum ſuum. C
43 Et edûxit pópulum ſuum in exultatiône: & elêctos ſuos in lætítia.
44 Et dedit illis regiônes Géntium:& labôres populôrum poſſedêrunt.
45 Vt cuſtódiant iuſtificatiônes eius:& legem eius requîrant.

---

D
1 *Halelu-jah* Halelu-jah poſito à Septuag. pro inſcriptione huius Pſalmi , Maſoretæ ſuperiorem concluſerunt.Septuaginta,ne hic eſſet ſine titulo , maluerunt ad hunc pertinere , quòd ad Deum laudandum inuitaret à beneficiis populo ſuo collatis , quibus præcipuè eum è populo exiguo ampliſſimum & potentiſſimum conſtituit. הללו-יה *Halelu-jah* enim,quod hîc primùm occurrit , duobus propriè vocabulis,vſque ad Pſal. 145.vbi deinceps vnica erit vox & integra,tam in principiis Pſalmorũ,quàm finibus, cópoſita videlicet è duobus



A duobus integris,nullo interpoſito Maccaph , *Laudate*
*Deum cum iubilo,lætitia & cantu*,ſiue *Iubilate Deum* , ſo-
nat.Vnde in cœlo auditur, vbi omnia cantica ſunt læ-
ta , & perpetuum eſt Halelu-jah [a], & in Eccleſia lætis a *Ap.19.v. 4.*
dumtaxat temporibus canitur iam ab Apoſtolico ſæ-
culo,vt in Paſchate , apud Auguſtinum [b], Victorem [c] b *Epiſto. ad Caſulanum, & in Pſ. 106.*
qui vocatur *Alleluaticum melos*,Hieronymum [d] qui *car-*
*men muſicum ruſticorum*.Immo à Prophetico. Nam eius
canendi vſum in Eccleſia ex Aggæo propheta mana- c *De perſ. Vand.*
re,qui primus illud cecinerit , cùm nouam ſtructuram
templi vidit , teſtatur Epiphanius [e] idque ſecundum d *Epiſt. 17.*
B Tobiæ prophetiam [f]. Quod annoto,propter iſtos,qui e *De vitis Prophet.*
ſimpliciter interpretantur, *Laudate Deum* (eum,qui eſt,
propriè חלל *Halal*,vel potius חלל *Hillel* in Piel,plus f *Tob. 13. v. 22.*
ſignificat,vt proinde Iuſtinus Martyr eleganter repræ-
ſentarit [g] per ὑμνήσατε μετὰ μέλους τὸ ὄν, & Hebræi חלל g *q.50.ad Orthod.pag.255*
*Halal* pleriſque locis exponant שמח *Shamah,lætatus*
*eſt*, maximè veteres , vt Thalmudici apud Kimhi [h], h *In Pſal. ſequentem.*
חילולה *Hilulá* enim appellant lætitiam , gaudium,
בית חילולה *Béth Hilulá* domum gaudij , domum
genialem,& aliquando *Thalamum* , locum nuptialem
ſponſi & ſponſæ , vt à Moſe dicuntur [i] חילולים i *Leu.19.ver. 24.*
C *Hilulim* gaudia.Quare Pſalmi huius inſcriptiones ſunt
de rebus lætis,& reſpiciunt ad Meſſiam , & Eccleſiam,
vel alterutrum. Itaque maiores vocem primitiuam re-
tinere maluerunt, quàm non ſatis emphaticè vno ver-
bo exprimere,Lege Hieronymum [k]. Maſoretas autem k *Ad Marcellam epiſt.137.*
dixi , non Hebræos : quoniam illi non modò auctores
punctorum vocalium extiterunt , verumetiam accen-
tuum,& notularum diſtinguentium,cùm ante eos vni-
uerſa Scriptura vnus eſſet Paſuc , ſiue verſus. i.careret
expreſſis diſtinctionũ notis,ex Rambam & Elia, vt id-
D circò ſæpiùs hallucinati ſint,diſcedendo à rectiore Se-
ptuaginta,Chaldæi,Thalmudicorũ,& veterũ Rabbino
rũ iudicio,quemadmodum quotidie fit, dũ minores ſe
ſapientiores,& ingenioſiores eſſe maioribus autumãt.
2 *Annunciate inter gentes opera eius*, nota facite , *inter*
*gentes*.i.ô vos gẽtiles,ô vos externi,de quo ſuprà [l] *Opera* l *Pſal.9.v. 4.*
*eius*,præcipuè ea,quæ perpetua hiſtorica narratione cõ-
memorabit , de mirabilibus Dei beneficiis erga ſuum
populum,vt alibi [m]. m *Deut. 25. verſ.2.3.4.*
3 *Cantate ei.* (ore) & *Pſallite* (mente & inſtrumentis
muſicis.)

muſicis.) *Narrate* (ſine copula ad vehementiam exhortationis) *mirabilia*, quæ fecit creando, conſeruando, A
liberando, ea autem præſertim, quæ Iſraëlitico populo præſtitit [a].

a *Deut. 7. v. 6. 7. 8. & 29. v. 2. 3. 4.*
b *Pſal. 33.*
c *1. Para. 16. v. 10.*

4 *Laudamini in nomine ſancto eius*, gloriamini eius nomine: eo lætamini, eum laudate, vt ſuprà b, id eſt, laudate nomen ſanctum eius, vt habetur in Paralipomenon [c], vbi hic Pſalmus legitur vſque ad verſ. 18.

5 *Quærite Dominum, & confirmamini*, forti & conſtanti eſtote animo ad eum quærẽdum, vel more linguæ Imper. pro futuro, Et cõfirmabimini, robuſtiq́; efficiemini. Scio Maſoretas legere ועזו Nominaliter per Holem, *Veghuzzo, & fortitudinem eius* (*quærite*) per quã nonnulli B
Arcam fœderis intelligunt, in qua ſe Dei virtus declarabat [d], vt ſuprà d *tradidit in captiuitatem fortitudinem eorum*, de Arca à Philiſtæis bello capta. Verùm ועזו *Veghuzzu*, per Shurec in Imperatiuo Kal, non minus quadrat. *Faciem eius*, eum, eius conſpectum, fauorem & gratiam. Præſentiam Dei, Auguſtinus. Alij, Chriſtum, qui Dei eſt facies & imago expreſſiſſima. Alienius Kimhi Arcam fœderis etiam hîc intelligit. De hoc idiotiſmo alibi diximus. Nam honoris cauſa Deum circumloquuntur.

d *3. Reg. 8. verſ. 12.*
e *Pſalm. 77.*
f *verſ. 61.*
*Chriſtus Dei facies & imago.*

C
6 *Prodigia eius & iudicia oris eius*, Prodigiorum & iudiciorum eius mementote, per Zeugma, & regiminis ſiue Syntaxeωs variationem. Prodigia appellat miracula, quæ patrauit in ſui populi liberatione: iudicia, legem, & præcepta ore ſuo tradita per Moſem: vel ſupplicia, quæ edidit ex oris ſui ſententia in Pharaonem, vt eadem ſint cum prodigiis.

7 *Semen Abrahæ filij eius*. Vocatiui caſus: vt iã ſit Apoſtrophe ad Iudæos: O ſemen Abrahæ cultores eius, ô filij Iacob, quos repudiato Eſau elegit. *Serui* enim & *electi*, in Græco ſunt Nominatiui plurales. δȣ̃λοι αὐτȣ̃, D
καὶ ἐκλεκτοὶ αὐτȣ̃. Appoſitoriè ad *Semen & filij*. Item in Hebræo ſaltem poſterius. Nam בחיריו *behirau* habet Iod ſymbolum pluralis Maſculini, vt verſ. 43. Indicat non naturâ, aut meritis Iſraelitas populum eſſe Dei: ſed ſola electione [g].

g *Rom. 9. v. 8. 9. 10. 11.*

8 *Ipſe Dominus Deus noſter*. eſt ſup. *Iudicia*, exempla, & argumenta omnipotentiæ, ſapientiæ, bonitatis & veritatis ſiue fidei: prodigia & miracula, vt ſuprà h.

h *Verſ. 6.*

9 *Memor*



A
9 *Memor fuit in ſæculum*, in perpetuum. *Verbi*, teſtamenti, Appoſitoriè verbi, vel rei. (Nam דבר *Dauar* eſt tranſcendens) quam in perpetuum eſſe iuſſit, quam promiſit *in mille*, id eſt, multas ætates. Vel, Omnes, & infinitas, propter numeri multitudinem & perfectionem. Non ſolùm enim à tempore Abraham, vſque ad nos facta eſt promiſſio, verùm ab ipſo etiam Adam in omnem poſteritatem. Arnobius ad mille generationes Gentium, quæ è tribus filiis Noë propagatæ ſunt. Sumit generationem pro propagatione & ſobole. At דור B
*Dor*, ætas potius, & ſæculum, ſiue homines alicuius ſæculi.

10 *Quod diſpoſuit ad Abraham*, quod pepigit cum Abraham [a]: *Et Iuramẽti cum Iſaac*, memor fuit, per Zeugma [b]. *Ad* pro *de* exponit Kimhi [c]. *Memor fuit iuramenti Abrahæ facti ſuper Iſaac, non ſuper Iſmaële, vel filiis Cethuræ.* d *In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Iuramentum autem iſtud factum eſt in ligatione Iſaac* [c].

a *Gen. 12. v. 3. 17. v. 19. 18. v. 18.*
b *Gen. 26. v. 3.*
c *1. Par. 16.*
d *Gen. 17. v. 19. 18. ver. 18. 21. v. 2.*
e *Ge. 22. v. 18.*
f *Gen. 27. v. 28. & 29.*
g *Ge. 28. v. 14.*

11 *Et ſtatuit illud*, ſtabiliuit, vel conſtituit, *Iacob, Iſrael*, ſunt Datiui caſus, & pertinent ad perſonam Iacob, ſiue C
Iſrael filij Iſaac, cui renouatæ ſunt promiſſiones de poſſidenda terra Chanaan [f], & naſcituro ex ipſo ſemine [g]. Ne quis putet ſumi Patronymicè, vt ſæpè aliàs, pro Iacobæis, ſiue Iſraelitis. *In præceptum*, pro lege & ſtatuto, in vim legis, ne præter ipſum alium Deum colerent, & ipſe viciſſim nullam gentem aliam haberet æquè caram, & peculiarem.

12 *Dicens tibi dabo terram Chanaan*, eorum trium Patriarcharũ vnicuique. Nam ſingulis repetitæ ſunt promiſſiones, vt ſuprà. Quare mox mutato numero *Veſtræ*. *funiculum*, in funiculum, Non enim eſt Appoſitio, ſed D
Accuſatiuus tranſitionis, de quo ſuprà [h]. Metonymicè, partem: quia hæreditates funiculis menſoriis diuidebantur [i]. Tibi dabo, ô Abraham, ô Iſaac, ô Iacob, terram Chanaan pro parte hæreditatis veſtræ k. Mauult Kimhi [l] (Nã illic quoque reperitur vſque ad verſ. 17.) eſſe Appoſitionem, & Apoſtrophen ad Iſraelitas. *Eis dixit, tibi dabo, ô Iſraelita, terram Chanaan, quæ quidem eſt portio hæreditatis veſtræ, portio quam hodie poſſidetis.*

h *Pſ. 2. v. 8.*
i *Ioſ. 13. 14. 15. Ezech. 47.*
k *Ge. 12. v. 7. & 13 v. 14. & 15. v. 18. & 26. v. 4.*
l *1. Par. 16.*

13 *Cùm eſſent numero breui*, exiguo & pauco numero. Hebraïcè מתי מספר *methe miſpar*, id eſt, viri numeri, viri quos facilè erat numerare, vt qui definirẽtur

Abraham, Iſaac, Iacob, & ſeptuaginta animabus, quæ
a *Gen. 46. v.* cum Iacob deſcenderunt in Aegyptum [a]. Nam initio A
*26. Ex. 1. v. 5.* hæc tota fuit Patriarcharum familia, cum eorum vxo-
ribus. *Et incolæ*, peregrini terræ Chanaan. Erant enim
oriundi è Chaldæa & Meſopotamia. Exaggeratio, gra-
tiæ & beneficij. Nam non poterant tantum bonum
aſſequi. Primùm quòd eſſent nimis pauci ad occupan-
dam tam amplam terram, deinde quòd peregrini, &
externi ſine vllo illic pedis, fortunarum, dignitatis
veſtigio.
14 *Et pertranſierunt de gente in gentem*, de Chaldæa in
Meſopotamiam, Chananæam, Paleſtinã, Ægyptum, &c.
b *Gen. 12. v.* frequenter tranſmigrantes [b]. B
*6. 7. 8. & 20.* 15 *Non reliquit hominem nocere eis*, non permiſit eos à
*ver. 1. 2. &c.* quoquam opprimi & lædi. *Corripuit*, increpauit, caſti-
*Heb. 11. ver. 8.* gauit propter eos Reges Ægypti, & Palæſtinæ. Pha-
*9. 10. &c.* raonem & Abimelech [c], dicendo ſupple quod ſequitur.
c *Gen. 12. ver.* 16 *Nolite tangere Chriſtos meos*, Reges & Principes
*17. &c.* meos, id eſt, à me conſtitutos, & quaſi inunctos. Adde
Patriarchas fuiſſe vnctos oleo inuiſibili, id eſt, Spiritu
ſancto, & eius gratia, ob quam vnctionem, & nos dici-
mur Chriſti, ſiue Chriſtiani. Patriarchas inter exteros
populos, Principes & magnos conſtituerat, adeò vt illi C
eorum ambirent affinitates, & fœdera, atque ſi magni
d *Gen. 23.* fuiſſent Reges. Hinc enim filij Heth [d] ad Abraham:
*ver. 6.* *Princeps Dei es apud nos*, qualẽ & eum de cæde quatuor
Regum reuertentem agnoſcunt, & prædicant Reges
e *Gen. 14. v.* Sodomæ, & Gomorrhæ, & Melchiſedec [e], & Abimelec
*17. 18.* Rex Philiſtinorum cum eo fœdus in ſempiternum iun-
f *Gen. 21. ver.* gens [f], quod poſtea renouat cum Iſaac filio [g]. Quan-
*30. 31.* tum ad Iacob, cúm ipſe proficiſceretur de vrbe Sichem,
g *Gen. 26. v.* à filiis direpta & vaſtata, terror Dei inuaſit omnes per
*30. 31.* circuitum ciuitates, nec ſunt auſi perſequi recedẽtes [h].
h *Gen. 35. v. 5.* Iſmael autem & filij alij Abrahæ ex Cethura, itémque D
i *Gen. 25. ver.* Eſau nepos, ſolo reſpectu ſanguinis & familiæ, ſeſe per
*14. & 36. ver.* coniugia inſeruerunt in principes familias Syriæ, Ara-
*1. 2. 3.* biæ, Æthiopiæ, ac earum rexerunt populos, relictis
k *Gen. 20.* in multa ſæcula filiis Regibus & Ducibus [i]. *In Prophe-*
*ver. 7.* *tis.* Nam Abraham vocat Prophetam Deus [k]. Et Iſaac
l *Gen. 27. ver.* de ſua poſteritate prophetat [l]. Et Iacob moriens mira
*28. 29.* vaticinatur de Chriſto, & poſteris [m]. Denique hi om-
m *Gen. 49. v.* nes viderunt diem Chriſti, & gauiſi ſunt, quod non
*10. 11.* contigit



contigit ſine Prophetica facultate, & dono. Adde
A Deum ſæpè eis collocutum, & apparuiſſe, & ingentia
reuelaſſe. *Malignari*, malè facere, nocere.
17 *Et vocauit famem ſuper terram*. Sic loquitur Scriptu-
ra, ne quis eam attribuat naturæ, vel fato, vel caſui. Eſt
enim vnum è Dei flagellis. [a] *Vocabit Dominus famem, &* a *4. Reg. 8.*
*veniet ſuper terram annis ſeptem. Omne firmamentum* He-
braicè כל מטה *Col matthe*, omnem baculum & vir-
gam propriè, robur omne. i. omnia legumina, vel omnẽ
cibum, quo ſuſtentatur & alitur homo, fregit & ſuſtulit,
vt maxima fames orbẽ inuaderet, per ſeptennium [b]. b *Gen. 41. v.*
B Sic loquitur Moyſes [c]: *Confringam baculum panis veſtri*, *51. 52.*
id eſt, fulcrum, *robur*, Eſaias [d] quia panis cor hominis c *Leuit. 26.*
firmat, vel calamum, ſpicam iam firmam, & propè *verſ. 26.*
maturam. Vnde calamitas, quaſi calamorum fra- d *Eſa. 3.*
ctio. *verſ. 1.*
18 *Miſit ante eos virum*. Præmiſit illis Ioſeph in Ægy-
ptum, [e] qui patris & fratrum victui proſpiceret, prauis e *Geneſ. 37.*
horum conſiliis in finem commodum & ſalutarem *verſ. 36. &*
vſus [f]: *In conſeruationem miſit me Deus ante vos*. Eſt au- *41. ver. 39.*
tem Hyſteron proteron. Nam Ioſeph priùs fuit vendi- f *Geneſ. 45.*
C tus, quàm fames venerit. Nullum periculum Eccleſiæ *ver. 5.*
ſolet accidere, quin Deus antea prouiderit, & procura- *Deus quomo-*
rit modum conſeruationis & ſalutis. *In ſeruum venunda-* *do Eccleſiæ*
*tus*, primùm Iſmaelitis, deinde Putiphari regis Eunu- *proſpiciat.*
cho. g *Gẽ. 37. ver.*
19 *Humiliauerunt in compedibus*, afflixerunt propriè. *27. 28. & 36.*
*Ferrum*, ferreis vinculis eius perſonam tentauerunt,
cõiiciendo in carcerem [h]. Anima pro tota perſona, per h *Gene. 39.*
Synecdochen: vt alibi [i], *Septuaginta animæ deſcenderunt* *ver. 20.*
*in Aegyptum*. In fonte eſt alius tropus, *In ferrum venit a-* i *Gen. 46. ver.*
D *nima eius. Verbum eius* Dei. Paſſiuè. Verbum ſiue decre- *27.*
tum Dei de eo euehendo. q. d. Hæſit Ioſeph in carcere,
quoad tempus à Deo cõſtitutum appareret, vt exalta-
retur. Vel ipſius, Ioſeph, Actiuè. Verbum, quod ipſe Io-
ſeph dixerat, referens fratribus, & patri ſomnia à ſe vi-
ſa de futura ſua magnitudine, [k] donec tempus veni- k *Geneſ. 37.*
ret, quo verbum iſtud impleretur. Aliqui, Verbum pro- *ver. 7. 8.*
phetiæ eius, factum ad piſtorum & pincernarum re-
giorum magiſtros [l]. l *Gen. 40. v.*
20 *Eloquium Domini inflammauit eum*, veluti excoxit & *12. & 13.*

igne explorauit eum verbum Domini. Nam eloquium, ſiue oraculum Dei per inſomnia cauſa fuit, vt probaretur, & coqueretur igne tribulationis, dum propter illud

A

a Gen.37.v.27.28.

à fratribus eſt venditus [a], indéque paſſus cætera, quæ in Geneſi memorantur, per annos tredecim, quoúſque anno ætatis trigeſimo Aegypto præficeretur. Anno enim vitæ decimo ſeptimo fuit venditus, apud Putipharem manſit annum vnnum, in carcere duodecim, è Seder Olam. Vel, *Eloquium Domini*, id eſt, Metonymicè, eloquij Domini obſeruatio perdidit eum: præceptum, lex di[uina] fuit cauſa, cur probaretur, & veluti igne examinaretur. Nempè, quia ſtudioſus erat verbi Domini, & præceptorum eius, perſecutionem eſt paſſus à fratribus, Aegyptiis, hero, hera, &c. Si fuiſſet impius, nihil ei fortaſſis tale contigiſſet. Sed Dominus fecit cum tentatione prouentum. Docet Deum ad ipſius pro-

B

b Gen. 41. v. 14.15.

bationem hâc ei calamitatem immiſiſſe. *Rex*, Pharao [b], qui mox *Princeps populorum*, Aegypti ſcilicet. *Soluit eum*, è compedibus & ferro, & emiſit è carcere, laxauit propriè.

21 *Et Principem omnis poſſeßionis ſuæ*, ſuarum, rerum, & ditionum gubernatorem [c].

C

c Gen. 41. v. 40.

22 *Vt erudiret*, vt vinciret, propriè alligaret, caſtigaret, coërceret corruptelam aulicam, & reduceret ad moderationem, atque virtutẽ, qua ipſe erat præditus [d].

d Ge.42.v.6.

Hoc enim ſignificatur per, *Sicut ſemetipſum*. Vt eos inſtar ſui doceret, vt virtutis, quæ erat in ipſo, ſtudioſos efficeret. Nam legerunt per כ, *Sicut*, vt & Chaldæus. Rabbini interpretatur per ב. Metonymicè, *in anima ſua*, id eſt, pro ſua ipſius voluntate & arbitratu Principes cogeret, accepta etiam poteſtate illos in vincula coniiciendi. Quò etiam inclinare poſſit noſtra verſio. Præpoſuit eum aulæ ſuæ, vt Principes erudiret, & caſtigaret, & conſiliarios efficeret ſapientes, tanta erga illos libertate, quãta erga ſemetipſum. אסר *Aſar*, idem eſſe poſſit, quod יסר *iaſar*, ex mutua permutatione litera-

D

e Pſ.93.v.11.

rum *Ehevi*. *Erudiit, docuit*, non *Ligauit*, de quo ſuprà [e]. *Senes eius*, ſenatores, conſiliarios, & magiſtratus.

23 *Et intrauit Iſrael, Iacob*, Patronymicè Iſraëlitæ, &

f Gen. 46.v.6.7.

Iacobæi [f]. *Incola fuit*, peregrinatus eſt in terra Cham, patris Mizraim, à quo Aegyptij [g], id eſt, in Aegypto.

g Ge.10.v.13.

24 *Auxit populum ſuum vehementer*, multiplicauit, fœcunda



A

a Exod.1.v.7.

cundauit [a], vt cùm initio deſcenſus vix eſſent ſeptuaginta, in exitu poſt 40. annos, vel iuxta alios, ducentos decem, ſexcenta armatorũ millia explerent, & totidem paruulos & mulieres ſecum in terram Chanaan ducerent. *Super*, præ, pluſquã. Eum ſupra ipſius hoſtes auxit & multiplicauit: fortiorem eum, vel numeroſiorem fecit (vtrumque vox Hebræa ויעצמהו *vaiahatſimehu*, patitur, pro qua nos *& firmauit eum*) inimicis ipſius Aegyptiis. Hîc in cipit hiſtoria Exodi.

B

25 *Conuertit cor eorum, vt odirent*, præ bonorum copia, quibus ſuum populum afficiebat, animos illorum ad ſuorum odium conuertit. Non quidem infundendo maleuolentiam & odium, ſed multiplicando & ornando populum ſuum, cui Aegyptij inuidebant, ſicque prouocando eorum inuidiam, ſua erga populum beneficentia. Hoc enim pendet è ſuperioribus. Itaque Deus hîc cauſa eſt odij per accidens, conſecutionem, occaſionem, non per ſe propriè. Hinc Auguſtinus ad hunc locum: *In eo quòd populum ſuum multiplicauit, hoc beneficio ſuo malos ad inuidentiam conuertit.* Et poſt: *Non itaque

*Deus vt ſit malorum culpæ cauſſa.*

C

cor illorum malum faciendo, ſed populo ſuo benefaciendo, cor illorum ſponte malum* (& inuidum) *conuertit ad odium.* Aliqui Rabbinorum præter verbi conſuetudinem exponunt intranſitiuè: *Conuerſum eſt cor eorum*, &c. *Dolum facerent*, machinarentur, pernicioſa molirentur occidendo infantes, & nimiis operibus patres opprimendo.

26 *Miſit Moyſem ſeruum ſuum, & Aaron.* [b] *Quem eliget* ad hoc munus, item ad ſacerdotium. Nam quamuis fuerit Aaron de electorum ſiue prædeſtinatorum numero, tamen non loquitur de hoc electionis genere, ſimpli-

b Exod. 3. v. 10. & 11.

D

citer, ſed πρός τι.

27 *Poſuit in eis verba ſignorũ*, eos ornauit vi, & dono miraculorum. Actio iſtorum miraculorũ Moſi & Aaroni in Hebræo tribuitur. Poſuerunt in eis (Iſraëlitis) verba ſignorum ſuorũ, id eſt, ſigna à Deo ipſis imperata. Septua. propter explicationem maluerunt referre ad primũ auctorem, & cauſam, quòd miracula propriè fiãt à Deo, vt iuxta illud [c]: *Virtutes nõ quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.* Ne quis putaret ſua virtute eos, non diuina iſthęc edidiſſe. *Verba ſignorũ*. Verba in eorum ore, vel res in eorum manu poſuit, quibus ſigna & prodigia ederẽt [d]. Vel hypallage ſigna & prodigia verborum ſuorum, ſigna

*Miracula propriè fiunt à Deo.*

c Act.19.v.11.

d Exo.7.v.2.

& prodigia ab ipſo mandata & iuſſa poſuit in eis, Moſe A
a *Verſ. 23.* ſcilicet & Aarone. *Terra Cham,* in Ægypto, vt ſuprà [a].
28 *Miſit tenebras*, triduanas, & aëris denſitate & affe-
ctione horrendas, ſtupendáſque adeo, vt palparentur,
aëri mixtis caliginoſiſſimis & craſſiſſimis terræ vapori-
b *Exod. 10. ver. 22.* bus. Nona plaga [b]. A qua incepit per Hyſteron prote-
ron. Libera enim eſt laudatio à lege narrantis & texen-
tis hiſtoriam, inquit rectè Auguſtinus. *Et obſcurauit,*
ויחשב *Vaiahaſec*, & obtenebrauit, totam videlicet
Ægyptum, præter regionem Goſen, adeo vt coacti ſint
hærere in ſuis locis per tres dies continuos, ac ſi illis
eſſent affixi. Nam præ ſtupore non ſunt functi libero B
membrorum motu & officio, adeo vt ne quidem ipſis
eſſet integrum faces, lucernáſve accendere, ad noctis
caliginem depellendum, quod findere aëris denſita-
tem ignis nō poſſet. Cuiuſmodi ſe expertum in Ocea-
no narrat Abben Ezra, vaporibus ſua craſſitie lumen
extinguentibus, nec reaccendi ſinentibus. *Et non ex-
acerbauit,* non ægrè, & difficulter perfecit Dominus.
Hinc Hebræi, non variauit, non immutauit, non irri-
tauit, non infideles & irritos fecit ſermones ſuos, quos
per Moſem Ægyptiis denunciauerat. Nam fideliter eos
impleuit, immiſſis multis plagis & calamitatibus. He- C
bræa & Græca (in quibus tamen pro ὅτι *quia*, legen-
dum οὐκ *neque*, vbi Auguſtinus docet variare) etſi plu-
raliter enuncientur, idem tamen pollent iuxta inter-
pretationem R. Eleazar, & R. Dauid: *& non variarunt
ſermones eius*, plagæ ſcilicet, vel ſigna & prodigia, de
c *Verſ. 27.* quibus loquebatur [c]. q. d. Signa & prodigia non varia-
runt verba Dei, ſed fideliter venerunt ſuper eos, prout
ipſe dixerat. Signa illicò ad Dei mandatum per Moſem
& Aaronem edita apparuerunt. Hæc illi, contra ſciolos,
qui deteriora perpetuò eligunt, vt quoquo modo poſ- D
ſint noſtram editionem carpere. Vnde hîc quærunt ſup-
poſitum remotius. Et non variarunt, Moſes ſcilicet &
Aaron, ſermones eius. Mandata Dei non detractarunt,
eis non repugnarunt, quocumque mitterentur à Deo
proficiſcentes, etiamſi comminaretur Pharao. Exacer-
bare autem Septuaginta ſolent accipere pro variare,
detrectare, repugnare, amaro & acerbo animo facere,
vt מרה *marah*, & מרר *marar*, ſicuti voce finitima,
ita ſint ſignificatione. Gall. *N'a pas faict à regret ſes pa-
roles,*



A *roles, ſes promeſſes ou menaſſes.* Fortaſſis etiam Septuag.
immutauerunt numerum, quòd putarent in fonte eſſe
mySterium Sanctiſſimæ Triadis. Nam non video, cur *Myſterium*
non poſſit eſſe plurale pro ſingulari. Non exacerbaue- *Sanctiſſimæ*
runt ſiue variarunt (Pater, Filius, & Spiritus ſanctus) ſer- *Triados in*
mones ſuos, pro, non exacerbauit, ſiue variauit (Domi- *fonte latet.*
nus Deus) Quod iſti ad myſteria obtuſi non percipiunt.
*Sermones ſuos* promiſſiones ſuas, factas videlicet Moſi,
vel Abrahæ, vt infrà [a] non variauit, neque acerbè, ſiue a *Verſ. 42.*
ægrè præſtitit.
29 *Conuertit aquas eorum in ſanguinem* [b], Prima plaga b *Exod. 7. v. 16.*
B Veris tempore vertit aquas eorum tam marinas & flu-
uiales, quàm puteanas, fontanas, & alias in ſanguinem,
vt ſiti cruciarentur, & aliis aquæ vſibus priuarentur. Pu-
tore etiam, & labe aquarum extinxit illorum piſces, vt
& cibi penuria laborarent. Nam Ægyptus his magna
ex parte viuit [c]. *Piſces eorum,* quibus veſcebantur ad c *Numer. 11.*
delicias & gratis, id eſt, nullo vel vili pretio propter *ver. 5. & 22.*
copiam & multitudinem. Ibid. Earum etiam verti poſ-
ſit, aquarum videlicet. מים *Maim,* enim eſt Maſculini
generis. d *Exod. 8. v. 3.*
30 *Edidit terra eorum ranas*. Secunda plaga [d] ad eos
in corporibus vexandos & cibis. Nam intra furnos &
C cibos ſe ranæ inſerebant. *Edidit,* produxit ranas magna
copia [e]. Aliqui non putant eſſe vulgares ranas, ſed ve- e *Exod. 8.*
nenatas & horrendas, quales ſunt rubetæ, buffones. Alij *ver. 6.*
etiam, vt refert Abben Ezra, Crocodilos é fluuio ex-
euntes & homines rapientes, Arabicè Altamſah: Atqui,
inquit, צפרדעים *Tſephardehim*, vulgatas ranas in *Animalia po-*
fluminibus & riuis coaxantes ſignificant Gallicè *Gre-* *pulos & vr-*
*noilles*, vt R. Selo. Gallus exponit. Deinde in his ma- *bes vaStarūt.*
gis elucet Dei digitus, potentia, iudicium, *nec minus* f *Lib. 8. hiſt.*
*clara*, vt loquitur Plinius [f], *exitij documenta ſunt è con-* *Natu. ca. 29.*
*temnendis animalibus, vt cùm à cuniculis ſuffoſum in Hi-*
D *ſpania oppidum, à talpis in Theſſalia, à ranis ciuitas in Gal-
lia pulſa, ab locuſtis in Africa, à muribus incolæ ex Gyario
Cycladum inſula fugati, in Italia Amyclæ à ſerpentibus de-
letæ, à ſcorpionibus & ſolpingis gens Aethiopum citra Cyna-
mulgos ſublata, à ſcolopendris Otricretes abacti.* Atque hæc
Athcus contra iſtos, qui omnia é communibus rerum
naturis metiuntur, & vocabula per vim ad ſuam perfi-
diam trahunt. *In penetralibus,* in cubiculis. Non ſolum

in vulgi domibus, ſed etiam regum palatiis, & cubili- A
a *Exo.8.v.2.* bus interioribus [a]. *Aſcendit è fluuio rana in penetralia quæque Pharaonis & Aegyptiorum, non reformidans ſtrictos cuſtodum, & militum enſes, nec mortem ipſis à ſatellitibus intentatam*, inquit, R. Iacob è vetuſtis traditionibus. Quod miraculum hic canit Dauid, à paucis obſeruatum. Nempè ranas è fluuio ingreſſas ועל מטתב בחדר משכבב *bahadar mishachbeca, vehal mitthathecha*, in ſecretius cubiculum, & ſuper lectum Pharaonis, inter medios enſes, per medias cuſtodias, itémque ianuas & feneſtras clauſas, non in illis locis inte- B
*Penetratio dimenſionum in Aegypto patuit.* rioribus per putredinem natas, haud dubiè per penetrationem dimenſionum, à qua tantopere abhorrent Caluinitæ, vel maiore alio miraculo illuc è fluuio currentes & perrumpentes, per quod etiam implebant illorum furnos, panaria, cibos quantumcumque clauſos & ſeptos.

31 *Dixit & venit cynomyia*, Quarta plaga ad terram corrumpendam, & aërem inficiendum. *Cynomyia*, Hebraicè חערוב *harob*, mixtio ſiue congregatio mu-
b *Exod. 8. ver.21.22. & 10.* ſcarum, & inſectorum [b]. Sed Sept. per Synecdochen ſpeciem pro genere poſuerunt, muſcam videlicet ca- C
ninam, muſcarum moleſtiſſimam. Hic autem etiam eluxit miraculum de dimenſionum penetratione. Nam hæc inſectorum genera repleuiſſe Ægyptiorum domos Moſes indicat, tametſi diligenter clauſas. Vbi tertium acceſſit, dum Iſraelitæ ab his non ſunt infeſtati.
c *Ibid. v. 22.* Quod in hac plaga primum obſeruat Moſes [c]. For-
d *Ex.7.v.17.* taſſe, vt notat Abben Ezra [d], quia tres primæ, Sanguis, Rana, Cyniphes, communes illis fuerunt cum Ægyptiis, reliquæ ſeptem Ægyptiorum propriæ. Etſi R. Iaphet aliter quàm ferè omnes ſequuntur. *Cyniphes*, pediculi, propriè. Tertia plaga, ad corpora hominum D
iumentorúmque, grauiter infeſtanda, terræ puluere in eos verſo. At noſter Cyniphes per Synecdochem, ſpeciem pro genere, pediculos caninos pro pediculis ſimpliciter alluſione quadam ad vocem Hebræam בנים *Cinnim*, Vnde debet ſcribi per y à *κύων canes, κύνιφ κύνιπος*. Et quamuis Græcè ſit ϖ, Latinè tamen vſu veteri eſt F vel ph vt à *τροπαίου*, Trophæum. Septuaginta in Exodo aliam alluſionem ſecuti ſunt. Nam vertunt *κνιπες* vel *σνιπες*, culices, inſectum pennatum infeſtans



A infeſtans arbores & iumenta apud Plinium [a].
32 *Poſuit pluuias eorum*, Tranſilit hîc duas plagas, a *Lib.17 ca. 24.*
quintam de peſte animalium, & ſextam de vlceribus ſiue puſtulis hominum. *Poſuit*, conuertit. Nam pluit eis grandinem, *ignem comburentem*, pecora & homines foris repertos, & herbas agri, ſeorſum linum in culmo poſitum, & hordeum iam ſpicatum [b]. Sub finem vide- b *Exod. 9. v. 18. 19.*
licet Februarij. Vnde non attigiſſe dicitur triticum, & frumentum, quia ſerotina, & adhuc in herbas. Periphraſis autem eſt fulminis. Nam ſeptima eſt plaga, quæ appellatur quidem grando, ſed mixtos habuit
B ignes, tonitrua, pluuias, alióſque meteoros ſpiritus.
33 *Et percuſſit vineas*, verè, quando vineæ, ficus & arbores promittebant fructuum magnam copiam truſis botris, & baccis. *Lignum*, arbores, & virgulta in finibus & terminis Ægyptiorum inuenta.
34 *Dixit & venit locuſta*, duobus menſibus poſt, quando frumenta ſpicata erant ſub Pentecoſten, incidentem in ſextum Siuan ſiue Maij, quæ proinde feſtum Meſſis [c] & primitiarum (tritici) dicitur. *Bruchus* ילק c *Ex.23. ver. 16.*
*Ielek*, ſpecies eſt locuſtæ omnia lambentis. In Exodo
C fit dumtaxat mentio, ארבה *Arbé*. i. locuſtæ, ſed quia eſt nomen generis, nec ſemper reſtringitur ad ſpeciem, Dauid docet non in hac plaga. i. octaua vnicum ſæuiiſſe locuſtarum genus.
35 *Et comedit omne fænum*, Locuſtæ & Bruchus omnem fructum arborum, & quicquid grando & fulgur reliquerant, conſumpſerunt. *Fænum*, herbam virentem propriè æſtatis tempore, quando fœnum prope eſt maturum, *fructum terræ*, ſegetes, quæ in ſuperiore plaga nondum euectæ erant in culmum ſiue ſpicam [d]. d *Ex. 9. v 32.*
36 *Percuſſit vineas eorum & ficulneas*, redeunte altero
D vere. Nam plagæ hæ non continenter, ſed per interualla & ſpatio duodecim menſiũ contigerunt. *Primogenitum*, hominũ & pecorum. Poſtrema & decima plaga, qua adactus eſt Pharao eos dimittere. *Primitias omnis laboris*, vel fortitudinis, & virtutis [e]. Cur autem e *Exod. 12. ver. 12.*
ſic periphraſticωs vocentur primogenita, diximus ſuprà [f]. Iudæos ex Ægypto eduxit diuites & incolumes, f *Pſalm.77. ver. 57.*
vt ne vnus quidẽ eſſet infirmus & imbecillus ad conficiendum iter in Palæſtinam. Viatico & firma vale-

tudine ad iter inſtruxit [a]. Nam ne vnus quidem illo- A
a *Exod. 13. ver. 18.* rum fuit Ægyptiacis plagis vexatus. Aurea autem, & argentea vaſa, aliáque eiuſmodi ab Ægyptiis conſecuti ſunt.

37 *Et eduxit eos cum argento & auro*, argenteis & aureis vaſis, aliiſque pretioſis Ægyptiorum opibus commodato acceptis. *Infirmus* כושל *coshel*, corruens, la-
b *Eſa. 35. v. 5.* bens prop. nutans, id eſt, debilis vt apud prophetam b. *Genua* כושלות *Cosheloth, debilia.* q. d. inter eos nullus erat non modo æger, ſed ne debilis quidem, aut
c *Exod. 13. ver. 18.* imbecillus. Erant enim omnes alacres & expediti [c], viri fortes & ſtrenui [d], ad 600. hominum millia præ- B
d *Exod. 12. ver. 37.* ter inferiores 20. annis.

38 *Lætata eſt Aegyptus in profectione*, in egreſſu: cùm exirent, quia inuaſerat eos timor ob plagas, & flagella.

39 *Expandit nubem in protectionem eorum*, quæ protegeret ab æſtu, & ignem, qui illuminaret viam, per quam ituri eſſent. Imò & vtrumque ad præmonſtrandam viam. In illis etenim Saracenicis deſertis viarum nulla extant veſtigia ob arenas leui ventorum flabello mobiles & delebiles. Ideóque viatores in il- C
lis, vt nautæ in mari, vti coguntur inſtrumentis quibuſdam, quaſi nauticis quadrantibus, ad indicandas mundi plagas, & dirigendas profectiones. *In columna*
e *Neh. 9. ver. 12.* (ait Nehemias [e]) *nubis ductor eorum fuiſti, & in columna ignis per noctem, vt appareret eis via. In protectionem*, in vmbraculum, & tegumentum aduerſus ſolem & ardores. Nam deſerta Saracenica ſiue Arabica torrida ſunt ratione climatis, item arenarum ſolis radios reflectentium. Sed & contra feras, & hoſtes. Sic enim nubem interpoſuit inter ipſos & Ægyptios, ne pro- D
f *Exod. 14. ver. 20.* pinquarent tota nocte [f]. *Ignem*, columnam igneam ad illuſtrandam noctem, aduerſum tenebrarum pericula.
g *Lib. 8. Cõſt. Clementis.* Et ſic Apoſtoli [g], *ςῦλον πυρὸς τὴν νύκτα πρὸς φωτισμὸν, καὶ ςῦλον νεφέλης ἡμέραν πρὸς σκιασμὸν θάλπους* [h].

h *Exod. 13. verſ. 21.* 40 *Pane cæli ſaturauit eos*, Manna cælitus demiſſo ſpatio 40. annorum [i], quo pro pane vtebantur. Nam
i *Exod. 16. ver. 35.* non niſi defecit poſt tranſitum Iordanis decimo quinto Menſis Niſan, deſcendens in quemlibet manſionum locum ad illud vſque tempus, adeo vt cum illis tranſierit



A rit Iordanem Abben Ezra [a]. Etſi faſciculus Mirrhæ eius deſcenſum terminat Iordanis ora. a *Exod. 16.*

41 *Dirupit petram & fluxerunt*, aperuit propriè. *Abierunt* id eſt, decurrerunt in loco ſiccitatis & ſqualloris, per locum ſiccum & deſertum exundarunt aquæ copioſæ, quaſi fluuius. Poſtquàm rupes percuſſione Moſis fuiſſet rupta & aperta. Neque enim hoc de fiſſis mari, & Iordane, & ſiccum iter Iſraeli tranſituro præbentibus. *Flumina*, loquitur de percuſſione rupis in Raphidim [b], vbi b *Exo. 17. v. 7.* aqua rupe inſtar fluuij conſequentis & comitatis per deſerta exercitum, exundauit, vt ſuprà [c]. c *Pſ. 77. v. 20.*

B 42 *Quod habuit ad Abraham puerum ſuum*, quod ſanctè promiſerat Abrahæ ſeruo ſiue cultori ſuo d. d *Ge. 17. &c.*

43 *In exultatione*, exultanter & lætè [e]. Exultantes & e *Lege Pſa. 30 verſ. 23.* lætos eduxit ex Aegypto. *Electos*, Iſraelitas, vt ſuprà [f]. *In lætitia*, cum laude & cantico. f *Verſ. 7.*

44 *Et dedit illis regiones*, terras propriè Chananæorũ. *Labores*, opes, bona, quæ ſibi multo labore populi Chananæorum acquiſierant, plantauerant, ſeuerant, conſtruxerant, ipſorum deniquè omnia veluti hæreditaria ſunt conſecuti. Fructus terræ illius, pagos & ciuitates
C magna induſtria, & labore confectas.

45 *Vt cuſtododiant iuſtificationes*, ſtatuta religionis & ceremonias requirant. Hebraicè ינצרו *Iintſoru. i.* conſeruent. Atque hæc cauſa generalis Dei erga nos g *Pſ. 77. v. 7. Leu. 20. v. 26. Ioſ. vlt. v. 17. 18. 19.* beneficiorum, vt agnoſcatur, colatur, ametur [g]. Pſalmũ concludit in fonte *Halelu-ja*. Quod noſtri conferunt in ſequentis principium, de quo illic.

## ARGVMENTVM.

*Captiui Deo peccata ſua, maiorúmque ſuorum confitentur, & veniam ſalutémque poſcunt.*

D 1 Halelu-ja. CV. Heb. 106.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

3 Quis loquétur potentias Dómini. audítas faciet omnes laudes eius.

4 Beâti, qui cuſtódiunt iudícium: & fáciunt iuſtítiam in omni témpore.

5 Meméu

5 Memênto noſtri Dómine in beneplácito A
pópuli tui: viſita nos in ſalutâri tuo.
6 Ad vidêndum in bonitâte electórum tuô-
rum,ad lætândum in lętítia gentis tuæ:vt lau-
dêris cum hæreditâte tua.
7 Peccáuimus cum pátribus noſtris: iniûſtè
égimus,iniquitâtem fécimus.
8 Patres noſtri in Aegypto non intellexê-
runt mirabília tua: nō fuêrunt mémores mul-
titúdinis miſericórdiæ tuæ. B
9 Et irritauêrunt aſcendêntes in mare: Ma-
rerûbrum.
10 Et ſaluâuit eos propter nomen ſuum: vt
notam fáceret poténtiam ſuam.
11 Et incrépuit Marerûbrum, & exiccâtum
eſt:& dedûxit eos in abyſſis ſicut inde ſêrto.
12 Et ſaluâuit eos de manu odiéntium:& re-
dêmit eos de manu inimîci. C
13 Et opéruit aqua tribulântes eos: vnus ex
eis non remanſit.
14 Et credidêrunt verbis eius: & laudauê-
runt laudem eius.
15 Citò fecêrunt,oblîti ſunt óperum eius:&
non ſuſtinuêrunt conſílium eius.
16 Et concupiêrunt concupiſcéntiam in de-
ſêrto:& tentauêrunt Deum in inaquôſo. D
17 Et dedit eis petitiônem ipſorum: & mi-
ſit ſaturitâtem in ánimas eórum.
18 Et irritauêrunt Moſem in caſtris: Aaron
ſanctum Dómini.
19 Apêrta eſt terra,& deglutîuit Dathan: &
opéruit ſuper congregatiônem Abíron.
20 Et exârſit ignis in ſynagôga eórum:flam-
ma combûſſit peccatôres.

21 Et



A 21 Et fecêrunt vítulum in Horeb:& adora-
uêrunt ſcúlptile.
22 Et mutauêrunt glóriam ſuam: in ſimili-
túdinem vítuli comedêntis fœnum.
23 Oblîti ſunt Deum,qui ſaluâuit eos, qui
fecit magnália in Aegypto: mirabília in terra
Cham:terribília in Marirûbro.
24 Et dixit,vt diſpérderet eos: ſi non Moy-
B ſes elêctus eius ſtetíſſet in confractiône, in
conſpêctu eius.
25 Vt auérteret iram eius, ne diſpérderet
eos:& pro níhilo habuêrunt terram deſiderá-
bilem.
26 Non credidêrunt verbo eius,& murmu-
rauêrunt in tabernáculis ſuis: non exaudiêrūt
vocem Dómini.
C 27 Et eleuâuit manum ſuam ſuper eos: vt
proſtérneret eos in deſêrto.
28 Et vt deiíceret ſemen eórum in natióni-
bus:& diſpérgeret eos in regiónibus.
29 Et initiâti ſunt Beélphegor: & comedê-
runt ſacrifícia mortuórum.
30 Et irritauêrunt eum in adinuentionibus
ſuis:& multiplicâta eſt in eis ruîna.
31 Et ſtetit Phínees,& placâuit: & ceſſâuit
D quaſſatio.
32 Et reputâtum eſt ei in iuſtítiam:in gene-
ratiône & generatiônem, vſque in ſempitêr-
num.
33 Et irritauêrunt eum ad Aquas contradi-
ctionis: & vexâtus eſt Moyſes propter eos,
quia exacerbauêrunt ſpíritum eius.
34 Et diſtînxit in lábiis ſuis; non diſperdi-
dêrunt gentes,quas dixit Dóminus illis.

35 Et

35 Et commîxti ſunt inter gentes,& didicê- A
runt ópera eôrum , & ſeruiêrunt ſculptílibus
eôrum:& factum eſt illis in ſcándalum.

36 Et immolauêrunt filios ſuos:& filias ſuas
dæmóniis.

37 Et effudêrunt ſanguinem innocêntem,
ſanguinem filiôrum ſuôrum , & filiârum ſuâ-
rum : quas ſacrificauêrunt ſculptílibus Chá-
naan.

38 Et infêcta eſt terra in ſanguínibus,& cõ- B
taminâta eſt in opéribus eôrum : & fornicâti
ſunt in adinuentiónibus ſuis.

39 Et irâtus eſt furôre Dóminus in pópu-
lum ſuum : & abominâtus eſt hæreditâtem
ſuam.

40 Et trádidit eos in manus géntium:& do-
minâti ſunt eôrum,qui odêrunt eos.

41 Et tribulauêrunt eos inimîci eôrum , & C
humiliâti ſunt ſub mánibus eôrum:ſæpe libe-
râuit eos.

42 Ipſi autem exacerbauêrunt eum in con-
sílio ſuo : & humiliâti ſunt in iniquitátibus
ſuis.

43 Et vidit cùm tribularêntur : & audîuit
oratiônem eôrum.

44 Et memor fuit teſtamênti ſui : & pœní- D
tuit eum ſecûndùm multitúdinem miſeri-
córdiæ ſuæ.

45 Et dedit eos in miſericórdias:in conſpê-
ctu ómnium,qui céperant eos.

46 Saluos nos fac Dómine,Deus noſter : &
côngrega nos de natiónibus,

47 Vt confiteâmur nómini ſancto tuo : &
gloriêmur in laude tua.

48 Benedi



A 48 Benedîctus Dóminus Deus Iſrael à ſæ-
culo, & vſque in ſæculum : & dicet omnis pó-
pulus,Fiat,fiat.

---

1 *Halelu-ia.* Eadem hîc ratio tituli,ac ſuperiore Pſal-
mo:Niſi quòd Halelu-ja duplicetur,quòd in eo præter
ſimplicem laudationem Dei, & beneficiorum eius cõ-
memorationem, illa etiam commendentur, atque ita
B veluti geminetur laus.In fonte,prius claudit ſuperiorẽ
Pſalmum, poſterius hũc inſcribit,de quo vltimo verſu
ſuperioris.

2 *Confitemini Domino.* Tres primos verſus in ſua per-
ſona refert. Iam quinto inducit captiuos loquentes
de ſuo exilio,& ſua peccata confitentes. Ab hoc verſu
etiam incipit Pſalmus ſequens,117.& 135.

3 *Quis loquetur potentias*: admiranda & fortia eius fa-
cta,quibus populum ſuum liberauit, & muniuit , quis
eloquetur & explicabit?q.d.nullus. Nam huic interro-
C gationi vis negandi ineſt. *Auditas faciet* (quis)audire fa-
ciet,quis fando exprimet omnes eius laudes, quis lau-
dabilia eius opera enarrabit?Nullus ſanè id poſſit præ
innumerabilitate.

4 *Beati qui cuſtodiunt iudicium.* Cùm tanta ſit Dei po-
tentia,beati,qui iuſtè viuunt , & ſecundum virtutem,
qui iuſtitiæ & virtuti ſtudent. Facere iudicium & iuſti-
tiam eſt iuſtas Dei leges obſeruare.

5 *Memento noſtri Domine.* Incipiunt captiui preçari pro
ſuo exilio, & peccata cõfiteri , vt liquet [a]. Ex quo Se-
D ptuag.pronomina *Mei,me,* verterunt *Noſtri,nos. In bene-
placito populi tui,* erga tuum populum. Actiuè,id eſt pro
tua erga tuos bona voluntate & fauore , ſecundum tuã
in populum tuum beneuolentiam : ſicuti ſoles te præ-
bere beneuolum populo tuo electo , beneplacito, &
fauore , quo proſequeris populum tuum,memor eſto
noſtri. Meminit , enim Deus aliquorum , ſed in
malum , ſiue maleplacitum, vt eos ſcilicet puniat,ve-
xet,exerceat multis calamitatibus. *In ſalutari tuo* , per
tuum ſaluatorem Chriſtum,Chriſti aduentum peti Eu-
thymius putat. Vel , *tua ſalute* , id eſt , quam tuis affer-
re ſoles(nam idem dicit vtroque hemiſtichio) *nos viſita,*
eius

a *Ver. 7 & 8.*

*Deus aliquorum in bonũ & in malum meminit.*

eius nos participes effice, vt Latinè præpoſ. *In* redundet, & ſit Ablatiuus modi. Sic in membro ſuperiore. A
Memento nobis beneplaciti tui antiqui erga tuos, participes nos effice beneuolentiæ, qua populum tuum iam olim es amplexus. Quo pacto? beneplacito tuo, beneuolentiſſimè. Simplicius vt *in* pro *cum* in vtroque membro. Viſita nos cum ſalute tua, ſalutari viſitatione adeſto, aſſiſte nobis. Viſitat enim aliquos, ſed in ipſorum perniciem, vel caſtigationem[a].

a *Leuit.26. v.16.*

6 *Ad videndum in bonitate electorum*, vt videamus electorum tuorum bona. Verba ſenſuum in hac lingua conſtr[u]untur cum præpoſitione. B *Ad lætandum*, vt lætemur lætitia, qua ſolet gaudere & frui gens, quæ tibi cara eſt. *Vt lauderis*, Aſyntheton: (Et) vt glorificeris apud tuam hæreditatem, id eſt, apud tuos. Vel, vt tu & hæreditas tua, ſiue populus tuus laudemini. Vnde Hebraicè להתהלל *lebithaller*, *Ad gloriandum, ad laudandum ſe*. Quod aliqui, vt Septuag. per ſecundam perſonam reſoluunt, alij per primam vt gloriemur cum tuis, vel apud tuos. Nam præpoſitio עם *him*, *Cum* etiam *apud* ſignificat. Nonnullis petit, vt habere poſſit cum electis communionem, id eſt, cum electorum ſorte & hæreditate. *Vt* autem eſt Anaphora, cunctis ad ſuperiorem C verſum relatis, viſita nos Chriſti tui aduentu, vt videamus &c. vt lætemur &c. denique vt laudemus &c.

7 *Peccauimus, iniuſtè egimus, iniquitatem*. Vnico verbo in Hebræo, Prauè egimus, impiè fecimus. Hęc autem tria etiam coniungit Daniel [b], & Moſes [c] de tribus peccatorum generibus, primo in ſe, ſecundo in proximum, tertio in Deum. q. d. Nullum peccatorum genus prætermiſimus. Eſt autem gradatio, ait R. Leuid. Nã רשע *Reſchah*, impietas grauior, quàm עון *Hauon*, iniquitas. & עון *Hauon* quàm חטא *Hhata* peccatum. Peccauimus cum patribus noſtris per errorem & imprudentiam: iniuſtè ſiue iniquè egimus, cogitatè & ſcientes: D impiè fecimus: malitioſè & arroganter. Quin & monet eſſe alluſionem ad conceptam ſacerdotalis confeſſionis formulam (לשון הוידוי *Leshon haviddui*, linguã exomologeſeos appellat) in qua die expiationis primùm peccata confitebantur, deinde iniquitates, denique præuaricationes, vt eas Deus expiaret. *Iniquitatem fecimus*, impietatem propriè. Vnde in Moſe, pro hoc tertio

b *Dan.9.v.5.*
c *Exod. 34. verſ. 6.*
d *Leuit. 16.*



A tertio eſt פשע *péshah* præuaricatio, rebellio (in Deũ.)

8 *Patres noſtri non intellexerunt*. Confitetur etiam peccata Patrûm prima, quæ etiam in Aegypto commiſerant, vbi plurima illius beneficia fuerant experti, quòd illa redundent in natos & poſteritatem, quantùm ad ſupplicia temporaria[a]. *Intellexerunt*, prudenter conſiderarunt.

a *Exo.20.v.5.*

9 *Et irritauerunt aſcendentes*, at, ſed, rebellauerunt contra te in ora maris Rubri, vixdum ex Aegypto egreſſi[b]. *Et*, pro ſed, Aduerſatiuè. *Aſcendentes in mare*, in B littore, iamiam ingreſſuri mare, quin etiã dum in ipſo eſſent mari. Nam hæc repetitio hoc docet. Quare Hebræo legitur על ים בים-סוף *hal iam beiam ſuph*. *Super mare, in mari carectoſo*, id eſt, rebellarunt Deo ad littus maris Rubri, atque adeò in ipſo mari Rubro. Littora quidem ſunt ſuperiora, & ſublimiora aquis, ſiue maris, ſiue fluminum. Sed captarunt phraſim Græcam, qua euntes in mare dicuntur aſcendere, in Mediterranea deſcendere. Inde liber Xenophontis, ἀνάβασις κύρου. *Aſcenſus Cyri*, id eſt, naualis eius expeditio. κατάβασις contrà deſcenſus, quando tenditur in Mediterranea: C cùm contrario modo Hebræi loquantur, propter littorum ſuprà aquas altitudinem, vt docet Kimhi[c]. Potuerunt etiam reſpicere ſitum loci. Quoniam egredientibus Aegyptum verſus terram Chanaan, aut verſus deſertum Arabicum aſcenditur, quòd Aegyptus iaceat, in ſede humiliore. Quare Iſthmus non eſt perfoſſus à multis regibus, & ſi tentatus, ne tota regio inundaretur. *Mare Rubrum*. In Hebræo eſt duplex, eáque diuerſa Præpoſitio. Super mare, in mari carectoſo, id D eſt (per Aſyntheton) & (vel, atque adeò) in ipſo mari Rubro. Vt doceatur non ſolùm Iſraëlitas rebellaſſe ſuper mare., id eſt, littus maris, ſed etiam in ipſo mari, quòd illud trepidè, & exigua fide traiicerent, metueréntque, ne vel ab aquis in ſe redeuntibus abſorberentur, vel ab Aegyptiis inſequentibus comprehenderentur. Ex quo Hebræi tradunt hæſitaſſe de ſe in rupturam maris dandis, etiam ſi Moſes & Aaron præirent, donec Naaſſon & Amminadab familiæ Iudæ principes ſe in illud immiſiſſent. *Rubrum*, ἐρυθρόν. Sinus Arabicus, ſiue Aegyptius à prophanis ſic appellatur è rubentibus arenis, vt putat Plinius, quaſi hic fundi color aquis rubore

b *Exod.14. v.11.*
c *In Pſ. 106. ſiue 107. & in c.1. Ionæ.*
*Mare Rubrũ vnde dicatur.*

communicet κατ' ἔμφασιν, non ὕπαρξιν, vel ab aqua, iuxta A
alios, propter montes & promontoria per reflexionem
Solis rubeſcente, quaſi tota vicinia rubicunda illam
ei ſpeciem tribuat. Qua ratione mare Aegeum, hodie
Turcis *Mare album* vocatur, & pôtus Euxinus *Mare ni-*
*grum*. Vel à Perſei filio Erythra ibi ſubmerſo, Erythra,
a *lib.16.* vt Strabo tradit [a], qui confuſus eſt fortaſſe cum Eſau,
Edom, id eſt, ruffo, aut cum Pharaone aquis illic Ægy-
ptiis abſumpto. Nam quòd aqua illa rubra videatur, &
ſi talis non ſit, apparet ex ipſiſmet Aegyptiis ſcriptori-
bus, vt Dionyſio Alexandrino, qui apud Nicephorum B
b *lib.6.c.9.* ſcribit [b]. Alexandriæ Nilum cæde Chriſtianorũ cruen-
tatum præbuiſſe ſpeciem maris rubri. Hebræi appellant
mare סוף *Suph*, id eſt, algæ, caricis, ſiue carectoſum,
interprete R. Iaphet. à copia caricum, & iuncorum, ſiue
papyrorum, tam in littore, quàm in fundo, è quibus
poſtea cartæ vſus cœpit apud Aegyptios, & nauigio-
c *lib.2.* rum apud Herodotum [c], apud quem nauigia Aegy-
ptiaca è iunco conficiuntur: סוף *Suph* deſignat etiam
turbinem & procellam. Quæ ſignificatio illi conuenit.
Nam eſt etiam procelloſum propter promontoria, & C
d *Exod.13.* rupes varias. Abben Ezra [d] mauult סוף *Suph* eſſe
loci nomen: R. Ieſua vrbis, vt mare Cinnereth, ſiue Ge-
nazareth dicitur ab illa vrbe. Septuaginta Rubrum ap-
pellarunt, de totius vocabulo, præter prophanorum
vſum, quibus mare Rubrum, ſiue Erythræum eſt Ocea-
nus inter Aethiopicum & Indicum. Primò, quia erat
pars prima, primúſque ſinus, ſiue brachium Erythræi, &
rubri. Deinde, ob myſterium, de quo illud Apoſtoli [e]:
e *1. Cor. 10. v.2.* *Omnes in Moſe baptiZati ſumus in nube, & in mari.* Reſpi-
citur enim ad Chriſti cruorem, è quo Baptiſmus & re- D
liqua Sacramenta vim, & efficaciam mirabilem con-
ſequuntur.

10 *Et ſaluauit eos propter nomen ſuum.* Liberationis
cauſa. *Propter nomen ſuum*, id eſt, ſua cauſa, propter ſuam
bonitatem, vel ne nomen ſuum quaſi inualidum, & in-
f *Exod. 14. v. 18.* firmum blaſphemaretur, iuxta illud [f]: *Vt ſciant Aegyptij,*
*quia ego ſum Dominus.* Vel, vt nominis celebritatem, &
g *Eſ.63.v.12.* gloriam ſibi compararet, vt ſcribit Eſaias [g]: *Qui ſcidit*
*aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum.* Non
propter populi virtutem & merita, qui non niſi pœnam
merebatur.





A 11 *Et increpuit mare Rubrum*, vento à ſe miſſo vehe-
menti, & vrente tota nocte, vt verteretur in ſiccum [a]. a *Exod.14. v.21.*
Proſopopœia. Vehementi admodum procella exagita-
uit, vel compeſcuit, ne opprimeret Iſraëlitas traiicien-
tes, vel retardauit, repreſſit eius curſum. Metaphoræ
enim ſæpè diuerſa relinquunt cogitanda, quæ proinde
in Scripturis ſunt admirabiles. *In abyſſis*, per abyſſos, &
profunda maris, ſicut per deſertum, id eſt, perinde ac ſi
fuiſſent in deſerto, & ſicco loco, non in humido. Quo-
modo videtur Paulus interpretari, dicens [b]: *Fide tranſie-* b *Heb.11.v.29.*
*runt per mare Rubrum tamquam per aridam terram, quod*
B *experti Aegyptij deuorati ſunt.* Vel, tam per mare, quàm
per deſerta 40. annis eos deduxit, & tutos conſeruauit.

12 *Et ſaluauit eos de manu odientium*, Aegyptiorum.
*Inimici*, Pharaonis.

13 *Vnus ex eis non remanſit*, non ſuperfuit ſaluus, aut
ſuperſtes vllus tribulantium eos, id eſt, Aegyptiorum
ex hoc naufragio, qui viuentibus aliis huius rei famam
denunciaret.

14 *Non crediderunt verbis eius.* In verba eius propriè.
Nam Hebræi non tam ſubtiliter diſtinguũt credere ali-
C cui, & credere in aliquem, vt Latini Theologi poſt D.
Auguſtinum. Hinc quod hoc loco, *Crediderunt in verba*
*eius*, paulò pòſt [c] enunciabit, *Crediderunt verbis ipſius. Et* c *Verſ.26.*
*laudauerunt*, Cecinerunt Hebraïcè ישירו *iaſchiru*, de
hymno, ſiue cantico triumphali Moſis & Mariæ [d]. d *Exod.15.*

15 *Citò fecerunt, obliti ſunt*, celeriter laudem eius pere-
gerunt, ſtatim ab eo laudando deſtiterunt, laudi citò
finem impoſuèrunt. Sic Gallicè, *Ils ont eu bien toſt faict.*
Maior eſt Emphaſis, quàm ſi omitteretur verbum *fece-*
*runt*. Facere, pro perficère, finem imponere. Sic He-
braïcè מהרו *miharu*, id eſt, accelerarunt, obliti ſunt,
D id eſt, celeriter obliti ſunt, nempè quia die tertio, poſt-
quam mare tranſmiſerant, cœperunt maledicere Moſi
& Aaroni, quòd eos aqua defeciſſet [e]. *Non ſuſtinuerunt*, e *Exod. 17.*
non expectarunt quouſque perficeret ſuum conſilium
de illis in terram promiſſam introducendis: non expe-
ctauerunt euentum prouidentiæ Dei, tempus & mo-
dum ipſi placentem.

16 *Et concupierunt concupiſcentiam*, carnes, contempto
Manna pane celeſti & delicato [f]. Res voluptuarias, f *Num.11.v.4.5.*
nec ad victum neceſſarias concupiſcentiam vocat, cùm

haberent Manna cibum ad omnia abundè ſufficiẽtem, neque carnibus, neque aliis eduliis opus eſſet. Vnde A illæ voces: *Quis dabit nobis carnes. Recordamur piſcium Aegypti, cucumerum, peponum, porrorum, ceparum, & alliorum. In inaquoſo*, in ſolitudine, Epithetum Poëticum deſerti horridi. In eo dubitarunt de præſentia, & omnipotentia Dei [a].

a *Exo. 17. v. 7.*

17 *Et miſit ſaturitatem*, morbum ſaturantem, & appetentiam cibi tollentem, Nauſeam [b]. *Comedetis vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam.* Exprimit emaciantem morbum ſaturitatis, quo quaſi ſaturi abhorrebant ab omni eſca, ſicque ma- B creſcebant. Faſtidium cibi, è quo ſequitur macies, quando ſcilicet nihil poſſumus edere, aut ſtatim ſaturi ſumus, quódque edimus, vel nocet, vel eſt inutile. Immiſit eis repletionem, plenitudinem cibi, genus morbi, è quo ſequitur tabes, nauſea, cacochymia, atrophia, & aliæ ægritudines, quas vno nomine רזון *Razon*, ſiue maciem fons Hebraïcè appellat. Græcè Septuaginta πλησμονῶ repletionem, ſatietatem, vt vertit Fuchſius [c], vt alij, plenitudo cibi, genus morbi apud Galenum [d], è quo ſequitur macies. Eſt enim, inquit, πλησμονὴ, πλείων C τροφὴ τ' σώματος φύσεως. Sic vox Hebræa eſt morbi genus, q. d. Dedit eis carnes pro ipſorum poſtulatis, quarum repletione conſumerentur, & macreſcerent, hoc edulio cedẽte illis in repletionis, & indigeſtionis morbum. Macies enim & Phthiſis etiam oritur è nimia ingurgitatione & crapula. Quin & Hebræorum medici בולמים *boulamim* (à Græco haud dubio βουλιμία) infirmitatem eſſe aiunt, qua qui laborant etiam poſt ſaturitatem eſuriunt. vide Kimhi [e]. Nihil hîc habent moriones, vt incuſent Septuaginta, quaſi verterint è diametro veritatis Hebraïcæ, in qua רזון *Razon*, ma- D ciem ſaturitati oppoſitam ſignificat: ſed, vt eorum potius ſapientiam, & eruditionem mirentur: primùm, quia macies non opponitur, vt iſti fingunt, ſaturitati, ſed obeſitati: deinde quia vſi ſunt vocabulo medico ad aperiendam cauſam, & fontem iſtius maciei, & docendum רזון *Razon* non hîc ſimpliciter ſupponere pro macie, verùm fuiſſe genus corruptionis & peſtis, qua ſint Iſraëlitæ conſumpti ex repletione concupiſcentię. Tertiò, quoniam רזון *Razon* videtur dictum per Metatheſim

b *Num. 11. v. 20.*
c *Aphoriſ. 22. lib. 2.*
d *Aphoriſ. 17. lib. 2.*
e *1. Reg. 21.*



A tatheſim Poëticam pro זרא *Zara*, vt mox è numeris docebimus. Quartò, quia etiam R. Moſe Nahamam illo numerorum loco noſtris Septua. aſtipulatur: *Pars*, inquit, *eorum comederunt, & ſatiati ſunt: pars in ſua concupiſcentia perierunt: quoniam dum adhuc eſca eſſet in dentibus eorum, deſæuit in eos Dominus, &c.* Denique quia interdum eidem rei conueniunt contraria nomina. Sic altum profundum dicimus. Sic obeſum Grammatici, tam pro macro, quàm pro pingui vſurpant. Sic Iuriſconſulti creditum pro debito [a]. Venditionem pro em- B ptione [b]. Miſit ergo repletionis morbum in animas ipſorum, id eſt, in ipſorum perniciem, vel ad ipſos, ex quo emaciati ſunt, contrà quàm ipſi ſperarent: vel, miſit eis maciem, quæ eis accidit è repletionis, & ſaturationis morbo [c]. In appetitus & deſideria eorum (Metonymicè, anima pro deſiderio) cibi plenitudinem immiſit, vt iam ad conſpectum carnium, pleni eis eſſent, ac eas appetere deſinerent, quarum cupiditate penè antea erãt perditi, ſicque cibi faſtidio tabeſcerent. Hinc R. Abraham, R. Dauid, & omnes ferè Hebræi interpretantur C *Razon* מית חמתאוים *meth hammetaaum* mortem (aut potius mortalitatem, luem) ſiue peſtem [d] appetentium, *quam* (addit Kimhi) *appellauit* רזון *Razon, ſiue maciem: quoniam exiſtimabant ſe carnibus expleturos ſuam animam appetentem, eam pingueſaciendo, cùm illis contrarium contigerit, vt è nimia repletione & ingurgitatione macilenti, Phthiſici, & hectici euaſerint.* Videtur ergo hic morbus eſſe Celſi, & Latinorum tabes, & Græcorum φθίσις, quam, quoniam in ſepulchris his concupiſcentiæ è repletione & ingurgitatione contingebat, non ex inanitione, πλησμονῶ dixerunt, id eſt, repletionem D emaciantem, attenuantem, tabefacientem, quòd carnes iuſto Dei iudicio non poſſent ſatis digerere. Aliis eſt nauſea & faſtidiũ. Quicumque fuerit ille morbus, tum macies pro ſagina, mors pro vita conſecuta eſt, lege Numeros [e]. Vbi per quamdam Metatheſim זרא *Zara* appellatur, q. *Alienatio*, quam vocem Baal-hatturim interpretatur חולי מעים *Holi Meghaim* ægritudinẽ viſcerum, & poſtea autem [f] מכה רבה *macha Rabba* plaga magna, quã Abben Ezra peſtẽ, Chaldęus cædem.

18 *Irritauerunt Moſem in caſtris*, concitando Schiſma pernicioſum, & ſeditionẽ in ipſum, & Dei Sacerdotes [g].

a *l. cùm in corpus, ff. de acquir. rer. do.*
b *l. ex venditione. Cod. de par. l. veteres. ff. de act. emp.*
c *Num. 11. v. 20.*
d *1. Reg. 5.*
e *Num. 11. v. 20.*
f *Verſ. 32.*
g *Num. 16. v. 2. 3.*

*Sanctum Domini*, conſecratum in Sacerdotium ſacro oleo. Tertium eſt ſcelus. A

19 *Et operuit ſuper congregationem Abiron*, patefacta terra hauſit liberos iſtorum, domeſticos, ſocios conſpirationis & ſeditionis, cum tabernaculis & iumentis, vniuerſaque ſubſtantia [a]. Non meminit Choræ, quoniam eius Schiſma principum Rubenitarum potentia præſidiiſque frænatum, ſtatim fuiſſet extinctũ. Quare ſupplicium Choræ fuit mitius, dum filios ipſius nõ inuoluit.

a *Ibid. ver. 31. 32.*

20 *In Synagoga eorum*, in congregatione eorum: vel, in congregationem & cœtum. Nam multos habebant ſeditionis ſocios. Vnde ignis à Domino egreſſus conſumpſit 250. viros, mortuique ſunt 14700. ſeditioſi [b]. B

b *Num. 16. ver. 35. & 49.*

21 *Et fecerunt Vitulum*, fuſilem [c], qualem colebant Ægyptij, Apim nomine. Lege Lactãtium. Retinuerunt reliquias Idololatriæ Ægyptiacæ, apud quos Bos colebatur. Nam eorum pars relicta auorum & patrũ religione ad Ægyptiam defecerat, vt fit, dum homines principum & gentium, inter quas habitant, impios cultus ſectantur. *In Horeb*, In regione propinqua illi monti. Metonymia: Nam ſtabant ad radices Sinai [d]. Hic autem mons, vel eſt ipſe Sinai in Arabia, vel alius mõti Sinai contiguus è regione Madianitarum [e].

c *Exod. 32. v. 4. 5.*
d *Exod. 32. verſ. 1.*
e *Deut. 9. v. 8.*

22 *Et mutauerunt gloriam ſuam*, Deum decus ſuum, Deum ſibi glorioſum mutauerunt in ſimulacrum vituli. Quam figuram delegerunt, quia in Ægypto viderant Ægyptios adorare Apim in illa forma, vt ait Auguſtinus [f]. Sic *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem hominis, volucrum, quadrupedum & ſerpentium* [g]. *Vituli*, Hebraicè שׁור *ſchor*, bouis, contemptim, paſcentis herbam. Relicto vero Deo, qui erat gloria & decus eorum, ſeruierunt idolis [h]. C

f *Libr. 1. de Mirab. Scriptu. c. 15.*
g *Ro. 1 v. 23.*
h *Rom. 1. v. 25.*

23 *Qui fecit magnalia*, magnas plagas & clades [i]. *In terra Cham*. Reſpicit ad miracula edita in terra Geſſen, in qua nihil omninò periit eorum, quæ pertinebant ad filios Iſrael, neque grando cecidit, &c. [k] *Terribilia*, miracula [l]. D

i *Exod. 6. 7. 8. 10.*
k *Exod. 9. v. 25.*
l *Exod. 15. ver. 11.*

24 *Et dixit, quod diſperderet eos*, Et dixit ſe diſperditurum eos, & deleturum ad vnum omnes [m]. Et ita ſtatuerat, niſi Moſes ſtetiſſet in confractione, vt prohiberet eum aditu & perruptione, id eſt, ex oppoſito rupti muri, quaſi in ruptura muri, ad eum depellendum, ne per eam

m *Exod. 32. ver. 10.*



A eam in vrbem irrumperet. Metaphora bellica. Niſi in ipſa veluti muri perruptione ſe ei fortiter oppoſuiſſet, niſi interceſſiſſet ad cohibendum eum. Gall. *en la breche*. Moſes ſua vehementi interpellatione eſt conſecutus à Domino, qui in ipſos impetum faciebat, quaſi ferox quidam hoſtis, vt ſuam ſæuitiam ab eorum internecione retraheret [a], immò & diuturna. Nam 40. diebus & noctibus ad placandum Deum de peccato vituli in monte ante Deum procidit [b]. Chaldæus modum ipſius perruptionis exponit: *Niſi Moſes electus eius ſurrexiſſet, ac inſtitiſſet orare in conſpectu eius.*

a *Numer. 14. ver. 13. 14.*
b *Deuter. 9. ver. 18.*

B 25 *Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*, fluentem lacte & melle. i. rebus non tantùm neceſſariis, ſed etiam voluptuariis [c].

c *Num. 13. v. 30. & 14. ver. 3. 4. 5.*

26 *Non crediderunt verbo eius*; quod daturus eſſet, aut dare poſſet terram illam, quam promiſerat, vbi exploratores reuerſi dixiſſent populos eſſe potentiſſimos, à quibus illa tenebatur. *Non exaudierunt*, non obtemperarunt voci Domini. De murmure populi, redeuntibus exploratoribus.

27 *Et eleuauit manum ſuam*, leuata manu iurauit ſe eos proſtraturum in deſerto [d]. Solent enim iurantes C eleuare manum. Sic alibi [e]: *Leuabo ad cœlum manum meam, & dicã, viuo ego in æternum*. Et alibi [f]. *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum*. Et iterum [g]. *Super terram* (promiſſionis) *leuaſti manum, vt traderes eis*. Hinc Chald. *Leuata manu iurauit in illos, quòd daret eos internecioni in deſerto*. Alij, eleuauit manum ſuam, ad eos percutiendos ſcilicet, non tam rectè, vt ſit geſtus iamiam percuſſuri.

d *Nume. 14. verſ. 21. Heb. 3. verſ. 11. Ezec. 20. v. 5.*
e *Deuter. 32. verſ. 4.*
f *Geneſ. 14. ver. 22.*
g *Nehem. 9. ver. 15.*

28 *Vt deijceret ſemen eorum in nationibus*, inter nationes. *Sic in regionibus*, inter, per terras. Amalechitarum Chananeorum [h], Aradiorum [i].

h *Num. 14. ver. 45. & 15.*
i *Num. 21. ver. 1.*

D 29 *Et initiati ſunt Beelphegor*, religione coniuncti ſunt Beel-phegor idolo Moabitarum & Madianitarum, à filiabus Moab inuitati [k], ei ſacrificando, & cum filiabus eorum ſcortando, בעל פער Behel-pegor. q. Dominus apertionis, quem Priapum ab aliis vocatum nonnulli è vocis affinitate colligunt. *Mortuorum*. Epithetum idolorum & dæmoniorũ, quæ mortua ſunt, quantùm ad poteſtatem, & mortificant ſuos cultores: vt Dei epithetũ eſt Viuus, quia & in ſe propriè, ac ſingulariter

k *Num. 25. v. 2. 3.*
*Dei epithetõ eſt Viuus, & cur.*

viuit, & aliis vitam tribuit. Alij, quoniam Deorum, A quos colebat antiquitas,ſepulchra oſtendebantur.Poſſit eſſe priuans pro negante, *Non viuentium*, quòd idola non ſint animata.

30 *Multiplicata eſt in eis ruina*, Vox Hebræa violentiam includit. Perrupit copioſè in eos ruina,id eſt,plaga & clades. [a].

a Num. 25. ver. 8. 9.

31 *Et ſtetit Phinees & placauit*, ſcilicet Deum iratum, ſumendo ſupplicium de tranſgreſſoribus. Exorauit eum, ſuis precibus cohibuit cladem. Supplicia impiorum placant iram Dei. פלל *Palal*, hoc ſignificat. Vnde, תפלה *Tephila*, precatio. Aliqui, *Iudicauit*, iudicium exercuit,ſcortatoribus interfectis, & haſta transfoſſis b. B *Quaſſatio*. Hebraicè מגפה *magguephá*. i. plaga,percuſſio,cædes,qua perierant de populo 24. hominum millia,& principes Iſrael fuerãt ſuſpenſi [c].Propter Phineẽ deſiit cædes,quæ lõgiùs progreſſura videbatur.

b Num. 25. ver. 8.
c Ibidem.

32 *Et reputatum in iuſtitiam*. Iuſtitiæ & virtuti eſt ei datum à Domino in omnium ſæculorum perennitatem, vt proinde eum conſtituerit principem ſacrorum & gentis ſuæ,vt eſſet illi,& ſemini eius dignitas ſacerdotij in æternum d: vt qui remunerator ſancti zeli, & C facti heroici eſſe ſoleat. Vt de fide Abrahæ [e] dictum: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam:* ita hîc de virtute & opere Phineæ. Nempè opera fidei ſunt vtilia ad iuſtificationẽ.*In ſempiternum* עד עולם *Ad Olam*, vſque in ſæculum, vſque in longum tempus & diuturnum,nempe quadringentorum circiter annorum, donec propter poſterorum iniquitates pontificatus eius tranſierit ad Heli de Ithamaris familia.Alij, vt R.Leui,hoc ſæculum toto legis Moſaicæ tempore metiuntur quamdiu aiunt duraſſe pontificatum in familia Phineæ f. Nam breues interruptiones, dum identidem reparantur,non eneruant oraculorum firmitates. D Vnde nec Athaliæ ſeptenne regnum, nec Babylonicæ captiuitatis ſeptuaginta per annos interregnum,irritam fecit promiſſionem Dauidi factam de perennitate ſceptri in ſua familia.

d Ibid. ve. 13. & Eccl. 45. ver 30.
e Gen.15.v.6.
Opera fidei ad iuſtificationẽ vtilia.
f 1. Paral 6. ver.2.3.4. & Nehem. 13.

33 *Et irritauerunt eum ad aquas*, in quibus iurgati ſunt cum Moſe & Deo [g].*Et vexatus eſt* à Domino.Ideò enim Moſem puniuit Deus excluſione terræ ſanctæ,quòd ad aquas contradictionis h, viſus fuiſſet dubitare de Dei volun

g Exod. 17. ver. 2.
h Numer. 20. ver. 12.



A voluntate. Sic ei nocuit iſtorum culpa. Hebraicè וירע למושה בעבורם *vaierah lemoſcheh bababurin*. i. Et malè fuit Moſi propter eos. Quod aliqui exponunt,nõ de punitione,ſed de moleſtia & tędio,quod concepit Moſes, ex illa populi murmuratione, & maledicentia. *Exacerbauerunt*, perturbauerunt,eius offenderunt animum, & rebellem propè reddiderunt, puſillanimem & incredulum. Peccauit ſcilicet ob perturbationem animi ex maledictis,& aſſiduis clamoribus populi conceptam.

B 34 *Et diſtinxit in labijs*, id eſt,hæſitauit,dubitauit,διέστειλεν, diuiſus fuit,dubius & anxius animo & labiis,hæſitabundis verbis promiſit aquam de petra. Chryſoſtomus Hebraicè ויבטא *vaiebatha*. i. Effutiit, protulit quicquid veniebat in buccam, temerè eſt locutus, inconſideratè atque ambiguo ſermone,quod minus gloriæ Dei conueniret. Moſem contumeliis laceſſentes compulerunt ambiguo quaſi ſermone vti,etiamſi Deus ſimpliciter promiſiſſet, & incredulitas hominum non faciat veritatem Dei irritam [a]. Nam iuſtus petrã alloqui, C populum allocutus eſt, & ita quidem vt videretur dubitare,num aqua inde eſſet elicienda b, propter ingratitudinem, & incredulitatem populi ſuſpicãs aquas non emanaturas.Quare & bis petram percuſſit,vt quòd primo ictu non effluxerint, videatur illi dubitationi aſcribendum. *Non diſperdiderunt*. Hîc incipit hiſtoria Ioſuë. Quare & hîc Maſoretæ verſum incipiunt. *Quas dixit*, Deut.7. verſ.2.

a Rom.3.v.3.
b Num. 20. ver.10.

35 *Et commixti ſunt inter gentes*,ſe miſcuerunt,cùm eas iuſſiſſet exterminare [c]. Nam verbum eſt coniug.Hithpaël & reciprocæ. *Et didicerunt* d. *Sculptilibus*, D dolori- bus propriè contemptim. Sic infrà [e]. *In ſcandalum*, in laqueum propriè, quo caperentur, in ruinam & perniciem, cauſa interitus. Tranſit ad hiſtoriam libri Iudicum,poſt Ioſuë,nempè ad peccata & pœnas poſt occupatam terram Chanaan.

c Deut.7. v. 2.& 12.v.2.3.
d Iud.2.v.11. 12.& 3. ver. 6. 7. &c.
e Ver. 37.

36 *Immolauerunt filios ſuos & filias*. Ad aras ſacrificarunt propriè.Nempe mactarunt,indéque combuſſerunt in holocauſtum.Vetus Chananæorum & Ægyptiorum ſcelus de quo illud Moſis f. *Semen tuum non dabis traijciendum Idolo Moloch*, per ignem ſcilicet:& Ieremias [g], locus appellabatur תופת *Topheth* à tympanis, quæ

f Leuit. 18. ver. 21.
g Ierem. 19. ver. 5.

pulſabantur, ne pater miſerè eiulantis voces audiret. A
Idolum propriè Moloch [a]. Sic *Manaſſes traduxit filium ſuum per ignem* [b]. Achaz *conſecrauit filiũ ſuum transferens per ignem ſecundum idola gentium* [c]. Etſi de eo ritu Hebræi inter ſe varient. Nam alij putant combuſtos poſt immolationem ſupra aram exẽplo Abrahæ inſtituentis ſic Iſaacum filium Deo offerre [d]. Alij incluſos in concauitatem Idoli, & in idolo, ſuccẽſo igne crematos, interim dum aſtantes tripudiarẽt percutientes tympana, ne puelli eiulatus audiretur. Alij, vt R. Selomo & Kimhi, traductos partim à patre, partim à ſacrificis inter rogorum duorum medias flammas, donec incendio B
conſumerentur. *Dæmonijs*, diis falſis, & fictitiis, Diabolis. Vſi ſunt Sept. in malam partem, etſi prophani vterentur in bonam, vt docerent Dæmonia gentium non eſſe Deos, aut Angelos bonos, ſed cacodęmonas & malos genios. Sciant igitur qui inuocant in ſuis libris Iouem, Apollinem, Muſas &c. ſe inuocare Diabolos. Porrò R. Leui [e] חשרים *haſſedim* ſiue Dæmonia definit *ſimulacra mendacia* (falſa) *quæ inducunt cultores ad cogitandum id quod non eſt Deus eſſe Deum.* Sic & nos Idola definimus. Nam ſimulachra, quæ cogitandum præbent C
id quod eſt Deus eſſe Deum, id quod eſt ſanctum, eſſe ſanctum, ſunt imagines, non Idola.

37 *Effuderunt ſanguinem innocentem*, Alter modus ſacrificandi filios, non iam per ignem, ſed per gladium. Quamquam poſtea illos videntur combuſſiſſe. Hinc [f]. *Meſa rex Moab primogenitum obtulit holocauſtum ſuper murum.* Et Ieremias ait [g], *extruxerunt excelſa Baal, vt comburerent filios ſuos igni in holocauſtum.* Hæc atrocitas frequens apud Gentes, dum humanis hoſtiis litarent, Saturno, ad cuius aras vno die 300. pueri Carthagine D
immolati ſunt, Teutati Gallorum Deo, quibus hunc crudelem ritum centum annis poſt Chriſtum vix Romani eripere potuerint, vt è Suetonio liquet, ſeueriſſimis edictis. Huius conſuetudinis hominum immolandorum apud Gallos lege verba Ciceronis pro Fonteio. Addunt & Germanos, Scandinanos, Tauricos Cæſar [h], & Procopius [i]. Tu gentes penè omnes, oraculis hunc nefandum ritum commendantibus καὶ κεφαλὰς κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Lege Protrepticum Clementis, Tertullianũ [k], Dionyſium Halicarnaſſeum [l], Diodorum

a *Leuit.* 20. *ver.* 2. 4. *Reg.* 23. *verſ.* 10. *Iere.* 32. *v.* 35.
b 4. *Reg.* 21. *ver.* 6.
c 4. *Reg.* 16. *ver.* 3.
d *Geneſ.* 22. *ver.* 10. 11.
e *Leuit.* 17.
*Imagines non ſunt idola.*
f 4. *Reg.* 3. *v.* 27.
g *Hier.* 19. *verſ.* 5.
h *De bello Gall.*
i *Libr.* 2. *de Gottico.*
k *In Apolog.*
l *Lib.* 1.



A dorum Siculum [a], Hiſtrum & Manethonem citatos ab Euſebio [b]. Hinc Chironi Centauro annuũ hominis ſacrificium inſtitutum, Minoi vſque ad Socratis tempora ſeptem vtriuſque ſexus ab Atheniẽſibus dati: Ioui Ichometi ab Ariſtomene Meſſenio 300. homines vno die immolati, inter quos Theopompus Lacedæmonũ rex. Saturno in Creta infantes, in Rhodomene, Phœnicio, Africa vſque ad proconſulatum Tyberij, qui ſacrificos cruci affixit, eodem in nemore, in quo
B ſacra iſta peragebant Nymphæ Agrauli; & Diomedi in Cypro. Baccho in inſula Tenedo apud Porphyriũ de Abſtinentia ab animalibus, qui inde probat Deos iſtos fuiſſe cacodæmonas. Dianæ hoſpites in Taurica Cherſoneſo. Ioui apud Latinos decima filiorum, ob quem ritum prætermiſſum putabant ſe vexari annonæ inopia & morbis. Hoc ſecuti Lesbij Ioui homines mactabant, Erichteus Atticus filias ſuas ſacrificauit, Calcantis iuſſu Græci Iphigeniam Agamemnonis filiam, Tereſiæ: Creõtes filium pro patria, Meſſenij Delphico Dæmone victoriam contra Lacedæmonios pro-
C mittente virginem ex Æpidarum familia. Carthaginenſes apud Iuſtinum [c] cùm inter cætera malè peſte laborarẽt aris impuberes admouerunt, pacem deorum ſanguine eorum expoſcentes. Erichto apud Lucanum & apud Virgilium, *Quatuor Aeneas iuuenes Sulmone creatos Viuentes rapit inferias, quos immolet vmbris, Captiuóque rogo perfundat ſanguine flammas.* *Præſtaret* (inquit Lactentius) *nullos habere Deos, quàm habere tam crudeles. Infandum dictu paruos imponere natos,* id eſt, aris ſuperponere, inquit Siluius Italicus [d]. Vnde apud Plinium [e]: *Anno vrbis* 657. (Cicerone puero) *Senatuſconſultum factum eſt,*
D *ne homo immolaretur, palàmque in tempus ſiluit ſacri prodigioſi celebratio. Gallias vtique poſſedit & quidem ad noſtram memoriam. Nãque Tiberij Cæſaris principatus ſuſtulit Druydas eorum & hoc genus vatum.* Et poſt. *Non ſatis æſtimari poteſt quantùm Romanis debeatur, qui ſuſtulère monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum, mandi verò etiam ſaluberrimum.* Sed de Chananæorum impietate ad omnes gentes manante, & ad Chriſti vſque ſalutarem aduentum durante hactenus. *Sculptilia Chanaan.* Nota quæ proximè appellauit *Dæmonia*, ſiue שדים *Sedim* nunc appellare *Sculptilia*, ſiue עצבים *Hatſabbim*, de quo

a *Lib.* 10.
b *Lib.* 4. *de Præp. cap.* 7.
c *Lib.* 18.
*Aen.* 11.
d *Lib.* 4.
e *Lib.* 30. *c.* 1.

a *Pſ.93.v.6.* quo vide ſupà [a]. A

38 *Infecta eſt in ſanguinibus.* Rectè, etſi Græcè ἐφονοκτονήθη, interfecta eſt.q.cruentata, cruore imbuta, & maculata. Vnde & Euthymius interpretatur, pro, cæde infecta. In fonte autem maior vis. *Impiata eſt.* abominabilis reddita eſt, quaſi hypocrita. Metaphora ab hypocritis, qui à radice & intrinſeco ſunt abominabiles & impuri. *In ſanguinibus*, ſanguine filiorum ſuorum fuſo & immolato idolis, cædibus polluta eſt terra per homicidia & infanticidia. *Fornicati ſunt*, deſciuerunt à Deo per ſua opera, ſe proſtituerunt idolis. Metaphora à muliere, quæ re[...]cto legitimo marito, aliis ſui copiam facit. B Eccleſia eſt loco ſponſæ, Dominus ſponſi [b], vt in cantico Salomonis.

b *Oſ.1.ver.2.* *Eph.5.ver.23.*

39. & 40. *Et iratus eſt furore.* Vide hiſtorias Iudicum & Regum.

41 *Sub manibus eorum*, ſub ipſorum inimicorum imperio & tyrannide, ſæpè interim eos liberauit..

42 *Ipſi autem exacerbauerunt eũ in conſilio ſuo*, in ſuo de eis liberandis & ſaluãdis conſilio, vt deinceps firmi eſſent in ſui cultu: in hoc eius conſilium de eis ſeruandis, & protegendis rebellarunt & interuerterunt. *In iniquitatibus*, propter iniquitates ſuas repetitas depreſſi C ſunt, ſua ipſorum culpa attenuati, poſt tot liberationes.

43 *Et vidit cùm tribularentur*, & nihilominus affectus eſt eorũ ærũnis propter ſuã miſericordiã & promiſſiones. *Orationẽ*, clamorẽ eorũ propriè quod poſſit referri non tantùm ad precem, verùm etiam ad afflictionem.

44 *Et memor fuit teſtamenti ſui*, pacti, quod ipſi cum eis intercedebat [c]. *Et pœnituit*, reuocauit ſententiam de populo ſuo perdendo, retractauit conſiliũ, reſcidit ſuũ iudiciũ more pœnitentiũ, reconciliatus eſt pro ſua D ſingulari clementia, & deſiit punire eorum peccata. Scriptura loquitur de Deo ἀνθρωποπαθῶς, vt doceat hos affectus humanos, in Deo eſſe dumtaxat effectus.

c *Deut.30.v.19.20.*

45 *Et dedit eos in miſericordias*, vt vel eos ſuauiter tractarent, vel etiam liberarent, vt Cyrus, Alexander Magnus.

46 *Saluos nos fac Domine.* Peroratio per breuem precationem, de collectione Eccleſiæ, reſpiciens ad Chriſtum qui Iudæos vnà cum gentibus in vnum ouile erat congregaturus. De congregatione ſpirituali noſtri intelligunt.



A telligunt. Rabbini de de temporali in Iudæam è variis exiliis, & inter gentes diſperſionibus reuerſione. Ego de vtraque. Ita tamen, vt Iudæam latè accipias, pro omni patria ſancta, & liberè, ac publicè religionẽ Catholicã profitente. Nã populus Domini non exigua ſui parte perpetuò diſperſus eſt inter Paganos, & alienæ religionis homines, vt hodiè inter Turcas, Saracenos, hæreticos. Ex his igitur nationibus, ô Domine, nos exules & variè afflictos libera, atque in vnum Eccleſiæ corpus collige, non mutando locum, ſed illos à nobis ſegregando, abolendo, eiiciendo, vt patria ſit libera, téque liberè profiteatur & colat. Orat, vt liberetur ab exi- B liis, & exiliorum auctoribus.

47 *Vt confiteamur nomini.* Vt laudemus nomen ſanctum tuum, & cantemus laudem tuam.

48 *Fiat, fiat.* In fonte eſt vnicum *Amen*, ſiue fiat. Atque ita hîc Hebræi, quia Amen ſolet eſſe ſignaculum precum & librorum in preces deſinentium, quartum huius operis librum claudunt.

LIBER

A

# LIBER QVINTVS
## PSALMORVM.

### ARGVMENTVM.

*Deum laudandum, qui ex itinerum errore, carcere, morbo, nauigationum diſcriminibus, denique periculis omnibus ſe inuocantes liberet, & bonis cumulet.* B

Halelu-ja. CVI. Heb. 107.

COnfitémini Dómino, quó-
niam bonus : quóniam in
ſęculum miſericórdia eius.
2 Dicant, qui redêmpti
ſunt à Dómino, quos redê- C
mit de manu inîmici : & de
regiónibus cõgregâuit eos.
3 A ſolis ortu, & occâſu: ab aquilône, & mari.
4 Errauêrunt in ſolitúdine in inaquôſo: viã
ciuitâtis habitâculi non inuenêrunt.
5 Eſuriêntes & ſitiêntes : ánima eôrum in
ipſis defêcit. D
6 Et clamauêrunt ad Dóminum, cùm tribu-
larêntur: & de neceſſitátibus eôrũ erípuit eos.
7 Et dedûxit eos in viam rectam: vt irent in
ciuitâtem habitatiônis.
8 Confiteântur Dómino miſericórdiæ eius:
& mirabília eius filiis hóminum.
9 Quia ſatiâuit ánimam inânem: & ánimam
eſuriên



A eſuriêntem ſatiâuit bonis.
10 Sedentes in ténebris, & vmbra mortis:
vinctos in mendicitâte, & ferro.
11 Quia exacerbauêrunt elóquia Dei: & con-
ſilium Altíſſimi irritauêrunt.
12 Et humiliâtum eſt in labóribus cor eô-
rum: infirmâti ſunt, nec fuit qui adiuuâret.
13 Et clamauêrunt ad Dóminum, cùm tri-
bularêntur: & de neceſſitátibus eôrum libe-
B râuit eos.
14 Et edûxit eos de ténebris, & vmbra mor-
tis: & víncula eôrum diſrûpit.
15 Confiteântur Dómino miſericórdię eius:
& mirabília eius filiis hóminum.
16 Quia contrîuit portas æreas : & vectes
férreos confrêgit.
C 17 Suſcêpit eos de via iniquitâtis eôrum:
propter iniuſtítias enim ſuas humiliâti ſunt.
18 Omnem eſcam abominâta eſt ánima eô-
rum: & appropinquauêrunt vſque ad portas
mortis.
19 Et clamauêrunt ad Dóminum cùm tri-
bularêntur: & de neceſſitátibus eôrum libe-
râuit eos.
20 Miſit Verbum ſuum, & ſanâuit eos: &
D erípuit eos de interitiónibus eôrum.
21 Cõfiteântur Dómino miſericordiæ eius:
& mirabília eius filiis hóminum.
22 Et ſacríficent ſacrifícium laudis: & an-
nuncient ópera eius in exultatiône.
23 Qui deſcêndunt mare in náuibus : fa-
ciêntes operatiônem in aquis multis.
24 Ipſi vidêrunt ópera Dómini: & mirabí-
lia eius in profûndo.

25 Dixit

25 Dixit, & ſtetit ſpíritus procêllæ: & exaltâti ſunt fluctus eius. A

26 Aſcêndunt vſque ad cœlos, & deſcêndunt vſque ad abyſſos: ánima eôrum in malis tabeſcêbat.

27 Turbâti ſunt, & moti ſunt, ſicut ébrius: & omnis ſapiéntia eôrum deuorâta eſt.

28 Et clamauêrunt ad Dóminum, cùm tribularêntur: & de neceſſitátibus eôrum edûxit eos. B

29 Et ſtátuit procêllam eius in auram: & ſiluêrunt fluctus eius.

30 Et lætâti ſunt, quia ſiluêrunt: & dedûxit eos in portum voluntâtis eôrum.

31 Confiteântur Dómino miſericórdię eius: & mirabília eius filiis hominum.

32 Et exâltent eum in Eccléſia plebis: & in cáthedra ſeniôrum laudent eum. C

33 Póſuit flúmina in deſêrtum: & exítus aquârum in ſitim.

34 Terram fructíferam in ſalſúginem: à malítia inhabitántium in ea.

35 Póſuit deſêrtum in ſtagna aquârum: & terram ſine aqua in éxitus aquârum.

36 Et collocâuit illic eſuriêntes: & conſtituêrunt ciuitâtem habitatiônis.

37 Et ſeminauêrunt agros, & plantauêrunt D víneas: & fecêrunt fructum natiuitâtis.

38 Et benedîxit eis, & multiplicâti ſunt nimis: & iumênta eôrum non minorâuit.

39 Et pauci facti ſunt: & vexâti ſunt à tribulatiône malôrum, & dolôre.

40 Effûſa eſt contémptio ſuper príncipes: & errâre fecit eos in ínuio, & non in via.





A 41 Et adiûuit paûperem de inópia: & póſuit ſicut oues famílias.

42 Vidêbunt recti, & lætabûntur: & omnis iníquitas oppilâbit os ſuum.

43 Qui ſapiens, & cuſtódiet hæc: & intélliget miſericórdias Dómini?

---

B 1 *Halelu-ja.* Eadem ratio huius tituli, ac Pſalm. 104. cuiuſmodi multi ſunt in hoc quinto libro, qui proinde ad Chriſtum & Eccleſiam ſpectant, & beneficia Dei recolunt, idq; per modum lætitiæ, & Halelu-ja. Eſt enim huius libri argumentum magis varium & multiplex, quàm ſuperiorum. Secundum Maſoretas hæc inſcriptio eſt clauſula præcedentis, vt hic ſit ἀνεπίγραφος.

2 *Dicant qui redempti ſunt.* In genere ad gratiarum actionem inuitat omnes è periculis, & malis liberatos. Poſtea tranſibit ad ſpeciem. Nam verſus 4. de erranti- C bus in deſertis, & exiliis, 10. de vinctis, 17. de ægrotis, 23. de nauigantibus dicet, donec 31. ad genus reuertatur: quæ omnia quamuis ad omnes homines pertineât, ſunt tamen nonnulla, quæ præcipuè Dei erga Iſraëlitas beneficia deſignare videantur. Vt proinde Chaldæus exponat ſingulas partes de variis eorũ caſibus. Nempè verſum 4. de illis verſantibus in Arabiæ deſertis per annos quadraginta, 10. de Sedechia, & Principibus eius à Nabugdonozore vinctis, 17. de Ezechia ægrotante, & valetudini reſtituto, 23. de Ionæ nauigantis D hiſtoria, 33. de fame & penuria tempore Ioëlis Prophetæ. Sectantur allegorias, qui totum Pſalmum ad ſpiritum transferunt, 1. ad errorem ſpiritualem, 2. ad internam captiuitatem, 3. ad animorum morbos, egeſtatem, famem, ſitim, 4. ad mare tempeſtates, tranquillitatem Eccleſiæ: denique ad viciſſitudines, benedictiones, fructificationem eiuſdem, & conſcientiarum. *Dicant.* Apoſiopeſis. Dicant confeſſionem ſcilicet & laudem. Anonymus aliter. Dicant, quod præceſſit, Domino, nempè *quoniam bonus, & in ſæculum miſericordia eius. De regionibus,* de terrarum variis exiliis, & captiuitatibus collegit in vnum Eccleſiæ, vel populi corpus,

& communionem, quaſi locum. Quidam aſtringunt liberationi è Babylone. A

3 *Ab Aquilone, & mari*, id eſt, Meridie, vt ſuprà[a]. Nam verſus illam partem eſt locus Oceani propriè, quod maria vniuerſa decumbãt in illam mũdi partem. Quin & Zona temperata alterius Hemiſphærij vniuerſa ferè illo occupatur mari, cùm in noſtro tota ſit continens, vel terra. Chald. *de mari, regione Auſtri*, id eſt, de mari ad meridiem ſito. Mare ergo ſimpliciter hic deſignat Oceanum, καθ' ἐξοχὴν. Alij, mare Rubrum, vt infrà[b], quod etiam ipſum ſitum eſt ad Iudææ Meridiem. Hanc enim habet conſuetudinem Scriptura, vt pro ſitu terræ B ſanctæ, regiones mundi numeret. Aliàs Mare pro Occidente ponit[c], vt Hieronymus obſeruat[d], eo quod Palæſtinæ regio ita conſtituitur, vt mare in Occidentis plaga habeat. Et ſic intelligitur Mediterraneum, quod & magnum vocat Scriptura[e], comparatione, nõ Oceani, ſed marium Iudææ confinium.

4 *Errauerunt in ſolitudine*. Prima pars de miſericordia Dei erga peregrinantes, ſiue exulantes, ſiue errantes in deſertis. R. Ataia refert ad ſtatum populi exeuntis de Ægypto, & per deſerta Saracenica in terra Chanaan C traducti. *In inaquoſo*, in ſolitudine non qualibet, ſed arenoſa, ſicca, & aquis deſtituta, in qua nullum erat oppidum. Eſt autem periphraſis deſertorum Arabiæ. *Habitaculi*, ad habitandum.

5 *Eſurientes & ſitientes*. Poſſit conſtrui cum verbo præcedenti *Inuenerunt*, vel erit Hebraiſmus, vt cadat in pronomen ſequens *eorum*. Eſurientium & ſitientium anima apud ipſos defecit, vt qui eſſent præ rerum neceſſariarum inopia animo anxij. Sic exules ſede certa carent, premuntur inopia, & animo cruciantur.

6 *Clamauerunt ad Dominum*. Locutio hypothetica. Si D clamauerint ad Dominum in illa anguſtia, eos ille liberabit. Remedium enim liberationis, reſipiſcentia[f]. Eſt autem verſus intercalaris, vt & 8. infrà, Rationem pete è 13.

7 *Deduxit illos per viam rectam*, direxit, cùm neſcirent viam, ſiue quoniam ab ea aberrauerunt, ſiue quia non haberent ducem, vel indicem itineris. *In ciuitatem habitationis*. Habitatam, in ciuitatem, quæ rebus ad vitam neceſſariis ſufficere poſſit, vel in patriam. Sic Agar & Iſmaëlem

a Pſ. 88. v. 13.
b Pſ. 113. v. 4.
c Num. 2. ver. 18. Ioſ. 18. ver. 14. Ezech. 41. v. 12.
d In Eze. 46. & in Quæſt. Heb.
e Num. 34. v. 5. 6. 7. & alibi.
f Eſa. 38. v. 3. & 30. verſ. 8. Ezec. 18. v. 21. & 22.



A Iſraëlem clamantes ad ſe deduxit per Angelum[a]. Sic Iſraëlitas in Exodo[b].

8 *Confiteantur tibi Domine omnia*. Verſu hoc intercalari, tamquam hortatorio ad gratiarum actionem pro liberatione vtitur, ad ſingularum ærumnarum narrationes, pro epilogo ſuperiorum, & paraſceue ſequẽtium. Vnde & iam dicta breuiter repetit, & ſimul tranſit ad reliqua, per Zeugma, vel alium tropum. Rabbini ferè cenſent pertinere dumtaxat ad concluſionem præcedentis loci. *Miſericordiæ eius*, gratiæ eius, beneficia eius, τὰ ἐλέη, & Hebraïcè חסדו *hasdo*, in nominatiuo noſtri accipiunt. B Sic quod ſequitur, *Mirabilia eius*, vt vel Metonymia ſit, vel Proſopopœia. Metony. Homines miſericordiis & miraculis Domini ornati & affecti, celebrent Dominum apud omnes. Proſopopœia è Chryſoſtomo. Laudibus celebrent Dominum beneficia, & miranda eius opera hominibus præſtita. Hanc Proſopopœiam non attendentes aliqui paſſiuè exponunt, *Confiteantur*, id eſt, commemorentur, celebrentur. Rabbini ferè (eodem tamen recidentibus omnibus) ſumunt in accuſatiuo. Confiteantur (homines illi) Domino miſericordiam C ipſius, & eius erga filios hominũ mirabilia: apud ipſum, atque adeò omnes eius miſericordiã collaudent. Chald. per Eclipſim non neceſſariam (propter) *miſericordiam laudibus celebrẽt Deum, & confiteantur filiis hominum, apud homines*. Vel erga, in homines, vt conſtruatur cum proximo, Confiteantur mirabilia filiis hominum (facta vel exhibita.)

9 *Quia ſatiauit animã inanem*. Anacephalæoſis primæ partis. *Inanem*, ſitientem. Hebraïcè שקקה *ſchokekah*, id eſt, appetentem, hominem, qui appetebat potionem, hominẽ ſitientem. Kimhi & R. Ataia, vt hoc epithetum D referatur ad aquas, quarum penuriã ſuprà indicauerat.

10 *Sedentes in tenebris vinctos*, ſup. ſatiauit bonis. Nam per Zeugma tranſit ad alteram partem de Dei erga vinctos & captiuos miſericordia. Alij repetũt *liberauit*, è verſ. 13. infrà. Rabbini malunt eſſe nominatiui caſus, vt conſtruatur cum verbo, *Infirmati ſunt*[c], vel *confiteantur*[d]. *In tenebris & vmbra mortis*, id eſt, in carcere, qui ſolet eſſe obſcurus. *In mendicitate*. Vinctis enim neceſſaria non ſatis copioſè adminiſtrantur. Nouè recentiores exponunt עוני *hone*, funes & vincula. Nam propriè ſonat

a Gen. 21. v. 17. 18.
b Exo. 14. & ſeq.
c Verſ. 12.
d Verſ. 8.

pauperatem, afflictionem, miſeriam, & vt Septuaginta, A
mendicitatem. *Ferro*, ferreis vinculis.

11 *Exacerbauerunt eloquia Dei.* Variarunt propriè, rebellarunt. *Conſilium*. Idem per Epexegeſin dicit in vtroque hemiſtichio. Conſilium ergo æquipollet eloquiis Dei, & præceptis. *Irritarunt*, irritum fecerunt, ſpreuerunt, quod exacerbare, ſiue variare dixerat: Hic autem verſus cadit in ſequentem.

12 *Et humiliatum eſt in laboribus*. Et expletiua particula, quæ in Hebræo dumtaxat conuertit futurum in præteritum. Quia eloquiis Domini, & conſilio auerſati ſunt, *humiliatum eſt cor eorum* laboribus & ærumnis, quo ſuperbierant, & contempſerant Dominum. Cor pro B
mente & animo, in quo eſt ſedes ſuperbiæ & contemptionis. *Infirmati ſunt*, corruerunt propriè (in captiuitatem & vincula.)

13 *Confiteantur Domino*. Verſus hic intercalatur 6.13.19. & 28. breuiter in ſingulis locis, quoniam in omni periculorum genere idem eſt modus euadendi, nempè clamor ad Dominum, id eſt, pœnitentiæ luctus cum inuocatione. Sic verſus 8. per intercalationem repetitur 15. 22. 31. quoniam eadem eſt in ſingulis liberationum generibus cauſa confeſſionis & laudis, nempè Dei mi- C
ſericordia & gratia.

14 *Eduxit eos de tenebris*. Vmbra mortis, & tenebræ car-
a *Verſ.10.* cer, vt ſuprà [a].

15 *Confiteantur Domino miſericordiæ*. Alij, in Accuſati-
b *Verſ.8.* uo, Miſericordias. Vide ſuprà [b]. *Filiis*, apud filios hominum, ſi conſtruatur cum verbo *Confiteantur*: in, erga filios hominum, ſi cum *Mirabilia*: ibid.

16 *Qui confregit portas æreas*, oſtia ærea. *Vectes*, clauſtra ferrea: vincula perpetuæ, vel duriſſimæ ſeruitutis. Hyperbole portas & vectes fortiſſimos, quos quis non facilè humana vi perruperit. D

17 *Suſcepit eos de via*. Tranſit ad tertiam partem. *Suſcepit eos*, adiuuit, liberauit de morbo (via iniquitatis per periphraſin) eos, de quibus poſtea, id eſt, ægrotos: vt relatiuum more linguæ præponatur antecedenti, vel
c *Pſ.113 v.2.* ſit ſine antecedente, vt infrà [c]. Poſſit etiam referri ad verſum 2. vt vnicum ſit principale ſuppoſitum totius carminis. *Eos*, redemptos Domini ſcilicet. Adiuuit (inquam) eos de viuendi eorum ratione iniqua, remittendo



A tendo non modò peccata, ſed & pœnas illis peccatis debitas, vt morbos. Defendit eos à via iniqua, à peccato, ab iniquitate. Liberauit eos de morbo, qui eſt via & effectus iniquitatis. Nam ad morbum per iniquitatem peruentum eſt. Significat cauſa peccatorum morbos diuinitùs contingere. In hac ſignificatione verbo *Suſcipiendi* vti ſolent, vt ſuprà [a]. Via pro actione, vel effectu ſæpius. Aliqui, quod tamen eodem reuertitur: *Cùm adhuc in prauitate ſua verſarentur, Deus eos ſuſcepit.* Quia verò tertius locus hîc incipit de Dei erga ægro-

*Morbi cauſa peccatorũ diuinitus cõtingunt.*

a *Pſal.3. v.4.*

B tos miſericordia, Septuaginta immutarunt dicendi formam, & ex vno membro duo fecerunt. Sic enim tranſitio eſt facilior. Alioqui Hebraïcè, *Stulti de via præuaricationis ſuæ, & propter iniuſtitias ſuas humiliati ſunt, ſiue afflicti morbo*. Niſi malis verbaliter legiſſe אולים *Iuuelim, roborauit eos de via*, &c. Nam vt Maſoretæ monent, non ſcribitur cum Iod אוילים *Euilim*, ſed ſine Iod אולים *Vlim*, id eſt, robuſti, vel in Piel, אולים *Iuuelim*, vt ſuprà, affixo Mem Poëticè habente etiam hiric ante ſe. Hinc אל *el* Deus, q. fortis, & אול *Vl*, robur, fortitudo [b], איל *Eial* [c], & אילות *Eiialuth* [d].

b *Pſ.73.v.5.*
c *Pſ.88.v.5.*
d *Pſ.22.v.20.*

C 18 *Omnem eſcam abominata eſt anima*, appetentia Metonymicè. Eſt enim principium appetendi. Morbum lethalem pingit, *Portas mortis*, mortis articulum.

19 *Et clamauerunt ad Dominum*. Intercalaris è verſ. 13.

20 *Miſit verbum ſuum*. Mittere verbũ ſuum eſt dicere efficaciter, & cum poteſtate. Iubere celeriter exequi. Veluti ocyus dicto eos ſanauit. Niſi quod eſt alluſio ad Verbum, id eſt, Filium Dei in carnem mittendum, ſiue incarnandum, per quẽ omnia adminiſtrat. *Verbum ſuum*, gratiam ſuam, voluntatem, iuſſum. Sanat alio modo, quàm medici: iſti opere, hic nutu & voluntate, citraq; negotiũ, ſolo veluti dicto. *De interitionibus*, de perditioni-

*Verbum Dei incarnãdum prædicitur.*

D bus, ne interirẽt, ne corrũperentur. Kimhi, de foueis. Ne in foueas, vel ſepulchra deſcenderent. Nã vox שחית *shabith* corruptionẽ ſignificat, quando ת *thau* eſt radicale: aliàs foueã. In aliquib⁹ exẽplarib. *de internecionibus*.

21 *Confiteantur Domino*. Concluſio tertij loci, laudent Dominum omnes gratiæ eius, omnia eius opera gratis & miſericorditer præſtita. Item omnes eius actiones mirabiles apud filios hominum, apud homines, vt ſacrificent, & ipſi homines laudem Deo cum exultatione.

22 *Vt ſacrificent ſacrificium laudis.* In fonte Pluraliter זבחי תודה *zibhe thoda.* i. ſacrificia confeſſionis, id eſt, inſtituta pro confeſſione ſalutis,& beneficij obtenti,& gratiarum actione ob liberationem è periculo. In iis offerebatur cum victima pacifica fertum è quatuor panum generibus,nempè placentis, laganis,& collyridibus infermentatis, denique panibus fermentatis [a]. Poſſint ſic appellari reliqua legis ſacrificia. Nam etſi eorum magna pars eſſet pro peccato vel delicto,tamen erant laudis, & Euchariſtica, quia celebrabantur cum diuinis laudibus, & ſolenni precum, confeſſioníſque formula. *In exultatione*, cum cantico & laude. Hunc verſum addit ad ſuperiores concluſiones.

a Leuit. 7. verſ. 12.

23 *Qui deſcendunt mare in nauibus.* Quartus locus de Dei erga eos, qui nauigando periclitantur, & in mari negotiantur, miſericordia. *Facientes operationem,* negotiantes, negotiationem & mercaturam exercentes in aquis. Alij, vt Kimhi, per operationem intelligunt rem nauariam, vt remigationem, velificationem, & opera alia naualia, vt ſit periphraſis nautarũ, vel nauigãtium.

24 *Mirabilia eius in profundo,* mira Dei opera, inſulas, fluxum & refluxum, fremitum maris, vniones, ingentes piſces, vt Cete,&c. In mari ſunt admiranda. *In profundo,* id eſt, in mari. Epithetum poëticum.

25 *Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ.* Ipſius dicto & nutu extitit, ſurrexit, emerſit, & excitatus eſt ventus tempeſtuoſus. *Fluctus eius,* maris, ſiue profundi.

26 *Aſcendunt vſque in cælos,* nauigantes: alij, fluctus, non tam rectè. Hypotypoſis tempeſtatis ingentis, & affectus nauigantium. *Tollimur in cælum, nunc imas radimus vndas. Tabeſcebat,* præ metu exanimabatur & diſſoluebatur.

27 *Omnis ſapientia eorum deuorata eſt*, abſumpta eſt, defecit in his periculis omnis eorum induſtria, nauigandíque peritia ac conatus. *Sicut ebrius.* Nam non ſunt tranquilla mente ob mortis metum: vltro citróque nutant, & vacillant cerebro, & pedibus.

28 *Et clamauerunt ad Dominum.* Inuocarunt periclitantes in tempeſtate. Quartò iam intercalatur.

29 *Et ſtatuit procellam eius in auram,* in lenem ventum: vel potiùs, in tranquillitatem & ſilentium, vt Hebraicè לדממה *Liamamah, Et ſiluerunt,* vento ceſſante quieuerunt.



uerunt. Deus facilè cohibet ingentes poteſtates, quibus omnia videbantur labefactata.

30 *In portum voluntatis eorum,* in portum optatum.

31 *Confiteantur.* Quarta intercalatio huius verſus ad gratiarum actionem.

32 *In Eccleſia plebis,* in cœtu populoſò, inter plebeios, *In cathedra,* in conſeſſu Senatorum, & magiſtratuum, inter magiſtratus. q.d. Palàm laudent eum, vt doceantur omnes cuiuſque ordinis & ſtatus credere, & ſe committere Deo. Chaldæus mauult Seniores deſignare ſapientes. *Exaltent* (inquit) *eum in congregatione populi filiorum Iſrael, & in ordine ſapientum* vel, vt in alio exemplari, *apud Sanedrin ſapientes laudent illum.* שנדרין *Sanedrin* autem ſunt vocabulo è Græcis corrupto, quos *συνέδρους* Ioſephus vocat, de quibus Elias [a]: *Sanedrin,* inquit, *vocantur Septuaginta ſenes Curiæ magnæ, quæ eſt Hieroſolymis,* fortaſſe, qui apud Matthæum [b] & alibi, *πρεσβύτεροι,* ſiue ſeniores, & iunguntur cum Pontificibus & Phariſæis.

a In Tisbi.

b Matth. 26. ver. 57.

33 *Poſuit flumina in deſertum.* Tranſit ad vltimam partem, id eſt, ad omnia in genere Dei beneficia & iudicia, vbi canit Deum pro ſuæ prouidentiæ arbitrio contraria in homines immittere, opes & inopiam, ſterilitatem & fœcunditatem, honores & ignominiam. Denique viciſſitudines, & rerum ordines fieri pro ipſius voluntate. Eſt quintus locus. *In deſertum,* in ſiccitatem: flumina exiccauit, per quæ terra reddebatur irrigua & ferax [c]. *Exitus*, ſcatebras, fontes in loca ſiticuloſa & arida. Idem dicit vtroque hemiſtichio. Exiccatis fluminibus fecit agros ſteriles: riuos fluuiorum fecit exareſcere, vt regio eſſet ſterilior. Item, vt eſſet commodioris habitationis, vel ob alias cauſas mare, vel fluuios facit terram. Sic Pharus hodie eſt contra Alexandriam Ægypti, adeò vt etiam Ptolemæi eam illi ponte adiecerint, cùm tempore Homeri [d] diſtaret nauigatione vnius diei & noctis. Sic fanum S. Audomari in Gallia hodie eſt terra, cùm olim eſſet mare. Sic Delos & Rhodus ab aquis extiterunt, & plurimæ aliæ inſulæ. Sic multi agri ſiccati ſunt olim in Theſſalia, & in Argolica Lernæa palus Herculis tẽpore. Sic ex Herodoto, aquis Ægyptus tota inferior inundabatur, ſoláque extabat ſuperior Thebais. Vnde Ariſtoteles Ægyptum vocat

c Vt Eſa. 41. ver. 17.

Regionũ viciſſitudines mirabiles.

d Odyſſ. 4.

opus, Nili, donum Herodotus, vt qui limo eam reddiderit terram, & aridam: & Homerus [a] ſolarum Thebarum meminerit. A

a 4. Odyſſ.

34 *Terram fructiferam in ſalſuginem*, In ſalſam prop. in ſalum. Alludit ad terram pentapolitanam fructuoſiſſimam & amœniſſimã [b], quam vertit in mare mortuum & bituminoſum [c]. Et ſic interpretati ſunt Apoſtoli apud Clementẽ [d], ὁ τὸ φοβερὸν πῦρ κατὰ τῆς σοδομηνῆς πενταπόλεως ἐξάψας, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην θέμενος ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. Metonymicè, accidens pro re, *In ſalſuginem*, id eſt, in aquam ſalſam, in ſalſum mare, vel lacum. Salſedo enim huius elementi eſt propria. Vnde Chaldæus alluſum putat ad Sodomam, & vicinam regionem, in lacum Aſphaltitem conuerſam. Poſuit terram Iſrael fœtẽtem fructus deſolatam, ſicut Sodomam, quæ ſubmerſa eſt propter improbitatem inhabitãtium eam. Deus enim interdũ terras in maria, vel lacus vertit, in exempla ſuorum iudiciorum & omnipotentiæ. Verbi gratia, Eubœã abſorptis terræ faucibus Bœotiæ per mare ademit, Siciliam Italiæ, Hyberniã Britanniæ. Terram iunctam Acarnaniæ in ſinum Corinthiacum commutauit: Magnam partem Hollandiæ, Selandiæ, Batauiæ, in pelagus Flandricum: vt illæ oræ proinde hodie aggeribus contra eius impetum muniãtur. Item *in ſterilitatem*, Metaphoricè. In terrã ſalſam & ſterilem, propter malitiã incolarum. Salſugo enim ſterilitatem affert, dum terræ viſcus pinguedinem & ſuccũ exedit. Quare Abimelech ſubuertens ciuitatem ſeminauit per eam ſal [e]. *A malitia*, propter malitiam [f], Vel, poſt malitiam, iuxta illud [g]: *Gloriam præcedit humilitas, & contritionem ſiue ruinam præcedit ſuperbia.* מִן *Min, A, ab*, vtrũque *Propter, poſt*. Sterilitatis & calamitatum cauſa peccatum. Ideò enim Iudæa rerum omnium fœcunditate nobilis, iam eſt ſterilis, & pleræque Aſiæ & Africæ regiones olim fertiliſſimæ, hodie in vaſtas ſolitudines redactæ ſunt propter Mahometiſmi profeſſionem.

B C D

b Geneſ. 13. ver. 10.
c Geneſ. 19. ver. 24. 25.
d Lib. 8. Cõſt.
e Iud. 9. ver. 45.
f Vt Iere. 12. ver. 13. & 14.
g Prouer. 16. verſ. 18.
*Sterilitatis cauſſa peccatum.*

35 *Poſuit deſertum in ſtagna aquarum*, in aquas ſtagnantes & terram aridam & inaquoſam, in ſcatebras & fontes aquarum. Efficit terram è ſterili fœcundã, irriguam, & cultam. Antitheſis. Quemadmodum vbi nunc eſt aquarum copia, ibi poſt ariditas maxima inuenitur, propter incolarum prauitatem: ita vbi nunc nulla eſt

aqua,



A aqua, poſteà aqua abundè fluit ex Dei benedictione. Exempla. Multa deſerta Ægypti & Æthiopiæ, in agros fertiles & fœcundos conuerſa ſunt poſt receptã Chriſti religionem. Multæ vbique ſolitudines poſt Chriſti aduentum cultæ, & inhabitatæ cum rerum omnium abundantia. Olim Gallia tota nemoroſa, & ſterilis comparatione Hiſpaniæ, hodie eam præcellit, & alendis ſuis, & alienis abundè ſufficit, vt iam eius colonos non ſit neceſſe quærere nouas terras. Temporibus Heroicis Argos ſterilis erat, abundans tantùm paſcuis: contrà Mycenæ, totius veluti Græciæ horreum, cùm

B ſæculo Ariſtotelis, regione nimiùm ſiccata, res præpoſterè haberet. Germania ſyluis olim & ſolitudinibus horrida, auctore Tacito, adeóque humida, vt Romanis illic eſſet pugnandum in paludibus & lacubus, hodie frumenti & vini vbertate eſt notabilis, niſi quòd propter hæreſim ſenſim ad antiquam miſeriam, vt & Anglia, relabitur. Polonia ac Septemtrionales regiones multò ſunt hodie, quàm olim feraciores.

*Germania propter hæreſim ad antiquam redit miſeriam.*

36 *Conſtituerunt ciuitatem habitationis*, ciuitatem, quæ habitetur. Dei inuentum, ciuitatum conſtructio: donum, conſeruatio.

37 *Seminauerunt agros & plantauerunt vineas*, Bene-

C dictioni Dei præmittit humanam culturam, tamquam cauſam diſponentem conficienti. Docet Deum omnia quidem agere, ſed non omninò, quòd humanam induſtriam velit concurrere, tamquam cauſam dimidiam ſiue partialem, cui benedicat, & efficaciam tribuat. *Fructum natiuitatis*, fructum copioſè naſcentem, prouentum fructuoſum attulerunt illi agri & vineæ: iuxta illud [a]: *Non fructus natiuitatis paſcunt homines, ſed ſermo tuus.* Hebraicè פרי תבואה *peri thebuah*. i. fructum prouentus, fructum, copioſè prouenientem. γεννήματος germinis. Vineæ & agri non modò nõ fuerunt ſteriles,

D vt antea, verùm etiam fructibus redundarunt.

a Sapien. 16. ver. 26.

38 *Et benedixit eis*, Et fortunauit eos, atque multis bonis effecit, ſicque ſunt valde aucti. Benedicere eſt diuina virtute augere & multiplicare. Auxit eos diuinitus, & eorum pecus nec minuit. *Multiplicati*, multis bonis aucti, vel numeroſa ſobole. Cauſa bonorum benedictio Dei [b], qua etiam iumenta multiplicantur & conſeruantur [c]. Falluntur igitur, qui conquieſcunt in

b Prouerb. 10. verſ. 22.
c Gen. 30. ver. vlt. Pſal. 35. verſ. 8. Pſ. 64. verſ. vlt.

YY 5

causis Phyſicis, vt qui aiunt Galliam & Germaniam è A
ſterilibus poſt Chriſtum fertiles factas cultura. Quoniam enim (inquiunt) exciſæ hodie ſunt ſyluæ, cultu terra aperta eſt, & ſolis tepor humum decoquens & fouens tranſmiſſus &c. Sic qui laſſitudini terrarum, ſyderibus, & ſimilibus aliis, ſterilitatum totam cauſam aſſignant. Nam [a] *neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*. i. Deus eſt cauſa tota, qua concurrente & conficiente, cæteræ vigent: qua actionem ſuſpendente, cæteræ torpent, & ſunt inefficaces. Non enim ſolùm agit, vt cauſa prima, ſiue remota, verùm etiam vt proxima, dum proximè, & ſine medio B
cauſas omnes mouet, & effectus immediatè attingit. Itaque ad humanas & phyſicas cauſas non modò adiiciendus, ſed etiam præponendus [b], *Non minorauit*, non minuit. i. auxit, per Liptoten.

[a] *1. Corint. 3. ver. 7.*

*Deus eſt cauſa prima & proxima rerũ omnium.*

[b] *Iac. 4. v. 15.*

39 *Et pauci facti ſunt*, Hunc verſum Hebræi ferè exponunt per Antitheſin ſuperioris. *Et*, & viciſſim, Et è contrario, Et rurſum cùm Deus punire voluerit, pauci facti ſunt & diminuti, oppreſſique malorum neceſſitate & mœrore. *Paucos factos* opponit multiplicatis, *Vexatos*, benedictis. Poſſit exponi hypotheticè. *Et*, pro *Etſi*, C
vt pendeat ſententia. Etſi pauci antea eſſent, multiſque malis vexati. *A tribulatione*, עוצר *Hótſer*, cum noſtris Abben Ezra docet ſignificare anguſtiam, arctationem, reſtrictionem. Recentiores, vt à veteribus diſcedant, collectionem, multitudinem, vel cum Kimhi, abſurdè, dominium. Imminuit & vexat eos multis anguſtiis, malis & doloribus, propter malitiam ſcilicet, è verſ. 34. [c] Sic Salabria hodie deſerta eſt propter peſtilentiam. Sic totum Iſtriæ littus hodie eſt peſtilens, vt qui in illo littore velint degere, à Venetis donentur ſedibus & agris: cùm ſecus olim haberet, ideóque abun- D
daret populo & vrbibus, inter quas Aquileia erat clariſſima. Nec allegandum habere mare à Meridie, & Alpes à Septemtrione, quæ Aquilonem ſaluberrimum ventum excludant. Nam olim cùm eſſet ſaluberrima, idem erat ſitus.

[c] *Sic Leuit. 26. ver. 17. 18. Deut. 28. ver. 17. Ezec. 14. verſ. 13.*

40 *Effuſa eſt contemptio*, copioſè ſparſa eſt contemptio (ſic enim legendum è Græco ἐξουδένωσις & Hebræo בוז *buz*, non cõtentio) ignominia, irriſio in principes, vt ami



A ſſis vrbibus ſeſe in ſolitudines abdere cogantur. Vel, vt neſciant ſe è negotiis & difficultatibus explicare, & è moleſtiis euadere. Obruit ſcilicet eos Dominus malis. Actio enim tribuitur Deo in fonte vt cùm ait Iob [a]: *Effundit contemptum*. Vbi imperia & principatus vult deiicere, effundit contemptum ſuper principes, tollit auctoritatem & reuerentiam, & tradit eos in cõcupiſcentias cordis eorum, ſicque errare facit eos in inuio. Auguſtinus. *In inuio*, in deſerto deuio, in inani, in loco ſtupendo, in quo non eſt via. *Et non eſt via*. (vbi)
B non eſt via. Vaſtæ ſolitudinis Periphraſis, per Eclipſim relatiui, ritu linguæ, eos pellit in ſolitudines, exilium, captiuitates, carceres. Eos regno pellit, & deturbat infœliciter. Pœna tyrannorum eſt contẽptus, exiliũ, nex.

[a] *Iob. 12. v. 19*

*Pœna tyrannorum nex.*

41 *Et adiuuit pauperem de inopia*. Antitheſis, & contrà, & è contrario ſubleuauit pauperem de inopia, eiúſque familias multiplicauit, auxit, denique poſuit ſicut oues. id eſt, numeroſas. Augetur eius familia ſicut grex ouium. Ouis enim inter omnia animalia multum fœtificat, & prolem ſæpiùs edit.

C 42 *Videbunt recti* hæc. *Iniquitas*, iniqui omnes obſtupeſcent, & præ ſtupore, & admiratione nihil loquentur. *Oppilabit*, contrahet, occludet, obmuteſcet ad tam ſingularia Domini iudicia. Cogetur claudere os ſuum præ claritate mirabilium Dei operum, & nihil mutire contra Deum, ob tam manifeſta eius iudicia.

43 *Quis ſapiens & cuſtodiet*. Concluſio epiphonematica. *Cuſtodiet hæc*, in ſuo corde ſcilicet, id eſt, quis ſapiens eſt adeò, vt hæc diligenter obſeruet, continentérque contempletur, recogitet, voluat & agitet animo, Deum in omnibus locis & periculis poſſe, & velle iuuare in-
D uocantes, in eóſque ſe prouidentiſſimè gerere? Hæc autem interrogatio vim habet negandi, vel minuendi. Significat enim neminem, aut pauciſſimos ſatis contemplari, & intelligere omnia in Dei eſſe manu, ac eum eſſe, qui euehat & deprimat, locupletet, & ad inopiam redigat, percutiat & ſanet. *Miſericordias Domini*, quibus eos afficit, qui ſuæ voluntati obſequuntur. Nam quamuis videt in hoc mundo improbos rebus ſecundis vti, probos aduerſis, tamen ſi diligenter notat mundi curriculum, cernit plurimùm & copioſè Deum eſſe veracẽ & iuſtũ, ac vnũquẽque remunerare pro iuſtitia ſua.

Ea autem

Ea autem pauca, quæ obſeruat fieri extra hunc ordinẽ A
& regulam, reiicit in Dei abyſſos, occulta iudicia &
cauſas, ac ſuam agnoſcens ignorantiam, cauet ne vllam iniuſtitiam, & iniquitatem ei aſcribat. Kimhi.

---

## ARGVMENTVM.

*Eccleſia precatur Deum ſibi proſperum contra Moabitas, Palæſtinos, Idumæos (id eſt Mahometanos.) Pſalmus eſt Propheticus.* B

### 1 Canticum Pſalmi ipſi Dauid. CVII. Heb. 108.

2 PArâtum cor meum Deus, parâtum
cor meum: cantâbo, & pſallam in
glória mea.
3 Exûrge pſaltérium, & cythara: C
exûrgam dilúculo.
4 Confitêbor tibi in pópulis Dómine: &
pſallam tibi in natiónibus.
5 Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia
tua: & vſque ad nubes véritas tua.
6 Exaltâre ſuper cælos Deus, & ſuper omnẽ
terram glória tua: vt liberêntur dilêcti tui.
7 Saluum fac déxtera tua, & exaûdi me: D
Deus locûtus eſt in ſancto ſuo.
8 Exultâbo, & díuidam Síchimam: & conuâllem tabernaculórum dimétiar.
9 Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manâſſes: &
Ephrâim ſuſcéptio cápitis mei.
10 Iuda rex meus: Moab lebes ſpei meæ.
11 In Idumæam extêndam calceamêntum
meum: mihi alienígenæ amîci facti ſunt.

12 Quis



A 12 Quis dedûcet me in ciuitâtem munîtam:
quis dedûcet me vſque in Idumæam?
13 Nónne tu Deus, qui repulîſti nos: & non
exîbis, Deus, in virtútibus noſtris?
14 Da nobis auxílium de tribulatiône: quia
vana ſalus hóminis.
15 In Deo faciêmus virtûtem: & ipſe ad níhilum dedûcet inimîcos noſtros.

B

---

1 *Canticum Pſalmi*, id eſt, canticum præſtantiſſimum. Nam etſi ſit compoſitum, quantum ad ſex primos verſus, è fine Pſalmi 56.[a] & quantũ ad reliquos, è fine 59.[b] tamen argumentum habet inſignius, nempè non de Dauidis liberatione è Saulis manu, aut de eius victoriis contra Idumæos, & Ammonitas, ſed de Chriſti & Eccleſiæ contra Mahometanos & Antichriſtum triumphis: vt & R. Dauid annotat. In hunc ſenſum coniungunt ſyntacticè duo ſubſtantiua eiuſdem ſignificatus, C vt de *limo terræ*, id eſt, limo puriſſimo, *de luto cœni*[c], id eſt, luto maximo.

a *Verſ. 8. 9. & ſeq.*
b *Ver. 8. 9. 10. & ſeq.*
c *Gen. 2. v. 7. Pſal. 39. v. 3.*

2 *Paratum cor meum Deus*, diſpoſitum eſt cor meum ad Deum canendum, vel ad omnia, quæ mihi immiſerit. Vox Hebræa נכון *Nachon* etiam ſignificat conſtans & ſtabile. Repetitur bis[d]. Alioqui ſemel in fonte. *In gloria mea*, in mearum rerum ſplendore, proſperitate, ſucceſſu, potentia, honoribus, in meo fœlici ſtatu. Alij, in mea anima, apud me, ex animo. Iam enim obſeruatimus gloriam eſſe attributum animæ, vt quæ ſit gloria, D decus & ornamentum corporis, ac præcipua hominis pars. Qui in nominatiuo ſine præpoſitione accipiunt, & conſtruunt cum ſequenti verbo, *Etiam gloria mea exurge*, non ſeruant leges diſtinctionum Maſoreticarum, quarum alioqui tam ſunt tenaces, quando agitur de configendis veteribus. Nam hîc Maſoretæ cum noſtris Septuaginta diſtingunt per Soph paſuc, & cum iiſdem verſum alterum incipiunt ab *Exurge*. Mallem ſi ſit ab hac verſione diſcedendum, כבודי *Chebodi* ſumere in accuſatiuo, vel vocatiuo, ac retinere diſtinctiones:

d *Pſa. 56. v. 8*

Cantabo

Cantabo ore,& pſallam inſtrumentis muſicis gloriam meam,Deum,qui eſt mea gloria & decus:vel,te ô gloria mea,ô Deus meus,honos & decus. A

3 *Exurgam diluculo*,Eclypſis particulæ כאשר *caaſher*, (quando) vel כי *Chi*(quia,nam)exurgam manè, ad decantandum orthirium & antelucanum carmen.Expergiſcere pſalterium & cythara mecum, ſiue quando expergiſcar primo mane.Agite , eſtote mecum parata ad Dei laudes canendas,ſummo mane. Nam & ipſe exurgam.Poſſint Pſalterium & cythara induci reſpōdentia per Proſopopœiam, ſe fore paratiſſima ſummo diluculo ad Deum perſonandum. B *Exurge pſalterium : exurgam*, inquit,idq́ue ſummo mane.Per me non ſtabit,quin vel primo mane Deum canes.

4 *Quia magna eſt ſuper*.Laudabo te publicè de Iudæis ad te conuerſis , & canam tibi hymnos de Gentilibus ad te per Euangelium reductis [a]; Prædicit Chriſtum in nationibus cognoſcendum , & Eccleſiam in eis futuram , vt è Iudaica fiat Catholica , id eſt, vniuerſarum gentium.

a *Rom.15.v.9*

*Eccleſia futura prædicitur Catholica.*

5 *Exaltare ſuper cœlos*,pluſquàm cæli. Maior eſt cælis tua miſericordia , & tua fides atque conſtantia in ſeruandis promiſſis nubes pertingit. Genus hyperboles. C

7 *Saluum fac dextera tua*,tua potentia & viribus. *Deus locutus*.Interpellat Deum ex promiſſis, & quaſi ſyngrapha.Deus promiſit in ſuo ſanctuario , in loco oraculi, vel in medio templo,in media Eccleſia,palàm,publicè & ſolenniter,quæ ſequuntur ſcilicet.

8 (Quòd)*Exultabo & diuidam Sichimam*. Nam ſic debet iungi cum proximis.*Conuallem tabernaculorum* , in qua multa tenſa ſunt hoſtium tentoria , vel paſtorum & nomadum tabernacula. Retinent vocem סכות D *Succoth* recentiores , vt ſit nomen loci,non [b] Tabernacula,tuguria.Octo verſus ſequētes iam ſunt è Pſ. 59.

b *Gen.33.v.18*

9 *Meus eſt Galaad*, ad me pertinebit. *Suſceptio* , auxilium,robur,defenſio.

10 *Iuda Rex meus*.Hebraicè מחוקקי *Methokeki.i.*Legiſlator meus.Alludit ad illud Geneſis [c],vbi habemus, *Dux de femore eius*. Nam idem vtrobique eſt vocabulum,Eccleſiæ & populi Domini,rex,dictator,dux , legiſlator eſt Iuda.i.*Chriſtus de tribu Iuda* [d]. *Moab*,Arabia.

c *Ge.49.v 10*

d *Heb.7.v.14.*

*Lebes*,



A *Lebes*,quo ſpero me vſurum ad vilia,vt ad lauacra. Lege Pſalmum 59 de hoc verſu & ſequentibus.

11 *Extendam calceamentum meum*,ἐπιβαλῶ,iniiciam calceum meum. Mihi eam ſubiiciam humillimè,Prouerbialis locutio,de qua Pſalmo alio.Aliqui interim alluſum putant ad conſuetudinem olim in commutationibus & contractibus vſitatam [a]. Nam per calceum contrahebant,dum dabatur calceus , dicis cauſa , ſiue pro forma , vt loquuntur. Ad Edom proiiciam meum calceum,id eſt,faciam Edō mei iuris , redigam in meam B ditionem,dominium,poſſeſſionem.*Mihi alienigenæ*.Immutant locutionem. Retinent tamen ſententiam. Ad verbū.*Super Philiſtæam* iubliabo(in ſignum victoriæ vel confœderationis.) Actio autem tribuitur Philiſtæis [b]. Super me(ſuper meas victorias)ô Philiſtæa iubila. Septuaginta ſolent Palæſtinos ſiue Philiſtæos alienigenas de nomine generis appellare , quia inter habitatores terræ Chanaan patribus promiſſę,hi ſoli erant alienigenæ,quando in eam Iſraelitæ irruperant, vt qui eò impetum feciſſent ex Caphtor ſiue Cappadocia expulC ſis Euæis antiquis aboriginibus [c]. In aliquibus autem Græcis codicibus pro ἐφιλιώθησαν legitur ὑπετάγησαν ſubditi ſunt.

a *Ruth 4.*

b *Pſal.59.*

c *Deu.2.v.23*

12 *In ciuitatem munitam*.Singularis, pro plurali,in vrbes Arabiæ , vſque in ipſam Idumæam in montibus collocatam.

13 *Nonne tu Deus qui repuliſti*.Non eſt in fonte, ſed additur è Pſalmo 59. [d] *Et non exibis*,& (qui) non exis cum exercitibus & copiis noſtris. Eclipſis relatiui linguæ vſitata.

d *Verſ. 12.*

D 14 *Da nobis auxilium*.Contra calamitatem fer opem, vt qui in te vno ſperamus, non in vllo homine. *Salus*, defenſio.

15 *In Deo faciemus virtutem*, δύναμιν,potentiam,res potentes,& magnas geremus, Dei ope, & præſidio,*Ad nihilum deducet*. Hebraicè יבוס *Iabus.i.* proculcabit propriè, proteret.

ARGV

## ARGVMENTVM. A

*Iudæ proditori, cæteriſq́ maleuolis dignas pœnas, ſibi ſalutem Chriſtus precatur. Act. 1. verſ. 20. Ioan. 17. verſ. 12. Propheticus contra Chriſti, & bonorum eius proditores, & prophanos poſſeſſores.*

1 In finem, Pſalmus Dauid CVIII. Heb. 109.

DEus laudem meam ne tacúeris: quia
os peccatôris, & os dolôſi ſuper me B
apêrtum eſt.
3 Locûti ſunt aduêrſum me lingua
dolôſa: & ſermônibus ódij circundedêrunt
me: & expugnauêrunt me gratis.
4 Pro eo vt me diligerent, detrahêbant
mihi: ego autem orâbam.
5 Et poſuêrunt aduêrſum me mala pro bo-
nis: & odium pro dilectiône mea.
6 Conſtitue ſuper eum peccatôrem: & diá- C
bolus ſtet à dextris eius.
7 Cùm iudicâtur, éxeat condemnâtus: &
orátio eius fiat in peccâtum.
8 Fiant dies eius pauci: & Epiſcopâtum eius
accípiat alter.
9 Fiant filij eius órphani: & vxor eius vídua.
10 Nutântes transferântur filij eius, & mé-
dîcent: & eiiciântur de habitatiónibus ſuis. D
11 Scrutêtur fœnerâtor omnem ſubſtán-
tiam eius: & diripiant aliêni labôres eius.
12 Non ſit illi adiûtor: nec ſit qui miſereâtur
pupîllis eius.
13 Fiant nati eius in intéritum: in genera-
tiône vna deleâtur nomen eius.
14 In memóriam rédeat iniquitas patrum
eius



A eius in conſpêctu Dómini: & peccâtum ma-
tris eius non deleâtur.
15 Fiant contra Dóminum ſemper, & diſpé-
reat de terra memória eôrum: pro eo quòd
non eſt recordâtus fácere miſericórdiam.
16 Et perſecûtus eſt hóminem ínopem, &
mendîcum: & compûnctum corde mortifi-
câre.
B 17 Et dilêxit maledictiônem, & véniet ei:
& nóluit benedictiônem, & elongábitur
ab eo.
18 Et índuit maledictiônem ſicut veſtimên-
tum: & intrâuit ſicut aqua in interióra eius,
& ſicut óleum in óſſibus eius.
19 Fiat ei ſicut veſtimêntum quo operîtur:
& ſicut zona, qua ſemper præcíngitur.
C 20 Hoc opus eôrum, qui détrahunt mihi
apud Dóminum: & qui loquûntur mala ad-
uêrſus ánimam meam.
21 Et tu Dómine, Dómine, fac mecum pro-
pter nomen tuum: quia ſuâuis eſt miſericórdia
tua.
22 Líbera me, quia egênus & pauper ego
ſum: & cor meum conturbâtum eſt intra me.
23 Sicut vmbra, cùm declînat, ablâtus ſum:
D & excûſſus ſum, ſicut locûſtæ.
24 Génua mea infirmâta ſunt à ieiúnio: &
caro mea immutâta eſt propter óleum.
25 Et ego factus ſum oppróbrium illis: vi-
dêrunt me, & mouêrunt cápita ſua.
26 Adiuua me Dómine Deus meus: ſaluum
me fac ſecûndùm miſericórdiam tuam.
27 Et ſciant, quia manus tua hæc: & tu Dó-
mine fecîſti eam.

28 Maledîcent illi, & tu benedîces : qui inſúrgunt in me, confundántur, ſeruus autem tuus lætábitur. A

29 Induántur, qui détrahunt mihi pudôre : & operiántur, ſicut diplóide, confuſiône ſua.

30 Confitêbor Dómino nimis in ore meo: & in médio multôrum laudâbo eum.

31 Quia áſtitit à dextris paúperis : vt ſaluam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

B

---

2 *Deus laudem meam.* אלהי Elohe vnum è decem diuinis nominibus, vt D. Hieronymus [a], & Cabbalici docent: ſed tunc eſt ſyntacticum pro abſoluto, non ſine Eclipſi *exercituum* : quòd hîc ſequuntur Septuaginta, vt אלהי *Elohe* & אלהים *Elohim* duo ſint diuina nomina diſtincta. Deus, aſſere meum honorem, quem inimici mei falſis calumniis oppugnant. Alij conſtruunt ſyntacticè cũ ſequenti : Deus laudis meæ, vt תהלתי *thehilathi* ſit genitiui caſus. Deus in quo glorior, vel quem laudo, qui es materia mearum laudum [b] ne taceas, ne diſſimules improbitatem hoſtium meorum, ſed te illi oppone. Tum enim erit Apoſiopeſis. *Peccatoris.* Iudæ, Scribarum, Phariſæorum, Iudæorum, qui me mendaciis opprimere conantur. *Super*, contra. C

a *ad Marcellam.*

b *Pſal.119.v.14.*

3 *Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa*, mendaci. *Odij*, hoſtilibus ſermonibus. *Expugnauerunt*, oppugnarunt me ſine cauſa, nulla mea culpa.

4 *Pro eo vt me diligerent*, cùm me debuiſſent diligere. Hebræa & Græca ambigua ſunt propter infinitiuum & affixum. Ad verbum pro diligere me, pro dilectione D mea, actiuè, vel mei, paſſiuè. Vnde reſolutio duplex. Actiua, quam ſequemur verſ. ſequenti, ne quicquam de locutionis fœcunditate pereat. Pro mea erga eos dilectione, pro eo quòd ego eos diligebam, odium reportaui. Et ſic ferè hoc loco intelligunt, vt Antitheſis ſit planior. Eos diligebam, ipſi verò mihi detrahebant: vel vt in Hebræo, ישטנוני *iſchetnuni*, id eſt, inimicabantur. Paſſiua, quam nunc amplectimur. Pro eorum erga

me



A me dilectione, pro eo quòd me diligebant, vel dire debebant ob quotidiana bene merita, pro eo vt diligerent, vt Septuaginta: eorum erat me diligere ob beneficia miraculorum, & aliorum donorum, quibus eos affeceram : at mihi detrahunt, & inimicantur. *Orabam*, pro eis. Eſt enim Apoſiopeſis Hebraïca. Ego autem orationem, ſup. fundebam pro eis, nec me ad vltionem conferebam. Vel: Ego vndique ab eis oppugnatus, ad te Domine per precem confugiebam, vt mihi adeſſes: Oratio remedium contra odium & calumnias.

*Oratio remedium contra calumnias.*

B

5 *Pro dilectione mea*, erga eos. *ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου*, etſi Hebræa eadem quæ priùs.

7 *Conſtitue ſuper eum peccatorem*, impium, qui eum vexet, & malis premat, ei præfice. Eum tyranno impio, & crudeli ſubiice. *Diabolus.* Hebraïcè שטן *Satan.* Satanas humani generis inimicus & hoſtis, in eum accipiat imperium, ſiue fiat ei contubernalis. Theodoritus, eum poſſideat, eius lateri adhæreat, nec priùs ab eo diſcedat, quàm in exitium eum præcipitet, eum teneat captiuum ad ipſius voluntatem. Congruit euentui. Nam C Satanas *immiſit in cor Iudæ Iſcariotis, vt eum traderet* [a]. Quin, *Poſt bucellam introiuit in illum* [b]. Aliqui de ſimplici aduerſario intelligunt, vt apud Matthæum [c]: *Vade poſt me Satana*, de Petro, id eſt, ô inimice. Qui mihi tam vehementer aduerſatur, habeat & ipſe aduerſarium, qui numquam ab eius latere diſcedat, ſed ſemper eum oppugnet, ac omni acerbitate exagitet. In his imprecationibus impium ſibi in genere proponit. At Spiritus ſanctus ſibi deſignabat certam perſonam, id eſt, Iudam proditorem, & Iudæos reprobandos. Hinc docemur precari in genere contra totum corpus peccati, id eſt, D eos, qui illud fouent, ſúntque illius membra: relinquere autem Deo priuatam & ſingularem applicationem, qui his diris & imprecationibus dignos, & obnoxios intelligit. Græci malunt eſſe Imperatiuos pro Indicatiuis, vt Theodoritus. *Exeat*, pro exibit, *fiat*, pro fiet quaſi iſtæ imprecationes ſint dumtaxat prædictiones. Sed nihil neceſſe [d]. Zelo enim iuſtitiæ, non vindictæ cupiditate, Sancti ſic ſæpè precantur. *A dextris*, cominus, propè, ad vexandum, ſcilicet & exagitandum. Nam in malum, ſecus quàm infrà [e].

a *Ioã.13.v.2.*

b *Ioã.13.v.27*

c *Matth.16. v.23.*

*S. Ʒi qua ratione impiis mala imprecentur.*

d *Conſule Pſ.12.v.5.*

e *Verſ.31.*

7 *Cùm iudicatur exeat condemnatus*, quando litem inſtituet, condemnetur, non fiat ei miſericordia, damnetur citra commiſerationem & remiſſionem, exeat impius, ad verbũ, cauſa excidat. Aliqui de diuino iudicio, Condemnentur à Deo omnia eius facta. *In peccatum.* Precatio eius ducatur peccato: non per ſe, ſed propter indignitatem perſonæ, & deteſtationem precantis, quo ſenſu *victima impiorum abominabilis* apud Salomonem[a]. Non magis exaudiatur eius oratio, quàm ſi eſſet peccatum & ſcelus. Ex ea potius augeat peccata, quàm peccatorum ſupplicium depellat. Oratio, quæ non fit per Chriſtum, non ſolùm non poteſt delere peccatum, ſed etiam ipſa fit peccatum [b], id eſt, vertitur in peccatum, quando affectus eſt Chiſti fidei oppoſitus, vt in Turcis, Iudæis, Idololatris. Eſt enim duplex error, vnus è praua affectione, ſiue habitu: alter è pura negatione.

a *Pro.15.v.8.*

*Oratio per Chriſtum nõ facta, vt ſit peccatum.*

b *Auguſt.hîc.*

8 *Fiant dies eius pauci.* Præmatura morte intereat, ſit eius ætas breuis, vt contigit [c], dum laqueo vitam ſibi corripuit. *Epiſcopatum*, τὴν ἐπίσκοπην, פקודה *pekudah, præfecturam.* Dominium in genere ſignificat. Sed Propheticè Septuaginta hoc ſelegerunt vocabulum inſpectionem ſignificans: primùm quòd iam eſſet ſacrum inter prophanos, è Plutarcho in Numa, ſacrarum virginum cuſtodem appellante ἐπίσκοπον, & hîc ageretur de ſacra Iudæ proditoris præfectura, atque Apoſtolatu. Deinde quòd eius futurus eſſet vſus in ſacra noui Teſtamenti Hierarchia, & Apoſtolicis ſcriptis. Epiſcopatum eius adeptus eſt alter, nempè D.Matthias [d].

c *Act.1.v.18.*

d *Act.1.v.26.*

9 *Fiant filij.* Quaſi Iudas fuerit coniugatus. At Theodoretus, Euthymius, Chryſoſtomus non putant hæc ad ipſum pertinere, quòd de eius vxore non conſtet, ſed ad Iudæos. Adde accumulari imprecationes, non vt omnes ad amuſſim accidant, ſed quæcumque poterunt, donec perierit penitus, Poëticè, quemadmodum apud Callimachum & Ouidium [e].

e *in Ibin.*

10 *Nutantes*, inſtabiles vagentur, errantes mendicent, fiant vagi & errones. *Eiiciantur.* Hebraïcè, *& quærant* (panem) *è deſolationibus, ſiue ruinis ſuis*, è domibus ſuis redactis in vaſtitatem, & extremam inopiam: vel, poſtquàm eorum domus, fuerint vaſtatæ, & in ſolitudinem redactæ victum quæritent. De habitationibus,





ἐκ οἰκοπέδων. Eſt autem οἰκόπεδον ex Euſtathio [a] ſuperficies domus dirutæ. Ad Iudæos, non Iudæ liberos refert Theodoritus. Iudæi enim incenſis domibus, & ædificiis partim cæſi, partim captiui abducti fuere. Sic quod ſequitur, de facultatibus à Romanis direptis.

a *in Homerũ.*

11 *Scrutetur fænerator omnem ſubſtantiam.* Illáqueet propriè, ſubtiliter, & ſtudioſè capiat creditor omnes eius facultates, quas auxit è ſacrilegio: eis ne fruatur, nec eius poſteritas: ſed ſint Iudæ & liberis eius exitio. Habebat enim Iudas *Chriſti loculos, eratq; fur & latro* [b]. Summæ egeſtatis & extremę inopię imprecatio. *Alieni*, extranei, qui non ſunt veri & legitimi hæredes. Chaldæus hîc vaticinatus eſt de Iudæ ſectatoribus, *Colligat fiſcus omnia, quæ ipſius ſunt.* Sic Bernardus, *Quæ non capit Chriſtus, rapit fiſcus. Labores*, opes labore eius partas.

b *Ioã.12.v.6.*

12 *Non ſit illi adiutor, extendens miſericordiam.* Hebraïcè משב חסד *moſchech heſed*, quam Periphraſim vnico vocabulo repreſentarunt. Omnibus ſit inuiſus, *Pupillis.* Mendosè in aliquibus codicibus, *Puſillis.*

13 *Nati eius in interitum*, Heb. אחריתו *aharitho*, poſtremũ eius. Poſtremum autẽ, ſiue אחרית *aharith*, ſignificat & poſteritatem, ſiue liberos [c], & finem, ſiue exitum (vitæ.) Prius ſecuti ſunt Septua. poſterius Recentiorum aliqui non tam rectè, *Sit eius exitus excidium, ſit nouiſſimum eius interitus. In generatione vna*, vna ætate ſua, q.d. Ne tranſeat in alteram ætatem ipſius memoria. Vnde Hebraïcè בדור אחר *bedor ahar* in ætate altera, id eſt, ſequenti, in poſterum. Nam eſt idem ſenſus, ſiue Septua. אחד *ehad* legerint per ד, ſiue per ר. Ne habeat poſteros, in quibus nomen ipſius permaneat, & continuetur. Ne nominetur in poſteris, ne diuturnam relinquat familiam, & vt vulgò dicitur, ne eius bonis gaudeat tertius hæres.

c *Dan.11.v.4.*

14 *In memoriam redeat.* Imputat Deus filiis peccata parentum [d] quantum ad pœnã, præcipuè ſi ſint impij, & patrũm veſtigiis inſiſtant [e]. Accedit non eis infundere gratiam, quam tribuiſſet, ſi parentes pietatẽ coluiſſent. Intereant liberi eius, quia ſuccedunt in paterna ſcelera. Peccata parentũ contẽplatur Dominus, quando punit.

d *Deut.5.v.9.*

e *Ezech.18.v.10.11.& 12.*

15 *Fiant contra Dominum*, iniquitas patris, & peccatum matris ſcilicet, ſemper contra Dominũ. i. corã Domino. Heb. נגד יהוה *neghed Adonai*, & Græ. ἐναντίον κυρίου. i. ob

oculos Domini,in conſpectu eius. Sint perpetuò ante A
ipſius vultum ad vindictam expoſita, ea perpetuò vi-
deat,& numquam in hoc impio homine vlciſci obliui-
ſcatur. Quin & *diſperdat de terra memoriam eorum*, pa-
ternorum peccatorum. i. ea grauiſſimè puniat in filiis,
vt nihil puniendum deinceps ſuperſit. Aliis ſuppoſitum
verbi *fiant*, ſunt pater & mater. *Memoria eorum*, Iudæ
& parentum eius. *Pro eo quod*. Prima cauſa cur deuo-
ueat. Nã cauſas accumulat, vt diræ iuſtæ perſpiciãtur.
16 *Quia perſecutus eſt*, Secunda. *Inopem & ob* tenuita-
tem aſſumptæ carnis, & quia non habebat præ pauper-
a Matth. 8. verſ. 20. tate, vbi caput reclinaret [a], Euthymius, Malo, vt ſit He- B
braiſmus, pro miſero & afflicto. Gall. *pauure miſerable & chetif*. *Compunctum*, contritum, mœſtum animo. *Mortifi-
care*, ad mortificãdum, vt occidat, & morti tradat eum.
17 *Et dilexit maledictionem*, Tertia cauſa. *Dilexit*. non
ſub ratione maledictionis, ſed boni. Quoniam ea dile-
xit & egit ob quæ ſequitur maledictio tum tempora-
ria, tum æterna. E contrariò benedictionem noluit,
quatenus illis abſtinuit, è quibus conſequitur benedi-
ctio. i. quatenus perſequutus eſt vitia, virtutes declina-
uit. *Maledictionem*, infœlicitatem, *Benedictionem*, fœli- C
citatem, gratiam Euangelicam, quæ vehit ad vitam
æternam. Quaſi eò vſque fuerit ſtudioſus Iudas impie-
tatis & omnium ſcelerum, vt videretur optare infœli-
citatem, & execrationem Dei. Adeò addictus prauitati,
vt nullum ſcelus refugerit, quo Dei maledictionem in
ſe prouocaret. *Noluit benedictionem*, quæ per Chriſtum
ei offerebatur. Arnobius.
18 *Et induit maledictionem & veſtimentum*. Aliquot ſimi-
litudinibus explicat infœlicitatem Iudæ, & ſimilium
impiorum. *Sicut veſtimentum*, id eſt, firmiter, arctè, & D
omni ex parte ſe maledictione armauit. *Sicut aqua*,
quam quis haurit & bibit, vel quæ latè diffunditur in
interiora. *Sicut oleum*, quod facilè penetrat. Maledictio
& infœlicitas ad oſſa, medullas, & intima quæq́; ipſius
penetrauit: vt non modò foris, verùm etiam intus ma-
lis circundetur. Veſtimentum continuæ adhæſionis eſt
ſymbolum: Aqua, vehementiæ: Oleum, durationis vix
eluibilis. Chryſoſtomus. i. Malorum copia ingruit, quæ
aquæ vehementiam, olei firmitatem imitabitur. Theo-
doritus.

19 *Fiat*



A 19 *Fiat ei ſicut veſtimentum*, maledictio. Eodem per-
tinent hæ ſimilitudines ad exaggerationem impreca-
tionis. Ei vndique infœlicitas immineat.
20 *Hoc opus eorum qui detrahunt*, Metonymia in hoc
Epiphonemate. Opus, pro mercede operis. Hæc ſit eo-
rum merces, hæc vltrix pœna, & vindicta à Domino,
qui inimicantur mihi. Ita fiat à Domino aduerſariis
meis. Hæc tetributio hoſtibus meis eueniat diuinitùs,
ne eam humana vi poſſint depellere. Nam *apud* con-
ſtruitur cum *hoc opus*, non proximo. Hoc opus, hoc ſup-
plicium eorum apud Dominum ſit, &c. Mutat autem
B numerum, vt ſint imprecationes, non contra Iudam
tantùm, verùm & Iudæos. *Animam*, vitam, Metonymia.
vt [a]. *Non facio animam meam pretioſiorem, quàm me.* a Act. 20. ver. 24.
21 *Fac mecum propter nomen tuum*, bonum ſup. vel mi-
ſericordiam: & eſt Hyperbaton. Chryſoſtomus *Suaui*,
bona, benigna, benefica. Redit ad ſuas miſerias.
22 *Conturbatum eſt cor meum*, ſaucium, vulneratum, in
medio mei, חלל *Halal*, lethaliter ſauciatum ſignificat.
23 *Sicut vmbra cùm declinat*, cùm ſenſim minuitur, &
mox tota euaneſcit. *Ablatus ſum*, abij, perij, è medio
celeriter ſublatus ſum, euanui ad ſimilitudinẽ vmbræ,
C quæ vnà cum die inclinatur, & in tenebras noctis eua-
neſcit, vel quæ celeriter abit & præterit. *Excuſſus ſum*,
motus ſiue mutatus ſum, loco migraui, ſicut locuſta. i.
celeriter abij celeriter euaneſco ex hac vita, per Epe-
xegeſin, de vitæ ſuæ vanitate & miſeria, vt locuſtæ
comparari poſſim, quæ nunquam ferè quieſcit huc il-
luc ſaltitat, donec euaneſcat & ex oculis abeat, vel etiã
à vento diſiiciatur: vel inſtar locuſtarum, quæ excuſſæ
ruunt ex arbore, & obſtupefactæ intereunt, hac vita
facilè eiectus ſum.
D 24 *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio*, præ ieiunio, pro-
pter ieiunium. Deſcriptio maximæ inediæ. Ita præ vi- *Chriſti viriũ imbecillitas.*
rium defectu nutarunt, & vacillarunt genua Chriſti, vt
nec valeret ſupra pedes firmus conſiſtere. Tam erat oc-
cupatus in his, quæ Patris ſui erant, atque adeò in ſacris
ieiuniis & precationibus, vt in tantis calamitatibus
Deum ſibi, & nobis conciliaret. Non delicatam duxit
vitam, ſed ſimplicem, &c. Theodoritus. *Immutata eſt*,
macruit, propriè exaruit. *Propter oleum*, propter olei. i. b Geneſ. 15. verſ. 28.
pinguedinis defectum. Qua phraſi legitur [b]: *An delebis*

*propter quinque vrbem.* i.propter hominum quinque defectum,quòd minus quinquaginta iuſtis, ibi quinque fuerint: Quare illic Noſter ad ſententiam illuminandam, non *Quinque* vertit, ſed *Quadraginta quinque.* Oleum,ſiue שמן *Shemen,* Hebræis ſignificat quicquid vnctuoſum eſt & pingue.Itaque alij accipiunt pro oleo ipſo,vel vnguento,vt ſuprà [a], *vt exhilaret faciem in oleo.* Macruit caro propter vſum olei vel vnctionis (neglectum.) Nam non vngi oleo vel vnguento, pertinebat ad triſtitiam & luctum. Alij pro adipe & pinguedine. Corpus meum defectu pinguedinis extabuit.Magis ad verbum vertiſſent,Ab oleo,ſiue à pinguedine.i. ne eſſet pinguedo, pelle oſſibus adhæreſcente. Nam Præp. *A,* habet vim negandi Hebraicè, niſi fortaſſè reſpexerint ad ieiunia,in quibus propter carnium abſtinentiam, & vſum ſiccorum,oleo vtuntur,vt *propter oleum,* non ſubaudiatur, *amiſſum* vel *neglectum,* ſed idem ſit,quod propter olei vſum,loco ciborum delicatiorum,atque adeò carnium,quibus temporibus ieiunij & pœnitentiæ abſtinebant etiam Iudæi [b]. Nam & Præp. מן *Min,* ſiue *A,*propter, præ,vt initio verſus,à ieiunio, propter ieiunium: ſic *ab oleo,* propter oleum. Et ſanè idem videtur enunciari vtroque hemiſtichio, vt proinde vtrobique eandem particulam vſurparit, & eodem ſenſu.

a *Pſalm.103. verſ.15.*
b *Dan.10.v.3. & in Tractatu Taanith, & in Itinerario R. Beniamin.*

25 *Viderunt me & mouerunt capita.* Geſtus illudentium Chriſto [c].

c *Pſal.21.v.8. Mat.27.v.39.*

27 *Et ſciant quia manus tua hæc.* Sciant hoc tuum tam illuſtre & apertum auxilium, tuam eſſe manum & potentiam:& (quia) *tu Domine feciſti eam* (rem,ſiue liberationem.)Sciant me non humanis præſidiis, ſed potentia numinis tui eſſe liberatum. Vtuntur fœmineis loco neutrorum,quibus carent, vt ſuprà [d]. *Vnam petij à Domino,hanc requiram:* vnam rem,vnum. *Eam,* hanc rem, hoc. *Hanc plagam,crucem,* Chaldæo,cui *manus,*Metonymicè eſt plaga. *Et ſciant* (inquit) *quia percuſsio hæc tua eſt.* Sic Theodorito: *Diſcant* (inquit) *non inuitum me cruci tradidiſſe,ſed tuæ diſpenſationis eſſe opus.* Quamquam mox manum, Dei potentiam exponat.

d *Pſ.26.v.4.*

28 *Maledicent illi & tu benedices.* Maledicere,ſiue קלל *kalal,* neque hoc Pſalmo, neque alibi importat dumtaxat maledicentiam, imprecationem, deteſtationem, blaſphemiam,verùm etiam omne infœlicitatis genus, vt ſu-



vt ſuprà [a]:ſicut benedicere ברך *barach,* benefacere, fortunare,fœlicitare.Eſt ergo ſenſus.Maledictis & maleficiis obruent me, tu verò iſta omnia in mea commoda, & fœlicitatem conuertes. Machinabuntur illi multa contra me & verbis & factis, at tu mihi è contrario verbis factiſque fauebis. *Lætabitur,*vel in dextera Patris,vel in membris ſuis lætantibus.

a *Verſ.17.*

29 *Operiantur ſicut diploide,* ſicut pallio duplicato,copioſè & largiter perfundantur ignominia, & coram omnibus ſint execrabiles aduerſarij mei: fortiſſimo & denſiſſimo dedecore,quaſi duplicato,afficiantur.

30 *In medio multorum,* in Eccleſia,coram fidelibus,qui multi ſunt comparati ad ſynagogã, & reliquas ſectas. Alij, inter Apoſtolos & Apoſtolicos viros. *Nimis,* plurimùm.

31 *Quia aſtitit à dextris,*ab auxilio & ope mea,qui ſum pauper.Cominus ad ſuccurrendum.In bonum, cùm ſuprà [b] in malum acciperetur. *A perſequentibus,* Iudicantibus propriè. i. iniquo iudicio perſequentibus. A Iudæis, qui erant teſtes & iudices. *Animam meam,* vitam meam,me à mortuis excitando.Hîc ad perſpicuitatem immutarunt Pronomen tertiæ perſonæ in primæ. *Vt ſaluum faceret à iudicatoribus ſiue condemnatoribus animæ ſuæ.* Sic autem vocat principes & magiſtratus Iudæorum, qui Chriſtum condemnarunt.

b *Verſ.6.*

---

## ARGVMENTVM.

*Chriſtum ad Patris dexteram ſeſſurum, regnum è Iudæa auſpicaturum, Sacerdotio Melchiſedech perpetuo functurum, toto orbe victorem dominaturum, & iudicem futurum.*

1 Pſalmus Dauid. CIX. Heb.110.

DIxit Dóminus Dómino meo: ſede àdextris meis.
3 Donec ponam inimîcos tuos: ſcabêllum pedum tuôrum.

4 Virgam virtûtis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : dominâre in médio inimicôrum tuôrum. A

5 Tecum princípium in die virtûtis tuæ in ſplendóribus Sanctôrum : ex vtero ante lucíferum génui te.

6 Iurâuit Dóminus,& non pœnitêbit eum: Tu es ſacêrdos in ætêrnum, ſecûndùm órdinem Melchí-ſedec.

7 Dóminus à dextris tuis : confrêgit in die iræ ſuæ reges. B

8 Iudicâbit in natiónibus, implêbit ruînas: conquaſſâbit cápita in terra multôrum.

9 De torrênte in via bibet : protérea exaltâbit caput.

---

C 1 *Pſalmus Dauid*, Cùm ſic inſcribatur etiam in fonte ſaltem per inuerſionem *Dauid Pſalmus*, mirum eſt Talmudicos eum attribuiſſe Melchiſedech de Abraham. Rectiùs Chaldæus Ionathan ( Nam R. Ioſeph cæcus hîc cæcutit) immo & Midras tehiliim [a] & veteres Rabbini, Barachias, & R. Leui citati à R. Moſe Nahamanide [b]. Dauidi de Meſſia, cum noſtris, atque adeò Chriſto & Apoſtolis [c], Canit enim Dauid Chriſtum conſtitutum regem, Pontificem, iudicem omnium.

a *Pſalm. 17.*

b *Geneſ. 18.*

c *Matth. 22. v. 44. Heb. 7. ver. 21. & 10. ver. 13. 1. Cor. 15. ver. 25.*

D 2 *Dixit Dominus*, Deus pater. *Domino meo*, Filio ſuo incarnato. (Vnde Hebræi nō iam יהוה *Adonai*, legunt ſed אדני *Adoni*) Chriſto, qui meus eſt Dominus, non quatenus exiſtit è meo ſemine, & poſteris, verùm quia Dei Filius. Quin etiam ratione humanæ ſubſtantiæ eſt Dauidis, atque adeò omniū Dominus, tam patris conceſſu & munere, quàm acquiſitionis & redemptionis iure ac merito. Nam ſanguine ſuo ſibi acquiſiuit dominatum nouum ſupra omnia, etiam Angelos, nedū Dauidem [d]. *Data eſt*, inquit, *mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*. Adde, excellentiā perſonæ, & officij, regni eius amplitudinem, regiam dignitatem, & ſacerdotium, & ſi

*Chriſtus Dauidis & omnium Dominus etiā ratione humanitatis.*

d *Matt. 28. ver. 18.*



A & ſi eius ſit filius ſecundum carnem. Hebræa vt, attigi, hoc indicant: in illis enim priore loco ſcribitur nomē יהוה Tetragrammaton pronunciatum אדני *Adonai* per Camets, poſteriore אדני *Adoni*, ſimpliciter, ſine camets, & literis nominis Tetragrammi. Prius eſt vnum è tribus Dei nominibus propriis, vt Abben Ezra docet [a]. Nam cætera ſeptem ſunt appellatiua & per attributionem ipſi addicta. Ex quo nomen incommunicabile dicitur [b], & hoc loco enunciatur de Deo Patre, Poſterius humanum eſt vocabulum, vnde & reſpicit humanam Chriſti naturam,

a *Exod. 15.*

b *Sap. 14. ve. 21.*

B ſecundum quam, vt dictum eſt, duabus de cauſis omnium eſt Dominus. Aliqui tamen ſuſpicantur hunc locum à Iudæis corruptum, ac oportere, vt Diuinitatis vocabulum congeminetur, tam pro Patre quàm pro Filio, quoniam Dominus [c] ex eo ratio cinatus Chriſtum nō videri filium Dauidis, quòd eius ſit & dicatur Dominus. Secundum diuinitatem haudubiè, & Euſebius ex hoc eodem inſtituit probare Chriſtum ratione diuinitatis ſimul ac humanitatis, eſſe Sacerdotem. Sed hæc è ſuperioribus facilè diluuntur. Nempè ſat eſſe, vt

c *Matt. 22. v. 44.*

C hæc indicent Chriſtum non eſſe purum hominem. Nā purus homo non poterat ſibi acquirere dominium ſupra Dauidem, & reliquas creaturas. Prima ergo eſt pars Pſalmi de Chriſti regno atque imperio. *Sede à dextris meis*. Iuxta me quieſce, præſide, mecúmque regna, fruere mea gloria, eſto mihi proximus, particeps eſto meorum bonorum, potentiæ & maieſtatis : eſto ſupra omnem virtutem & principatum, eſto ſuperior rebus omnibus creatis: eſto prope me in loco celſiſſimo, potiſſimo, honoratiſſimo: regna æquali potentia mecum, ſi ad diuinitatem: ſimili & proxima, ſi ad humanitatem. Po-

*Chriſtus voluit ſe oſtendere non eſſe purū hominē.*

D teſtatem exercendo ſuper omnia in cælo & in terra [d]. Nam vt Deus ſempiternum habet imperium Chriſtus: verùm vt homo, accepit, quod vt Deus habebat. Teodoritu Metaphoricè ( alioqui Deus cùm ſit incorporeus, nihil habet dextrum propriè, nihil ſiniſtrum, ) Sedere à dextris, ſiuè ad dexteram Dei, multa complectitur, nempè vno verbo eſſe prope Deum, ante omnia, & ſuper omnia, ſiue proximè accedere ad ipſius poteſtatem, & gloriam. Quare aliqui de æqualitate Dei interpretantur: alij, quod rectius, de præcipuis & potioribus bonis

d *Mat. c. vltimo. v. 18.*

*Chriſtus vt Deus ſempiternum habet imperium, vt homo accepit.*

A bonis Patris. Quoniam enim Chriſtus propriè ratione humanitatis,ſecundum quam minor eſt Patre,ſedet ad dexteram eius.Sedere ad dexteram eius, eſt ſedere, & verſari in potioribus bonis Patris,& opibus, nō in omnibus,ne homo æquetur Deo. Ita quanta quidem potuit excellentia,maieſtate, potentiâ , perfectione humanitatem filij abſoluit, at ipſam ſemper vno diuinæ eſſentiæ ſolio præcedit,quòd illa tranſire non poſſit in diuinam ſubſtantiam & maieſtatem , ſempérque intra naturæ metas creatæ permaneat. Qui ex ponunt Patrē hoc [illegible]cto filiū ſibi prætuliſſe , ſéque veluti ad filij ſiniſtrā collocaſſe,

*Pater præcellit Chriſtū ratione humanitatis.*

B quemadmodū in humanis ad dexteram collocamus præſtantiorem & honoratiorem, vel certè eum,quem in honore nobis præferre volumus,non aduertunt hanc propoſitionem , *Chriſtus eſt maior Patre*, nullo ſenſu vmquam conceſſam fuiſſe. Nam ratione diuinitatis Chriſtus Patri tantùm dicitur æqualis , ratione humanitatis minor.In eo nihil eſt tertium,cuius ratione maior cenſeatur, niſi fortaſſis functio , quòd omnia adminiſtret. Atqui hoc habet à , vel ſub Patre, conceſſu beneplacitóque Patris.

*Chriſtus in nullo ſenſu Patre maior dici poteſt.*

C Sed nec Patrûm quiſquam ſic locutus eſt, vel etiam ſiniſtram in diuina hac ſeſſione conſtituit. Non enim ibi ſiniſtra debet intelligi,vbi nulla eſt inæqualitas. Sed nec ideò Pater ad ſiniſtram filij ſedet , quia filium habet ſibi à dextera reſidentem,cùm non ſit filio minor Pater , quia coæqualem ſibi habet filium. Quare infrà [a] à dextris quoque filij conſtituitur. *Dominus* ( inquit) *à dextris tuis* (ô fili.) Quod Athanaſius de Spiritu ſancto expoſuit.

*a Verſ. 7.*

3 *Donec ponam inimicos*.i.ad diem iudicij.Etiam donec pedibus tuis ſubiiciam cunctos tuos hoſtes , etiam vſque ad conſummationem ſæculi, quo tempore omnia

D tibi plenè ſubiiciam [b] Heb. וְעַד *Had*, Emphaticè ſolet ſumi pro וְעַד *Vehad.Etiam donec* , & continuitatem ſignificare,ſiue conſecutionem , non exceptionem , vel excluſionem futuri temporis. Ei enim minimè opponitur. q. d. Regna mecum etiam donec inimicos tuos tuis ſupponam pedibus.Etiam tempore , quod tuo reguo videtur oppoſitum & contrarium , etiam quando illi videbuntur regnare , etiam antequam hoſtes tuos tuis pedibus ſubſternam , tuæque libidini ſubiiciam: Diabolo , morte , impiis , peccatis funditùs euerſis & extirpatis.

*b 1.Corint.15. verſ.25.*



A extirpatis.Nempè inter medias cruces , perſecutiones, impietates, motus & turbas Satanæ,ac miniſtrorū eius regna.Nam de alio tempore non eſt dubium, quin regnet Chriſtus.Obſerua ergo hac particula & ſimilibus, Scripturam , atque adeò linguam Hebraicam affirmare,quod in dubitationem poſſet incidere,vt [a] *Oculi noſtri defixi in Dominum,donec miſereatur noſtri*,id eſt,etiam donec miſereatur, ſiue antequàm miſereatur , nempè tempore difficili & alieno: & [b] *Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*,etiam vſque ad conſummationē ſæculi,ante quam multa in contrarium videntur poſſe

*a Pſ.122.v.2.*

*b Matt.28.v.vlt.*

B contingere.Denique *Donec,vſque ad*,& ſimiles particulæ in hac lingua continent Emphaſim, vnde & aliquādo expreſſum habent ו *Vau*,Latinè, *Etiam donec , etiam vſque ad,priuſquam. Ponam* , efficiam,reddam , *Inimicos tuos*,viſibiles & inuiſibiles.Principes,Gentiles,Iudæos, qui nolunt vt regnes,imperia aduerſum te & tuum regnum inſurgentia [c]. *Scabellum*,ſubſellium.Metaphora, ad extremam & turpiſſimam ſubiectionē. Aliter enim Chriſto ſubiicientur,quàm pij & electi,nempè coacta, violenta,acerba,ſeruili & ferrea conditione , non dulci,amica,filiali.

*c Conſule 1. Cor.15.*

C 4 *Virgam virtutis tuæ emittet.* Sceptrum potentiæ tuæ: potentiam tuam regiam,ſceptrum tuum potentiſſimū, & fortiſſimum ( ferreum d) in omnem terram emittet ex Sion,& è Iudæa(non ex Arabia, &c. ) Illic regnum tuum incipiet, indéque ad reliquas orbis partes manabit [e]. Sic appellat regnum & imperium Chriſti [f], vel Euangelium Dei virtutem,ſiue crucis prædicationē [g]. *Emittet*,extra mittet in terras & Gentes.q.d.non regnabis in Iudæa ſolùm , ſed extendet Deus tuam potentiā & imperium vſque ad extremos terræ fines. *In medio inimicorum tuorum*,inter inimicos tuos, velint , nolint:

*d Pſ.2.ver.9.*

*e Gal.4.v.26 Eſa. 2. ver.3. Mich.4.ve. 2.*

*f Pſ.44. v. 7.*

*g Rom. 1.ver. 16.*

D inter Iudæos,Paganos,Turcas,hæreticos , vel inuitos. Inter eos enim regnum Chriſti,id eſt , Eccleſia radices egit,quantumuis reniterentur , hodiéque perſeuerat, quantumuis repugnent.

*Regnū Chriſti inter ipſius hoſtes viget.*

5 *Tecum principium in die virtutis tuæ*.Tecum principatus(ἀρχὴ hîc hoc ſignificat, vt apud Baſilium [h], & Euthymium,non principium,id eſt,Patrem, qui eſt principium,& origo Filij,etſi Latini ferè reclament)tecum inquam,regnum,& imperium(erit) in die hoc roboris & poten

*h Hom. 10. Hexaem.*

A & potentiæ tuæ cum ſplendoribus ſanctitatum, cum ſacratiſſima maieſtate, gloria, ſplẽdore. Obtinebis principatum hoc die, quo tua poteſtas emicabit, ſplendiſſimum ſanctitate, ſanctiſſimum ſplendore, gloria & veneratione pleniſſimum. Sic Tertullianus [a] vbi tradidit Principio ſignificari originem, *Poſſum* (inquit) *Principium aliter interpretari non ab re tamen. Nam & in Græco principij vocabulum, quod eſt ἀρχὴ, non tantum ordinatiuum, ſed & poteſtatiuum capit principatũ. Vnde & ἄρχοντες dicuntur principes, & magiſtratus* &c. Pictura eſt elegans Regis ſacra maieſtate pleni. Per hunc autem diem virtutis intelligit primum aduentum, vel potius tempus,

a *Aduerſus Hermog.*

B quo poſt mortem cœpit per reſurrectionem glorioſiſſimè regnare, & habere *gentes hæreditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ* [b]. Vt enim ſemel paſſus fuerat ex infirmitate, ita tunc regnare cœpit ex virtute Dei, iudex conſtitutus viuorum & mortuorum, & caput omnis principatus ac dominationis, ad dexteram Patris ſedens. Theotoritus tamen de ſecundo aduentu interpretatur, quo veniet cum Angelis magnificè. *Tecum* עמך *Hammechá*, tecum, apud te. Sic lego per Hiric cum Sept.

b *Pſa.2. v.8.*

C Nam Maſoretæ legentes עמך *Hammechá* per Pathah, ſententiam obſcurant. Sic enim legunt עמך נדבת ביום חילך בהדרי קדש *Hammecha nedabah beioa belecha beadre* kodeſch. *i. Populus tuus voluntates* (erit) *die quo potentiam & copias conficies ad inimicos oppugnandos cum ſplendoribus ſanctitatis*, id eſt, Populus tuus tibi obediet voluntariè, te ſponte ad hoc bellum ſequetur magna voluntate & propenſione, tibi eo tempore ſpontaneas & liberales oblationes offeret, cum ſumma obſeruatione & reuerentia, vel etiam ſanctitate נדבה *Nedabah* & ſpontaneam voluntatem ſignificat,

*Lectio cõmunis defenditur.*

D & principatum, vnde נדיבים *Nedibim* principes, quæ ſignificatio loco magis quadrat vt præter Sept. docet R. Selomo Hataiá. *Virtutis* δυνάμεως poteſtatis, roboris, exercitus. Hebraicè חיל *Haiil.* q. d. tẽpore regni tui potẽtiſſimi. *In ſplendoribus*, cum ſplendoribus & pulchritudinibus, cum magnifico ſplendore, & immẽſa gloria ſanctitatis, id eſt, tua, qui es ſanctiſſimus. R. Selomo, propter ſplẽdores & claritates ſanctitatis tuæ, merito tuæ ſplendidæ ſanctitatis. *Sanctorum*, neutri generis, rerum ſanctarum, ſanctitatum. Sic ſacram maie-

ſtatem



A ſtatem dicimus. Alij referunt ad populi ſanctitatem. q. d. cùm omni ſanctitate ad te venient, ſéque ſubiicient. *Ex vtero.* Septuaginta hîc dumtaxat ſequuti ſunt ſenſum ad illuminandum myſterium diuinitatis Chriſti, & æternę eius generationis, idque fidiſſimè, & Propheticè, non quòd aliter legerint, quàm nunc habeat veritas Hebraica. Nam his Hebraicis מרחם משחר לך טל ילדתך *Merehẽ miſchar lecha tal ialduthecha. i. Ex vtero, ab aurora tibi (eſt) ros adoleſcentiæ tuæ*, hæc noſtra planè reſpondent, *Ex vtero ante Luciferum* (ſtellam Au-

B roræ) *genui te*. Ros enim Metaphoricè, vt docet R. Selomo, deſignat ſuauitatem, hilaritatem, dulcedinem, & hac metaphora vtuntur, vt nos floris, quando dicimus aliquem eſſe in flore ætatis. Eſt ergo ſenſus facilis & perſpicuus. *Ex vtero* (meo, è mea ſubſtantia) *ab aurora*, ab auroræ ortu, quãdo ſcilicet auroræ ſtella, quam Luciferum appellamus, producta eſt, tibi eſt ros adoleſcentiæ tuæ, tu eras ex vtero meo & mea ſubſtantia, in rore adoleſcentiæ ab ipſo Luciferi ortu. Tu iam eras in flore iuuentutis, vel in ſuauitate & dulcedine

*Aeterna filij generatio à Dauide deſcripta, à 70. explicata.*

C adoleſcentiæ. Tu iam *me oblectabas* [a], cùm producerem auroram, *ludebas coram me omni tempore.* Tu denique iam eras natus mea magna voluptate. Si Chriſtus erat in flore adoleſcentiæ, in vigore, & ſuauitate iuuentutis, quando ſtellæ procreatæ ſunt, ergo erat iam genitus. Quis non igitur cernit has propoſitiones eſſe æquipollentes. *Ex vtero, ab aurora tibi ros adoleſcentiæ tuæ*, & *Ex vtero ante Luciferũ genui te*, ad illud Michææ [b] repræſentandum, *Et egreſſus eius à diebus æternitatis.* Miror noſtros Gnoſticos à Rabbinis toto hoc Pſalmo cęcutientibus faſcinatos, hæc non vidiſſe, vt proinde in-

a *Proue. 8. v. 30.*

b *Michææ 5. v. 2.*

D terpretationum varia portenta huc conueherent. Epiphanius hoc videtur odoratus, dum contra Paulum Samoſatenum [c] hunc locum vendicat à corruptelis impiorum diuinitati Chriſti aduerſantiũ, ac docet Aquilæ verſionem, *A vulua, ab aurora oriente, ſiue apparente tibi ros pueritiæ tuæ*, nihil ſonare diuerſum. Quinetiam R. Selomo è Thalmudicis neſcio quid innuit de generatione facili, & incorrupta, vt cùm per feneſtram diebus conuiuij fructus proiiciuntur. Alioqui hîc Rabbini, & noſtri Iudaizantes peregrinantur, quòd careant Spiritu ſancto, per quem Septuaginta, & fideles in viam diriguntur. *Vterus* ergo Dei Metaphoricè eſt ſubſtãtia,

c *Pſal. 263.*

quoniã ex vtero homines gignunt,& ea,quæ gignũtur, eandem habent naturã,quã & genitores: vel fœcũditas A naturalis, quæ in Patre tanta eſt,& tam efficax, vt abſque cõiuge, & abſq; fluxu & diminutione de ſua ipſius ſubſtantia potuerit gignere Filium, non modò ſibi ſpecie ſimilem, verùm etiam vnum, conſubſtantialem, vnius eiuſdémque ad numerum ſubſtantiæ. *Luciferum*, ſolem, fontem lucis intelligit. Euthymius, Angelicas naturas & d era, id eſt, tam ſpiritualem quàm corporalem creaturam. Auguſtinus, Epiphanius, primum Angelum, & alij. Malo ego è fonte, ſtellam auroræ, ſtellam, quæcumque tandem illa ſit, quæ Solis ortum B antecedat, vt iuxta illud [a]: *Lucifer, qui mane oriebaris.* Alioqui propriè Cicero ſtellam Veneris Luciferum Latinè dici, Græcè φώσφορον ait. *Nam intra nouemdecim menſes, Venus deſcribens circulum circa ſolem, ſex menſibus præit, tumq; Lucifer dicitur, ſex ſequitur, túmque Heſperus, reliquis latus eius cingens vix apparet, oppreſſa ipſius lumine & radijs,* Quemadmodum autem per *Ex vtero*, diuinam generationem & identitatem ſubſtantiæ ſignificarunt, ſic per *ante Luciferum*, æternitatem diuinæ illius generationis. Non quòd Pater genuerit Filium ante ſolem, C vel Luciferum tantùm, & non ab omni æternitate, ſed quòd Luciferus ſit ſymbolum durationis temporariæ & ſæculorum. q. d. ante ipſa ſæcula. Non alienè etiam aliqui de temporaria Chriſti natiuitate. Ex vtero (Virginis, non è ſemine humano, non è viri lumbis) ante luciferum (manè ſummo) genui te, vt ſuprà [b]: vel *Ante luciferum*, ante omnem creaturam, ante mundi conſtitutionem, per prædeſtinationem æternam. Quaſi Pater priùs cogitarit de edendo in lucem corpoream filio, quàm de reliquis rebus procreandis.

*Deus Filium quomodo genuerit.*

a *Eſa. 14. ver. 12.*

b *Pſal. 2. v. 7.*

6 *Iurauit Dominus & non pœnitebit*, certò & immuta- D biliter conſtituit. Secunda pars Pſalmi de Chriſti ſingulari ſacerdotio. Ex eo ſumitur Metaphora, quòd apud nos per iuſiurandum fœdera mutua confirmentur & ſanciantur. Non obſtantibus perſecutionibus, & bellis inimicorũ tuorũ cùm iureiurãdo promiſit, & ſtatuit te non ſolùm futurum regẽ, verùm etiam ſacerdotem magnum, & ſacrificaturum in æternum per tuos miniſtros & ſacerdotes ſecundum puriſſimum ordinem & ritum Melchiſedec. *Non pœnitebit*, non mutabit ſententiam

*Chriſtus ſacerdos quis & quantus.*



A ſententiam, vt in Aaronico, cui antiquato æternum & Euangelicum ſubſtituit, ſtatuit irreuocabiliter, dicendo ſup. *Tu es,* [a] &c. Tu es Sacerdos ad meum numen & maieſtatem placandam. Tu is es, per quem perpetuò reconciliabor, quantumuis iratus humano generi. Tu me ſemper placabis corporis tui hoſtia, per te ipſum in cœlo, per miniſtros in terra, ſub panis & vini ſpecie ſemper litaturus, ſecundum ſimilitudinem Melchiſedec, huius incruentæ oblationis figuram exhibentis. Hoc iuro ſolenniter & irreuocabiliter. Tua ſacrificia, tuæ preces, tua vota mihi perpetuò erunt accepta. Sic B auctoritas Chriſti in ſacerdotio ad Deum nobis placandum & conciliandũ, magna conſolatione ſtabilitur, & efficax in perpetuum fore cùm iureiurando promittitur. Scriptura enim iuramentum Dei appellat, τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, inquit Damaſcenus [b]. *In æternum.* Etiam inter medias perſecutiones & bella, tibi alius non ſuccedet [c]. *Secundum ordinem*, id eſt, ſecundum morem, ritum, & ſimilitudinem, interprete Apoſtolo [d]. κατὰ τὴν ὁμοιότητα. Hebraïcè על דברתי *hal dibrathi*, ſecundum negotium Melchiſedec. Gallicè, *ſelon la choſe* C *de Melchiſedec*, ſecundum ea quæ pertinent ad Melchiſedec [e]. Melchiſedec primò fuit Sacerdos Altiſſimi, offerens panem & vinum, incruentum ſacrificium, inter Chananæos & Hebræos, eáque communicaturis ſolenniter diſpenſans. Secundò benedicens vtríque populo ante legem datam, próque eis interpellans, ſeorſum Abraham & poſteris eius. Tertiò ab eis decimas accipiens. Quartò Rex Salem pacis & iuſtitiæ. Quintò ſine patre, ſine matre, ſine cognita genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, ſacris literis, aut etiam aliis expreſſum. Iuxta hunc ritum Chriſtus D Pontifex aſſiduè pro nobis è Iudæis & Gentibus collectis, apud Patrem in cœlis interpellat, ſe ſub panis & vini ſpeciebus incruentè Deo offert (immò & indè exorſus eſt ſuum ſacerdotium, Theodoritus) & fidelibus diſtribuit, in terris benedictionem vtrique populo affert, gratiam videlicet Dei, & peccatorum remiſſionem, regnat in Eccleſia, vera Salem, ſiue Hieruſalem, iuſtè & pacificè. In terris natus ſine patre, in cœlis ſine matre, æternus à parte principij & finis, cuius generatio eſt ineffabilis & incomprehenſa. Denique verus

a *Hebr. 5. v. 5. 6. 7. & 6. v. 20. & 7. v. 17. 18. 21.*

*Iuramentum Dei quid.*

b *Lib. 1. Orth. cap. 11.*

c *Heb. 5. v. 10. & 7. v. 21. 22. & 10. ver. 12. 13. &c.*

d *Heb. 7. v. 15.*

e *Gen. 14. v. 18. 19.*

*Chriſtus quà ratione ſit Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec.*

Rex,& verus Sacerdos, cui nullus in eius locum ſucce- A
dat. Vt verus Rex, legibus & armis ſalutem, & pacem
ſuorum aduerſus hoſtes viſibiles & inuiſibiles tuetur &
conſeruat. Vt verus Sacerdos, ſalutari religione, & di-
uinarum rerum notitia populum imbuit, illius peccata
donis & ſacrificiis iugibus expiat, Deum pro ſalute
ipſorum continenter deprecatur. Denique collatio
Melchiſedec & Chriſti ſumitur à nomine, genere, lo-
co, conditione, ritu ſacrificandi. Nam etſi Paulus non
aperte enunciet in typum Euchariſtiæ Melchiſedec
obtuliſſe panem & vinum, tamen in eo præcipuè po-
ſitam fuiſſe vim huius ſacerdotij veteres omnes, etiam B
Rabbini, docuerunt, vt Clemens Alexandrinus [a], Au-
guſtinus [b]. Cur autem Paulus vix tetigerit, Hierony-
mus explicat [c]: *Ne Iudæis*, inquit, *infidelibus tantum pro-
deret Sacramentum*, & Paulus ipſe [d]: *De quo* (Melchiſe-
dec) *nobis grandis ſermo, & inexplicabilis ad docendum,
quoniam imbecilli facti eſtis ad audiendum*, &c. Quod con-
ſilium ſecuti ſunt veteres, cùm verba ad populum oc-
currerent præſentibus Catechumenis, vel Paganis, de
hoc myſterio, vt Origenes [e], & Chryſoſtomus [f], Theo-
doritus [g], Auguſtinus ipſe [h]: *Norunt fideles, qui myſteriis
initiati ſunt, intelligunt quæ dicuntur*, &c. Sozomenus [i], C
ἴσασι δὲ οἱ μεμυημένοι, ὃ λέγω. Quantum ad Rabbinos fa-
tentur ipſi omnes panem & vinum Melchiſedec fuiſſe
myſtica, nec pertinuiſſe ad ſimplex conuiuium. Hæc
obiter contra Gnoſticos, qui hoc non ſacerdotale ſa-
crificium, & typum oblationis Chriſti incruentæ opi-
nantur, ſed ſimplex xenium, vel epulum regium hoſ-
piti Abrahamo exhibitum. *Sacerdos*. Fruſtrà hîc recen-
tes Iudæi כהן *Cohen*, non Sacerdotem interpretantur,
ſed Principem. Nam, vt vel docet eorum Abben Ezra [k]
per totam Scripturam ſonat משרת *Meshareth*, mini- D
ſtrum Dei.

*Cur Paulus nō meminerit ſacrificij Melchiſedec facti in typum Euchariſtiæ.*

a *4 Strom.*
b *contra aduerſ. lib. 1.*
c *ad Euagr.*
d *Heb. 5. v. 11.*
e *homil. 9. in Leuit. & 13. hom. 4. in Ioſ.*
f *in Orat. de beato Philogonio.*
g *in Polymorpho.*
h *in Pſal. 21.*
i *lib. 5. hiſtor. cap. 9.*
k *Pſ. 98. qui ipſorū eſt 99. verſ. 6.*

7 *Dominus à dextris tuis*. Poëticè vſque ad finem deſ-
cribit victorias Dei de Gentibus, & hoſtibus Chriſti.
Dominus Pater, ô Chriſte, aſſidet tuo lateri ad te iu-
uandum & roborandum, & regnum tuum ſtabilien-
dum: tibi pugnabit, ne dubites de ipſius promiſſioni-
bus iureiurando confirmatis. Tertia pars Pſalmi, de
Chriſti iudicatu. Hinc Theodoritus refert ad diem ex-
tremi iudicij: ſed nihil video cauſæ, cùm primo etiam
aduentu



A aduentu per Conſtantinum, & alios labefactarit Re-
ges, vel conuerterit. *Dominus* אדני *Adonai*, non Te-
tragrammaton hîc. Vnde aliqui Chriſtum interpretan-
tur, non Patrem. Quaſi verò nō æquè Filio Tetragram-
maton competat ac Patri. Rectè autem Pater intelligi-
tur dexter Filio, & à dextris Filij: quoniam dextra alio
modo hîc, quàm ſuprà ſumitur. Hîc pro præſentia,
ope, auxilio, vt ſuprà, & in Actis [a]: *Dominus à dextris
meis eſt, ne commouear*, & iterum [b]: *Aſtitit à dextris pau-
peris*. Illic pro potioribus bonis. *A dextris tuis*. A dextris
B *eſſe*, ſignificat opitulari, adeſſe, ſuccurrere, protegere.
Dominus, ô Chriſte, eſt auxiliator tuus. *Sedere*, autem
*à dextris*, vt initio Pſalmi loquebatur, frui potioribus,
& præcipuis bonis, ſiue regnare maxima, & proxima
potentia [c]. *Dominus* ergo hîc enunciat Patrem, qui à
dextris Filij ideo eſſe dicitur, quia Filio in propinquo
& præſto adeſt, ac copiosè opitulatur. Athanaſius ali-
cubi de Spiritu ſancto interpretatur, alicubi de Patre,
vt cùm extremo ſecundæ orationis contra Arianos Pa-
trem dextrum quoque eſſe ait ſedenti ad dexteram Fi-
C lio, id eſt, Patrem eſſe in Filio, quod alter inſit in altero.
At de Filio Auguſtinus: *Dominus*, inquit, *dixerat ſede à
dextris meis. Nunc Dominus à dextris eius, quaſi mutarint
ſedes. An forte potius ad ipſum Dominum, qui iurauit ſermo
directus eſt, Dominus (ô Pater) à dextris tuis*, q.d. O tu Do-
mine, qui iuraſti, & dixiſti: *Tu es Sacerdos in æternum*,
ipſe inquam Sacerdos in æternum, de quo iuraſti, eſt
Dominus à dextris tuis, quia eidem Domino dixiſti,
ſede à dextris meis. Item Proſper in huius loci explica-
tione: *Ad ipſum*, inquit, *Dominum, qui dixit Domino ſede
à dextris meis, Prophetæ ſermo directus eſt. Ipſe*, inquit, *Do-
D mine cui iuraſti: Tu es Sacerdos, in æternum, Dominus à
dextris tuis, qui conquaſſauit in die iræ ſuæ Reges*, &c. Sed
ſimplicius de Patre eo ſenſu, quem poſui, vt continue-
tur Apoſtrophe ad Filium. *Confregit* Hebraïcè מחץ
*mahets*, id eſt, transfixit, propriè ſunt autem per Prole-
pſim præterita pro futuris. *Reges*, Tyrannos, hoſtes tuos.
Sic lapis excisus de monte ſuis manibus confregit om-
nia regna terrarum [d], regna videlicet Idolorum, Dæ-
moniorum, tyrannorum, &c. tribuitur Chriſto, quod
hîc Patri, quoniam vnius eiuſdémque ſubſtantiæ Pater
& Filius, atque vnum vterque.

*Filio æquè ac Patri cōpetit nomē* יהוה

a *Pſ. 16. v. 8. & Act. 2. v. 33.*
b *Pſ. 108. v. 31.*
c *Verſ. 2.*
d *Dā. 2. v. 45.*

*Pater & Filius vnius, & eiuſdem ſubſtantiæ.*

A

8 *Iudicabit in nationibus implebit*, vlciſcetur, ſupplicia ſumet Dominus Pater de Gentibus tuum principatum detrectantibus, iudicia in eis exercebit, eas tibi ſubiget. Hæc quidem, Athanaſius, Auguſtinus, Proſper, vt proxima tribuunt Chriſto, Iudicabit Dominus Chriſtus nationes, implebit ruinas, &c. Nam Pater iudicium omne Filio dedit [a], & in Symbolo, *à dextris Patris venturus eſt iudicatum viuos & mortuos.* Verùm vt Cyrillus docet [b], non ideò magis expers iudicandi factus eſt Pater, quòd Chriſtus ab eo illam poteſtatem acceperit, cùm vnius eiuſdẽ poteſtatis & ſubſtantiæ, atque vnum vterque ſit. Adde non hîc agi de iudicio viuorum & mortuorum vltimo, ſed vltione impiorum ſeſe in viuis opponentium Euangelio. *Implebit ruinas*, πτώματα, cadauera, & ſtrages perficiet. Implere hîc ſignificat perficere, multiplicare. Sicque ſæpe Verbum מלא *malé* ſumi tradit R. Moſe Nahmanides [c]. Edet magnas ruinas, implebit omnia cadaueribus. Alij, valles per Eclipſim. Implebit valles (cadaueribus.) Deſignatur perpetuò grauiſſima ſtrages & vltio. *Capita.* Hebraïcè ראש *rhos*, id eſt, caput per Synecdochen numeri. Vt enim reſtringatur ad Satanam, caput, & principem peccati, vel Tyrannum aliquem, nihil video neceſſarium, cùm cæteros præterea contriuerit Dæmonas per orbem cultos, & præcipua orbis imperia, donec reliqua Chriſto aduerſantia penitus aboleat. *In terra multorum*, populorum. Hinc Hebraïcè על ארץ רבה *bal erets rabba*, ſuper terra multa. Quibus verbis indicari putant excidium Romani imperij, alij Saracenorum & Turcarum: & fortaſſe rectiùs. Nam רבה *Rabba*, præter *Multam*, vrbs primaria erat Ammonitarum, qui erant Arabes. Chald. *Magnorum, qui multis imperant, & amplè.* Eſt autem alluſio ad victorias Dauidis de Ammonitis [d].

B C D

9 *De torrente in via.* Dicendo ſup. per Mimeſim linguæ familiarem, cuiuſmodi multas iam notauimus [e]. Multas cruces & ærumnas in vita hauſit meus Chriſtus. De torrente affictionis & malorum in via bibit, calicem paſſionis hauſit, propterea exaltabit caput ſuum. Via vitæ, curriculũ & tranſitus. Potus, participatio. Torrens, ſymbolum calamitatum multarum & ingentium, vt infrà [f]. *Torrentem pertranſiuit anima noſtra:* vt ſit ſenſus, In vita multarum calamitatum erit particeps, & propter

a *Ioã. 5. v. 22.*
b *ad finẽ lib. 2. de fide ad Reginas.*
c *Exod. 28.*
d *2. Reg. 10. & 12. v. 28. 29.*
e *Pſal. 2. 90. &c.*
f *Pſ. 123. v. 4.*



A

propter hanc humilitatem exaltabitur, & aſcendens in cœlum glorificabitur, ſedebítque à dextris Dei. Hunc locum ſic & videtur interpretari Apoſtolus [a]: *Humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem: mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit eum, &c. Propter paßionem mortis, gloria & honore coronatus eſt* [b]. Quod veteres omnes amplectuntur, vt Arnobius, Auguſtinus, & Euthymius. Alij cruor tantus, quaſi torrens, per vias emanabit, vt de eo bibere Dominus tranſeundo, & victoriam perſequendo poſſit, vt apud Moſem: *Non accubabit* (victor populus) *donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem*

B

*bibat* [c]. Alij etiam aliter, ſed prima interpretatio eſt ſimpliciſſima, linguæ & ſententiæ Pſalmi appoſitiſſima, & Apoſtolicæ ſimillima.

a *Phil. 2. v. 9.*
b *Heb. 2. v. 9.*
c *Num. 23. v. 24.*

---

## ARGVMENTVM.

*Dominum laudat, qui tot beneficia in Eccleſiam contulerit.*

C

1 Hallelu-ja. C X. Hebr. 111.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: in concílio iuſtôrum & congregatiône.

2 Magna ópera Dómini: exquiſíta in omnes voluntâtes eius.

3 Conféſſio & magnificéntia opus eius: & iuſtítia eius manet in ſæculum ſæculi.

D

4 Memóriam fecit mirabílium ſuôrum, miſéricors & miſerâtor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe.

5 Memor erit in ſæculum teſtamênti ſui: virtûtem óperum ſuôrum annunciâbit pópulo ſuo.

6 Vt det illis hæreditâtem géntium: ópera mánuum eius, véritas & iudícium.

7 Fidélia ómnia mandâta eius, confirmâta A
in ſæculum ſæculi: facta in veritâte & æqui-
tâte.
8 Redemptiônem miſit Dóminus pópulo
ſuo: mandâuit in ætêrnum teſtamêntũ ſuum.
9 Sanctum, & terríbile nomen eius: iní-
tium ſapiéntiæ timor Dómini.
10 Intellêctus bonus ómnibus faciéntibus
eum: laudátio eius manet in ſæculum ſæculi. B

---

1 *Alleluiah.* Apparet הַלְלוּ־יָהּ *hallelu-jah*, potius eſſe inſcriptionem & titulum Pſalmi, quàm principium, quoniam artificio acroſtico conſtat, vt ſingula hemiſtichia ſingulas ex ordine Alphabeti literas præferant. Iam hoc artificium ſiue acroſtichis incipit in ſequente voce אוֹדֶה *odé confitebor* Quod excellentiam argumenti indicare docent Rabbini, Hallelu-ja inſcribitur, vt & ſequentes aliquot, in quibus eſt cohortatio ad læ- C titiam & laudationem Dei. *In conſilio.* סוֹד *Sod*, ſecretum propriè. Quare rectiùs per *S* quàm *C*, vt opponatur congregationi. q.d. tam in occulto & ſecretiore loco, quàm palàm, & publicè celebrabo te, cùm propter conſcientiam, tum ob proximorum ædificationem.

2 *Magna opera Domini.* Ratio à Dei potentia & magnitudine. *Exquiſita*, quæſita, inueſtigata. *In omnes. In* pro *intra.* Magna & incomprehenſa ſunt opera Domini, tam naturæ, quàm gratiæ, quorum ratio exquiritur intra Domini voluntates, id eſt, quorum ratio pendet è Dei voluntate. Sunt magna & incomprehẽſa, quoniam D vult. Tota ratio facti eſt voluntas facientis. Periphraſis operum creationis, prouidentiæ, redemptionis, conſeruationis, quæ nihil aliud ſint, quàm opera exquiſita in omnes voluntates ipſius: dum non ſeſe alligat creaturis, ſed omnia facit, quæ vult etiam repugnante natura, pro ſalute hominum. Sic enim conſeruauit Iſraëlitas in deſerto, &c. Alij *in* pro *ad*, vel *iuxta. Eius*, Dei, Hebraicè חֲפֵצֵיהֶם *heptſchem*, id eſt, *voluntates eorũ*, operũ Dei eodem ſenſu, & propius, *Eorum*, id eſt, Dei vnius & trini, vt ſupra

*Operum Dei incomprehẽſibilitas vnde ſit.*

*S. Trinitatis myſteriũ innuitur.*



A vt ſuprà [a] *Aequitatem vidit vultus eius* Hebraicè eorum, [a] *Pſal. 10. v. 9.*
id eſt, Dei qui vnus eſt & trinus. Myſteriũ Sanctiſſimæ
Trinitatis Gentibus occultabant Septuag. ne videren-
tur annuere polytheitis. Rabbini. ferè, etiam ſi notatio
reclamet, malunt חֲפֵצֵיהֶם *heptſchem*, eſſe partici-
pium, vel adiectiuum, exquiſita omnibus volentibus
ea, vel, ab omnibus cupientibus ea (opera Domini.)
Quicumque ea cupiunt, illa ſcrutantur & contemplan-
tur. Anonymus quidem ſubſtantiuè, ſed alio ſenſu. *Ex-*
*quiſita ad omnes voluntates eorum*, id eſt, vſus & neceſſi-
tates hominum.

B 3 *Confeſsio & magnificentia opus eius.* laus, laudis, & con-
feſſionis materia, Metonymia. Opus eius eſt celebre,
magnificum, & dignum confeſſione, laude, magnifi-
centia: vel per Auxeſin, maximè confitendum & ma-
gnificandum eſt opus eius. הוֹד *hod*, pro gloria & ma-
jeſtate, nihil magni addit ad hanc ſententiam. *Iuſtitia*
*eius*, id eſt, virtus, bonitas, miſericordia, qua iuſtus eſt,
iuſtè agit, iuſtificat, &c. nullo corrumpitur, minuitur,
atteritur tempore. Iuſtitia in hac lingua omnem vir-
C tutem complectitur. Aliis, iudicium, iuris tributio. Eſt
ſemper iuſtus, & quauis ætate. In perpetuum improbos
punit, probos iuuat, ac defendit. Sic Euthymius refert
ad eorum ſolatium, qui iniuriis afficiuntur. Idem enun-
tiatur de iuſtitia hominis pij ſequenti Pſalmo, ſic illic
iuſtitia virtutem moralem, eiuſve fructum ſignificat:
vide Abben Ezram. *In ſæculum ſæculi*, periphraſis æter-
nitatis in fonte לָעַד *labad, in æternitatem.*
4 *Memoriam fecit mirabilium ſuorum*, reliquit in ſuo
verbo, & ſacramentis. Hanc memoriam mirabilium
referunt ad miracula in Ægypto edita, dum eos poten-
D ter eduxit. Quaſi deſcendat ab admirandis Dei operi-
bus toto mundo exhibitis, ad Synagogę propria. *Eſcam.* *Euchariſtia memoria mirabilium Dei & cur.*
Manna Hebræi intelligunt, tu Euchariſtiam, in qua eſt
Mnemoſynon mirabilium Dei: primùm, quoniam in
ea ipſius omnia pro ſalute humani generis mirabilia
reuocantur in memoriam vſque in ſæculum [b]. Deinde [b] *Luc. 22. v. 19. 1. Cor. 11. verſ. 24.*
quoniam in ea ſunt multa miracula, corpus Chriſti ſub
tantilla panis ſpecie, accidentia ſine ſubſtantia, vnum
corpus in multis locis, &c. Denique quoniam diuino-
rum beneficiorum eſt compendium & epitome, nempè
illorum, quæ nobis ipſe vel per ſeſe in creatione, vel

per aſſumptam humanam carnem in recreatione, ſiue A
redemptione præſtitit. Aliqui neceſſarium victũ inter-
a *Pſalm. 33. verſ. 10.* pretantur, quem tribuit piis largiter, vt ſuprà [a]. *Nihil
deeſt timentibus eum.* Vox טרף *Tereph*, prædam etiam
ſignificat: vt loquatur de victo Satana, & ſpoliis eius
diſtributis, vt de externo hoſte poëticè. Alioquin enim
hæc pugna eſt ſpiritualis.

5 *Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui*, fœderis & pro-
miſſionum de rebus temporalibus & ſpiritualibus, terra
Chanaan & Chriſto, doníſque Chriſti, patribus facta-
rum. *Virtutem*, vim, fortitudinem operum ſuorum, ſiue B
opera ſuæ potentiæ & fortitudinis diuinæ reuelabit ac
manifeſtabit. De miraculis, quibus declarauit vim &
poteſtatem ſuam.

6 *Vt det illis hæreditatem gentium*, terram Chanaam, vel
b *Pſa. 2. v. 8.* potius orbem terrarum [b]. Nam, tacita eſt vaticinatio
de conuerſione gentium, & earum per Apoſtolos ad
Chriſtũ ſubactione. *Veritas & iudicium*, opera manuum
eius ſunt veriſſima & iuſtiſſima. In veritate & iudicio
fiunt, dum congrua adminiſtrandi norma cuncta di-
ſpenſat. Chryſoſtomus, veritatem ſumit pro miſericor- C
dia. q.d. Dei opera miſericordia & iuſtitia plena ſunt,
& vtrumque Deus cum altero temperat.

7 *Fidelia omnia mandata eius*, fida, & ſine fuco, certam
vim habentia. *Confirmata*, certa & fixa in æternum.
Mandatis Dei niti poſſunt homines. Nam ſunt immota
ac immutabilia, id eſt, fidelia, & firmata in ſæculum ſæ-
culi, vt in æternum durent, nec poſſint vlla ratione
conuelli. Ne ergo dubitent de eis implendis. Eorum
fructus eſt perpetuus. Nam etiam in cœlo percipitur.
Vel poſita in æternum, vt perpetuò ſeruentur. Sic ad
fructum eorum hoc non pertinebit, quo in cœlis per- D
fruemur, verùm ad ipſamet mãdata, quæ in perpetuum
ſeruari vult. *Facta in veritate*, verè, æquè, & iuſtè data,
lata, poſita. Citra aliquam ſunt iniuſtitiã. Nihil mandat
iniquum & iuſtum, alienum à ratione & æquitate.

8 *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo*, ex Ægypto,
vel potiùs è morte, peccato, Sathana, inferno, vt à Syna-
goga ad Eccleſiam accedat. *Mandauit*, fecit in æternum
teſtamentum ſuum. Mandare in Deo eſt facere, vt ſu-
c *Pſa. 43. v. 5.* prà [c]. *Qui mandas ſalutes Iacob.* Cõdit teſtamentũ num-
quam reſcindendum: ſanxit ſuum fœdus de gratia, &
libera



A liberatione per Chriſtum in perpetuum. Vult vt ſemper
ſeruetur, nec cum alio mutetur. Nam promiſſa, præce-
pta, & ſacramenta, quibus tribus conſtat nouum Teſta-
mentum, ſunt perpetua, & irreuocabilia.

9 *Sanctum & terribile nomen eius*, admirabile, veneran-
dum, terroris plenum, ad cuius mentionem trepidare,
& commoueri debeamus. *Initium*. Iſagoge, introductio
ad ſapientiam eſt timor Domini. Primum enim præ-
ceptum diuinæ legis & ſapientię eſt timere Dominum,
ac abſtinere propter ipſum à peccato [a]. Aliqui, caput, a *Deut. 6. ve. 14. & 10. verſ. 12.*
ſumma perfectio ſapiẽtiæ eſt Domini timor. Quicquid
ſummatim habetur de ſapientia ad timorem Domini
B refertur [b]. Domini metus eſt maxima ſapientia, ac præ-
cipuum ſapientiæ gradum obtinet. Vt illud Sapien- b *Iob 28. v. 28.*
tis [c]. *Initium dulcoris habet fructus apis*, id eſt, Mel ſum-
mum habet & perfectum dulcorem, ſummum & ſupre- c *Eccleſ. 11. verſ. 3.*
mum apicem dulcedinis.

10 *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, timorem
Domini. Vnde in Græco non ἀυτλὼ ſed αὐτῶν legendum.
Hebraicè עשיהם *hoſchehem*. I. *facientibus ea*, manda-
ta ſcilicet: ſed quia antecedens erat remotius, nempè
verſ. 7. ſeruierunt perſpicuitati. Intellectus ſanus, & in-
C teger, ſanum iudicium, & ſincerũ ineſt his, qui ſe exer-
cent in timore Domini, & mandatis eius exequendis.
Deus eos non ſinit à ſalutari religione auerti, & ſeduci
per Pſeudoprophetas & hæreticos. Aliqui non de dono
intellectus, ſed virtute morali, id eſt, prudentia. q.d. be-
nè prudentes ſunt, valdéque intelligentes, qui mandata
Dei exequuntur: vt contrà ſtulti, qui deſpiciunt [d]. *Eius*, d *Prou. 1. v. 7.*
Domini. תהלה *Tehilla*, enim non quamlibet lauda-
tionem ſonat, ſed diuinam, id eſt, hymnum, nec homi-
nibus competit, vt infrà [e] annotabimus. Dominus eſt e *Pſal. 148. verſ. 14.*
D perpetuò laudabilis. In perpetuum celebrabitur. Eius
laus numquam delebitur. Qui ad hominem probum
referunt, diſcedunt à fontis proprietate.

---

## ARGVMENTVM.

*Religioſos & beneficos eſſe beatos, peccatores perituros.*

## Hallelu-jah reuerſionis Aggæi & Zachariæ. A
## CXI. Hebr. 112.

BEâtus vir, qui timet Dóminum : in
mandâtis eius volet nimis.
2 Potens in terra erit ſémen eius:
generátio rectôrum benedicêtur.
3 Glória,& diuitiæ in domo eius : & iuſtítia
eius manet in ſæculum ſæculi.
4 Exórtum eſt in ténebris lumen rectis: B
miſéricors,& miſerâtor,& iuſtus.
5 Iucûndus homo, qui miſerêtur, & cóm-
modat, diſpônit ſermônes ſuos in iudício:
quia in ætêrnum non commouébitur.
6 In memória ætêrna erit iuſtus : ab audi-
tiône mala non timêbit.
7 Parâtum cor eius ſperâre in Dómino:
confirmâtum eſt cor eius, non commouébi-
tur, donec deſpíciat inimîcos ſuos. C
8 Diſpêrſit, dedit paupéribus, iuſtítia eius
manet in ſæculum ſæculi : cornu eius exaltá-
bitur in glória.
9 Peccâtor vidêbit, & iraſcêtur, déntibus
ſuis fremet & tabêſcet : deſidérium peccató-
rum perîbit.

---

D

Eſt etiam Alphabetarius. Huius enim dimidij verſus in Hebræo, ordine literarum incipiunt. Ad inſcriptionem, in qua ſimpliciter legitur הַלְלוּ־יָהּ *Halelu-jah*, ſi tamen ſit inſcriptio, non initium Pſalmi, addiderunt, *Reuerſionis Aggæi & Zachariæ*, vt docerent veritatem huius Pſalmi apparuiſſe in reditu è captiuitate Babylonica, quando Aggæus & Zacharias[a], Zorobabelē principem, & Ioſue Pontificem excitabant ad reſtaurationem templi, vrbis, pietatis, & legum diuinarū. Quin & ſumma

a *Ezra 5. v. 1. 2.*



A ſumma ac argumentum Prophetiarum ipſorum eſt hoc, quod hoc Pſalmo comprehenditur, reuerentes Domini beatos fore, & beneficētiā Domini per Chriſtum experturos, cæteros perituros.

1 *Beatus vir qui timet Dominum.* Omnis generis bonis fœlicitabitur, animi, corporis, fortunæ, gratiæ, & gloriæ. Nam iſta omnia præmia ſigillatim perſequitur: vt intelligamus quærentibus regnum Dei cætera adiici[a]. *In mandatis*, Aſyntheton. (Et) *in mandatis eius volet* Hebraicè חָפֵץ *Hepheth. i.* ea deſiderabit, propriè ſe mirè delectabit mandatorum Dei obſeruatione : ea perficere B expetet vehementer. In eis ſibi placet, vt ea opere compleat. q. d. Beatus eſt, qui timet Dominum, ſimul & mandata eius expetit perficere, qui ſimul eſt pius, & virtutis ſtudioſus[b]. Non tam rectè ſine Aſyntheto, vt primus beatitudinis gradus ſit, Qui timet Dominum eſt beatus. Nam primum habet animū pium, & mandatorum Dei ſtudioſum, Deinde potens in terra, &c. *Nimis*, valde, mira animi alacritate.

a *Mat. 6. v. 33. 1. Tim. 4. v. 8.*

b *Pſa. 1. v. 1.*

2 *Potens in terra erit ſemen eius.* Primus ergo timoris Domini, & ſtudij mandatorum eius fructus. *Generatio* C דּוֹר *dor* ætas, ſeculum. Secundus, Recti beant ſuum ſeculum, nec tantum ſibi, verum etiam alijs fœlicitatem afferūt. Proborum ſæculum fortunabitur, & fœlix erit: homines ſæculo proborum, ætate, quæ rectis abundabit, beneficentiam Dei experientur, & ſentient, eorum gratia atque merito. Tanta eſt probitatis fœlicitas, vt illa à viro probo in alios, vel corruptos redundet. Contrà cùm ſæculum eſt corruptū nimia impiorum abundantia, væ hominibus illius ætatis. Pauci hunc locum intelligunt, quoniam putant generationem hîc ſignifi- D care ſobolem, liberos, genus, contra vim & vſum vocis דּוֹר *Dór*. Aliud eſt דּוֹר *Dór* id eſt, γενεά, aliud תּוֹלְדָה *Toledá*, id eſt, γένεσις, quorum vtrumque Latinè *generatio* redditur. Secundus fructus.

3 *Gloria & diuitiæ in domo eius*, הוֹן *hō*, abūdantia, opes, potentia. Tertius fructus. *Manet in ſæculum*, in futuro ſæculo perſtat. Kimhi iuſtitia & virtus eius perpetua eſt. Migrantem enim è corpore in cœlum ſequitur. Nam in fonte citra Periphraſin eſt לָעַד *lebad. i.* ſtat in æternitatem. Atque hinc vrget immortalitatem animarum Abben Ezra[c]. Idem iuſtitiæ Dei tribuebat ſu- periore

*Animorū immortalitas.*

c *Decalogo.*

a Verſ. 3. Pſalmo [a],ſed alia notione. Rabbini aliam etiam inter- A
pretationem afferunt. Iuſtitia eius manet ipſi,& poſte-
b Exo.20.v.6. ris eius in multa ſæcula : iuxta illud [b] *cuſtodiens miſe-
ricordiam in millia*.Quartus fructus. Incommodè aliqui
c 1.Ioa.3.v.9. ad actiones & affectus iuſtitiæ.Iuſtè egit perpetuò, ne-
mini iniuriam faciens,id eſt,iuſtè agere ſolet,vt [c],*Om-
nis qui natus eſt ex Deo,non facit peccatum*;id eſt , non ſo-
let peccare.

4 *Exortum eſt in tenebris.* Quintus fructus. *In tenebris*,
in rebus aduerſis lumen rectis exoritur,nempè per Ap-
poſitionem:*Miſericors,miſerator , & iuſtus Deus* , qui has B
tenebras diſſipet & diſcutiat.In calamitatibus conſola-
tionem ſentiunt Dei ſibi propitij.Deus autem hîc apel-
latur *lumen* Metonymicè,quia luminis, id eſt , gloriæ,
proſperitatis,& bonorum omnium eſt auctor & largi-
tor.Alij per tenebras, non calamitates accipiunt , ſed
ignorationem,& cæcitatem mentis ; quam Deus diſ-
cutit , vt timentes ipſum videant credenda , ſperanda,
exequenda.Kimhi hunc locum peruertit, dum vel vl-
timum hemyſtichium in datiuo interpretatur ; *Miſeri-
cordi videlicet miſeratori & iuſto*, homini ſcilicet: vel *lu-
men* in accuſatiuo. *Oriri fecit in tenebris lumen rectis Deus* C
*miſericors & clemens & iuſtus*.Nam verbum זרח *Zarah*
in Kal eſt neutrum.Alij ſubaudiunt Præpoſ. *E*, (E)mi-
ſericorde,miſeratore,& iuſto(Deo.)Quæ Dei epitheta
ſic diſtinguunt aliqui,vt miſericors reſpiciat eſſentiam
& naturam, Miſerator , effectus. Nam non ſolùm in ſe
eſt clemens,ſed etiã clementiã oſtendit , & re præſtat.

5 *Iucundus homo qui miſeretur & commodat.* Secunda
Pſalmi pars de beneficentiæ beatitudine.*Iucundus* , be-
nè & iucundè habet.Beatus eſt ille homo,qui,&c. Hy-
ſterologia,qui miſeretur,& commodat (Eſt) iucundus
homo,bonus & beatus:iucunditatem, lætitiam & bea- D
titudinem conſequetur.χρηστὸς,commodus,vtilis , bo-
nus:qui liberalis eſt,ſibi vtilis & fœlix.טוב *thob* idem
quod אשרי *aſhere* initio Pſalmi,vt paſſim apud Chal
dæos.Et ſic Rabbini ferè intelligunt. Eſt enim altera
pars Pſalmi de beneficis & liberalibus. *Qui miſeretur*.Sic
participium חונן *honen* miſerens,eſt reſoluendum,vel
ſubaudiendum relatiuum אשר *aſher, qui*, è R. Selo-
mo:contra iſtos qui prætermittunt relatiuum , bonus
vir miſeretur , vt à Septuaginta dumtaxat diſſentiant,
ſententiam



A ſententiam alienam confingentes.*Et cõmodat.*ומלוה
*vmalueh* mutuat propriè,(& qui)dat mutuò. Beatus eſt,
qui miſeretur pauperum,& benignè facit indigentibus
opera,pecunia,verbo,& conſilio. Nã miſereri ad opus,
Commodare ad pecuniam & bona. Quod ſequitur , ad
verba & conſilia refertur.*Diſponit ſermones*.Aſyntheton.
(Et qui)diſponit, οἰκονομεῖ , rectè diſpenſat , Beatus eſt
etiam qui moderatur,cum iudicio loquitur , & conſu-
lit alteri, nihil temerè , multo minus pernicioſè effun-
dit:qui quicquid ait,verùm,rectum , & conſulenti fru-
B ctuoſum,& ſalutare eſt,aut ſaltem citra cuiuſque con-
tumeliam. Sic & R. Abraham. At, quod inſtituto eſt
aptius,Kimhi in Rad. & Symmachus , quoniam דבר
*Dauar* eſt tranſcendens,& pro re vſurpatur; *Iucundus ſi-
ue beatus eſt,qui diſpenſat* ( inquiunt ) *res ſuas cum iudicio*.
Liberaliter quidem egentibus largitur de ſuis rebus &
opibus, ſed adhibet iudicium in dando & prudentiam.
R.Selomo,qui deſideria ſua diſpenſat , ſibi aliquid de-
trahens,& prodigalitatem,luxùmque fugiens, vt pau-
peribus largiatur.*In iudicio*,cum iudicio.*In*,pro *cum*.Iu-
C dicium autem hîc non declarat ius,iuſtitiam , æquita-
tem,ſed vſum rectum facultatis iudicandi , & pruden-
tiam. *Quia in æternum*.Hæc ratio fauet noſtræ interpre-
tationi.Ideò enim(inquit)eſt iucũdus,ſiue beatus,quia
in æternum non commouebitur, numquam euertetur
ſua fœlicitate,in perpetuum durabit ſtatus ipſius,opes,
valetudo, & æterna erit eius memoria apud Dominũ.
*In æternum non*,id eſt,numquam. Numquam deiicietur
de ſuarum rerum ſtatu,vel mentis.Numquam ſuccum-
bet tentationibus. Tempore aduerſo Deus ei aderit,
ſaltem quantum ad animi conſtantiam & fidei ſtabili-
D tatẽ.q.d. Infracto erit animo in rebus omnibus aduer-
ſis,Deo preſente & propitio vt alibi [a].*Cũ ipſo ſum in tri-* a Pſ.90.v.15.
*bulatione*.R.Selomo. *Non ſemper*. Non deſtruetur in per-
petuum,ſi cadat in res aduerſas , vt fit,emerget , neque
illis obruetur.Quod ferè in idem cadit.

6 *In memoria æterna*, apud Deum & homines.*Iuſtus*,
beneficus,elemoſynarius vt ſuprà [b]. Ex quo iuſtitiam, b Pſ.36.v.27.
eleemoſynam vocat infrà [c]. Secundus fructus benefi- c Verſ. 8.
centiæ.*Ab auditione mala*, rumore malo , nuncio timo-
rem incutiente,rei malæ & aduerſæ auditu non terrebi-
tur. Co nſtans erit in vtraque fortuna, nec à Deo deſe-
retur.

a 1. Reg. 2. v. 24. retur. Auditionem appellant rumorem, vt alibi [a]. Vbi nos famam. Tertius. A

7 *Paratum cor eius.* Quartus fructus. *Paratum*, in rebus aduerſis & calamitoſis. *non commouebitur* non timebit Hebraicè לא יירא *Lo ijra* i. firmum cor eius, & conſtans, vt non timeat (aduerſarios) donec videat in inimicis ſuis (vltionem ſcilicet & vindictam) donec cernat hoſtium interitum & ſupplicia. Chald. *Donec videat redemptionem à tribulantibus ſe.* Per hoſtes Dæmonas Euthymius intelligit, *Confirmatum*, ſuffultum (à Deo.) A Deo hæc beneficis, & piis erit magnanimitas & conſtancia. *Donec.* Non excluſio deſignatur, ſed mera conſecutio. Nam non eſt conturbandus cùm eo peruenerit, ſed numquam commouebitur, prætereáque ſequetur, vt etiã inimicos deſpiciat. Recurre ad ſupradicta b. B

b Pſ. 109. v. 3.

8 *Diſperſit dedit pauperibus.* Libenter & liberaliter tribuit pecunias ſuas egentibus, omnibus prodeſſe ſtudet, larga veluti manu, vt qui ſemen ſpargit [c]. *Iuſtitia.* Ad eleemoſynã reſtringit Euthymius, nempè ad iuſtitiã, quæ ex miſericordia conſequitur [d]. Fructus eleemoſynæ manet, in perpetuum. Ego in genere. Virtutis eius meritum erit perpetuum. Vnde repetitur hoc hemyſtichium è verſ. 3. ad maiorem confirmationem Pſalmo ſuperiore [e]. C

c 2. Cor. 9. v. 6.

d Dan. 4. v. 24

e Verſ. 3.

8. *In ſæculum ſæculi.* Periphraſis poëtica æternitatis. *Cornu*, dignitas, proſperitas, robur & potentia. *In gloria*, cum gloria. *In*, vt ſuprà [f] pro *cum.* Alij de gloria æterna. Quintus fructus.

f Verſ. 5.

9 *Peccator videbit.* fœlicitatem & gloriam iuſti in vtroque ſæculo, indéque ira & inuidia rumpetur & conſumetur [g]. *Deſiderium*, vota, optata, bona, quæ ſibi cupiũt deſiderant, vel cupiditas delendi iuſtos extinguetur. Antitheſis, cum inuidorum pictura.

g Sap. 5. v. 3. 4

Impiis contraria eueniunt. D

ARGV



A

## ARGVMENTVM.

*Deum laudandum, qui excelſus ima curet.*

Halelu-jah. CXII. Hebr. 113.

Laudâte púeri Dóminum: laudâte nomen Dómini.

2 Sit nomen Dómini benedíctum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. B

3 A ſolis ortu vſque ad occâſum: laudábile nomen Dómini.

4 Excêlſus ſuper omnes gentes Dóminus: & ſuper cælos glória eius.

5 Quis ſicut Dóminus Deus noſter qui in altis hábitat: & humília réſpicit in cœlo, & in terra.

6 Súſcitans à terra ínopem: & de ſtércore érigens páuperem. C

7 Vt cóllocet eum cum princípibus: cum princípibus pópuli ſui.

8 Qui habitâre facit ſtérilem in domo: matrem filiôrum lætântem.

---

*Halelu-jah.* Halelu-jah in Hebręo Maſoretarum non tam eſt inſcriptio, quàm initium Pſalmi. Itaque iuxta eos ſic eſſet vertendum. *Laudate Dominum* (inquam) *pueri Dominum.* D

1 *Pueri*, παῖδες, & Latinè pueri etiam, ſeruos ſignificant, non tantùm iuuenes. O ſerui cultores Domini, Dominum celebrate. Hebraicè עבדי יהוה *Sabde Adonai.* i. Serui Domini. Sed Dominum in accuſatiuo verterunt, quòd intelligerent יהוה *Adonai* eſſe repetendum, vel putarent ritu Syriaco & poëtico Syntacticũ pro abſoluto poni. עבדי *Hobde* pro עבדים *Habdim.* *Dominum*, Chriſtum, qui eſt Dominus. Vnde inſcriptio eſt Halelu-jah.

2 *Sit*

A 2 *Sit nomen Domini benedictum*, collaudatum vt fœlix. Fœlix habeatur, commendetur, ſanctificetur, celebretur laudibus eius maieſtas & gloria, vt beata in omnem æternitatem. Nomen Dei in ſe quidem, & per ſe eſt benedictum, & fœlix, ſed in nobis quoque, & per nos benedicitur, vtque fœlix glorificatur, quando eius maieſtatem agnoſcimus, & prædicamus. *Ex hoc nunc.* Emphaticè ad exprimendum Græcum articulum, ἀπὸ τοῦ νῦν.

3 *A ſolis ortu vſque ad occaſum*, per orbem totum celebre (eſt) nomen Dei, propter ipſius effecta. Nam habitatio terræ ſumitur ſecundum lineam æquatoris ab
B ortu in occaſum. *Laudabile*, laudatum, celebratum (eſt) propriè. Vaticinium de gentiũ conuerſione, vt proinde Kimhi conferat cum illo Malachiæ [a]. *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus*. Qui ſunt limites regni Chriſti. Prima ratio, cur Deus ſit celebrandus. Alias continuat ſequentibus verſibus ad finem vſque. Nonnulli repetunt (*ſit*) per Zeugma, tam hîc, quàm ſequenti verſu, vt hortetur ad laudandum Deum. *Laudabile* (ſit.) *Excelſus* (ſit) &c.

a Mal. 1. v. 11.

C 4 *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus*. Altera ratio. *Super*, apud omnes gentes: vt idem dicat per Epexegeſin. Apud eas extollitur, agnoſcitur magnus, & ſupremus, inuocatur. Aliqui non appoſitè, ſupra, pluſquàm. q. d. Eſt excelſior cunctis gentibus, ſuperat laudes cunctarum gentium, eas omnes excellit. *Super cælos*, apud cœlos, in cœlis gloria eius eſt. Ibi enim Angeli gloriam Dei vſurpant, & extollunt, Chryſoſtomus. Alij, Et gloria eius eſt cœlis ſuperior. Nam ne quidem ab Angelis cœleſtibus plenè comprehenditur.

D 5 *Quis ſicut Dominus Deus*. Quis eſt Domino Deo noſtro conferẽdus, qui in altis cœlis habitat? Hoc enim ſignificat. Qui eleuat habitare ſiue habitationẽ (ſuam.) Vel, qui eleuat (ſe) ad ſedendum. Qui ſedet, præſidet, vel quieſcit in alto. Qui habitaculum habet eleuatum ſupra res omnes, etiam ſuperas & cœleſtes: & *humilia reſpicit*, & tamen curat, exaudit, agnoſcit. Hebraicè המשפילי לראות *Hammaſchpili liroth. r.* & humiliat videre: vel, humiliat (ſe) ad videndum. Quamuis ſit tam altus, tamen non dedignatur ſe demittere ad humilia, id eſt, inferiora hæc omnia, tamen ſe demittit, vt videat



A videat humillima, & tenuiſſima quæque in cœlo, & in terris, q. d. Nihil eſt in vniuerſo, tam exiguum & humile, quò non ſe demittat prouidentia eius. Dignatur ſua prouidentia ima, & minutiſſima quæque, ſiue in cœlis, ſiue in terris. Nam etiam in cœlis quædam ſunt humilia & abiecta, ſi comparentur cum Angelis, & creaturis præſtantioribus. Attingit duos effectus prouidẽtiæ, intueri res humanas & phyſicas, & eas diſponere ad ſuos quoſque fines. Etiam ſi prouidentia apud Latinos tantùm dicat prænotionẽ, ſiue præuiſionem. Chald.

*Dei prouidentia attingit omnia.*

B *Qui ſimilis Deo noſtro, qui ſe exaltat, vt ſedeat, qui ſe humiliat, vt reſpiciat in cælo & in terra?* Aliqui minus arctè, *humiles*, in Maſculino interpretantur. In cœlũ & terram reſpicit beneuolentia, beneficiiſque proſequitur Angelos & homines humiles, omnia de ipſo, nihil de ſe ſentientes. Alij per Antitheſin. Nunc ſe extollit ad iudicanda alta, nunc ſe demittit ad humilia vindicanda & defendenda contra potentiores. Item, nunc ſe extollit, & ſubducit è rebus humanis per patientiam & diſſimulationem, nunc ſe demittit ad eas iudicandas & puniendas.
C Cùm non punit, ſed diſſimulat, & patiens eſt, videtur ſe in altum recipere, cùm punit, deſcendere [a]. *In cælo*, vt olim humiles Angelos reſpexit eos in bono confirmans, ne poſſent vmquàm peccare, & à gratia ſua excidere, & in fœlicitate ſtabiliens, ne poſſent vmquam eſſe miſeri, ac à gloria & beatitate decuti, cùm contrà ſuperbos & inflatos Spiritus de cœlo in ſempiternam infœlicitatem deiecerit.

a Gen. 11. v. 5.

6 *Suſcitans à terra inopem*. Exemplis duobus declarat ſuperiorem propoſitionem. Apponit autem ea dumtaxat, quæ homines putant impoſſibilia, aut certè
D difficillima, ſecundum illud [b]: *Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi*. *Suſcitans*, eleuans propriè, è loco humili erigens, faciens ſurgere, extollens. Prouidentiam docet, non fortunam dominari in rebus humanis, & naturæ curſu. *De ſtercore*, è fimo, ex infimo loco, & abiectiſſima fortuna, & conditione, vt Danielem, Ioſeph [c], Dauid [d]. Immutat Deus rerum humanarum ſtatum & rationem.

b Iuuen.

*Prouidentia dominatur nõ fortuna.*

c Pſal. 104. v. 19. 20.

d Pſ. 77. v. 71.

7 *Vt collocet eum cum Principibus*. De ſe rege creato nimis arctè quidam loqui exiſtimant, vnde illud, *vt collocet*, interpretantur, *vt ſedere faciat* Regem inter duode-

cim Principes tribuũ illi aſſidentes. Sic.n. Græcè ſonat. A
Nã Phylarchi, ſiue Principes tribuũ aſtabãt lateribus
Regis, & cũ eo ſedẽtes partim cõſilia inibãt, partim ius
reddebãt. Quin etiã cũ Rege ſe obligabant, ſi quid eſſet
a *Ioſ.19.v.51. 1.Par.28.v.8. 3.Reg.8.v.1.* iureiurando publico ſanciendum [a]. Quò alluſit Chri-
ſtus, dicens [b]: *Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudi-
cantes duodecim tribus Iſrael.* Nempè Apoſtolos tãquam
b *Matth.19. v.28.* Phylarchos duodecim, tribus duodecim Iſraeliticas iu-
dicaturos, ſed præſtat verſũ ſuæ latitudini permittere.
*Sui,* ſibi ſacrati, vel à ſe creati. Reciprocè ad Deum, vt
ſedere faciat eum cum Principibus, qui regant popu-
lum ſuum ſanctum, & fidelem. Alij ad pauperem, vt B
collocet eum cum Principibus nationis ſuæ, & gentis,
ſuorum popularium, non exterorum. Pauperem eleuat,
non modò vt fungatur præcipuis honoribus & magi-
c *Gen.40.v.4.* ſtratibus apud exteros, vt Ioſeph [c] apud Aegyptios, ve-
rùm etiam, quod maius eſt, & honorificentius, apud
ſuos, vt Dauidem. Alioqui *nemo Propheta in ſua pa-
d Luc.4.ver.24. Ioan.4.v.44.* *tria* [d], &c.

8 *Qui habitare facit ſterilem in domo,* eam quæ domi ſuæ
eſt ſterilis, & ſine filiis, facit fœcundam matrem libe-
rorum, quibus gaudeat, vt Annam Samuelis. Saram,
Rachel. Rebeccam, Elizabeth. Nam *Matrem* Accuſa- C
e *Pſ.2.v.8.* tiuus eſt tranſitionis, de quo ſuprà [e], quaſi in matrem.
Alij malunt eſſe Aſyntheton, vt domus ſignificet fami-
f *Exo.1.v.21.* liam [f], ac diuidatur ſententia. (Et) *matrem filiorũ* (facit)
lætam (ob numerum & bonam indolem liberorum.)
Habitare facit ſterilem in familia. Facit, vt quæ antea
erat ſterilis, & filiorum orbitate mœrebat, familiam
filióſque habeat. Et præterea, vt mater familiæ ſit læta,
proléque gaudeat, dando ei filios dulces, obedientes,
virtutis ſtudioſos. Nec deſunt, qui putent eſſe Antithe-
ſin, vt *Sterilem* regatur à parte poſteriore Infinitiui, q.d.
facit ſterilem, & fœcundam. Vt myſticè ſterilem D
Eccleſiam fœcundat, Synagoga ſterili fa-
g *Eſa.54.v.1. Gal.4.v.27.* cta [g]. Denique immutat rerum Phy-
ſicarum, & naturalium cur-
ſum in ſuorum
gratiam.

ARGV



A
## ARGVMENTVM.

*Recolit Dei miracula, Iſraelem de Aegypto edu-
centis. Deinde eum precatur, vt ſuam gloriam
aſſerat, quòd cæterarum Gentium Dij, ſimulachra
ſint vana. Ipſe verò ſit omnis generis piorum præ-
ſidium. Apud Hebræos in duos ſcinditur.*

Halelu-ja. CXIII. Hebr. 114.

B
IN éxitu Iſrael de Aegypto: domus
Iacob de pópulo bárbaro.
2 Facta eſt Iudæa ſanctificátio
eius: Iſrael poteſtas eius.
3 Mare vidit, & fugit: Iordânis conuêrſus
eſt retrórſum.
4 Montes exultauêrunt, vt aríetes: & colles,
ſicut agni óuium.
C 5 Quid eſt tibi mare, quòd fugíſti, & tu Ior-
dânis, quia conuêrſus es retrórſum?
6 Montes exultâſtis ſicut aríetes: & colles
ſicut agni óuium?
7 A fácie Dómini mota eſt terra: à fácie
Dei Iacob.
8 Qui conuêrtit petram in ſtagna aquârum:
& rupem in fontes aquârum.

D
*Hebr. 115.*

9 Non nobis Dómine, non nobis: ſed nó-
mini tuo da glóriam.
10 Super miſericórdia tua, & veritâte tua:
nequândo dicant Gentes, vbi eſt Deus có-
rum?
11 Deus autem noſter in cœlo: ómnia quæ-
cúmque vóluit, fecit.

BBb 2

12 Simulâchra géntium argêntum,& aurum:
ópera mánuum hóminum.
13 Os habent, & non loquêntur: óculos habent,& non vidêbunt.
14 Aures habent, & non aúdient: nares habent,& non odorâbunt.
15 Manus habent, & non palpâbunt, pedes
habent, & non ambulâbunt: non clamâbunt B
in gútture ſuo.
16 Símiles illis fiant, qui fáciunt ea: & omnes,qui confîdunt in eis.
17 Domus Iſrael ſperâuit in Dómino: adiûtor eôrum, & protêctor eôrum eſt.
18 Domus Aaron ſperâuit in Dómino: adiûtor eôrum, & protêctor eôrum eſt.
19 Qui timent Dóminum, ſperauêrunt in
Dómino: adiûtor eôrum, & protêctor eô- C
rum eſt.
20 Dóminus memor fuit noſtri: & benedîxit nobis.
21 Benedîxit dómui Iſrael: benedîxit dómui Aâron.
22 Benedîxit ómnibus, qui timent Dóminum: pusíllis cum maióribus.
23 Adiíciat Dóminus ſuper vos: ſuper vos, D
& ſuper fílios veſtros.
24 Benedîcti vos à Dómino: qui fecit cœlum & terram.
25 Cœlum cœli Dómino: terram autem dedit fíliis hóminum.
26 Non mórtui laudâbunt te Dómine: neque omnes, qui deſcêndunt in inférnum.
27 Sed nos, qui víuimus, benedícimus Dómino: ex hoc nunc,& vſque in ſæculum.





A *Halelu-jah.* Halelu-jah iuxta Maſoretas ad ſuperiorem Pſalmum pertinet, eúmque claudit; iuxta Septua: ad hunc; adeò vt eum inchoent. Nempè quia eſt de rebus lætis,id eſt; de Dei beneficiis.

1 *In exitu Iſrael de Aegypto,domus.* (&) domus,per Aſyntheton. *οἶκος* genitiui caſus, vt & *Iſrael.* Idem dicit in vtroque hemyſtichio: Iſrael enim; & domus Iacob Iſraelitæ ſunt, & Iacobæi. *Barbaro,* impio,ſæuo,inhumano: vel peregrinæ,& alienæ linguæ, qualis barbarus [a]. a 1. Cor. 14. v. 11.
B Aegyptios eſſe barbaros ſcribit R. Selomo, quia lingua ſancta non loquuntur [b]; etiam ſi Herodotus [c] narrat b Pſ. 80. v. 6.
ipſos ſe nolle dici barbaros, ſed potiùs cæteras natio- c lib. 2.
nes. Sic Græci olim Barbaros vocabant, quotquot non vtebantur lingua Græca,niſi quòd tandem ab ea appellatione Romanos exemerint. Hebraïcè לועז, *lohez,* rectè Græci, Chaldæus, & Hieronymus hîc barbarum interpretantur. Nam Iudæi etiam hoc nomine Italos appellant. *Vocamus*, inquit Elias in Tisbi, *Iudæos, qui in Italia* לועזים *lobàzim ſimpliciter.* Congruunt Plauto, qui Næuium Poëtam Latinum barbarum vocat, & Io-
C ſepho Bem Gorion [d], *qui poſt Ianum,* inquit, *regnauit Latinus, qui illuſtrauit linguam barbaram. Vnde & ab eo lingua barbara appellata fuit Latina.* Inde hanc appellatio- d lib. 1. c. 31.
nem extendunt ad linguas quaſlibet vernaculas. Nam apud eos בלעז *belabaz* ſignificat barbarè, vernaculè; nempè Germanicè, Hiſpanicè, Gallicè; Africè; Perſicè, &c. ſecundum linguam & gentem, de qua eſt Rabbinus, qui ſcribit, & loquitur.

2 *Facta eſt Iudæa,* Iudæorum gens, Iudaïca natio. Iudæam, pro Iuda dixerunt, ne quis ſolam tribum Iuda ſignificatam exiſtimaret. Tunc autē in exitu præcipuè Deus Iudęos,ſiue Iſraëlitas ſibi conſecrauit,& elegit in
D populum,quē cariſſimū præ cæteris Gētibus haberet,& ſuo ſancto numine & prouidentia regeret,vnde dicit [e]: e 1. Pet. 2. v. 9.
*Mea eſt,* inquit, *omnis terra* (natura & creationis iure) *at* Exo. 19. v. 5. 6.
*vos nunc ſi me audieritis, eritis mihi regnum ſacerdotale, gens ſancta, peculiū de cūctis populis.* Ergo *ſanctificatio eius,* ſancta eius poſſeſſio, hæreditas, in qua ipſe ſanctificaretur, & quā ſanctificaret. *Et Iſrael poteſtas eius,* ſiue dominium, in quo ipſe peculiariter regnaret,& dominaretur per fidē,

adoptionem, legem, benedictionem, beneficentiam: A
cùm antea Eccleſia non eſſet alligata certæ familiæ.
Nam Iob, Melchiſedec, Eliphaz, Baldad, Elihu; Arabes,
Lot, Balaam, Nachor, Meſopotamij, ad eam pertinebãt,
vt & reliquiæ piorum, qui ex omnibus Gentibus, & populis,
Noé, & filiorum eius ſanctam inſtitutionem retinuerant.
Alij interpretantur quantùm ad manifeſtationem & oſtenſionem:
quaſi in exitu demonſtratus fuerit eſſe dominium & ſanctificatio Dei è miraculis,
& noua conſeruatione. Eò vſque enim mixtus fuerat
inter Idolatras, veluti Gens non ſancta, aut populus B
non electus. Res aliquando dicitur fieri, quando manifeſtatur [a]. Adde, Pios quando ſeparãtur ab impiis ſanctificari,
& ſanctum Domino effici, qui inter impios vix
poterant non eſſe prophani, vt proinde ſemper in fidelibus regnis pernicioſa fuerit ſectarum diuerſitas atque
confuſio. Alij *Iuda* (ſic enim in fonte legitur) non de toto populo,
ſed de vna tribu Iuda explanãt, vt diuerſum
in vtroque hemyſtichio enuncietur, quemadmodũ vocabula ſunt diuerſa,
quòd ſecto mari rubro, cæteris ingredi cunctantibus,
nec Moſem & Aaronem ſequentibus, tribus Iuda cõfidenter ingreſſa ſit, primáque Deum C
ſanctificauerit, ſicque veluti peculium Domini prima
effecta videatur. Adde reſpici ad regnum. Familia regia
eſt ſanctificatio eius, ſibi eam ille ſanctificauit, vt ex ea
educeret ſemen ſanctum Chriſtũ. q.d. tam Iuda, quàm
reliquæ tribus ſunt ditio Domini, ſed priuatim Iuda,
propter regni, & fidei prærogatiuam. *Eius*, Domini, ſcilicet.
Relatiuũ ſine Antecedẽte, ad intellectũ, vt ſuprà [b].

3 *Mare vidit & fugit.* Proſopopœiæ duæ. Omnia aduentu Dei
præter naturæ ordinem commota ſunt. *Mare vidit*, hoc ſcilicet. i. Iſraelem eſſe ſanctificationem, &
dominationem Dei. *& fugit.* i. ſe ſecuit in duodecim D
partes ſiue vias ex Epiphanio [c] & Rabbinis [d] retrocedendo,
& in ſe fugiendo, ſéque in arctum contrahẽdo,
vt ſolent pauentes, per ſex totos dies vel octo. Nam latitudo
maris rubri in loco tranſitus dicitur eſſe 20. alias
15. milliarium Germanicorum, & 60. Gallicarum leucarum,
alias 45. ex deſcriptionibus Ptolomæi, & aliorum.
Itaque aliquot dies in tranſitu conſumendi fuerunt,
quantumuis Iſraëlitæ accelerarint, niſi per modum miraculi,
quod hîc ſanè videtur conſtituendũm,
quoniam

a *Rom. 1. v. 3.*

*In regnis fidelibus pernicioſa ſectarũ diuerſitas.*

b *Pſalm. 86. verſ. 1.*

c *Hæreſi 64.*
d *In Pſalm. 136.*



A quoniam Hebræi omnes putant è mari exiiſſe die ſeptimo
Paſchæ, ſiue exitus, qui eſſet vigeſimus primus
Niſan, iam verò ſex diebus è Rameſsé, vnde decimo
quartò eiuſdem menſis mouerant, peruenerunt ad Mare
rubrum [a]. Oportuit igitur nocte ſeptimi tranſiiſſe.
Nam mane illic ſubmerſi Ægyptij eiecti memorantur
in littus, in quo erant Iſraëlitæ: Sic aqua liquida, vbi
ſenſit Deum præſentem ſubitò, inſtar murorum ſtetit
conglobata & pauens. Alij ſubaudiunt, præſentiã Domini,
ſiue Dominum (vidit mare.) vt ſuprà [b], *Viderunt
te aquæ Deus.* Alij, populum Angelo & Moſe ſtipatum.
B *Conuerſus*, reuolutus eſt in ſuos fontes [c]. *Retrorſum*, in
ſua principia, vel in ſua anteriora, reliqua eius parte in
mare mortuum dilabi ſolita ſtante, expectantéque alterius
refluxum, vt vna in mare illud ſeſe infunderent.

4 *Montes exultauerunt.* In triſtem partem, vt infra [d].
Extra locum ſuum ſaltitarunt præ metu & reuerentia:
exilierunt, cùm tranſiret populus per deſertum. Tertia
poëtica Proſopopœia de Sinæ, & vicinorum montium
conquaſſatione, cùm Deus eo deſcenderet [e] ad legem
ferendam, & per deſerta deduceret populum. Illi moti
ſunt, & tremuerunt ad Dei præſentiam, Deum præſentem
reuerebantur, eum veluti ſentiebant, vt proinde
C nihil nocerent populo, feras non laxarent, æſtu & cæteris
ſolitudinum incommodis non infeſtarent, ſed ei
reuerentiam exhiberent. Alij in lætam hyperbolen. Ob
maris & Iordanis exiccationem tam ſtupendam vicini
montes tripudiarunt, partim admirantes prodigium,
partim gratulantes populo, de quo loco audiendus R.
Iſaac [f]. *Exultauerunt*, inquit, id eſt, *ſalierunt per quemdam
terræmotum, vt arietes. Non enim eſt Metaphora, quemadmodum
ſine figura preceſſit. Mare vidit & fugit*; q. d. *vti
verè Mare rubrum fugit, & ceſſit locum Iſraëlitis, ſic verè
D montes commoti ſunt. Vnde dixerunt Magiſtri noſtri, montem
Sinai ſe vertiſſe & curuaſſe ſuper eos inſtar Tinæ.*

5 *Quid eſt tibi mare?* Apoſtrophe per interrogationem
ad mare, Iordanem & montes: ſimul & Proſopopœia
poëtica, qua inanimatis ſenſum tribuit. Ex qua intelligitur,
vt verè mare & Iordanis ſe ſecuerunt retrocedendo,
ita verè, & citra tropum montes ac colles trepidaſſe
& ſaltitaſſe. Quod certè de conſequente eos per
ſolitudines petra ad literam verum liquet [g].

a *Exodi 14. verſ. 2.*

b *Pſalm. 76. verſ. 17.*

c *Ioſ. 3. v. 16.*

d *Verſ. 6.*

e *Exod. 19. v. 19. 20. &c.*

f *Gen. 19.*

g *1. Cor. 10. ver. 4.*

6 *Montes exultaſtis ſicut arietes*, quid vobis, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. A
Nam interrogatio continuatur. Quid vobis montes, cur colles arietum & agnorum ritu exiliuiſtis? præ pauore tantæ Dei maieſtatis. Alij, vt & in præcedentibus omnibus, præ gaudio præſentiæ Dei, & populi eius: quòd eius gloria illuſtrarentur. Quod aliqui ad deſcenſum Domini ſuper Sinai referunt, cum quodam terræmotu. Alij ad ſcopulos torrentis Arnon, qui vt tranſiret Iſrael, ſalierunt in torrentem [a]. Alij ad ſcopulos Iordanis. Alij ad vndarum cumulos, & agglomerationes inſtar montium eleuatos. Tu ad genus.

*a Numer. 21. ver. 15.*

7 *A facie Domini mota eſt*, Interrogationi per ſubiectionem reſpondet. *A facie Domini*, à præſentia. i. ad faciem & præſentiam Domini venientis in montem Sinai ad legem ferendam, & adoptandum populum Iacob mota eſt terra. Hæc omnia facta ſunt propter Dei præſentiam & conſpectum, & quia ibi apparuit Deus. Deus Iacob iſtorum omnium cauſa fuit & auctor, qui contraria poteſt, vt ſequenti verſu docet. In Hebræo Proſopopœia eſt magis Poëtica: מלפני אדון חלי ארץ *melipne Adon hali arets*. I. *A facie Domini torqueri* (contigit) *terram*, ducta metaphora à mulieribus ſua tormina patientibus. חולי *hali*, enim eſt inf. cum paragoge Iod: vel ſi ſit affixum, Meum torqueri quaſi terra reſpondeat. Meum torqueri, meum contremiſcere, fit propter Domini præſentiam. Torqueor (inquit terra) contremiſco ad Dei conſpectum, & præſentem maieſtatem. Incommodiùs aliqui in Imperatiuo. Torqueare. q. d. Cùm videas, ô terra montes concuti, contremiſce. *A facie*, hoc loco plus eſt quàm *propter*. Itaque Auguſtinus præſentiam Dei interpretatur. Clemens autem Alexandrinus [b]. Æſchylum tradit, hunc verſum ſic paraphraſi expreſſiſſe: τρέμουσ' ὄρη, καὶ γαῖα, καὶ πελώριος βυθὸς θαλάσσης, &c. *tremunt montes, & terra, & ingens profundum maris.*

*b Lib. 5. Strô.*

8 *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum*, qui tanta eſt poteſtate, vt contraria poſſit, & contra rerũ naturã. Rupes enim eſt duriſſima, & ſicciſſima, aqua molliſſima, & humidiſſima, & tamen effecit, vt è caute & ſilice aquæ magna copia effunderẽtur & manarent. & petra duriſſima ferro cædi neſcia ſtagnaret aquis, ictu virgæ Moſis: Nec elicuit, quaſi intra venas lateret aqua, ſed vertit medium



A medium corporis ſaxei in fontes, adeo, vt ex eius corpore manarent aquæ, non aliunde, vt fit in aliis fontibus. *Petram*, צור *Tſur*, rupes; rupis fragmentum [a]. *Rupem*. חלמיש *Hallamis*, ſaxum prædurum. Vnde Septu. ἀκρότομον petra in ſumma parte ſecta & prærupta: vel per Antiphraſin, ex Euthymio & Heſychio, quæ in ſummo vix ferro ſecari poteſt. Ex quibus liquet *Conuertendi*, verbum hîc ſumi propriè, pro commutatione videlicet ſubſtantiæ rupis in aquæ ſubſtantiam, quaſi in eius venis non lateret aqua propter nimiam ſiccitatem, & ſic apertè R. Moſe [b]. In priore membro ſumi poſſit impropriè, *conuertit*. i. effudit, elicuit, eduxit.

*a Exo. 7. v. 6.*

*Tranſubſtãtiatio quadã in rupe facta eſt.*

*b Num. 20.*

B Nam צור *Tſur*, videtur minus dura & ſicca; ſicque conuerſio eius fuit, non in aquæ ſubſtantiam, ſed emiſſionem, vt petra, quæ priùs aquam non mittebat, vel etiam actu non habebat, iam aquam funderet. Bis enim hoc miraculum contigit in Raphidim [c], & in Cades [d]. *In fontes aquarum*, in puteum ſalientem & fontanum, in puteum aquarum viuentium. Nam vt prima petra fudit prope Sinai fluuium conſequentem Iſraëlitas vſque ad terminos propè terræ ſanctæ, per annos 39. ita ſecunda in Cades prope Moab fontem dumtaxat,
C quem proinde Hebræi appellant Puteum Mariæ.

*c Exod. 17. verſ. 6.*

*d Num. 20. verſ. 11.*

## Hebr. 115.

9 *Non nobis Domine non nobis*, In vulgatis Hebræorum exẽplaribus hîc nouus Pſalmus incipit. Tamen Kimhi iungit, vt Septuag. cum ſuperiore, ac monet in aliquibus. i. emendatis exemplaribus ita continuari: vt intelligas hanc diuerſitatem diſtinguendi, & numerandi, non eſſe in noſtris carpendam. Eſt enim ἀντίγραφος,
D & carpit infirmitatem idolorũ, ea cum Deo vero conferens, cuius potentiam & maieſtatem eleganter extulerat. Adde in aliis, Pſalmum alium incipere infrà [e]. *Dominus memor fuit noſtri*, etſi prior diſtinctio in duos tantùm Pſalmos Hebræis ſit communior. Noſtra autem eſt potior, ſiue quia veteres, & Kimhi monent in emendatis codicibus ita fieri, ſiue quia finis verſus octaui eſſet abruptus & imperfectus. *Non nobis*, quos tam honorificè & potenter eduxiſti ex Ægypto & populo barbaro, de iſtis miraculis glorioſis da gloriam,

*e Verſ. 20.*

*Hic pſalmus nõ eſt diſtinguendus in duos.*

ſed tibi. Hæc nobis non ſint glorioſa, ſed tuo nomini. A
Non propter illa laudemur, ſed tu ô Domine: nempe propter tuam miſericordiam & fidem. Petit defendi, & conſeruari propter Dei gloriam, non ſua merita, à Gentibus impiis & idololatris. *Sed,* כי *chi,* pro כי אם *chiim,* ſed, verùm, frequens apud Hebræos maximè Poëtas. Simplex pro compoſito.

10 *Super miſericordia tua, & veritate tua,* propter miſericordiam tuam. (i. liberalitatem) & veritatem. (i. dictorum fidem, qua iuxta promiſſiones factas patribus, nos ex Ægypto eduxiſti) non propter noſtra merita, da tuo nomini gloriam. Nam pendet è ſuperiore. B
Vnde apud Maſoretas verſum claudit: *Nequando dicant.* eodem recidit, *vt quid dicent, vbi eſt Deus eorum;* Iſraëlitarum Deus, cuius potentia & magnitudine glorientur, cùm nihil poſſit. q. d. Gloriam tuam à Gentium blaſphemiis vindica, & illuſtra.

11 *Deus autem noſter in cælo.* Inſignis locus de comparatione Dei & idolorum. Deus noſter in cælis, & cæleſtibus rebus agit quæcumque vult. Alij poſt Kimhi putant ſententiam eſſe bimembrem, per Aſyntheton. Deus noſter (eſt) in cælo (&) quæcumque vult facit, C
éſtque omnipotens. *In cælo.* In cælo ſupremo, quod tranſgreditur corpora cæleſtia & terreſtria, Auguſtinus. Poſſit referri ad vniuerſam cælorum compagem.

12 *Simulachra gentium.* Antitheſis. Contrà Dij Gentium ſunt ſimulachra ſtupida, nequeuntia liberare, &c. ſine ſenſu & intellectu. Illa mirè extenuat, cùm tamen[a] dæmonia eſſe profeſſus ſit. Nempè Idola habebant dæmonem aſſiſtentem, vel inſiſtentem, qui per illa, & intra illa illuderet, vt motorem, non vt formam, id eſt, neque animantem, neque informantem. Ex quo illud D
Abacuk[b], *Non eſt ſpiritus in viſceribus eorum.* Nam non erant animata, etſi in eis operaretur dæmon. *Simulachra gentium,* idola, Deorum ſimulachra.

a *Pſalm. 95. verſ. 5.*

b *Abac. 2. v. 19.*

13 *Os habent & non loquentur.* Rem quidem notam, ſed tamen ſalubri remedio admonitionis inculcat, dicens, Os habent, & non loquuntur, &c. *Hæc enim verba, quò magis aperta ſunt, & populariter vera, eò magis incutiunt ſalubrem pudorem illis, qui talibus ſimulachris diuinum cum timore cultum exhibent, eáque viuentibus ſimilia venerantes, adoran-*



A *adorantéſque contuentur, eiſque veluti præſentibus preces alligant, victimas immolant, vota perſoluunt, ſicque afficiuntur omninò, vt ea ſenſu carentia exiſtimare non audeant. Ne autem arbitrentur iſti hoc ſolùm noſtros libros ſonare, quòd huiuſmodi affectus humano cordi ex idolis innaſcitur, apertiſſimè ſcriptum eſt[a] quoniam omnes dij Gentiũ dæmonia[b]. Vnde non ſolum Apoſtolica diſciplina dicit, cauete à ſimulachris[c], ſed etiam nolo vos fieri ſocios dæmoniorum.* Auguſtinus[d].

14. & 15. *Aures habent & non audient.* Carẽt quinque ſenſibus exterioribus, mente, vita, ſiue motu interiore[e]. q. d. In eorum ore, oculis, auribus, naribus, manibus, pedibus, gutture, nulla eſt poteſtas, nulla vis vidẽdi, audiendi, odorãdi, tangendi, mouendi, loquendi. Hæc quidem B
habent, ſed Metaphoricè, & per nudam ſimilitudinem, non propriè & actu. Hæc enim propriè ſunt membra organici corporis poteſtate ſenſum habentis. Quare ne in cadauere quidem, vbi ſemel animam ſenſus principium amiſerit, niſi impropriè, reponuntur apud Ariſtotelem[f].

15 *Manus habent & non palpabunt.* In manibus & pedibus nullam vim habent. Nam ſunt tantùm ſimulati & vmbratici, non veri. In membris ineſſe oportet facul-
C tates & vires quaſdam naturales, quarum tamquam ſecundarum cauſarum beneficio anima exerceat in corpore ſuas functiones & munera. q. d. deſtituuntur primùm ſpiritu interiore, ſiue anima vitæ, ſenſus, motus principio, deinde membris, certa vi & facultate diſpoſitis atque affectis.

16 *Similes illis fiant qui faciunt ea.* Idololatræ ſint ſtatuis, ratione & ſenſu carentibus ſimiles: ſint veluti trũci & ſtipites. Vnde & ſolẽt eſſe ſtupidi, parũ ingenioſi parũ apti ad diſciplinas ſubtiliores, naturaliter corrupti, in his quæ naturaliter cognoſcũtur, &c. *Qui confidunt in*
D *eis.* Per Epexegeſin explicat, in quo ſitũ ſit propriè Idololatriæ peccatũ, nempè in cultu & veneratione idolorum, non in fabrica, in fide, ſpe, caritate, ſacrificiis, ſimilibúſque eodem pertinentibus, non in externa affectione & conſpectu. Quod in Leuitico apertè oſtenditur. Nam vbi in Exod.[g] *Non facies tibi ſculptile, neque vllam ſimilitudinem. Non adorabis ea, neque coles,* in Leuitico habemus[h], *Non facies, vt adores.* להשתחוות *Lehiſhtahanoth.* Vnde Tertullianus[i], *Similitudinem vetans Deus fieri*

a *Pſa. 95. v. 5.*
b *1. Ioan. 5. v. 21.*
c *1. Cor. 10. 19*
d *q. 3. ad Deo gratias. Epiſt. 49.*
e *Deut. 4. v. 16. 17. Eſa. 44. v. 19. Baruch 6. v. 17. Sap. 15. v. 9. 10.*
f *Lib. 2. de Ani. c. 1. & 2.*
g *Exo. 20. v. 4.*
h *Leu. 26. v. 1*
i *Lib. 2. cõtra Marcionem.*

*ſieri omnium, quæ in cœlo, & in terra & in aquis, oſtendit & cauſas, Idololatriæ ſcilicet ſubſtantiam cohibentes. Subiicit enim, Non adorabitis ea neque ſeruietis eis. Serpentis autem æhenei effigies poſtea præcepta Moſi à Domino, non ad Idololatriæ titulum, pertinebat, ſed ad remediandos eos, qui à ſerpentibus infeſtabantur: vt taceam de figura remedij,* (id eſt, cruce.) *Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arca figuratum exemplum, certè ſimplex ornamẽtum accommodata ſuggeſtui, longè diuerſas habendo cauſas ab Idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videntur ſimilitudinẽ probibitarum legi refragari, vt quæ non in eo ſimulacri ſtatu depre..ndantur, ob quem ſimilitudo prohibetur.* Hæc ille patrocinans Eccleſiæ, iam ab eius cunabulis, aduerſus iſtos, qui neſciunt diſtinguere inter idola, & ſacras imagines.

*Imaginũ cõſtructio quæ non vetita.*

A B

17 *Domus Iſrael ſperauit.* Quamobrem cùm tãta ſit vanitas & imbecillitas idolorum, tam vanus cultus, & confidentia. *Domus.* (deeſt in Hebræo; ſed ſenſui confert) *Iſrael ſperauit in domino,* non in illis: eóque lubentiùs, qui adiutor, & protector eorum eſt, ſiue, vt Hebraicè עזרם ומגנם *Hezram vmagannam.* i. *auxiliũ eorum & clypeus.* Placuit Maſoretis בטח non *Batáh* in Præt. Kal. legere, ſed בטח *Betáh* in 2. perſona Imper. *ſpera, confide:* etiamſi mox ſequatur, *Adiutor eorum,* non tuus, vel veſter. An rectiùs, quiuis iudicet. Eodem iudicio deinceps hoc verbum legent in Imperatiuo. C

18 *Domus Aaron ſperauit.* בטחו *Batehú:* Maſoretæ, בטחו *Bithu* Sperate. Aaronios ab Iſraele diſtinguit, quia Eccleſia perpetuò diſtincta fuit in duos ſtatus, laicum & clericum, ſiue populi & cleri.

19 *Qui timent Dominum.* De Gentibus nunc loquitur, vt ſuperioribus duobus verſibus de Iudæis. Significat Eccleſiam fuiſſe colligendam è duobus illis populorum generibus. Alij arctant ad Proſelytos, qui è Gentibus ad Iudaiſmum conuertebantur. *Sperauerunt.* Maſoretæ, *Sperate,* vt ſuprà. D

20 *Et benedixit eis,* beneficia & fœlicitates contulit. Hebræa vox eſt quidem futuri temporis: ſed quia præcedentia tempora in hac lingua concipiunt ſequentia, rectè Septuag. verterunt per præteritum, vt & verſus ſequentes [a]. Rabbini ferè retinent futuri ſignificationem, per Eclipſin אשר *aſher, qui* Dominus (qui) memor

a 21. & 24.



A mor fuit noſtri, benedicet, vel benedicat (per modum Prophetiæ vel precis: vtrumque affert Kimhi) nobis, domui Iſrael, domui Aarõ, timentibus Dominũ, paruis iuxtà ac magnis. Hîc aliquibus incipit nouus Pſalmus, de quo ſuprà [a].

21 *Benedixit Domui Iſrael.* Laicis. Politiæ & Reipub. *Domui Aaron,* clero & ordini Eccleſiaſtico.

a *Verſ.* 9.

22 *Benedixit omnibus qui.* De Gentibus, vt verſ. 11. *Puſillis cum maioribus,* citra delectum ſtatuum, ætatum, cõditionum, ſexuum, perſonarum, vniuerſis benedixit. Hebræa ſunt generalia. i. non modò ſunt nomina ætatum, verum etiam ſtatuum, &c. quale illud Pauli [b]. *Vbi non eſt Gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia in omnibus Chriſtus.* B

b *Col.* 3. *v.* 11.

23 *Adiiciat Dominus ſuper vos,* benedictionem ſup. vel plura ac maiora beneficia, beneficentiam ſuam augeat in dies magis ac magis, nóſque ſeruet & poſteros noſtros, vt perpetuò ſit aliqua gens, quæ ipſius numen colat & prædicet. דרך תפלה *Dérec Thepillá,* ſiue per modum optandi & precandi, inquiunt Rabbini. Alij non tam rectè, *Adiiciet,* per modum prædictionis, & נבואה *Nebuá.* C

24 *Benedicti vos à Domino,* eſtote ſcilicet, vel ſitis, vt Auguſtinus legit. Nam eſt precatio. Aliqui non tam aptè, *Vos,* id eſt, eſtis, quaſi gratulatio ſit ad Iſraelitas de tantis beneficiis. Vtuntur enim Pronominibus, Verborum ſubſtantiuorum loco.

25 *Cœlum cœli Domino.* Per Prolepſin, generale quod præceſſit, in partes diuidit. Fecit cœlum & terram, Cælum quidem Domino, id eſt, ſibi, pro ſua ſede & domicilio, vtque ſuam illic gloriam communicet: vel Chriſto, vt in eo regnet pacatè ad ſuam dexteram. Terram autem quam daret & aſſignaret, hominibus, vt in ea regnent, tumultuentur, ſua negotia gerant. *Cælum cæli,* οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, cælum intimum & præſtantiſſimũ, id eſt, æthereum, regio ætherea, ad diſcrimen aëris, vt de cunctis cæli ſydereis hæc enuncietur. Vel ex Theodorito *cælum, non quod videtur, ſed illud, quod huius eſt veluti tectum, vti hoc aſpectabile noſtrum eſt tectum,* id eſt, Empyreum, quòd minimè circumſcribitur, vti idem explicat, in quo ſcilicet eſt thronus gloriæ, κατ' ἐξοχὴν propter D

*a Pſ.67.v.37.* pter repetitionem, vt ſuprà[a]. Qua formula Canticum A
canticorum, id eſt, canticum excellentiſſimum. Supremum cælorũ Empyreũ eſt, Domino deſtinatũ in aulam regiam: ſibi illud reſeruauit in gloriæ ſuæ palatium, vbi cum Angelis ſuis inhabitet, & maieſtatem ſuam communicet. Terram verò dedit inhabitandã, & fruẽdam hominibus. Hebraicè השמים שמים *Haſchſchamuim ſchamuim. Cælos, Cælos* (inquã fecit) *Domino*, vel, Cœli, Cœli (inquã) Domino (ſunt.) quod aliqui per hyſterologiam explicãt. Cæli (ſunt) cæli Domini, Domini ſunt habitatio atque domicilium, eodem ſenſu.
*Domino.* Sibi Kimhi: vel Chriſto, vt reſpiciat ad realem B
perſonarum diuinarum diſtinctionem. Eſt datiuus poſſeſſionis. Vnde Latinè *Domini* in Geniti. *Filiis hominum*, in vſum filiorum hominum. Eſt datiuus commodi.

*Perſonæ diuinæ realiter diſtinguuntur.*

26 *Laudabunt te.* De ſolenni & publica prædicatione & celebratione, quod alibi vocat confiteri. Adiice Domine ſuper nos benedictionem, nec nos interfectoribus dede. Nam mortui, & qui deſcendunt in infernum, vel ſepulchrum (hîc enim eſt דומה *Dumá*, q. ſilentiũ, non שאול *Seol*) non te publicè & ſolenniter celebrabunt, non tuas canent laudes, quibus viuentes ædificẽ- C
tur, & excitentur ad te colẽdum, & gratias tuas agnoſcendas, *ſed nos qui viuimus*, &c. Mortui apud viuos non habent orationem, neque loquuntur. Sic [b] Kimhi intelligit de impiis, qui verè deſcendũt in דומה *Dumá*, id eſt, exciſionem, vt ipſe exponit, vel ſilentium (ſic etiam noſtri Poëtæ Orcum vocant, & ſilẽtes mortuos) locum ſilentij infernum, & inferni intimum tabulatum, Gehennam. *Mox etiam lemures animas dixère ſilentûm.* Nam דומה *Dama* ſilere & excindi, vide ſuprà[c].
Alij de hoſtibus Eccleſiæ, qui peccatis & infidelitate
mortui ſunt. Si nos deleri permiſeris, quis prædicabit D
laudes tuas? Num hoſtes, qui ſanctiſſimum tuum numen vbique execrantur?

*b Pſalm. 6.*

*c Pſ.93.v.18.*

27 *Nos qui viuimus.* Additum præter fontem, ad exprimendam ſententiam. Halelu-jah autem clauditur, ſed hanc vocem 70. retulerunt ad ſequentem Pſalmum, pro eius epigraphe & titulo.

ARGV



A

## ARGVMENTVM.

*Orat ſimul, & gratias agit, quòd fuerit magno è periculo ereptus. Chriſto congruit.*

### Halelu-jah. CXIIII. Hebr. 116.

Dilêxi, quóniam exaûdiet Dóminus vocem orationis meæ.
2 Quia inclinâuit aurem ſuam B
mihi: & in diêbus meis inuocâbo.
3 Circumdedêrunt me dolôres mortis: & perícula inférni inuenêrunt me.
4 Tribulatiônem, & dolôrem inuêni: & nomen Dómini inuocâui.
5 O Dómine líbera ánimam meam miséricors Dóminus, & iuſtus, & Deus noſter miſe-
C rêtur.
6 Cuſtódiens páruulos Dóminus: humiliâtus ſum, & liberâuit me.
7 Conuértere ánima mea in réquiem tuam: quia Dóminus benefêcit tibi.
8 Quia erípuit ánimam meam de morte: óculos meos à láchrymis, pedes meos à lapſu.
9 Placêbo Dómino: in regiône viuôrum.

D

Hebræis Anepigraphus. Sept. autem Halelu-jah vocem, in quam deſinebat iuxta Maſoretas ſuperior verſus, putarunt ſeruire huius argumento. Nam eſt de rebus lætis, id eſt, liberatione è ſummo periculo.

1 *Dilexi, quoniã exaudiet.* Dominũ. Abrupta, & ecliptica vox. Neque enim quadrat, *Quoniã*, ſumi pro quia, cõtinuatiuè, loco veluti Accuſatiui, hoc pacto. Dilexi, quòd exaudiet, vel exaudiat Dominus. Dilexi exauditionẽ Domini.

Domini. Hæc mihi placet, gratiſſimáque eſt, *Vocem.* Sic
& Anonymus, docens Iod in קולי *koli* eſſe paragogi- A
cum, non affixum. Kimhi mauult contrarium. Vocem
meam (&) orationem meam. *Exaudiet*, exaudire ſolet.
Vſu linguæ futura in rebus ſolitis & debitis.

2 *Et in diebus meis inuocabo. Et* expletiua particula, vt
alibi ſæpè, vel emphatica. Quia me exaudire ſolet, die-
bus meis, quamdiu viuam, eum inuocabo : vel, etiam
diebus meis, etiam quamdiu viuam. Baſilius pro *ideo.*
Quia autem mihi ſæpius præbuit, ideò per totam vi-
tam D minum inuocabo.

3 *Circundederunt me dolores mortis.* Dolores mortiferi, B
& grauiſſimæ anguſtiæ, cuiuſmodi ſunt apud inferos,
mala ingentia. Pictura poëtica ingentiũ periculorum.

4 *Et nomen Domini inuocaui.* At nomen Domini, at
Dominum inuocaui, dicendo ſup, quod ſequitur. *Et*, ad-
uerſatiua particula, *at, atqui.* Præſentiſſimum remedium
contra miſerias & animi mœrores, Domini inuocatio.

5 *O Domine libera animam meam,* אנה *Anâ* blandien-
tis & deprecantis particula. Obſecro Domine. *Deus no-
ſter miſeretur.* Periphraſis miſeratoris, qui à miſericordi
differt, quòd actum dicat, miſericors autem naturam. C
a *Pſalm. 111. verſ. 4.* Vide ſuprà [a].

6 *Cuſtodiens paruulos,* ſimplices. פתאים *Pethaim*, non
b *vt Matt. 11. verſ. 25.* eſt nomen ætatis, ſed moris [b]. Simplices, qui facilè
perſuadentur [c]. *Humiliatus*, Hebraicè דלותי *dallothi*,
c *Prouer. 14. verſ. 18.* attenuatus ſum propriè, afflictus, at me ſeruauit. Alij de
humilitate cordis, & ſummiſſione animi, virtute, quæ
ex Dei cognitione & ſui oritur.

7 *Conuertere anima mea.* Se conſolatur per Apoſtro-
phen ad ſeipſum, ſiue ſuam animam. *Conuertere*, redi
anima mea ad priſtinam tuam quietem & tranquilli-
tatem, ne ampliùs perturbata eſto, iterum eſto æquo, D
& pacato animo, quia tibi Dominus benefecit. *Tũam*,
tuæ mentis.

8 *Quia eripuit animam meam.* Hic verſus cadit in ſe-
quentem. Claudatur igitur duntaxat virgula. Sic nihil
neceſſe, *Animam meã* poſitã eſſe pro *te*, mutata perſona.

9 *Placebo Domino*, conabor placere. Quia eripuit me
à morte, quæ mihi imminebat, lachrymis, propulſione,
& caſus: quia depulit à me omnem triſtitiam, ſtudebo,
vt placeam ei, quoad ero in viuis, quoad viuam & ſpi-
rabo.



A rabo. *Placere* hîc parere præceptis Dei, ambulare in eius
mandatis, ea ſequi, vt ex Hebræo אתהלך *ethhallec*,
patet, vbi *Ambulabo coram Domino in terris viuentium*,
vbicumque terrarum fuero. Vſurpat enim pluralem
numerum, propter varia proborum exilia & captiuita-
tes. Aliqui hoc referunt ad vitam ſempiternam, vbi
vera eſt viuentium regio, quia illic nullus morbus, in-
commodum, mors.

---

B

## ARGVMENTVM.

*Pergit gratias agere Deo, à quo fuerit liberatus. Nam hic Pſalmus in Hebræo pars eſt altera ſuperioris.*

### Halelu-jah. CXV.

CRédidi, propter quod locûtus ſum:
C ego autem humiliâtus ſum nimis.
2 Ego dixi in excêſſu meo: omnis
homo mendax.
3 Quid retríbuam Dómino: pro ómnibus,
quæ retríbuit mihi?
4 Cálicem ſalutâris accípiam : & nomen
Dómini inuocâbo.
5 Vota mea Dómino reddam coram omni
pópulo eius: pretióſa in conſpêctu Dómini
D mors ſanctôrum eius.
6 O Dómine, quia ego ſeruus tuus: ego ſer-
uus tuus, & filius ancíllæ tuæ.
7 Dirupíſti víncula mea, tibi ſacrificâbo
hóſtiam laudis : & nomen Dómini inuocâbo.
8 Vota mea Dómino reddâm in conſpêctu
omnis pópuli eius : in átriis domus Dómini,
in médio tui Ierúſalem.

*Halelu-jah.* Sine inſcriptione in fonte, in quo nec Pſalmum per ſe conſtituit. A

1 *Credidi propter quod locutus.* De fidei firmitate & efficacia. *Credid.* (Deo, ſupp. vt ſuperiore Pſalmo [a].) Propter quod locutus ſum, fide in verba erumpente. Credidi Deo, quare non timui loqui: propter perſecutiones non intermiſi dicere omnem hominem eſſe fallacem. Particulam כי *chi* pro על כי *hal chi* acceperunt, & rectè ex Apoſtolo [b]. Credidi Deo in meis malis & calamitatibus, propter quod locutus ſum, liberè confeſſus ſum, & dixi, citra metum, ſumma cum fiducia, fidem meam ſum conteſtatus, vt intelligamus non tantùm corde eſſe credendum, verùm etiam ore confitendum, hinc Chriſtus [c]: *Qui me confitetur coram hominibus, etiam ego confitebor eum coram Angelis Dei* [d]. *Ego autem*, etiam ſi vehementer ſim afflictus. Credidi quidem, ſed non deſij affligi, & vexari. Vel me autem homines afflixerunt, quia locutus ſum liberè quicquid credebam. Chryſoſtomus explicat de Iudæis multa in Babylone perpeſſis. Alij de Martyribus, & Apoſtolis. Tu in genere. B

a Verſ. 1.
b 2. Corint. 4. v. 13.
c Ro. 10. v. 10.
d Luc. 12. v. 8.

2 *Ego dixi in exceſſu meo,* in fuga & diſceſſu meo. Vnde Hebraïcè בחפזי *bechaphzi*, id eſt, in trepidatione mea, & in præcipiti mea euaſione. Cùm præceps fugerem. Græcè ἐν τῇ ἐκστάσει, in ſtupore, pauore, & perturbatione mentis, qua corripiebar, cernens mihi perſecutionem vndique imminere, & obſtupeſcens ad tanta pericula. Aliqui accipiunt pro mentis raptu, & eleuatione ad Deum. *Mendax*, fallax. R. Selomo, & Apoſtolus [e], vt alibi [f]. In homine non eſt ſperandum, ab eo ſalus non eſt expectanda. Fallit, & mentitur eius auxilium. Eſt infidus, fidem datam, rebus reflantibus, non ſeruans. Deus contrà verax, id eſt, fidus, fidem & promiſſa in vtraque fortuna retinens. Significat ſe in periculis deſertum fuiſſe ab omnibus, iuxta illud: C D

*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*

Mendacium hîc non opponitur falſitati tantùm, verùm etiam vanitati, & prauitati.

e Rom. 3. v. 3.
f Num. 23. v. 18.

3 *Quid retribuam Domino.* Cùm ergo hanc ſalutem ſim conſecutus à ſolo Deo, quid retribuam Domino pro tot, tantiſque erga me meritis & liberationibus? Quid poſt tot beneficia reddam, redderéve poſſim Deo? *Retribuit*,



A *tribuit*, tribuit, largitus eſt. Iam enim *retribuendi* verbum impropriè ſumitur. Nam *quis prior dedit, & retribuetur illi?* Hinc Hebraicè priore loco אשיב *aſhib.* [a] *redire faciam*: poſteriore, תגמולוהי *Tagmulothi*, à radice גמל *Gamal tribuit*: ſiue ſimpliciter, ſiue operis præcedentis ratione.

a Rom. 11.

4 *Calicem ſalutaris accipiam*, calicem ſalutiferum, vel teſtem & indicem ſaluationis meæ: *accipiam*, offeram, ſacrificabo ſcilicet, & libabo Domino. Libabo Domino vinum gratiarum actionis pro vita & ſalute, B ipſius beneficio, conſeruata. Alludit ad legis ceremoniam, in qua nulla oblatio ſine libatione, & nullum feſtum, celebritas, conuiuium, in quo calix vini non benediceretur, & in orbem non daretur conuiuantibus guſtãdus in gratiarum actionis, charitatis, & communionis ſacræ ſymbolum, ad quem puto reſpectum [b] à Luca, cum de ſecundo Chriſti calice ſic ſcripſit: *& accepto poſt cœnam calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. Amodò enim dico vobis, quòd non bibam de hac generatione vitis, quoúſque Dei regnum veniat.*

b Luc. 22. v. 17. & 18.

C Commodè transfertur ad calicem Euchariſtiæ, quòd eius typus eſſent libamina. Quin & calicem gratulatorium inter ſacrificandum leuare, & pro ſalute accepta, vel poſtulata offerre ſolebant. Audi hîc R. Dauid. *Calicem ſalutum attollam*, q. d. *cum agitabo conuiuium & hilaria, leuabo calicem vini, & confitebor illi ſuper eo in conſpectu multorum, & memorabo ſalutem eius, qua me ipſe ſeruauit. Atque hunc calicem vocat Salutum.* Chaldæus, & R. Moſe videntur exponere *Calicem*, partem, Metaphoricè, de calice fœlicitatis æternę, poculo nectareo, Poëticè: *Calicem redemptionum, & ſa-* D *lutum feram in futuro ſæculo.* Alij, martyrium, afflictiones, è Cypriano, [c] & Baſilio, vt alibi ſumitur. [d] q. d. Parato animo hauriam, quicquid mihi Dominus immiſerit. Paratus ero ad quælibet perferenda propter te. Qui calix eſt ſalutaris, quoniam in cælum introducit.

c lib. 3. epiſt. 25.
d Luc. 22. v. 42. Matt. 20. ver. 42. & 26. ver. 22.

5 *Vota mea domino reddam.* Ad votiuas oblationes & ſacrificia reſtringit R. Moſe [e]: נדבה *Nedaba* (inquit) *abſolutè eſt de donariis, quæ offeruntur ad ædificationem ædis ſacræ.* נדר *Neder autem* (votum) *abſolutè de ſacris altaris*

e Leuit. 22.

*vt in Pſal. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & vota mea Domino reddam.* Rectius Abben Ezra in genere. *Coram*, in Eccleſia, publicè. Liberatus perſoluam, quæ voui Domino. *Pretioſa*, rara, cara. Tanti ſuos æſtimat, vt eorum necem rariſſimè permittat. Tanti ſuos facit, vt eos non facilè ab impiis necari ſinat, vt iam ſum ſæpiſſimè expertus. Sic Rabbini. Noſtri, magni pretij, gratiſſima, quoniam ad vitam introducit [a]. Cyprianus, vt referatur ad illud Apoſtoli, *Seminatur in ignominia, ſurget in gloria* [b]. Mors proborum tanti eſt pretij coram Domino, vt pro ea ipſe vitam æternam reddat.

*a Ibid.*
*b 1. Corin. 15. ver. 42.*

6 *O Domine quia ego ſeruus tuus.* Sententia cadit in ſequentem verſum. *O Domine*, En Domine, quia tuus ſum cultor, ac tuorum cultorum filius, *dirupiſti mea vincula*, méque liberaſti è malis. Itaque אנה *Anna*, particula hîc exclamãtis, blandientis, vel iuxta Kimhi & Abben Ezra [c]. Confitentis, *O, certè*, non obſecrantis, *Obſecro, quæſo*. Malunt alij eſſe Apoſiopeſin. O Domine (promiſſa faciam) quia ego, &c. *Filius ancillæ tuæ*, non ſolùm voluntate & adoptione ſeruus tuus ſum, verùm etiam natura, tuus quaſi vernaculus. Ad extenuationem ſui, meminit ancillæ, & quia religioſior patre.

*c Exod. 32.*

7 *Dirupiſti vincula*, calamitates, perſecutiones diſſipaſti. *Hoſtiam laudis*, ſacrificium pacificum, in gratiarum actionem. תודה *Toda*, de quo alio Pſalmo. Baſilius de confeſſione è cordis affectu proficiſcente, ſiue de animi ſacrificio, vt hanc hoſtiam opponat cruentis & Moſaicis.

8 *Vota mea domino reddam.* Ex hoc verſu Maſoretæ duos fecerunt. *In atriis*, ad oſtium tabernaculi, ante quod erant atria virorum, & fœminarum. Vel eſt plurale pro ſingulari, per Syllepſin: de atrio ſacerdotum. *In medio*, intra te, ô Hieruſalem, extra quam non licebat ſacrificare: vt doceremur extra Eccleſiam, ſiue Eccleſiæ communionem, ſacrificia à Deo non probari.

*Extra Eccleſiam ſacriſicia Deo non probantur.*

ARGV



## ARGVMENTVM.

*Inuitat omnes Gentes ad Deum collaudandum, ob Chriſtum exhibitum. Rom. 15. ver. 11.*

### Halelu-jah. CXVI. Hebr. 117.

LAudáte Dóminum omnes Gentes: laudáte eum omnes pópuli.
2 Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.

*Halelu-jah*, claudit ſuperiorem Pſalmum, ſecundum Maſoretas, vt hic ſit ἀνεπίγραφος. Secundum Septuagin. hunc incipit, pro inſcriptione. Et certè nihil eius argumento lætius annunciari potuit.

1 *Laudate Dominum omnes Gentes.* De beneficiis Meſſiæ Pſalmum intelligi etiam Hebræi confitentur, vt R. Dauid, inter quæ maximum, Gentium vocatio, vt ex ſola miſericordia illæ Deum honorent: Iudæi autem ex promiſſionibus. *Gentes*, Pagani. *Populi*, Iudæi. Euthymius. Et certè vtriſque diuerſa verba attribuuntur. Gentes הללו *Halelu*, lætè & hilariter colite, celebrate Dominum. Populi, שבחו *Sabbehu*, laudate ſimpliciter, mitigate. Quaſi maior fuerit Eccleſiæ è Gentibus potiſſimùm collectæ lætandi occaſio, quàm Synagogæ, ob copioſiorem gratiam, & minorem ſalutis ſpem. Poſſint etiam Gentiles populorum vocabulo affici, vt idem dicat vtroque membro, per Epexegeſin.

2 *Quoniam confirmata eſt.* Ex Græco ἐκραταιώθη, & ex Hebræo גבר *gabar*, id eſt, roborata, ſiue multiplicata eſt, inualuit (vt nõ poſſit à credentibus eripi) ipſius erga nos miſericordia, quæ in vos, ô Gentes, redundabit: nempè humani generis per Chriſtũ redemptio, & cum Deo reconciliatio. *Veritas*, fides, promiſſorum conſtãtia: quaſi dicat, Gentes de miſericordia, Iudæi de veritate Deum laudent. Nam miſericordia dicitur, quãdo nulla intercedit promiſſio: veritas, quando præſtantur promiſſa. Gentes ergo pro miſericordia glorificent Deum,

quòd Chriſtum nulla intercedente promiſſione & pa- A
cto ſint conſecutæ: Iudæi autem, quòd ipſis ad confir-
mandas Patrum promiſſiones pro veritate Dei ſit ex-
hibitus. Ita hunc locum tractat Apoſtolus [a].

a *Rom.15.v.8.9.10.*

---

## ARGVMENTVM.

*Gratias agit Eccleſia, quòd poſt tot rerum diſcrimina, ſalutem, & Chriſtum ſit conſecuta. Matth.21.ver.9.& 42. Act.4.ver.11.1.Petr.2.v.7.*

### Halelu-jah. CXVII. Hebr. 118. B

CONfitémini Dómino, quóniam bo-
nus: quóniam in ſæculum miſeri-
córdia eius.
2 Dicat nunc Iſrael quóniam bo-
nus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.
3 Dicat nunc domus Aaron: quóniam in
ſæculum miſericórdia eius. C
4 Dicant nunc omnes, qui timent Dómi-
num: quóniam in ſæculum miſericordia eius.
5 De tribulatióne inuocâui Dóminum: &
exaudîuit me in latitúdine Dóminus.
6 Dóminus mihi adiûtor: non timêbo quid
fáciat mihi homo.
7 Dóminus mihi adiûtor: & ego deſpiciam
inimîcos meos.
8 Bonum eſt confídere in Dómino: quàm D
confídere in hómine.
9 Bonum eſt ſperâre in Dómino: quàm ſpe-
râre in princípibus.
10 Omnes gentes circuiêrunt me: & in nó-
mine Dómini, quia vltus ſum in eos.
11 Circundántes circundedêrunt me: & in
nómine Dómini, quia vltus ſum in eos.





A 12 Circundedêrunt me ſicut apes, & exar-
ſêrunt ſicut ignis in ſpinis: & in nómine Dó-
mini, quia vltus ſum in eos.
13 Impûlſus, euêrſus ſum, vt cáderem: &
Dóminus ſuſcêpit me.
14 Fortitûdo mea, & laus mea, Dóminus: &
factus eſt mihi in ſalûtem.
15 Vox exultatiônis & ſalûtis: in taberná-
culis iuſtôrum.
B 16 Déxtera Dómini fecit virtûtem, déxtera
Dómini exaltâuit me: déxtera Dómini fecit
virtûtem.
17 Non móriar, ſed viuam: & narrâbo ópe-
ra Dómini.
18 Caſtîgans caſtigâuit me Dóminus: &
morti non trádidit me.
19 Aperîte mihi portas iuſtitiæ, ingrêſſus in
C eas confitêbor Dómino: hæc porta Dómini,
iuſti intrâbunt in eam.
20 Confitêbor tibi, quóniam exaudîſti me:
& factus es mihi in ſalûtem.
21 Lápidem, quem reprobauêrunt ædificân-
tes: hic factus eſt in caput ánguli.
22 A Dómino factum eſt iſtud: & eſt mirá-
bile in óculis noſtris.
23 Hæc eſt dies, quam fecit Dóminus: exul-
D têmus, & lætêmur in ea.
24 O Dómine ſaluum me fac, ô Dómine
benè proſperâre: benedictus, qui venit in
nómine Dómini.
25 Benedíximus vobis de domo Dómini:
Deus Dóminus, & illûxit nobis.
26 Conſtitúite diem ſolênnem in condên-
ſis: vſque ad cornu altâris.

27 Deus meus es tu, & confitêbor tibi: A
Deus meus es tu,& exaltâbo te.
28 Confitêbor tibi, quoniam exaudîſti me:
& factus es mihi in ſalútem.
29 Confitémini Dómino, quóniam bonus:
quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

---

*Alleluia*[1], Etiam hæc inſcriptio eſt clauſula ſuperioris B apud Maſoretas.

1 *Confitemini Domino, quoniam bonus*, benignus, beneficus. Dat enim, & remittit.

2 *Dicat nunc*, hoc gratiæ tempore, vel confeſſionis, & publici conuentus. Poſſit eſſe particula exhortandi, &,blandiendi. Obſecro נא *Na*, vtrumque. Sic infrà [a]. *Iſrael*, de Laicorum ordine & politico. *Quoniam*, quòd. Iam enim eſt continuatiua particula, vt & verſibus iiſdem, non cauſalis. Contrà, primo verſu cauſalis, non continuatiua. C

a *Ver.3.& 4.*

3 *Dicat nunc Domus Aaron*, familia ſacerdotalis. Ea autem complectitur reliquos Leuitas & Cleric ..

4 *Dicant nunc qui timent*, De Gentilibus eſſe ad religionem cõuertentibus exponunt, quos גרים *Gherim* ſiue Proſelitos appellant. Fortaſſè etiam reſpexit ad Eccleſiam è Gentibus per Chriſtum colligendam.

5 *De tribulatione inuocaui*, Narratio incipit calamitatum, è quibus ereptus ſit. *In latitudine*, latè & amplè: largiter & copioſè. Multa & ampla benignitate. Vel, cum latitudine (mea) cum lætitia mea magna & voluptate, cum ſecuritate, exaudiuit me, vt ſuprà [b]. Antitheſis ad tribulationem, ſiue anguſtiam primi membri, in latum & ſpacioſum, ad quietem & ſecuritatem, in latum libertatis locum. Opponit latitudinem tribulationi, ſiue anguſtiæ. q.d. Exaudiuit me, & poſuit me in locum latum & amplum, vt liberè, & citra vllum metum poſſem ſpaciari in tuto: ex anguſtiis in latum, & amœnum campum eduxit. Me hilariter eſt conſolatus, per Metalepſin. D

b *Pſa.4.v.2.*

6 *Dominus mihi adiutor*. Vocem *adiutor*, addiderunt ad perſpicuitatem. Ad verbũ, Mihi (eſt), meus (eſt.) Nam ל inſeruit



A inſeruit poſſeſſionibus. Non tam rectè aliqui *pro me*, vel *mecum*. Nam huius literulæ non ea ſolet eſſe vis. *Non timebo*, metu nimium deiiciente, & ſpem omnem excludente. Alioqui quidam eſt metus in conſtantem virum cadens, de quo illud *ab altitudine diei timebo* [a], *Quid*, quicquid faciat mihi mortalis, & infirma creatura.

a *Pſalm. 55. verſ. 4. Prou.23.v.11. 12. & Eccl. 1. ver. 14. & alibi ſæpe.*

7 *Dominus mihi adiutor*. Ad verbũ בעזרי *behozrai*. i. in auxiliantibus me, id eſt, inter, vel cum. *Deſpiciam*, aſpiciam in inimicis meis (malum, vel interitum) propriè.

B 8 *Bonum eſt confidere in Domino*, magis ſup. i. melius. Alteram enim comparationis particulam omittere ſolet, Sic ſequenti verſu. Sic alibi [b]. *Quàm in homine*, quia mutatur aut fortuna, aut voluntas, aut vita. Cuiuſmodi mutatio in Deum non cadit.

b *2. Cor.14. & Matt.18.v. 8. 9.*

9 *In principibus*, In beneficis propriè נדיבים *Nedibim*, appellantur principes q. benefici, munifici, quòd tales ſint, aut eſſe debeant, non auari, non illiberales, non exactores, & ſordidi. Quò reſpexit Chriſtus [c], *Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici* (ἐυεργέται) *vocantur*. q. C d. Satius eſt ſperare in Domino, quàm in principibus, iiſque beneficis, & liberalibus. Ne quidem in principibus beneficentia & largitate illuſtribus ſpes collocanda eſt. Ratio affertur infrà [d], vbi & hîc verſus repetitur. In Deum confidentia certa & tuta: In cuiuſuis conditionis & indolis homines, vana & fallax,

c *Luc.22.v. 25.*

d *Pſal. 145. verſ.3.& 4.*

10 *Omnes gentes circuierunt me*, A ſuo exemplo id probat. *Circuierunt*, obſederunt, vndique oppugnarunt. Eodem ſenſu ſequentibus verſibus [e]. *Circundederunt*. D *Et*, Aduerſatiua particula. At nomine Domini, virtute, auxilio (factum eſt) vt eas vlciſcerer, pœnas de eis ſumerem, & ex Hebræo אמילם *ámilam*. i. excinderem, ſiue perimerem. *Quia*, vacat Latinè. Sic alibi ſæpè expletiua eſt particula. Ex quo prætermittitur in Pſalterio Romano, & Græcis multis exemplaribus. Vel potius oratio eſt ecliptica (eſt, factum eſt.) Alij duriùs, ſubaudiunt, Dixi, cogitaui, ſperaui, vel quid ſimile: vt Chald. *In nomine verbi Domini confido, quòd perimam eas.* Alij, *In nomine Domini*, idem eſſe putant quod, *Benedictum* (ſit) *nomen Domini*: vt ſit gratiarum actionis formula. Et id rurſum durius. Nam ſententia plana per

e *11. & 12.*

nudam Eclipſin verbi Subſtantiui paſſim obuiam. At in A
nomine Domini ( eſt ) quia vltus ſum eos. At virtute
Domini (effectum eſt) quòd hoſtes meos ſim vltus. Sic
duobus ſequentibus verſibus. Ter enim idem hemiſti-
*S. Trinitatis opera ſunt inſeparabilia* chium intercalat, quòd Sanctiſſimæ Triadis opera ſint
inſeparabilia, idémque præſtent.
11 *Circundantes circundederunt me.* Obſederunt, in ma-
lum. Sic ſeq. verſ. *Vltus ſum*, excidit, vt ſuperiore verſu.
12 *Circundederunt me ſicut apes*, apum more cum acu-
leis aliquos obſidentium, circumuolantium, & furioſè
impetentium. Alij ſimile referunt ad hoſtium turbam
& multitudinem, non ad furibundũ impetum. *Et exar-* B
*ſerunt.* In me vehementer inflammati ſunt, & ſæuierũt,
vt ſolet ignis ſpinas comburens. Spinarum ignis, vt &
ſarmentorum, eſt acerrimus, etſi breuiſſimus. Item ma-
gnum fragorem edit, & vicina quæque abſumpturus
videtur. דועכו *Dohachú*, in Pual, *extincti ſunt*, pro-
priè: ſed hîc in contraria ſignificatione, *Exarſerunt*, vt
pleríſque verbis accidit è Kal & Niphal tranſeuntibus
in Piel & Pual. Hoc enim eſt ſimplicius, Maſoreticæ
diſtinctioni, ſiue Athnath accõmodatius, duobus pro-
ximis verſibus congruentius, in quibus Antitheſis cœ- C
pit in poſteriore hemiſtichio, quàm ſi priore ſignifica-
tu exponas, quicquid nouitatis ſpiritu recentiores ſen-
tiant. Obſederunt me more apum. At celeriter extincti
ſunt, ſicut ſpinarum ignis, atque in nomine Domini
excîdi ſiue vltus ſum eos. Noſtris aſſentitur Chaldæus,
vertens דליקון *delakun*, ardent, & R. Selomo, docens
hoc verbum ſignificare propriè inſilire, & transferri de
loco in locum, de flamma in flammam.
13 *Impulſus, euerſus ſum, vt caderem*, ab inimicis ea de
cauſa emotus ſum, vt caderem, vt proſternerer. In He-
bræo eſt Apoſtrophe ad hoſtem, qui populum Domini D
acerrimè oppugnat. Impellendo impuliſti me (ô hoſtis)
ad cadendum. Vel ad peccatum. O peccatum, deieciſti
me, &c. E Chaldæo, *Impulſione* (inquit) *impulit me pec-
catum, vt caderem, ſed Verbum Domini adiuuit me.* ( Semi-
na & λόγε ſolet inſpergere. ) *Et*, At, verùm Dominus
ſuccurrit mihi, adiuuit me ſuo præſidio.
14 *Fortitudo & laus mea*, cantus, muſica mea, propriè.
*In ſalutem*, mihi fuit ſaluti. Repetitur hic verſus è
a *Exo. 15. v. 3.* triumphali Moſis cantico [a].

15 *Vox*



A 15 *Vox exultationis*, iubilationis, cantus, vociferatio-
nis. *Salutis*, vox gratiarum actionis pro vita & ſalute
conſeruata in tabernaculis iuſtorum (auditur.) Iuſti in
ſuis tabernaculis voce iubilante, & gratias agẽte, plau-
ſu & fauſtis clamoribus pro ſalute, & liberatione iſta, a *Exo. 15. v. 6.*
quæ ſequuntur, & qualia Moſes [a] in ſuo Epinicio, per-
ſonant. *Salutis*, partæ victoriæ.
16 *Dextera Domini fecit virtutem*, potentia Domini,
non humanæ vires. Hæc eſt vox Epinicij, quam audiri
dixit in tabernaculis iuſtorum, per Mimeſim triũ ver-
ſuum. *Virtutem*, fortitudinem, fortia. Sic in ſequenti he-
B miſtichio, quod aliqui reſtringũt ad inſignem de mor-
te & Satana victoriam. *Exaltauit me. Me* addiderunt
Septuag. vt Eclipſim contextus ſupplerent. רוממה
*rumemah* enim eſt Piel Merubbá, vt nihil ſit neceſſe re-
legare nos ad nomina Toar, vertereque, Dextera Do-
mini excelſa. Quòd ab hoſtibus ſeruatus ſit, & vitam
retinuerit Deo ägit gratias. Tertiò dexteram Dei cele-
brat, per Anaphoram, propter Sanctiſſimam Trinita-
tem: vel ſecundum recentiores, ob animi affectum pau-
lö ardentiorem. Vbi per *Dexteram* aliqui Chriſti huma-
C nitatem intelligunt, quòd illa ſit Dei organum, ſicuti
dextera humani corporis.
17 *Non moriar ſed viuam*, rectè, nã כי *chi*, pro כיאם
*chiim* ſimplex pro compoſito poëticè, vt ſuprà [b]. Non b *Pſ. 113. v. 5.*
moriar, vt verebar, præ, malorũ mole ſed adhuc viuã, &
facta Domini celebrabo, quibus me potenter, á mor-
te eripuit. Quod refert ad reſurrectionem Euthymius:
alij ad effectum Euangelij, *Qui credit in me, nõ morietur,*
*ſed viuet in æternum* [c]. Verùm hæc ſunt myſtica. c *Ioa. 6. v. 47.*
18 *Caſtigans caſtigauit me*, non in perniciem. Correxit
D me paternum in modum, non hoſtilem, vt qui me di-
ligat, nec velit perdere, Vnde יסר *Iaſar*, qua voce vti-
tur, eſt flagellare, virgis cædere, apud Rabbinos, vt pa-
tres & præceptores ſolent pueros. *Et*. At aduerſatiua
particula. Atque hîc finit Mimeſis. Nam de ea eſt etiam
hic verſus.
19 *Aperite portas iuſtitiæ.* Apoſtrophe ad ſacerdotes &
ædituos, vt ſibi aperiant portas templi & Eccleſiæ, quò
publicè & ſolenniter Domino agat gratias pro vita &
ſalute cõſeruata ipſius beneficio. *Iuſtitiæ*. Iuſtificationis.

intra

intra quas homines iuſtificari ſolent. Portas templi A
(Allegoricè cęli) appellat portas iuſtitię & virtutis, quo-
niam intra eas Deus homines iuſtificat, ob rem diuinã,
quæ illic fit, Sacramẽtorum, & verbi Dei miniſterium.
Item quoniam per eas iuſti ingrediuntur ad laudan-
dum, & celebrandum Deum, excluſis cæteris. Vnde adi-
tu templi in Eccleſia benè ordinata pœnitentes, lapſi,
energumeni, profani denique prohibentur, ad id
a *Mal.1.v.10.* inſtituto Oſtiariorum officio & gradu[a]. Illic enim di-
*Apoc.22.v.15.* citur, *Canes foras.* Proſper. Et ſic mox mutato numero,
*Hæc porta Domini* (eſt) per quam iuſti intrabunt, id eſt, B
intrarę ſolent. *Porta Domini*, porta templi Domini (eſt.)
Metonym. *Iuſti*, Epithetum fidelium, qui ſunt per fidem,
& fidei myſteria iuſtificati, Circumciſionẽ olim, Baptiſ-
mum hodie. Hi in eam *intrabunt*, id eſt, intrant, vel in-
trare ſolent, & debent. Futura in rebus ſolitis & debi-
tis. Quin & ingreſſus templorum patere non debet
impuris.

20 *Confitebor tibi Domine.* Summa precis in Eccleſia
habendæ. *Confitebor tibi*, gratias agam tibi, quòd me in
meis malis & calamitatibus exaudieris, & ſalutem at-
tuleris. C

b *C.14.v.24.* 21 *Lapidem quem.* Anaſtrophe. Cuiuſmodi locutiones
reperias apud Ioannem vt b: *Sermonem quem audiuiſtis
non eſt meus.* Quos contra Vallam nimium ſyllabarum
aucupem ſequitur Virgilius, *Vrbem, quam ſtatuo, veſtra
eſt*, & Plautus in Amphytrione, *Naucratem, quem conue-*
c *4. ad Herẽ-* *nire volui, in naui non erat*: & Cicero ipſe[c], teſte ipſomet
*nium.* Valla: & Terentius, *Eunuchũ, quem dediſti nobis, quas tur-
bas dedit.* Vbi Donatus: eſt caſus (ait) pro caſu. Qui lo-
quendi modus frequens eſt apud Græcos, vt ſcilicet cõ-
d *1.Cor. 3. v.* ſtruant antecedens, cum Relatiuo. Quem lapidẽ (Chri-
*ve.9. Eſa.28.* ſtum Metaphoricè) reprobauerunt, & reiecerunt ædifi- D
*v.16.* cãtes (Iudæi, præſertim ſacerdotes, & Phariſæi, ſtructo-
e *Matt. 21. v.* res Eccleſiæ veteris propter munus docendi eã, & gu-
*41. Marc. 12.* bernandi) hic factus eſt lapis angularis illius Eccleſia-
*v.10. Luc. 20.* ſtici ædificij. Improbatus enim Chriſtus, reiectus, &
*ver.17. Act.4.* expulſus, quaſi lapis inutilis, & nulli rei aptus. Rex ta-
*v.11. Rom. 9.* men euaſit, & velut lapis angularis excelluit. Eccleſiã
*v.33. 1. Pet.2.* comparari ædificio non eſt nouum[d]. De hoc loco vi-
*verſ.7.* de Matthæum, Marcum & cæteros[e]. *In caput anguli*, in
f *Eſ.28.v.16.* potiorem ac digniorem ædificij locum. Appellatur f.

*Lapis*



A *Lapis angularis*, vt qui totum ædificium Eccleſiæ ſuſti-
neat, & duos parietes, id eſt, Iudæos & Gentiles in vnũ
angulum, id eſt, in vnum corpus Eccleſiæ; cuius ipſe
eſt caput, coagmentauerit[a]. Sic enim lapis angularis a *Eph.2.v.14*
non locum dumtaxat ſuum implet, verùm etiam duos
parietes connectit & continet. Vaticinium de Chriſto
paſſo, & capite Eccleſiæ poſt reſurrectionem affecto.
Chal. de Dauide, qui primùm reiectus, deinde factus
rex populi.

22 *A Domino factum eſt iſtud*, Salus hæc nobis admiran-
B da, à Deo facta eſt. Solum Deum habet auctorẽ & cau-
ſam. Humana vi contingere non potuit, hominem à
principibus, tamquam impium & peſtiferum, in crucẽ
ſublatum, paulò pòſt pro ſalutari Deo omnibus terra-
rum finibus coli, regnúmque illius eò magis longè la-
téque propagari, quò vehementiùs oppugnaretur. Vel
iuxta Chryſoſtomum. *Iſtud*, iſta conciliatio diuerſarum
nationum in vnum Eccleſiæ corpus, non facta eſt hu-
mana ope.

23 *Hæc eſt dies quam fecit Dominus*, qua videlicet lapis
C Chriſtus factus eſt in caput anguli. Quod exponunt de
die reſurrectionis, exaltationis, & glorificationis Domi-
ni. Vel, de tempore nouæ legis, tempore gratię, tempo-
re acceptabili, die ſalutis[b]. Vel de die redemptionis b *Eſa.49.v.8*
noſtræ, & ſalutis per Chriſtum partæ. Nulli enim alij *& 2. Cor. 6.*
dies vnquã tam læti, pulchri, & ſalutares humano ge- *verſ.2.*
neri illuxerunt. Tum enim tyrannis Diaboli triſtiſſima
euerſa eſt, peccatũ ſublatum, mortis aculeus extinctus,
lacrymæ miſerorum abſterſæ, iuſtitia, gloria, vitáque
ſempiterna in vniuerſum mundũ introducta. Arnobius
de die Dominica. Hi omnes dies ſunt gaudij tempora.

D 24 *O Domine ſaluũ me fac.* Vel, Obſecro Domine. אנא
*Anna*, particula etiam eſt obſecrantis. *Saluum me fac.* *Mat, 21.v.9.*
Pronomẽ *Me*, nec habetur in Hebręo, nec in Gallicano
Pſalterio: idque fortaſſe aptiùs. Hæc enim eſt vox po-
puli in Euangelio pro ſalute regis Meſſiæ, *Hoſanna filio
Dauid*, id eſt, Saluum fac filium Dauidis (Nam verbum
Saluandi ferè conſtruitur in hac lingua cum datiuo.
*Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis*,
id eſt, Saluum fac, inquam, ô Domine, qui es in excel-
ſis, quíque in cælis habitas. Sic hoc loco, ô Domine, ſal-
uum fac (lapidem hunc reprobatum .i. Chriſtum) bene

cum

eum proſpera, ne occumbat contra hoſtes ſuos & no- A
ſtros. Benedictus & fœlix (ſit) ille, qui quidẽ venit Dei
nomine. Precatur enim populus Deum, vt hunc regem
& ciuitatem conſeruet, regnúmque fortunet. Retineri
interim poteſt hoc pronomen. Nam nõ aliené D. Hie-
ronymus, Euſebius, Theophylactus putant *Filio Dauid*,
illic conſtrui cum verbo *Dicentes*, *Dicentes Hoſanna*, *filio*
*Dauid*, hoc ſenſu: Dicebant populares filio Dauid Chri-
ſto, Hoſanna. i. Salua obſecro (nos ô Chriſte, ô rex.)
*Saluum fac*, Hebraicè הושיעה נא *Hoſha nà*. Salua
obſecro, quod poſtea cõtractè dicitur, הושענה *Ho-* B
*ſanná* : on tantùm ritu Syriaco, verùm etiam Biblico.
Sic enim contracta hæc vox propter gutturalem repe-
a *Ier. 31. v. 7.* ritur apud Ieremiam [a], & ſuprà [b], ne quis cenſeat cum
b *Pſal. 86.* imperitis & impudentibus iſtis Caluino & Beza lite-
*(iuxta He-* ram Euangelij eſſe corruptam. *Si me* ſubaudias. O Do-
*bræorum cal-* mine, me populũ tuũ libera de captiuitate, perfice ſalu-
*culum) ver. 2.* tẽ humani generis tãdiu à patribus expetitã. *Proſpera-*
*re*. Actiuè, Proſpera Chriſtum, da proſperitatẽ. Deponẽs
actiuum, vt Græco εὐόδωσον & Hebraico הצליחה נא
*Hatſliha na* reſpondeat. Benè nunc proſpera, benè fortu- C
na, ô Domine, hunc lapidem Chriſtum, vel me. *Benedi-*
*ctus*, fœlix ſit, benè ei ſit. Vel, collaudatus, celebratus:
vtrumque enim importat. Incommodè alij putant eſſe
verba ſacerdotum excipientium regem & populũ in-
tra fores templi. *Qui venit*, præſenti tempore, הבא
*Habbà*. Hé enim haiediá, propriè cum participiis. *In*
*nomine*, mandato, & potentia Dei ad tollendum hoſtes
noſtros, peccatum, mortem, Diabolum, eius denique
opera.

25 *Benediximus vobis de domo*. A Deo, vel Chriſto popu- D
lus, ſiue Pſalmographus perſona populi ſe conuertit ad
Apoſtolos, & diſcipulos Domini. Fœlicitatẽ optamus,
benè precamur vobis, qui eſtis *de domo Domini*, qui
eſtis eius domeſtici, vos laudamus. *Benedicere alicui*,
collaudare aliquem, fœlicitatem ei optare, bene preca-
ri, quando enũciatur de rebus creatis. Et ſic apud Plau-
c *In Milite* tum [c] *Benè quæſo dicatis mihi inter vos & mihi abſenti ta-*
*Act. 4. Sce. 8.* *men*, id eſt, bene precamini. Cui contrarium, *Maledicere*,
d *Act. 3. ſce. 3.* id eſt, malè precari, apud eundem in Pœnulo [d]. Deus
*& Rudent.* autem benedicit alicui alio ſenſu, id eſt, fauet, benefi-
*Act. 3. ſcen. 2.* cium confert, proſperitatem, & fœlicitatem immittit,
Si verba



A Si verba populi continuentur ad Dominum, Benedici-
mus vobis (Chriſto, & Deo Patri) ex hoc templo: vel,
Nos qui ſumus de domo Domini, eius domeſtici. Nam
Deus (eſt) Dominus, & illuxit nobis, apparuit nobis,
nóſque illuſtrauit ſuo aduẽtu, miraculis, doctrina, gra-
tia, beneficentia, & maieſtate. Vnde apud Apoſtolos ad-
uentus Domini ἐπιφάνεια. Rabbini putant eſſe verba ſa-
cerdotum ad populum ſe ad templi oſtia offerentem.
Sic ferè Noſtri reſponſum ad populum [a], dicentem, a *Verſ. 19.*
*aperite mihi portas*, Sacerdotum enim eſt populo benedi- b *Nu. 6. v. 23.*
B cere [b]. Nos qui ſumus de domo, ſiue intra domum
Domini, benedicimus vobis, Deum ſuper vos inuoca-
mus, &c. *Deus Dominus*, eſt ſupp. Vel, *Vau* ſiue *Et* redun-
dat, tantùm conuertens futurum in præteritum. Niſi c *Pſa. 89. v. 4.*
malis ſumi pro *Qui*, vel *quia*, vt ſuprà [c]. Benedicimus
vobis de domo Domini, qui Dominus Deus illuxit
nobis hoc ſuo claro aduentu.

26 *Conſtituite diem ſolennẽ*. Formula præconij, qua pro-
mulgabant populo futurum poſtridie feſtum. Abben
Ezra [d], vt ſe ad ſacrificia offerenda præpararent. Nam d *Exod. 32.*
vt illo Exodi loco clamauit Aaron & dixit, [e] *Feſtum Do-* e *Exo. 32. v. 5.*
C *mino cras*, ſic hîc, *ligate feſtum*, (feſti victimam) funibus,
id eſt, eam præparate in craſtinum, de ea hodie vobis
prouidete. Sed Septuag. ſequuntur dumtaxat ſenten-
tiam, & alluſionem vmbræ ad veritatis lucem vertunt,
quòd in Euangelio victimæ illæ cruentæ eſſent puro,
& incruento cultui ceſſuræ. *Diem ſolennem*, feſtum pro-
priè. *In condenſis*, frondium & ramorum, in ramoſis, in
frondoſis, ramis denſis, & perplexis. Die tam læto &
fauſto redimite atria templi, imò verò totam vrbem
& loca, quæ ipſe vectus aſina pertranſibit, vſque ad
D templum ipſum, atque adeò vſque ad templi interiora,
nempè cornu altaris; frondibus & corollis, iuxta mo-
rem feſti tabernaculorum ornate vrbem & templũm,
vt feſtiuitas ſit celebrior, & magnificentior. Impletum
Chriſti in Hieruſalem ingreſſu [f]. Alluditur ad feſtum f *Mat. 21. v. 8.*
Scenophegiæ, ſiue Tabernaculorum [g], in quo etiam *& Ioan. 12.*
Iudæi Hoſanna canebant. Noſtri, in frequentibus *ver. 13.*
& denſis turbis, in magna multitudine ad ſacra ſolen- g *Leuit. 23. v.*
nia conuenientium. Gallicè *en grand preſſe*. Vnde Pſalte- *40. 41.*
rium Romanũ & Auguſtinus legũt, *in frequentationibus*.
Rabbini

Rabbini Metonymicè exponunt, *Alligate feſtum*, id eſt, A
feſti hoſtias condenſis funibus conſtituite victimas ramoſis chordis, denſiſque frondibus veſtitas, ad vſque altaris angulos, vt Domino mactentur. Sic Chaldæus: *Alligate agnum ad ſacrificium ſolenne*. Nam טליא *Talia* in eo non puerum ſignificat, ſed agnum, vt טלא *Talé* Hebræis. Hoc dicendi genere inuitat ad colendum Dominum ſolenniter, externo etiam apparatu, ſacrificiis, honoribus, propter ſalutem, & beneficia. עבות *haboth* implexum & condenſatum ſignificat, & plerumque dicitur de foliis ramiſque perplexis [a], aliquando B
de funibus intricatis [b]. *Ad cornu altaris*, colligunt aliqui ſacerdotem ipſum victimam in atrium adductam primum alligaſſe ad cornu altaris, deinde ſolutam in atrij certa parte mactaſſe. Erant autem altaris cornua propriè non altaris anguli, ſed quædam capitella in modum cornuum in altum porrecta in ipſius altaris angulis ex ipſiuſmet altaris materie proiecta, ſiue ad decorum, ſiue ad myſterium. Nam ſacerdos precans, illis innitebatur, vel manus ſuper illa extendebat, aliquando etiam ſanguine victimarũ inungebat, purificabátque, vt indicatur in Exodo [c].

a *vt Leui. 23. v. 40.*
b *Iud. 15. v. 13.*
c *Exod. 30. verſ. 3.*

27 *Deus meus es tu*, Dicendo ſupple. Nam populo Domini præſcribitur inuocãdi, & gratias agendi formula. C

28 *Confitebor tibi Domine*, Et ſi hîc verſus non habeatur in Hebræo, non tamen incommodè repetitur è ſuperiore verſu [d], vt gratiarum actio ſit ardentior. Beneficium enim aduentus Chriſti non ſatis poteſt recoli, nec memoria eius celebrari.

d *Ver. 20. ſuprà.*

29 *Confitemini Domino*. Repetit proœmiũ pro Epilogo.

ARGVMENTVM.

*Domini legem, verbum & præcepta laudat, quorum amantiſſimum & ſtudioſiſſimũ ſe conſeruari optat, ac precatur 22. Octonariis. Inſignis contra Pelagianos.* D

Hallelu-jah. CXVIII. Hebr. 111.

אלף ALEPH. id eſt, *Doctrina*,

Euſeb. lib. 10. Preepar. Hier. ad Paulã Vrbicam.

Beâti



A Beâti immaculâti in via: qui ámbulant in lege Dómini.
2 Beâti, qui ſcrutântur teſtimónia eius: in toto corde exquirũt eũ.
3 Non enim qui operântur iniquitâtem: in viis eius ambulauêrunt.
4 Tu mãdâſti: mandata tua cuſtodiri nimis.
5 Vtinam dirigântur viæ meæ: ad cuſtodiêndas iuſtificatiônes tuas.
B 6 Tunc non confũndar: cùm perſpéxero in ómnibus mandâtis tuis.
7 Confitêbor tibi in directiône cordis: in eo, quòd dídici iudícia iuſtítiæ tuæ.
8 Iuſtificatiônes tuas cuſtódiam: non me derelînquas vſquequâque.

C *Halelu-iah*. Hæc inſcriptio in Hebræo deſideratur, ſed apponitur, propter lætitię argumentum, ne Pſalmus eſſet anepigraphus.

1 *Beati immaculati in via*, Scribitur ordine literarum, quæ ſingulæ ſingulorũ octonariorum verſus inchoant: vt intelligamus elementa litteraria ad pietatem eſſe conferenda. Quare Alphabetarium Poëma appellatur à Sixto Senenſi [a], vt Dauidis alij Pſalmi ſex, Metropædia Lamuëlis regis [b]. & Threni Ieremiæ, quæ proinde D. Hieronymus, & veteres alii non fruſtrà, nec ſine ingentibus myſteriis, & Eccleſiæ ſacramentis in D
hanc literarum ſeriem digeſta exiſtimant. Sed ea nunc non perſequor. Illo autem artificio Iacobus Furnius Genuenſis Iuriſconſultus hunc Pſalmum tranſtulit Græco & Latino carmine, nempè vt Græci, & Latini Octonarij ad ſimilitudinem Hebraicorum verſuum ab eadem litera Græcè & Latinè incipiant. Genus Acroſtichis ob argumenti excellentiam, & magnitudinem. Synonymas autem vſurpat, etſi Hilarius neget, pro diuina lege & ſapientia hæc vtroque numero, Legem,

a *lib. 4. Bibliothec.c.*
b *Prou. 31. Pſalmi Alphebetarij & alia in Scriptura huiuſmodi plurima.*

DDd

Mandata, Statuta, Viam, Iudicia, Teſtimonium, Præcepta, Iuſtitiam. Aequitatem, Iuſtificationes, Sermones, Verbum, Eloquium, Veritatem. Nam vel non differunt, vel cùm re idem ſint, eandémque Dei legem & doctrinam ſignificent, ratione & notatione dumtaxat diſtinguuntur, quatenus legis diuinæ qualitates, notæ, perfectiones, proprietates variæ ſunt, ac multiplices. Quas in Commentariis R. Dauid explicat, & è noſtris Iuſtinus Martyr [a], Origenes [b]. Hæc ſunt prænoſcenda, ne in horum vocabulorum notione hæreamus in ſingulis verſibus, qui vnum iſtorum ſemper habent, interdum duo & tria, ad copiam dumtaxat & Epexegeſin, præter verſum 122. Nec eſt prætereundum, propter eos qui Patres deſpiciunt, Abben Ezram docere, Dei eá præcepta appellari teſtimonia, quæ teſtimonium habent à Patribus, tamquam teſtibus oculatis, vel auritis: ſuntque lex per Cabbalam, ſiue traditionem accepta ſine ſcripto. Quod repetit verſ. 31. Auctor, etſi aliqui dubitent, eſt Dauid, ſiue quia eſt anepigraphus, ſiue potius, quia proximus habens epigraphen, prætulit Dauidis nomen, nempè centeſimus nonus.

A

a *q.92.ad Orthodoxos.*

b *homil.11.in Numeros.*

B

1 *Beati immaculati.* תמימים *Temimim*, ſunt propriè integri, ſinceri, perfecti, ſimplici corde & candido, quando Tau eſt radicale. Quando autem eſt ſeruile ſignificant immaculatos. Sic enim cum noſtris Septuaginta veteres Hebræi hanc vocem ſolent interpretari. Hinc R. Selomo [c]. *Agnus* תמים *Tamim vobis erit*, id eſt (inquit) ולא מום *veló Mum* abſque macula. Quod etiam illic ſequitur Abben Ezra: *Beati*, inquit, *qui vitam purè, & integrè ſecundum legem Dei tranſigunt.* Via vitam præſentem hîc ſignificat, niſi malis legem Dei cum Abben Ezra, repetendo *Domini*, per Zeugma, è poſteriore membro. Via Domini, eſt via virtutis, quam Dominus tenendam præcepit. Via etiam pro actione, vt verſ. 5.

C

c *Exo. 12. v. 5.*

D

2 *Beati qui ſcrutantur*, ad ſeruandum. Vnde Hebraïcè נצרי *notſre*, id eſt, cuſtodiunt. *In toto.* (Et) toto corde, per Aſyntheton ſubaudienda eſt particula copulatiua. Tota animi promptitudine. Vt intelligamus beatitudinem hominis poſitam in ſcrutatione quidem, ſed efficaci & actuoſa. *Teſtimonia*, præcepta, quæ de eius voluntate teſtantur.





A

3 *Non enim qui operantur.* Poteſt etiam verti, Et non operantur iniquitatem (&) in viis eius ambulauerunt, q. d. Beati etiam ſunt, qui recedunt à malo, & faciunt bonum. Aliquot alias explanationes affert Kimhi. Sept. ſubaudiunt relatiuum ש, vt ſæpè fit in hac lingua. Quod aliqui in ſecundo membro reponunt. Non enim operantur iniquitatem (qui) in viis eius ambulant. Alij in negatione, vt Abben Ezra. Etiam (qui) non operantur iniqua, in viis eius ambulant. Quaſi qui malis abſtinent, etiamſi nihil boni exequantur, in his numerentur, qui mandatis Dei inſiſtunt. *Beatus*, inquit Eccleſiaſticus, *qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus.*

B

*Eccl. 31. v. 10.*

4 *Cuſtodiri nimis*, cum maxima diligentia & ſollicitudine, vt ſuprà [a]: *Fingis laborem in præcepto.* מאד *Meod*, *Nimis, valdè, vehementer, admodum diligentiſſimè.* Mandaſti per Prophetas, & Doctores, vt præcepta tua ſolidè ſeruarentur, ita vt vel tantilla legis tuæ trãſgreſſio ad pœnam obliget, reúmque hominem cõſtituat [b], פקודים *pekkudim.* mandata, quaſi depoſita in hominũ cordibus.

a *Pſ. 93. v. 20.*

b *Leui. 26. v. 14. 15. Deut. 28. v. 15.*

5 *Vtinam dirigantur*, firmentur, parentur, diſponantur viæ meæ, conſilia & actiones, ſiue mundi negotia & occupationes, vt intelligit Kimhi. Omnem iſtorum vim verbum כון *chon* includit. Optat ſuam vitam ſic inſtitui, & præparari, vt numquam à lege Dei aberret: ſic ſuas occupationes & negotia conſtitui, vt nullum eorum poſſit ipſum auertere à diuinorum mandatorum præſtatione. Tunc omnia ſibi fœliciter ſucceſſura, neque ſecuturum dedecus & ignominiam. *Iuſtificationes*, ſtatuta, propriè, dictata, decreta, iura, vt & infrà [c], quorum obſeruatione haberentur iuſti, vel quæ erant iuſta & æqua. Et ſic deinceps. חקים *Hukkim*, ſtatuta eſſe docet Kimhi quorum rationes ignorentur, vt fit in maxima ceremoniarum, & rituum religionis, & legis parte. Sic legis partem, quæ eſt de religione, interpretari ſolent Septuaginta, vt doceant religionis, & fidei actibus, atque operibus tribuendam eſſe iuſtificationem, non moralibus & politicis. Quod ſic Scholaſtici enunciant: *Opera fidelium bona, eſſe meritoria, non infidelium, quantumuis virtute fuerint illuſtria.*

C

c *Verſ. 8.*

D

*Opera quæ ſint meritoria.*

6 *Cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.* Cùm intẽtus fuero ad ea. Si eis faciendis intenderim, ſi ea diligẽter & ſtudioſè ſeruauerim, tunc non fruſtrabor votis meis:

Nam eſt Præteriti temporis. Abben Ezra ſubtiliùs. Si intellexerim & comprehenderim, cur illa imperaueris. A Nam paucis datum eſt, vt omnium mandatorum Dei teneant rationem, & cauſam. Ad verbum בחביטי *bebabbithi*, id eſt, in aſpicere me (cùm aſpexero ego) ad omnia mandata tua. Aſpicere autẽ ad rem aliquam, eſt rei alicui intendere, ad eam niti diligenter.

7 *Confitebor tibi in directione*, in rectitudine, recto corde, non fucato, laudabo te palàm & publicè, te prædicabo, & tuas laudes. *In eo quòd didici*, gratias agam tibi in rectitudine cordis, mentéque ſincera, quòd didicerim iudicia iuſtitiæ tuæ, id eſt, tuam legẽ iuſtiſſimam, B tua iura æquiſſima, & in quibus præſcribitur, quid rectum & iuſtum. Vel, cùm ea didicero. Nam בלמדי *belamedi*, *In didiciſſe me* vtroque modo reſolui poteſt. *Iudicia*, ſiue משפטים *Miſpatim*, q. d. edicta, ſecundum quæ probi & improbi iudicandi ſunt, vel quæ facienda, vitandáve iudicauit, ac cenſuit Deus.

8 *Non me derelinquas vſquequaque*, vſque nimis, vſque admodum, propriè id eſt, planè, omninò. Precatur, ne gratia auxiliãte ſpolietur, Theodoritus. Alij vt Abben, ne me multùm deſere. Ne me tanta derelictione deſere, C vt ea ſeruare non poſſim. Anonymus exponit, vſque in ſæculum, in omne tempus. Ne me deſere vmquam. Kimhi iungit cum *Cuſtodiam*, vt ſit Hyperbaton: Iura tua cuſtodiam vſquequaque, & diligenter, ne me modò deſeras. Si me non deſerueris, ea in perpetuum ſeruabo. Secundum illud Apoſtoli [a]: *Omnia poſſum in eo, qui me corroborat.* Quamquam huiuſmodi locutiones, *Cuſtodiam ſemper, in æternum* [b] *non obliuiſcar ſermones tuos*, &c. non tam indicant, quid nobis euenturum futurúmque ſit, quaſi prophetando de futuris contingentibus. (Quis D enim donum perſeuerantiæ certò ſibi polliceri poſſit) quàm ſimplex noſtræ piæ voluntatis propoſitum, optatum, deſiderium, quo ſperamus Dei gratia, ac ope nos in actum perducturos, perfecturóſque, quod promittimus. Sic Præterita pium deſiderium præſentis precantium ſtatus ſæpiuſculè. Vide infrà [c] in ſequenti Octonario.

a *Phi. 4. v. 13.*

b *Verſ. 16.*

*Perſeuerãtiæ donum nullus ſibi poteſt promittere.*

c *Verſ. 2.*

בית



A

## בית. BETH, id eſt, *Domus.*

### Euſebius. Hieronymus.

IN quo còrrigit adoleſcéntior viam
ſuam ? in cuſtodiêndo ſermônes
tuos:
10 In toto corde meo exquiſîui B
te: ne repéllas me à mandâtis tuis.
11 In corde meo abſcôndi elóquia tua: vt
non peccem tibi.
12 Benedíctus es Dómine: doce me iuſtificatiônes
tuas.
13 In lábiis meis pronunciâui: ómnia iudícia
oris tui.
14 In via teſtimoniôrum tuôrum delectâtus
C ſum: ſicut in ómnibus diuítiis.
15 In mandâtis tuis exercêbor: & conſiderâbo
vias tuas.
16 In iuſtificatiónibus tuis meditâbor: non
obliuíſcar ſermônes tuos.

---

9 *In quo corrigit*, purgat, purificat, propriè, puram, & rectam reddit naturam ſuã ad malum propenſam. In quo D poterit puras efficere vias ſuas adoleſcens, vt non peccet, & à teneris virtuti, & pietati aſſueſcat? Cui interrogationi reſpõdet per ſubiectionem, vt pars poſterior ſit prioris reſponſio, vt etiam R. Moſe. *In cuſtodiendo*, exequendis mandatis tuis. Si tuos ſermones exequatur & perficiat. *Adoleſcentior.* Hebraïcè נער *nahar*, puer, cuius vita ſolet eſſe diſſoluta, & vanitatibus dedita. Hinc Prouerbium Salomonis [a]: *Stultitia alligata eſt collo pueri.* Quia ergo homo ab infantia ipſa propẽſus eſt ad malũ [b], docet, quo pacto, dum adhuc ætas tenera eſt, &

a *Prouer. 22. v. 15.*

b *Gen. 6. v. 5.*

A flexibilis, mores emendandi ſint, ne ferantur in deterius. Nempè ſi ad normam legis verbíque Dei dirigantur. Hoc enim eſt proprium diuinorum oraculorum. Quod enim eſt equino pullo frænum, & domitor, hoc idem eſt in adoleſcẽtibus Dei ſermo, Theodoritus. Alij putant non hîc eſſe nomen ætatis, ſed conditionis & morum, de eo, qui cupiditatibus ſuis nimium indulget, de quo Eſaïas [a], *puer centum annorum*, & Ariſtoteles [b], *puer moribus, non ætate. Viam ſuam*, vitæ ſuæ inclinationem & propenſionem malam, corruptam ſuam originem. Figmentum [c] Scriptura appellat. *Sermones tuos.* In Hebræo eſt Eclipſis בשמר בדרכב *biſchmor bidreacha*. i. *In cuſtodiendo viam ſuam* ſecundum ſermones tuos. B

a Eſ. 65. v. 20. b . Ethicor. c Gen. 6. v. 5.

10 *In toto corde meo exquiſiui te.* Me totum tibi conſecraui, nec quicquam partitus ſum in rerum humanarũ concupiſcentias, Theodoritus. Hyperbole, vt infrà, *Iudicia tua non ſum oblitus.* Et, *A iudicijs tuis non declinaui.* Quis enim aliquando non declinat à Dei legibus? quis ſepties in die non cadit? Poſſunt hæc eſſe dicta in perſona totius Eccleſiæ, vel perfectorum (cuiuſmodi aliquos in hoc mundo Scriptura agnoſcit, perfectione viæ, non patriæ,) vt quæ ſunt vnius membri, vel totius Eccleſiæ, ea ſibi imputet & aſcribat, per communicationem. In Eccleſia enim omnia ſunt communia. Sic videas Scripturam eodem contextu nunc loqui in perſona perfectorum, nunc imperfectorũ, vt [d]: *Non quòd iam perfectus ſim, &c.* & mox, *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus*, & [e] vt carnalis loquitur: *Non quod volo bonum, hoc ago.* Aliàs vt ſanctus. Sic compunguntur, & alliciuntur imperfecti, qui tantarum virtutum ſibi non ſunt conſcij, vt timeant, aut ſaltem optent illam integritatem, ne mendaces & vani precãdo planè apud Deum inueniantur, & vt tales non ſint actu & re vera, ſint ſaltem deſiderio & voto. Poſſunt etiam eſſe præterita pro præſentibus. Toto corde meo exquiro te. Vt loquatur ſecundum eum ſtatum & animi motionem, qua ſe inter precandum affectum ſentit. *Ne repellas me.* Ne errare me facias, ne errare me ſinas propriè ex Anonymo: falſa doctrina ſcilicet, aut impia vita. C D

Omnes homines peccatores.

d Philip. 3. verſ. 12. e Rom. 7. ver. 19.

11 *In corde meo abſcondi.* Diligenter meditatus ſum, animo volui, altè cogitaui, & repoſui in mente intima.



A ma. Metaph. ab iis, qui res pretioſas in theſauris reconduntur. Ambroſius interpretatur de myſteriis non publicandis. Ezechias enim peccauit, quòd Babyloniis theſauros ſuos oſtentarit [a].

a 4. Reg. 20. ver. 13. 14.

12 *Benedictus es Domine*, beneficus & dignus, qui ab omnibus lauderis, Theodoritus. *Iuſtificationes.* ſtatuta propriè. Sic ſolent חוקות *Hukkoth*, & חוקים *Hukkim*, hoc Pſalmo reddere, ad vitandam ambiguitatem, ne quis ſcilicet intelligat decreta & rationes, quibus Deus regit mundum, & prouidet, cùm Abben Ezra. Nam hîc ſtatuta deſignant Dei præcepta, quorum B legitima obſeruatione iuſtificamur, nempè quando id fit, non tantùm ſecundum ſubſtantiam operis, verùm & ſecundum legiſlatoris Dei mentem, ac conſilium. Tum enim iuſtificant, id eſt, non ſolùm nutriunt primam iuſtitiam, quæ merè eſt gratuita, verùm etiam augent. Iuxta illud [b]: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Et, *Vis ad vitam ingredi? ſerua mandata* [c]. Hæc enim dicuntur de ſecunda iuſtificatione, quæ gratiæ opus eſt, ſimul ac operum.

Opera quomodo iuſtificent.

b Apocal. 22. verſ. 11. c Matt. 19. ver. 17.

13 *In labijs. In*, vacat Latinè. Labiis meis *pronunciaui*, id eſt, protuli apud populum, ore meo annunciaui, & C docui iudicia tua homines mei ſæculi. Abben Ezra. Hinc Hebraicè ספרתי *ſipparthi*. i. narraui. *Oris tui*, quæ per Prophetas & Apoſtolos es locutus, qui ſunt veluti os tuum. Hilarius.

14 *Sicut in omnibus diuitijs*, ſicut ſuper omni opulentia & vbertate. Chal. *Sicut ſuper ſuprema omnium fortuna.* Lege tua tam ſum delectatus, quàm omnibus iis, quæ in hac vita, hominibus iucunda eſſe poſſunt. Præferet infrà [d].

d Verſ. 72.

15 *In mandatis tuis exercebor*, meditabor, loquar, cum D mandatis tuis colloquar, ἀδολεσχήσω. Quo verbo Septuag. vti ſolent pro meditari, ſe exercere in prece, & ſimilibus contemplationis operibus, vt alibi docui, etſi vſu vulgato ſignificet nugari, garrire. Hinc libellus Plutarchi περὶ ἀδολεσχίας.

16 *In iuſtificationibus tuis meditabor*, oblectabo me, Hebraicè אשתעשע *eſchtahaſchah*, deliciabor propriè in Dei ceremoniis & cultu.

## גימל GIMEL. id eſt, *Plenitudo.* A

### Euſebius. Hieronymus.

RETríbue ſeruo tuo, viuífica me : & cuſtódiam ſermônes tuos.
18 Reuêla óculos meos : & conſiderâbo mirabília de lege tua.
19 Incola ego ſum in terra : non abſcôndas à me mandâta tua.
20 Concupîuit ánima mea deſiderâre iuſtificatiônes tuas : in omni témpore. B
21 Increpâſti ſupêrbos : maledîcti, qui declînant à mandâtis tuis.
22 Aufer à me oppróbrium, & cōtêmptum: quia teſtimónia tua exquiſiui.
23 Etenim ſedêrunt príncipes, & aduêrſum me loquebântur : ſeruus autem tuus exercebâtur in iuſtificatiónibus tuis.
24 Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt : & conſílium meum, iuſtificatiônes tuæ. C

17 *Retribue ſeruo tuo,* beneficia tribue, benefac, da liberaliter. Verbum Retribuendi etiam de gratuitis vſurpatur in hac lingua : nec ſignificat ſolùm beneficium reddere, ſed etiam vltrò & liberaliter tribuere, & beneficiis præuenire. *Retribuit enim Deus per indebitam gratiam bona pro malis,* Auguſtinus. *Viuifica.* Hebr. אחיה *ehith, Viuam :* ſed optatiuè & deprecanter. Vtinam viuam, & ſeruem ſermones tuos, id eſt, Viuifica me, & ſeruare me fac. Nam etiam *cuſtodiam* eſt Optatiui modi. Ad quod oſtendendum, prius verterũt per Imperat. D
Eodem ſenſu Rabbini ſubaudiunt. ש Retribue ſeruo (vt) viuam, &c. Non aliter petit vitam, quàm vt præſtet ſe fidelem Dei cultorem, Arnobius. De vita ſpirituali Theodoritus intelligit, cui peccati mors opponitur.

18 *Reuela*



A 18 *Reuela oculos meos,* retege, velum ab oculis meis aufer, aperi oculos meos, vt aſpiciam. Orat pro intelligenda diuina lege, nedum exequenda. Non enim omnes, qui diuina oracula lectitant, horum mirabilia intelligunt, ſed qui ſuperno ſplendore perfruuntur, vt Paulus docet [a]. Theodoritus *Conſiderabo,* Hebraicè ואביטה *veabbithah.* videbo propriè, id eſt, intelligã. *Mirabilia de lege tua,* mirabiles legis tuæ ſenſus, abſtruſa & arcana legis tuæ, quæ non ſunt expoſita & explicata. Anonymus : Myſteria quæ non ſunt quibuſlibet nota & perſpecta, *De,* inſeruit interdũ Genitiuis in hac
B lingua, vt Gall. *Les merueilles de ta loy.* Ad arcana ſcripturæ intelligenda, cœleſti gratia opus [b].

19 *Incola, ego ſum in terra* peregrinus. Hodie viuus, cras moriturus. Vnde obiter hac vita vtor, ac in ea vnica conſolatio eſt lex tua. Abben Ezra aliò refert. Sum veluti peregrinus, qui de via facilè errat, & hallucinatur. Sum aberrationibus obnoxius; ſicut exterus, & nouus hoſpes. Quare ne abſcondas, &c. *Mandata tua,* mandatorum tuorum notitiam & myſteria. Alij, mandatorum tuorum executionẽ ne abſcondas mihi, vt ad vitam cœleſtem perueniam, è qua hîc in terris peregrinor. Tali enim indigeo viatico ad illã vitã. Ne permit-
C tas me ignorare præcepta tua in hac peregrinatione.

20 *Concupiuit anima mea,* fracta eſt, propriè, deſiderando iudicia tua. Languet cupiditate iuſtæ tuæ legis. In Hebræo גרסה *gareſah,* ſummũ & vehementiſſimum deſideriũ exprimitur. Quare Abben Ezra interpretatur, exarſit, incenſa eſt deſiderio efficiendi tua cõtra impios iudicia, cupiditate peccatores vlciſcendi. Sumit *iudicia* pro iuſtis vltionibus, non pro præceptis. *Deſiderare.* Hęc duplicatio vulgò ad vehementiam deſiderij refertur. Sed fortaſſè reſpexit ad fragilitatem, & infirmitatem carnis à bono abſtrahentis, vt non ſemper pij ſenſibili
D deſiderio ad Dei præcepta ferri queant. q. d. à carne fragili mihi metuens cupio, vt vel deſiderem Dei legem, neque ab eius expetitione vnquam per carnis ſtuporem reuocer. *Non quod volo bonum, hoc ago* [c] : *Deus operatur, in nobis velle, & perficere* [d]. Quare aptè Theodoritus ad aſſiduitatem refert; quaſi Vates exoptet habere hoc deſiderium continuò.

21 *Increpaſti ſuperbos,* perdidiſti, per Metalepſin, iuxta

a 2. *Corin.* 3. *ver.* 13. 14. 15.
b 2. *Pet.* 1. *v.* 20. & 3. *v.* 16.
c *Ro.* 7. *v.* 19.
d *Philip.* 2. *ver.* 13.

Rabbinos. Simpliciùs, Comminatus es ſuperbis & transgreſſoribus legum tuarum, pœnam. Superbos eos appellat, quoniam qui diuinas leges deſpiciunt, in ſuperbiæ morbum incidunt. Theodoritus *Maledicti* ſunt: Aliqui in accuſatiuo vertunt, Maledictos & deteſtabiles ſuperbos, qui deerrant à tuis mãdatis, diſperdidiſti, vt proinde meritò amem, & colam præceptiones tuas; ne paria patiar. Sed rectiùs in Nominatiuo, vt ſit alluſio ad illud [a]. *Maledictus omnis, qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* A

a *Deuter. 27. verſ. 26.*

22 *Aufer à me opprobrium & contemptum,* quem ab iſtis ſuperbis ſuſtineo, quòd ſim legum tuarum ſtudioſus. *Exquiſiui.* Hebraicè נצרתי *natſarthi.* i. cuſtodiui. B

23 *Etenim ſederunt principes,* etiam propriè. Etiam principes, quorum erat tueri pios & virtutis ſtudioſos b, in ſuis conuenticulis de me lædendo conſultabant. *Exercebatur,* meditabatur, colloquebatur cum tuis decretis. Sic me contra principum inſectationem muniebam, ſic me in rebus aduerſis oblectabam, ſic illa in rebus triſtibus, ac difficilibus in conſilium adhibebam.

b *Roma. 13. ver. 3. 4.*

24 *Nam & teſtimonia tua meditatio,* Hebr. שעשעי *ſchabaſchabi,* deliciæ propriè mihi erant in mediis crucibus. *Iuſtificationes tuæ.* Hoc addiderunt, vt obſcuritatem Appoſitionis Hebraicæ illuminarent. *Etiam teſtimonia tua deliciæ meæ ſunt, viri conſilij mei,* id eſt, & mei conſiliarij ſunt, tua teſtimonia ſcilicet. Illa mihi ſunt à conſiliis, ea habeo pro cõſiliariis meis. Nam ea in meis rebus, & notionibus adhibeo in conſilium. Lex Dei, magiſtra vitæ & conſiliarius. *Conſilium.* Metonym. pro conſultore. C

D

## דלת DALETH. id eſt, *Tabularum.*

Euſeb. Hieronym.

ADhæſit pauimênto ánima mea: viuífica me ſecûndùm verbũ tuum.
26 Vias meas enunciâui, & exaudîſti me : doce me iuſtificatiônes tuas.

27 Viam



A 27 Viam iuſtificatiônum tuârum ínſtrue me: & exercêbor in mirabílibus tuis.
28 Dormitâuit ánima mea præ tædio : confírma me in verbis tuis.
29 Viam iniquitâtis ámoue à me: & de lege tua miſerêre mei.
30 Viam veritâtis elêgi: iudícia tua non ſum oblítus.
B 31 Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine: noli me confúndere.
32 Viam mandatôrum tuôrum cucûrri: cùm dilatâſti cor meum.

---

25 *Adhæſit pauimento anima mea,* hyperbole ſummi periculi & miſeriæ, (humilitatis mauult Theodoritus) vt ſuprà [a], proſtrata eſt, adiacet, propinquauit propriè pulueri anima, id eſt, vita mea: vel, iuxta Abbê Ezram, per Synecdochen, perſona mea. Vtrumque enim figuratè ſignificat, vt & infrà b. Parum abfuit, quin ad ſepulchrũ deferrer, præ calamitate. Ego ipſe adhæſi pulueri, ac ſi eſſem mortuus, vt apud Hieremiam [c]. *Iurauit Dominus exercituum per animam ſuam,* id eſt, ſemetipſum. Humi proſtratus ſum, ob imminens extremum vitæ periculum: depreſſa eſt & deiecta eſt in terram vita mea, ſum in extremo vitæ periculo, & morti proximus propter principum perſecutiones. Itaque conſerua mihi vitam ex tuis promiſſis & miſerationibus. *Pauimento* Hebraicè לעפר *lahaphar* pulueri propriè. Terræ & pulueri allisa eſt, proſtrata, humiliata. *Verbum tuum.* Viuere me fac ſecundum tuam promiſſionem de hoc mortis periculo: ſicuti es pollicitus. Verbum hîc Dei mandata nõ denotat, ſed promiſſa, Arnobius & Auguſtinus. Viuificare autem Ambroſius, pro iuſtificare accepit. *Non enim vitam* (inquit Theodoritus) *ſine termino petit, ſed vitam ſecundum legem.*

a *Pſ. 43. v. 25.*
b *Verſ. 28.*
c *Hier. 51. v. 13*

C

D

26 *Vias meas enũciaui,* mea negotia, res, facta, vitæ meæ neceſſitates explicaui tibi, Anonym. Alij peccata mea, mores meos. *Iuſtificationes tuas,* ſtatuta tua iuſta & æqua,

item

item iuſtificantia eos, qui illa ſeruant, doce me, non A
ſolùm vt ſciam, verùm vt ea etiam ſeruem. Hilarius,
Auguſtinus.

27 *Viam iuſtificationum tuarum*, rationem, vt cenſet R. Abraham, ſed nihil neceſſe. Præcepta tua doce me, inſtitue me in tuis iuſtis legibus. *Iuſtificationes* hîc iam nõ appellantur חקים *Hukkim*, ſtatuta, vt verſu præcedenti, ſed פקודים *Pekkudim*, præcepta: *Inſtrue me*, Romanum Pſalterium, inſinua mihi. Ad verbum, Intelligere me fac, & colloquar cum mirabilibus tuis: vel, loquar de mirabilibus tuis factis, verbis, myſteriis.

28 *Dormitauit anima mea*; ſtillauit propriè, Hebraicè דלפה *dalephah*; id eſt, lachrymata eſt anima mea præ anxietate. Et ſic legit Origenes & Ambroſius, quaſi Sept. vertiſſent ἔσταξεν non ἐνύσταξεν. Theodoritus cõtrà, quare ad deſidiam animi & piarum cogitationum remiſſionem refert, pro qua diſcutienda vates obſecret. *Confirma*. Hebraicè קימני *kaiemeni*. i. erige me ſecũdum verba tua, id eſt, promiſſa, Abben Ezra, quale eſt hoc [a]: *Percutiam, & ego ſanabo*. Verbum etiam intelligi poſſit pro lege Dei.

a *Deut. 32. v. 39.*

29 *Viam iniquitatis amoue à me*. Falſitatis propriè שקר *Seker*. Eam opponit viæ veritatis, de qua ſequente verſu. Precatur ſeruari ab erroribus doctrinæ. *Et de lege*, Sic Anonymus monet præpoſ. מן, *Min*, *De*, eſſe ſubaudiendam. De lege largire mihi, legem tuam miſericorditer, tribue mihi gratiam legis perficiendæ, da mihi, effice miſericorditer, vt legem tuam exequar. Latinè, de lege tua gratificare mihi; miſericordiam fac mihi de lege tua. Chryſoſtomus autem, *Actiones iniquas abige à me, ac pro more tuo miſerere mei.*

30 *Iudicia tua non ſum oblitus*. Ad verbum, Poſui iudicia tua (ante me vt ea ſeruarem, per Apoſiopeſin.) Ea mihi ſeruanda propoſui.

31 *Adhæſi teſtimoniis*, præceptis per Cabbalam, & traditionem Patrum acceptis, ſine vlla alia ratione, vel ſcripto, Abben Ezra. *Noli me confundere*, Ne permitte, vt excidam ſpe conſequendi fructum eorum. Ne ſine, vt ea ſpes me fallat. Confuſio naſcitur, quando quod petitur, denegatur. Arnobius.

32 *Viam mandatorum tuorum cucurri*, facilè perfeci; & alacriter, & ſine impedimento. *Cùm dilataſti*, cùm ex anguſtiis



A anguſtiis explicuiſti me, cùm me lætitia affeciſti, Metaphoricè, vt ſuprà [a]. Tunc expeditè tua ſeruaui præcepta. Alij, cùm mihi tuam gratiam latè & copioſè impertiuiſti, viréſque ſuppeditaſti; quando cor meũ conſolatione recreaſti, quando es me conſolatus, tum mãdata tua alacriter præſtiti. Nam citra Dei gratiam & auxilium, Dei præcepta non ſeruantur. Per futurum non immutatur vis. Curram, quando dilatabis cor meum, gratia tua ſcilicet. Perficiam facilè, quando illorum perficiendorum gratiam, facultatémque præbueris. Vtriſque opus eſt, & noſtra promptitudine, &
B Dei auxilio. Neque enim humana natura abſque cœleſti auxilio, quicquã recti agere poteſt, Theodoritus.

a *Pſa. 4. v. 2.*

*Sine gratia præcepta, non ſeruantur.*

---

## ARGVMENTVM.

### הא HE. id eſt, *iſta*.

Euſebius, Hieronymus, qui & hic ſecundam connexionem literarum incipiunt.

C LEgem pone mihi Dómine viam iuſtificatiônum tuârum: & exquîram eam ſemper.
34 Da mihi intellêctum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtódiam illam in toto corde meo.
35 Deduc me in ſémita mandatôrum tuôrum: quia ipſam vólui.
36 Inclina cor meum in teſtimónia tua: & non in auarítiam.
D 37 Auêrte óculos meos, ne vídeant vanitâtem: in via tua viuífica me.
38 Stâtue ſeruo tuo elóquium tuum: in timôre tuo.
39 Amputa oppróbrium meum, quod ſuſpicâtus ſum: quia iudícia tua iucûnda.
40 Ecce concupîui mandâta tua: in æquitâte tua viuífica me.

a *Pſal. 24.*

33 *Legem pone mihi.* Vno verbo Hebraicè הורני *horani.i.* Doce me. Vide ſuprà [a]. *Sic* autem circũloquuntur, vt oſtendãt homines per Dei verbum & legem exteriùs doceri, nec priuatim reuelationes eſſe expectandas, interiùs autem per ſanctas inſpirationes & inſtinctus. *Exquiram eam.* viam, Ad verb. Et cuſtodiã eam (ad) calcem, ſiue ad extremũ vſque, id eſt, ſemper: vt omittam alias interpretationes minus ſimplices. עקב *hekeb* ſonat *veſtigium.* Per veſtigium eam cuſtodiam, vt qui metuunt de via eam per veſtigia ſequuntur. Item *finem operis*, id eſt, præmium, mercedem, quo modo accepit Abben Ezra, cuſtodiam eam pro retributione, quę propoſita eſt maxima ſeruantibus eam. Et hoc ſecuti ſunt infrà [b], vt vtraque intelligentia haberetur. A B

*Homo qua ratione doceatur.*

b *Verſ. 111.*

34 *Da mihi intellectum*, legis tuæ. Intelligere fac me propriè legem tuam ſcilicet, per Hypozeugma. Nam hoc Octonario docet opus eſſe Dei gratia & ſpiritu, cæleſtique lumine, ad intelligendas, amandas, & ſequendas Dei leges, vt proinde D. Auguſtinus eo ſæpiùs vtatur contra Pelagianos. *In toto*, Præp. *in* redundat Latinè, totis animi viribus cuſtodiam legem tuam, ſi eam me feceris intelligere. Sic infrà [c]. C

c *Verſ. 58.*

35 *Deduc me Domine*, incedere fac me, dirige me per viam tuorum præceptorum, dux eſto mihi in obeundis tuis mandatis. *In ſemita.* Aliqui legunt in Accuſ. Inducito me in ſemitam. Sed nihil opus. Mihi in ſemita recta verſanti præbe te ducem, ne eam deſeram. *Volui*, mihi in ea placui.

36 *Inclina cor meum.* Inclinat Deus in teſtimonia ſua, & ad bonum efficienter & per ſe: Inclinat in auaritiam & mala deficienter, & per accidens, id eſt, quia permittit cadere, vel ſubducit ſuam gratiam. Sic gubernator ſua præſentia eſt cauſa ſalutis nauis, ſua abſentia naufragij. *In auaritiam.* Chald. in ממונא *Mammona*, id eſt, pecuniam. D

*Deus diuerſa ratione inclinat ad bona & mala.*

37 *Auerte oculos meos*, tranſire fac oculos meos, *ne videant*, ne concupiſcant. Metaphora à corpore ad animum. Hinc *concupiſcentia oculorum* apud Ioannem [d], & Chriſtus [e], *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eã, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Vanitatem*, doctrinæ & morum. Vanitas quod inutile eſt, & ſtultum vocatur, cuiuſmodi ſunt omnia, quæ in hac vita iucunda videntur

d *1. Ioan. 2. v. 16.*
e *Mat. 5. v. 29*

ex Eccle



ex Eccleſiaſte [a]. Theodoritus. *Viuifica me*, viuere fac me in tua lege & verbo, ſiue in legis tuæ obſeruatione. Sic ſolet *Viuificandi* verbum toto hoc Pſalmo interpretari Abben Ezra. Aliqui, per tuam legem & verbum. A

a *Eccl. 1. v. 2.*

38 *Statue ſeruo tuo eloquium*, ſtabili in me ſeruo tuo eloquium, vt te metuam: vel, firma, imple, præſta tuum promiſſum mihi, qui ſeruus & cultor tuus ſum, vt te timeam & reuerear. At Theodoritus firmiter in me pone tuos ſermones, conſtantem me in tuis ſermonibus fac, vt timor tui mihi perpetuò incumbat, nequaquam ſinens, vt à tuis oraculis deflectam. Ita *Eloquium* non pro Dei promiſſo, ſed verbo, & *In* pro *cum.* Kimhi promiſſum intelligit de ſucceſſione poſterorum Dauidis in regno, vt hoc recidat in Chriſtum Dauidis filium. Aaben Ezra *Eloquium*, mauult ſignificare decretum Domini. Confirma decretum tuum mihi, vt tu timearis. Alij, legem ipſam Dei. *In timore tuo*, vt te timeam, vel, vt tu timearis, Timor Dei eſt vnum è donis Spiritus ſancti [b], Quare pro eo habendo meritò precatur. Ad verbum אשר ליראתך *aſer lirathecha. i.* Vt in timorem tuum (venire facias me, vt ſupplet Abben Ezra. Hoc malo, vt ſit ſenſus noſtrorum Septuagi. q. d. Pone ante oculos meos legem tuam, vt te timeam. Aliqui אשר *aſer*, Pronomen faciunt neutrũ. Quod (eloquiũ) ad timendum te (eſt.) Alij maſculinum. Qui (ſeruus tuus) in timore tuo (eſt,) id eſt, qui te timet & reueretur. B C

b *Eſa. 11. v. 3.*

39 *Amputa opprobrium meum*, aufer opprobrium, quo me hoſtes mei afficiunt: ex Anonymo, falſa conuitia & probra. Alij, peccatum, quod mihi eſt probro & dedecori. Nihil enim peccato probroſius, & magis pudendum. *Suſpicatus ſum.* timui. Hebraicè יגרתי *iagorethi* eodem ſenſu. Quæ enim ſuſpecta habemus, timemus. Græcè, ὑπώπτευσα, *quod vereor, quod ſuſpectũ habeo. Iucunda.* Hebraicè טובים *thouim*, bona, vtilia, fructuoſa, benigna ſunt iudicia tua, quæ in pios decernis. Sic enim iuſtas Dei ſententias, quibus pœnam peccatoribus, ſalutem pœnitentibus affert, vocat Theodoritus. Niſi malis de legibus diuinis accipere. D

40 *In æquitate tua viuifica me*, pro tua æquitate & iuſtitia conſerua mihi vitam. Vel potius, vt infrà [c] in tuæ æquitatis obſeruatione viuere me fac. Mihi optanti vitam iuſtã concede, Theod. Tuam æquitatem, tuam æquiſſimam legem fac ſeruem, quoad ero in viuis.

c *Verſ. 37.*

A

## ויו VAV, id eſt, *Et.*

### Euſeb. Hieronym.

ET véniat ſuper me miſericórdia tua Dómine: ſalutâre tuum ſecûndùm elóquium tuum.
42 Et reſpondêbo exprobrántibus mihi verbum: quia ſperâui in ſermónibus tuis. B
43 Et ne aúferas de ore meo verbum veritâtis vſquequâque: quia in iudíciis tuis ſuperſperâui.
44 Et cuſtódiam legem tuam ſemper: in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
45 Et ambulâbam in latitúdine: quia mandâta tua exquisîui. C
46 Et loquêbar de teſtimóniis tuis in conſpêctu regum: & non confundêbar.
47 Et meditâbar in mādâtis tuis: quæ dilêxi.
48 Et leuâui manus meas ad mandâta tua, quæ dilêxi: & exercêbor in iuſtificatiônibus tuis.

D

41 *Et veniat ſuper me miſericordia tua.* Optanter. q. d. immitte mihi tuam miſericordiam & gratiam. *Salutare tuum*, ſalus tua, defenſio, eſtque Appoſitio, niſi malis Aſyntheton per Zeugma, (Et) ſalus tua mihi superueniat, mihi contingat. Chriſtum Auguſtinus exponit. *Eloquium*, promiſſum tuum, vt ſuprà [a].

a *Verſ. 38.*

42 *Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum*, reſponſum dabo conuitiatoribus meis, qui negant te mihi allaturum ſalutem, quòd ſperaui in tuis promiſſis. Conſtruitur cum verbo *Reſpondebo*. Nam ſic loquuntur, vt alibi [b]. *Quod reſpondebo mittenti me verbum.* Aliqui cum

b *Par. 21. v. 12*



A Participio, exprobrantibus mihi aliquid. Verbum pro re paſſim. *Quia*, pro quòd particula continuatiua, non cauſali.

43 *Et ne auferas de ore meo*, ne mihi eripi permittas. Deus enim propriè non eripit, ſed diabolus, niſi fortaſſe valdè ingratis, & dona Dei non agnoſcentibus propter peccata, Arnobius. *Vſquequaque.* prorſus, vllo modo, vel vmquam, in perpetuum. Vide ſuprà [a]. *In iudiciis*, Vt *ſermones* proximo verſu, ita hîc *iudicia*, promiſſa ſignificāt, non quidem quælibet, verùm ea, quæ verbo, lege, & præcepto Dei conſignantur. Ne quis putet prorſum B diſcedi à ſignificatu, in quem hæc, & ſimilia iam ab initio acceperat. Nam perpetuò vrget verbum Dei variis vocabulis pro diuerſo eius reſpectu.

a *Verſ. 8*

*Deus non aufert verbū veritatis.*

44 *In ſæculum ſæculi*, cunctis vitæ meæ diebus, Anonymus, tam hîc quàm in futuro ſæculo, Ambroſius. Et certè Hebraïcè לעולם ועד *leholam vehad*, in ſæculum & æternitatem. Quod alij vertunt, in ſæculum, & vltrà. *Futurum*, inquit Theodóritus, *vitam demonſtrat, in qua pura, & ſincera diuinarum legum obſeruantia cunctis dabitur.*

45 *Et ambulabam in latitudine.* Hactenus orauit, nunc C narrat, inquit Auguſtinus, idque in Martyrum, id eſt, teſtium veritatis perſona, ex Ambroſio. *Et ambulabam.* Per futurum etiam verti poſſit. Sic ſequentibus verſibus *loquebar, confundebar, meditabar, leuaui. In latitudine* in lætitia, Metaphora à corde ſe gaudio dilatante. Vel ex Theodorito cum multa facilitate & confidentia, magna libertate, etiam inter perſecutiones. Vel in lato, & tuto loco, in via laxa. Latè incedebam per tua mādata. Gratia Spiritus ſancti anguſtiā aufert, & viā dilatat, atq; iucundam reddit, quæ carni videtur triſtis & difficilis.

*Spiritus ſancti gratiæ vis.*

46 *Non confundebar*, non me pudebat iſta loqui:

D 47 *Et meditabar in mandatis tuis*, cum gaudio & multa delectatione cōtemplabar. Vnde Hebr. אשתעשע *eſchthahaſchah* delectabar. Præcipua hominis voluptas in contemplatione eſt poſita, vt docet [b] Ariſtot. Eſt autem Antitheſis ſuperioris, vt notat Abben Ezra. Quemadmodum palàm coram regibus, quos homines ſolent metuere, loquebar de teſtimoniis tuis, ita oblectabam me in illis priuatim, ſiue publicè, ſiue in aperto, ſiue in abſcondito profitebar tuam legem, & religionem: vt

b *10. Ethic.*

*a Matth.5.v.14.15.16.* & præcipitur contra hypocritas [a]. *Quæ dilexi*, valdè σφόδρα, vt Græci & Auguſtinus legunt. A

48 *Leuaui manus meas ad mandata*, manus admoui mandatis tuis, manus ad apprehendendas leges tuas extuli. Alij, ſumma alacritate ea perfeci [b]. *Non enim in ſermone eſt Dei regnũ, ſed in opere.* Et [c], *qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Et [d], *non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Leuare manus, extendere manus, & opere perficere. Metaphoram ſumit Abben Ezra ab iis, qui cum honore & caritate aliquem excipiunt. Aliàs, leuare manu, pro iurare [e]. Modus rei pro ipſa re. *Exercebor.* Vocabulum Scholaſticum אשיחה *aſchiha.* Loquar, propriè declamitabo, ſtudebo, exercebo ſcriptum, elocutionem, &c. B

*b 1.Cor.4.v.20.*
*c Matth.5.v.20.*
*d Rom.2.v.13.*
*e Ge.14.v.22.*

---

## זין ZAIN, id eſt, *Hæc.*

Euſebius, Hieronymus.

Memor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dedîſti.
50 Hæc me conſolâta eſt in humilitâte mea: quia elôquium tuum viuificâuit me. C
51 Superbi iniquè agêbant vſquequâque: à lege autem tua non declinâui.
52 Memor fui iudiciôrum tuôrum à ſæculo Dómine: & conſolâtus ſum.
53 Defêctio ténuit me: pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.
54 Cantâbiles mihi erant iuſtificatiônes tuæ: in loco peregrinationis meæ. D
55 Memor fui nocte nóminis tui Dómine: & cuſtodîui legem tuam.
56 Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificatiônes tuas exquiſîui.

---

49 *Memor eſto verbi tui ſeruo tuo.* Præſta, perfice. Neque enim in Deum vlla cadit obliuio, ſicut nec pœnitentia. Euthy-



A Euthymius. *Seruo tuo*, tui ad ſeruum tuum verbi. Quod verbum mihi ſeruo tuo promiſiſti, quo mihi ſpem feciſti, te ſalutem daturum iis, qui cuſtodiunt mandata tua. Chryſoſtomus, q.d. Memento eorum, quæ mihi es pollicitus, per internam ſcilicet vocem, vel per Scripturas, vel per Prophetas. Nam tot modis præcipuè nobiſcum Deus loquitur. Vel *Sermo* eſt Datiuus acquiſitionis, in gratiam, vel vtilitatem ſerui tui, vt conſtruatur cum *Memor eſto. Verbum* autem pro promiſſo, quod R. Selomo reſtringit ad promiſſionem Dauidi factam B per Nathan Prophetam. Arnobius, pro Verbo Dei in carne promiſſo, vt noſtrum humanum genus, quod præuaricatione Adæ perierat, recuperaret. *Spem*, in quo me ſperare feciſti.

*Deus quibus modis loquatur.*

50 *Hæc me conſolata eſt in humilitate.* Hæc res, hæc promiſſio. Fœmineum pro neutro Latinorum, more linguæ, vt ſuprà [a]. Hoc me eſt conſolatum in mea afflictione, hæc mea eſt cõſolatio in mea miſeria. Periiſſem in meis malis, niſi verbum tuúm me erexiſſet. *Humilitas*, pro afflictione & calamitate. Aliqui *Hæc*, ſpes, è ſuperiore verſu. At Hebraïcè illic legitur אשר יחלתני C *aſcher ijhalthani*, id eſt, *In quo me ſperare feciſti.* Niſi habeatur ratio totius ſententiæ. Hæc, in quo me ſperare feciſti, id eſt, hæc ſpes me eſt conſolata. Alij, hæc lex tua. *Viuificauit*, conſeruauit. Iampridem me vita defeciſſet præ malorum magnitudine, niſi me eloquia tua conſeruaſſent.

*a Pſ.26.v.1.*

51 *Superbi iniquè agebant*, in me ſcilicet, deridebãt me vehementer, Hebraïcè הליצני *helitſuni.* Superbos autem appellat legis Dei, & pietatis contemptores, vel etiam ex Auguſtino perſecutores.

D 52 *Memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo* (quæ ſunt) à ſæculo: quæ quidem iudicia, iuſtæque voluntates ſunt ſempiternæ, & à rerum initio vſque in ſæculum durãt. Nam ſemper eodem modo regeris erga probos. Alij, non tam rectè, à vulua matris meæ. Illic enim incipit cuiuſque ſæculum. R. Selomo, & R. Abraham, iudicia pro iuſtis vltionibus ſuperborum, & ſuppliciis accipiũt. Theodoritus etiam pro piorum liberationibus. Nam iudicia non ſemper hoc Pſalmo accipiuntur pro præceptis. Sic apud Prophetam [b], iudicia ſua, gladium, famem, peſtem, & feras beſtias Deus appellat.

*b Ezech.14.v.21.*

53 *Defectio tenuit me*, ἀθυμία animi defectus, deſtitutio, & deliquium præ zelo; vehemens triſtitia inuaſit me. Hebraïcè זלעפה *zalhaphah* tremor, vortex, horror corripuit me. *Pro*, propter impios legem tuam deſerentes. Quoties cogito impietatem eorum, qui legem tuam negligũt. Dolet Sanctus de impiorum impietate. A

54 *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ*, carmina, cantiones propriè mihi erant tua iura & decreta in domicilio meæ peregrinationis, id eſt, in hac vita, vel in hoc exilio & captiuitate ad eius faſtidium cantu leuandum, & m nuendum: calamitates meas ſolabar cantandis tuis iuſtis præceptis & legibus. Hoc vnicum erat perfugium in tantis malis. B Peregrini ſolent eſſe triſtes & attoniti: laboris autem & itineris tædium cantu ſolari. Hebraïcè זמירות *Zemiroth* cantiones muſicæ. Vnde hi Pſalmi vocantur מזמורים *Mizmorim*, cantiones ad inſtrumenta muſica, vt זמר *Zamar* canere inſtrumentis, Cabbalici amputationes, Metaphora à מזמרות *Mazmeroth* falcibus [a], quod amputent, & abſcindant omnes moleſtias, tumultus, perturbationes, dæmonum inſultus, inſidias, & motus, q.d. Vbicumque moleſtiarum & perturbationum timor me peregrinantem corripiebat, his Pſalmis illa præcidebam, & frangebam, veluti falcibus, lege R. Ioſeph in porta lucis. C *In loco* בבית *bebeth*, id eſt, In domo propriè.

a Eſa.18.v.5.

55 *Nocte memor fui*, tempore calamitoſo, vel nocturno, cùm cæteri dormiunt quietè & trãquillè, nomen tuum recolo, atque tuæ legi meditandæ vaco in hoc mundo, in quo peregrinor. Tanta eſt magnitudo voluptatis, quam de ea cogitans capio.

56 *Hæc facta eſt mihi*, hoc, vt ſuprà [b]. Hoc, vt nocte tui recorder, factum eſt mihi, hæc, quæ commemoraui, mihi contigerunt, quia mandata tua diligenter ſum executus. D Aliqui ad legem. Hæc lex facta eſt mihi, ſum illam aſſecutus, mea effecta eſt, quia, &c. vt *Mihi* Datiuus ſit poſſeſſionis Hebraïcus, pro mea μοῦ.
Euthymius, Hilarius, Ambroſius ad Memoriam referunt, Auguſtinus ad Noctem. Sed ad totum complexum eſt idiotiſmus.

b Verſ.50.

חית



A
## חית HETH, id eſt, *Vita*.

### Euſebius & Hieronymus.

57 PORtio mea Dómine; dixi cuſtodîri legem tuam.
58 Deprecâtus ſum fáciem tuam in toto corde meo: miſerêre mei ſecûndum elóquium.
59 Cogitâui vias meas: & conuêrti pedes meos in teſtimónia tua. B
60 Parâtus ſum, & non ſum turbâtus: vt cuſtódiam mandâta tua.
61 Funes peccatôrum circumplêxi ſunt me: & legem tuam non ſum oblîtus.
62 Média nocte ſurgêbam ad confitêndum tibi: ſuper iudícia iuſtificatiônis tuæ.
63 Párticeps ego ſum ómnium timéntium te: & cuſtodiéntium mandâta tua. C
64 Miſericórdia tua Dómine plena eſt terra: iuſtificatiônes tuas doce me.

---

57 *Portio mea Domine*. O Domine, portio mea (per Appoſitionem, qui es mea portio, theſaurus, ſeu pars mea hæreditaria) dixi me cuſtoditurum legem tuam: hoc propoſui, hoc decreui. Anonymus putat orationem eſſe inuerſam; O Domine, dixi cuſtodire legem tuam, portio mea eſt. Hoc mihi ſumo, hoc accipio pro mea D parte, patrimonio, peculio, poſſeſſione, dum alij ſibi ſuas opes, honores, & potentiam pro hæreditate conſtituunt ac habent. Habeant alij alias partes, hanc vnam mihi elegi, vt ſuprà [a]. Alludit ad Leuitarum ſortem, quibus cùm nulla inter Iſraelitas attributa eſſet, Dominus ſe illorum eſſe hæreditatem dixit, & vt è ſacrificiis, primitiis, & decimis viuerent [b]. Alij, vt *Dominus* ſit nominatiui caſus, diuidunt ſententiam, non tam rectè. Portio mea Dominus (eſt.) Dixi me cuſtoditurum legem tuam, hoc apud me propoſui.

a Pſ.15.v.5.
b Deut.18.v.1.2.

58 *Deprecatus ſum faciem.* fauorem. Chriſtum Hilarius A
a *Verſ. 34.* & Ambroſius. *In* vacat, ſuprà [a]. *Mea.* Additum ad explicationem. *Miſerere.* Poſſit eſſe Mimeſis, dicendo ſuppl. Miſerere mei ſecundum promiſſiones tuas. *Eloquium,* promiſſum, vt ſuprà. Eſt enim diſtinguendum, vbi eloquium, verbum, ſermo, Pſalmo hoc ſignificent verbum & doctrinam Dei, vbi promiſſionem.

59 *Cogitaui vias meas,* mea facta expendi, vitæ meæ actiones conſideraui, & conuerti me ad legem tuam moribus exprimendũ. Alij, mea negotia & neceſſitates.

60 *Paratus ſum, & non ſum turbatus,* ſiue retardatus. B Hebraicè חשתי ולא התמהמהתי *haſchthi veló hithmahma hethi,* feſtinaui, & non tardaui ſiue diſtuli: feſtinaui ſine cunctatione ad obſeruationem tuorum mandatorum.

61 *Funes peccatorum,* maſculini generis. Hebraicè רשעים *reſchaim,* impiorum: q. d. Inſidiæ, tendiculæ, retia impiorum implicarunt: vel iuxta alios, deprædata ſunt me, vt me perdant, vel certè abs te auellant: & tamen non ſum oblitus legis tuæ, vt Apoſtolus [b]. *Ne quis vos decipiat vel deprædetur per Philoſophiam.* Funes Metonym. laquei funibus vel tenſi, vel conſtantes: Chaldæo C cohortes & cateruæ (quaſi colligationes & congregationes) congregatæ ſunt contra me. חבל *Hebel,* & funem & turmam. Vt [c]: *Ecce funis Prophetarum in occurſum eius.* q. d. Improbi cateruatim me implicarunt & prædati ſunt.

b *Coloſſ. 2. verſ. 8.*
c *1. Reg. 10. verſ. 11.*

62 *Super iudicia iuſtificationis tuæ,* propter iuſta tua iudicia & ſtatuta, vel de iuſtis tuis iudiciis, id eſt, vt celebrarem tuas leges & verba, nocte media & concubia, quando peccatores quieti, vel voluptatibus indulgent. Reſpicit ad nocturnas Dei laudes ab Apoſtolis inſtituendas ἀλεκτοροφωνίᾳ, apud Clemẽtem [d]. Græci exem- D plaris, Cyprianum, &c. Saltem inde originem noſtræ matutinæ, ſiue, vt loquitur in ſua epiſtola de Chriſtianis Plinius *antelucanæ preces* ducunt. lege infrà [e]. Ad verbum חצות לילה *hatſot laiela,* id eſt, (In) medietatibus noctis. *Quod non dicitur præfinitè* (inquit Abben Ezra [f]) *de medio noctis puncto, ſed quando præterit prius noctis dimidium,* id eſt, à media nocte, poſt noctem mediam, in ſecundo noctis dimidio. Idque, vt ait Zoar, immo & Talmudici [g], quoniam à media nocte incipit ter

d *Lib. 8. Conſtit. Apoſtol. cap. 36.*
*Matutinæ noſtræ preces vnde originẽ habeant.*
e *Verſ. 164.*
f *Exod. 11.*
g *C. 1. Beracoth.*



A pit tertia vigilia ſiue cuſtodia, quę cæterarum eſt quietiſſima, & tranquilliſſima. Nam tunc ſenſus collecti ſunt non diſtracti viſis & radiis lucis. Vnde & noctu apparebant potius Deus & Angeli, quoniam, ratione quietis nox aptior eſt reuelationibus propheticis. Addit Zoar tunc finiri curſus & impetus malignorum & inuiſibilium ſpirituum tenebrarum, quo adaptat illud [a]. *Non timebis à timore nocturno, à peſte perambulante in tenebris,* & ex alio [b], tres hos verſus *Poſuiſti tenebras, &c. Catuli leonum &c. Ortus eſt ſol &c.* Tunc enim incipit ſol tenebrarum hoſtis aſcendere in noſtrum hemiſphærium.

a *Pſalm. 90. verſ. 5. 6.*
b *Pſal. 104.*

B
63 *Particeps ego ſum omnium timentium,* ſocius. q. d. Sum vnus ex iis, qui te timent & reuerentur: cum iis me ſoleo coniungere. Amicum verterat Syrus interpres citante Theodorito. Puto eſſe Ionathan. Noſtri retulerunt ad ſocietatem vitæ, & communionem bonorum omnium, & gratiarum ſpiritualium.

64 *Miſericordia tua Domine plena eſt terra,* terræ incolæ. Nullos terræ incolas pateris eſſe expertes miſericordiæ. Hac tu vtere erga me, docendo tua iuſta præcepta, Sine Metonymia, Etiam vbique terrarum, & lo- C corum Dei bonitas & miſericordia lucet, nedum in rebus rationis & vitæ expertibus.

## טית TETH, id eſt, *Bonum.*

Euſeb. Hieronym.

BOnitâtem feciſti cum ſeruo tuo Dómine: ſecũndum verbũ tuum.
66 Bonitâtem, & diſciplînam, D & ſciéntiam doce me: quia mandâtis tuis crédidi.
67 Priũſquam humiliârer, ego delîqui: proptérea elóquium tuum cuſtodîui.
68 Bonus es tu: & in bonitâte tua doce me iuſtificatiónes tuas.
69 Mutiplicâta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum: ego autem in toto corde meo ſcrutâbor mandâta tua.

70 Coagulâtum eſt, ſicut lac, cor eôrum: A
ego verò legem tuam meditâtus ſum.
71 Bonum mihi, quia humiliâſti me: vt di-
ſcam iuſtificatiônes tuas.
72 Bonum mihi lex oris tui: ſuper millia
auri & argênti.

---

65 *Bonitatem feciſti*, benè feciſti ſeruo tuo, bonis eum
cumulaſti. *Secundum verbum*, prout es pollicitus, bene- B
ficiis multis me affeciſti.
66 *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam*, Bonitatem
bonum, vt ſuperiore verſu benignitatem, beneficentiā.
Benefacere doce me & de hominibus bene mereri. Ad
mores vox pertinet, vt ſequentes, *Diſciplina, ſcientia*, ad
fidem & notitiam legis. *Et* copulam hanc addiderunt
ad explicandum Aſyntheton. *Et diſciplinam*. & ſapien-
tiam: ſententia & ſenſa præcipua legis tuæ. Sic Anony-
mus. Theodoritus caſtigationem, correptionem, vt ſit
illud [a]. *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non* C
*in furore tuo, ne forte in nihilum redigar.* Sic enim ægro-
tus ſanitatem deſiderans ferri inciſionem, & cauterium
quærit. Cui ſequens verſus de caſtigationis vtilitate
fauet. Rabbini, quia particula *Et* in Hebræo deſidera-
tur, nec eam per Aſyntheton ſubaudiunt, ferè interpre-
tantur in Genitiuo: Quod Maſoretæ ſignificarunt ſyn-
tacticè legentes טֻוּב *Tub*, non טוֹב *Tob*, *Bonitatem*
*diſciplinæ ſiue guſtus*. i. quicquid eſt præcipuum & excel-
lens in tua lege, doce me. Eius rectam intelligentiam
mihi tribue. Guſtum appellant Metaphoricè ſapien-
tiam, conſilium, diſciplinam. Ita guſtum animi mei D
affice, vt verorum bonorum ſuauitatem intelligam,
cætera omnia amara iudicem.
67 *Priuſquam humiliarer*, affligerer, ענה *aaná*, etiam,
loqui, reſpondere, canere. Quare aliqui, ſed longiùs,
Antequam loquerer, reſpōderem, canerem, clamarem,
ad te ſcilicet, id eſt, antequam te inuocarem, & depre-
carer, ego errabam. *Deliqui*, שֹׁגֵג *ſchogeg*, errabam pro-
priè. Aduerſa piis proſunt, qui interdum ſecūdis & pro-
ſperis efferrentur, & contra Dei legem peccarent. Pro-
pterea, Hebraicè ועתה *vehatthah*, id eſt, Et nunc, At
nunc,

a *Hierem 10. ver. 24.*



A nunc, quando afflictus ſum, mandata tua ſeruo. Ex affli-
ctionibus diſcimus Deum colere.
68 *In bonitate tua*, pro tua benignitate, per tuam bo-
nitatem. Hebraicè וּמֵטִיב *vmetib*. i. Et benefaciens,
doce me ſtatuta tua. Quod aliqui iungunt cum præce-
dentibus, Bonus es tu & beneficus.
69 *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas*, connexa eſt, con-
cinnata, cumuſata, addita, ex Anonymo. Cōcinnarunt,
confinxerunt artificioſè contra me mendacium ſuperbi
& arrogantes. *Scrutabor*, cuſtodiam, Hebraicè אצר
*etſor*, Nempè ſcrutanda ſunt mandata Dei, non tam vt
ſciantur, quàm vt impleantur.
B
70 *Coagulatum*, pinguefactum, incraſſatū præ adipe.
Craſſitie obtuſum eſt cor eorum, ne tua verba intelli-
gat, neque iis delectetur [a]. Vnde Chaldæus hîc fomi-
tis meminit: *Incraſſatus eſt, ſicut adeps, fomes cordis eorum*,
Vnde Apoſtolus [b]: *Animalis homo non percipit, ea quæ ſunt*
*ſpiritus*. Chryſoſtomus refert ad hoſtes, Obduratum eſt
cor eorum aduerſum me. Poſſit eſſe Antitheſis. Deliciis
vacant & voluptatibus, ego verò legem tuam meditor.
Hæ meæ ſunt deliciæ. *Sicut lac*. Maſoretæ חֵלֶב *Heleb*,
per quinque puncta legunt, ſicut adeps, pinguefactum
C eſt cor eorum. i. obtuſum factum, & quaſi aruina obdu-
ctum, ne legem tuam ſcrutentur & ſeruent. Sept. per
geminum Camets, חָלָב *Halab*, ſicut lac: Metaphora
quidem diuerſa, ſed ſenſu eodem, quem aliqui ad tem-
porarias delicias, & fœlicitatem conferunt. His enim
ebrij peccatores, inepti ſunt ad diuina. *Meditatus ſum*,
in deliciis habui, propriè. Antitheſis. Ipſi ſe oblectant
rebus pinguibus, & delicatis, ego habeo in deliciis le-
gem tuam, illa me paſco, & ſagino.
71 *Bonum mihi quia humiliaſti*, vexaſti, afflixiſti. Affli-
D ctio erudit [c]. *Infirmitatum afflictio, mater virtutum*. Sal-
uianus [d].
72 *Super milia auri & argenti*, pluſquam aureorum,
argenteorúmque millia, vtilior meliórque eſt mihi
oris tui lex, diſciplina, doctrina. *Lex*. Doctrinam ſic no-
minant, vt ſuprà [e]. *Legem dabit delinquentibus in via*. Et
ſanè תורה *Tora, Lex*, deducitur ab הורה *Hora*, do-
cuit. Poteſt Metonymicè ſignificare legis obſeruatio-
nem. Melior mihi eſt legis tuæ obſeruatio, mihi vti-

a *Vt Eſa. 6. ver. 10. Mat. 13. v. 14. Exo. 7. ver. 13.*
b *1. Corint. 2. ver. 14.*
c *Hebr. 12. ver. 6.*
d *Lib. 1. de Prouid.*
e *Pſal. 24. verſ. 8.*

lius eſt obſeruare legem tuam, quàm abundare aureo- A
rum & argentorum millibus.

## יוד IOD, id eſt, *Principium.*

### Euſeb. Hieronym.

MAnus tuæ fecêrunt me, & plaſma-
uêrunt me: da mihi intellêctum,
vt diſcam mandâta tua.
74 Qui timent te, vidêbunt me, B
& lætabûntur: quia in verba tua ſuperſpe-
râui.
75 Cognôui Dómine, quia æquitas iudícia
tua: & in veritâte tua humiliâſti me.
76 Fiat miſericórdia tua, vt conſolêtur me:
ſecûndum elóquium tuum ſeruo tuo.
77 Véniant mihi miſeratiônes tuæ, & vi-
uam: quia lex tua, meditátio mea eſt. C
78 Confundântur ſupêrbi, quia iniûſtè ini-
quitâtem fecêrunt in me: ego autem exercê-
bor in mandâtis tuis.
79 Conuertântur mihi timêntes te: & qui
nouêrunt teſtimónia tua.
80 Fiat cor meum immaculâtum in iuſtifi-
catiónibus tuis: vt non confûndar.

D

73 *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt*, condide-
runt, formarunt, aptarunt. Manus Dei Anthropopathῶs,
eius potentia, qua vtitur ad res fabricandas, ſapientia,
a *Pſal. 8. v. 4.* bonitas ſiue amor & affectus: quæ etiam digitus appel-
*In Deo duo* lantur [a]. Eſt enim incorporeus, niſi malis Dei Verbum
*conſiderãtur* & Spiritum, quibus, tanquam manibus inſtructus om-
*eſſentia & energia.* nia procreauit. Facere de anima: Plaſmare, ſiue finge-
re, de corpore. In Deo duo conſiderantur præcipuè,
Eſſentia,



A Eſſentia, & Energia. Quoniam autem eſſentia ipſius eſt incorporea, membra ipſi attributa Energiæ actiones ſiue operationes indicant, quæ ad nos deſcendunt, eſſentia interim illius intra ſeſe manente. *Da mihi intellectum*, intelligere fac me, erudi me.

74 *In verba tua ſuperſperaui*, in tuis promiſſis ſperaui vehementer.

75 *Cognoui Domine, quia æquitas iudicia*, præcepta tua cognoui eſſe æqua & iuſta. Alij iudicia pro afflictionibus & pœnis. *Et in veritate*, & quia verè, id eſt, rectè iu-
B ſtè, iure & meritò afflixiſti me, ſcio. Kimhi cum Septua. ſubaudit ב *b*. in Verè, quæ patior, iuſtè patior.

76 *Fiat miſericordia tua.* Sit mihi miſericordia tua in his malis conſolationi, ſecũdum eloquium tuum, quod promiſiſti ſeruo tuo, vt tu mihi ſeruo tuo es pollicitus. Tua miſericordia mihi conſolationem præſtet. *Veritate humiliatus, miſericordia ad conſolationem inſtauratur.* Auguſtinus. *Seruo tuo*, ad ſeruum tuum, vt conſtruatur cum proximis, ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo factum, id eſt, mihi. Sicut mihi ſeruo tuo locutus es.

C 77 *Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam.* Mortuum ſe exiſtimat, diuina beneuolentia priuatus, ideo vt reuiuiſcat per diuinam benignitatem precatur. Theodoritus. *Meditatio*, deliciæ: propriè, oblectatio.

78 *Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè*, quia iniuria affecerunt me, Hebraicè בשקר עותוני *chiſcheker hiuuethuni*, i. quia falsò peruerterunt me, id eſt, quia falsò peruerſum me dixerunt. Non hoſtibus imprecatur; ſed pro eis preces fundit, quandoquidem confuſio & ignominia ſalutem procreat. Theodoritus.

79 *Conuertantur mihi.* Datiuus Emphaticus, ſiue com-
D modi & perſonæ, qui alioqui Latinè vacet, vt [a]: *Si ignoras tibi.* Pulchra Antitheſis, confundantur ſuperbi. Ti- a *Cant. 1. v. 8.*
mentes autem te conuertantur mihi, id eſt, meo magno gaudio & voluptate. Alij ad me, vt in Romano Pſalterio, reuertantur ad me, mihi concilientur, ad me redeant, qui à me erant alienati propter meas calamitates & miſerias. Alij, Ad me colligantur pij, qui vitam inopem & vagam degunt: ſublatis de medio impiis, adiungant ſe mihi.

80 *Fiat cor meum immaculatum*, perfectum, integrum, ab omni reprehenſione liberum. Fac integrè & perfectè in tuis ſtatutis viuam.

כף

## כפ CAPH, id eſt, *Vola manus.* A
Euſebius,Hieronymus.

DEfêcit in ſalutâre tuũ ánima mea:
& in verbum tuum ſuperſperâui.
82 Defecêrunt óculi mei in eló-
quium tuum: dicêntes, quando cõ-
ſoláberis me?
83 Quia factus ſum, ſicut vter in pruîna: iu- B
ſtificatiônes tuas non ſum oblîtus.
84 Quot ſunt dies ſerui tui: quando fácies
de perſequéntibus me iudícium?
85 Narrauêrunt mihi iníqui fabulatiônes:
ſed non vt lex tua.
86 Omnia mandâta tua véritas; inîqui per-
ſecûti ſunt me, ádiuua me.
87 Paulóminus conſummauêrunt me in C
terra: ego autem non derelîqui mandâta tua.
88 Secûndùm miſericórdiam tuam viuífica
me: & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

---

81 *De fecit in ſalutare tuum*, præ deſiderio, (ſic enim exprimitur boni deſiderij vehementia) ardet, languet ad ſalutem tuam, concupiſcit ardentiſſimè ſalutarem tuam legem, vel tuam defenſionem. Alij Chriſtum ſaluatorem [a]. *In verbum*, in promiſſo tuo ſpem habui. D

a *Luc.2.v.30.*

82 *Defecerunt oculi mei in eloquium*, præ deſiderio, & expectatione tui promiſſi. Vehementiſſimè expetiuerunt oculi mei eloquij tui præſtationem, & confirmationem, ad eam elangueſcunt. Theodoritus etiam de diuina Scriptura, non modo enim deficit, qui diuinam promiſſionem & liberationem ab imminentibus periculis expectat, ſed etiam qui diuina oracula lectitat, & putat horum inuentum ſenſum, eſſe ſibi conſolationem & voluptatem. Per Proſopopœiam transfert ad oculos



A oculos, quod ſuperiore verſu de anima dixit, vt nihil neceſſe ſit de interioribus animi oculis dũtaxat interpretari. Deficere etiam hîc animi deliquium pati, & lãguere præ ingenti deſiderio. Non tam rectè aliqui, perire, conſumi præ aſſiduo mœrore, & calamitatum mole. *Dicentes.* Dicendo. Proſopopœia, quaſi loquantur oculi, dum ardenter expectant conſolationem.

83 *Quia factus ſum ſicut vter*, ſicut pellis in exhalatione, vel fumo factus ſum, id eſt, totus areo & contabeſco, fractus calamitatibus & tentationibus, cutim ha- B bens ſimilem vtri & lagenæ coriaceæ fumo in rugas contractæ, & induratæ. Cald. *Sicut vter ſuſpenſus ad fumum.* Noſtri doctè קיטור *Kitór* verterunt pruinam: & ſi vox generalis ſit ad omnes ſiccas exhalationes in aërem ſublatas, quoniam pruina à perurendo, inquit Feſtus. Perurit enim inſtar cineris vt infrà [a]. Vnde & vtrẽ cõtrahit, & corrugat præ reliquis exhalationibus. Deinde, quia vtres ſolent rugari, & contrahi pruinis, & ſimilibus aëris affectionibus, potius quã fumo, quòd eorũ vſus ſit in exportando, & importãdo, non vt in ignẽ C mittantur, torreantur, vel ad fumũ ſuſpendantur. Chryſoſtomus. *Sicut vter in pruina*, id eſt, *frigore conſtrictus.* Sic immutabitur Hebraica Metaphora, ſed non ſententia. Euthymius. *Sicut pruina contractum vtrem laxiorem atque molliorem fieri aiunt, ita ſe debilitatum ac diſſolutum aſſerit calamitatibus.* Quo etiam aliqui fumi ſimilitudinem accommodant. Sicut vter mollitur calefactus, & extenditur: ſic corpus meum deliciis diffluit, & mœrore comprimitur. Sed aptiùs ad rugas, & cõtractionem. Vt enim vter calefactus mollitur, & tumefactus extenditur, ita in pruinâ, & fumo obdureſcit atque contrahitur. Quod D miſeriæ eſt ſymbolum. *Quia*, quamuis. כי *chi* hoc aliquando ſignificat vt infrà [b].

a *Pſ.147.v.16*

b *Pſ.138.v.4.*

84 *Quot ſunt dies ſerui tui*, quibus ſeruus tuus victurus eſt in his calamitatibus, id eſt, Ego. De ſe loquitur in tertia Perſona. Quandiu victurus ſum in his malis & crucibus? *Quot* כמה, *Cámma*, ô quanti, ô quàm multi. q.d. Nimis multi ſunt dies calamitatum mearum. *Quãdo*, ecquando, interrogat vt ſuprà [c]. *Iudicium*, ſuppliciũ. Ergo hoc Pſalmo *Iudicium*, nunc pro iuſta Dei lege, nunc pro iuſto ſupplicio, nunc pro more & conſuetudine ſumitur. Hæc autẽ eſt vox Martyrũ [d], quibus impera

c *Pſ.41.v.3.*

d *Apoc.6.v.10*

peratur patiẽtia, donec fratrũ numerus impleatur. Aug. A
85 *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes.* Emollierunt
hanc, Metaphoram foderunt mihi iniqui fabulationes
ſeu foueas, quæ non ſunt ſecundum legem tuam. *Fabu-
lationes*, nugas multáſque ineptias, quæ non poſſunt
comparari cum legis tuæ deliciis & ſuauitate. Hæreti-
ca peruerſa, & vaniloqua dogmata: item ſæculares lite-
ras, & deuteroſes intelligunt Hilarius & Auguſtinus,
שיחות *ſchiboth* per ש ſiniſtrum ſignificat verba, lo-
quelas, fabulationes, fabulas. Maſoretæ ſcribunt per ש
dextrum: vt ſignificet foueas, & perſiſtat in Metaphora.
*Foderun- mihi iniqui foueas* (id eſt, inſidias ſtruxerunt) B
*contra tuam legem.* Tunc enim hoc ſonabit, *Quod non ſe-
cundum legem tuam*, ſiue, *quod non vt lex tua*, Etſi alij ex-
ponãt, mihi foueam ſtruxerunt, qua me interciperent,
quod alioqui tuæ legi repugnat. Sententia noſtrorum
non minus eſt appoſita, quãquã ſenſus non admodum
variet. Dum enim impij ſuggerunt iuſto ſæculi vani-
tates & voluptates Dei legi repugnantes, quid aliud
ſunt hæ fabulationes, quàm foueæ: ac huiuſmodi fu-
tilitates narrare, quid eſt niſi foueas fodere Dei legi
contrarias?
86 *Omnia mandata tua veritas*, veriſſima & iuſtiſſima, C
a *Pſ. 110. v.3.* vt ſuprà [a]. *Opus Domini, confeſſio & magnificentia*, id eſt,
confitendum & magnificentiſſimum. אמונה *Emuna*
etiam fidem & notitiam religionis ſignificat. Vnde ali-
b *Exod. 19.* qui hæretici (inquit auctor faſciculi Myrrhæ [b]) ſic in-
terprebantur. *Omnia mandata tua fides, id eſt, ſunt poſita
in fide & cognitione tui. Quod eſt falſum* (inquit.) Itaque
ſubiecit, *Ego autem non dereliqui mandata tua, quin ea fa-
cerem. Ideo enim patres noſtri Moſi dixerunt, Omne quod di-
xerit Dominus nobis faciemus: & Sapientes noſtri prouerbio
celebrarunt, Sapientia maior factis non eſt ſapientia. Item
Talmud*, (id eſt, diſciplina, doctrina) *ſine opere non eſt ma-* D
*gna Talmud. Iniqui.* Iniquè meliùs, nempè ſine cauſa, in-
iuriâ & immeritò, vt congruat voci שקר *ſheker* ſub.
ב *be*, & *ἀδίκως*. Adiuua me iniquè perſecutionẽ patiẽtẽ.
87 *Paulo minus conſummauerunt me in terra*, ferè, penè
conſumpſerunt. Paululum abfuit, quin perderent atque
exitio afficerent, vt Chryſoſtomus. *In terra* terrigenæ,
mortales, qui in terra degunt. Aliqui conſtruunt à par-
te poſteriore Verbi. Ferè in terram me proſtrauerunt,
ad nihi

*Fides iuxta Rabbinos ad ſalutem non ſufficit.*



A ad nihilum redegerunt, in puluerem propè conſum-
pſerunt.
88 *Secundum miſericordiam tuam*, pro tua miſericordia
conſerua me in viuis, & ab iniquis perſequentibus a *Verſ. 86.*
me [a]. Sum veluti mortuus, erue me ab his malis, & in
præceptis, de quibus os tuum eſt teſtificatum, per-
ſiſtam.

---

B למד LAMED, id eſt, *Diſciplina.*

Hieronymus, Euſebius.

IN ætêrnum Dómine: verbum tuũ
pérmanet in cœlo.
90 In generatiône & generatiô-
nem vêritas tua: fundâſti terram, &
C pérmanet.
91 Ordinatiône tua perſeuêrat dies: quó-
niam ómnia ſéruiunt tibi.
92 Niſi quòd lex tua, meditátio mea eſt:
tunc fortè periîſſem in humilitâte mea.
93 In ætêrnum non obliuîſcar iuſtificatiô-
nes tuas: quia in ipſis viuificâſti me.
94 Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quóniam
iuſtificatiónes tuas exquiſîui.
D 95 Me expectauêrunt peccatôres, vt pérde-
rent me: teſtimónia tua intellêxi.
96 Omnis conſummatiônis vidi finem: la-
tum mandâtum tuum nimis:

---

89 *In æternum Domine.* Hoc octonario per firmita-
tẽ, qua, quæ primò decreuit, perſeuerant, Deũ precatur.
*Verbum*

*Verbum tuum.* Decretum, mandatum tuum in æternum A
permanet in cœlis. Cœli tuo decreto, & verbo ſunt
ſtabiles, & firmi in perpetuum. Nam non interibunt
ſecundum eſſentiam, ſed dumtaxat qualitates. Iuſſio
tua perſtat, vim habet in cœlo, adeo vt ſi illud voces,
ſtet ante te, tamquam ſeruus paratus ad obſequium.
*Verbum*, Metaphoricè de voluntate. Eſtque alluſio ad
1.cap.Geneſ.Quicquid eſt, verbo Dei conſtitit,creatum
eſt, & conſeruatur.*In cœlo*.contrà quàm in inferioribus,
vbi omnia ſunt fluxa, & variis mutationibus obnoxia,
oriuntur, intereunt, &c. & in quibus verbum Dei tan- B
tum permaneat ad tempus, id eſt, quamdiu extant in
rerum natura. His exemplis de perennitate cœli &
terræ, docet legem Dei non poſſe antiquari, & quic-
quid ipſe conſtituerit, ratum eſſe, ac fixum. Aliqui per
cælos,non cæleſtia corpora.ſed cęlites & Angelos,Me-
tonymicè intelligunt, qui ſemper Deo obſequuntur &
Matth.6.v.10 parent.Secundum illud, *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Theodoritus vtrumque: *Eodem enim* (inquit) *tempore innuit non ſolùm cælos, ſed etiam cælites diuinam cuſtodire legem & ab omni tranſgreſſione immunes eſſe.*

90 *In generatione & generationem veritas*, firmitas de-
cretorum tuorum, verum tuum verbum, & decretum. C
Loquitur enim de rerum conditarum firmo ſtatu.Nam
allegoriam ſapit. Theodoritus de veritate,& ſalute per
Chriſtum, quam populus Iudæorum, indéque Genti-
lium eſt adeptus,interpretatur.

91 *Ordinatione tua perſeuerat dies*, ſicut ordinaſti, ſicut
ſtatuiſti.Commendat Dei verbum à conſtantia. Expli-
carunt hæc Hebraica, למשפטיך עמדו היום
*Lemiſchpathecha ſamedu haiom. i. Secũdum iudicia tua ſteterunt dies.* Vbi *dies* eſt ſingularis numeri.Sed ſic loquũ-
tur Hebræi in diſtributionibus,id eſt,dierum quilibet. D
dies ſinguli ex tua ſententia conſiſtunt, tuo decreto
perſtant, ſecundum leges tuas progrediuntur, vt exe-
quantur quicquid eis præceperis. Hoc enim malo,
quàm quod Rabbini, Secundum iudicia tua ſteterunt
hodie(id eſt, vſque ad hunc diem, cœlum ſcilicet &
terra)Alij.*Dies*,Metonymicè accipiunt. Quicquid ab
initio creauiſti vſque in hodiernum diem,ita conſiſtit,
vt à te eſt conſtitutum.*Seruiunt*,miniſtrant,& tuis nuti-
bus obtemperant.

92 *Niſi*



A 92 *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt.* Modus loquendi
ſubiunctiuus pro, niſi lex tua fuiſſet meditatio mea,
ſiue, vt in Hebræo שעשעי *ſchahaſchuhi*, id eſt, de-
lectatio. (vide ſuprà [a]) tunc in malis periiſſem. Contrà [a] *Verſ.47.*
afflictiones ſe conſolandum legis diuinæ conſideratio-
ne. *In humilitate*, afflictione,inopia,miſeria. *Forte*. Non
habetur in Archetypo.

93 *Quia in ipſis viuificaſti me*, quia per ipſa mihi vitam
conſeruaſti.

94 *Tuus ſum ego.* Cùm tuus ſim, curam mei habe, &
ſalua.

B 95 *Me expectauerunt peccatores*, me expectantes obſer-
uauerunt,me præſtolabantur ad perdendum,mihi inſi-
ſidiabantur,nec tamen deſij intelligere tua præcepta.

96 *Omnis conſummationis vidi finem*, rei quantumlibet
conſummatæ & perfectæ (iuxta Symmachum, totius
ſtructuræ) vidi finem: at (nam eſt Antitheſis) manda-
tum tuum, ſiue lex tua, eſt valdè lata, nec habet finem.
Nihil eſt tam abſolutum cuius non videam interitum,
præter legem tuam, quæ ſe latiſſimè in omnia ſæcula
extendit. Omnia in mundo,tam phyſica, quàm huma-
na tandem deficiunt & finiuntur, exceptis mandatis
Domini. *Finem*, eſſe ſupple,id eſt, interitum. *Latum ni-*
C *mis*, nimis patens, quàm vt poſſit finiri, infinitum, fine
carens, ſe dilatans & extendẽs in omnem æternitatem.
Nam migrantem è corpore hominem in cœlum ſequi-
tur. Ea nimis ſunt lata, quæ extremis carent. Alij Me-
tonymicè latum, id eſt, dilatans, latum reddens. Lex
tua animi anguſtias, & difficultates dilatat & diſcutit.
Theodoritus. Immortalem, perennem, & æternam vi-
tam concilians, & bona, quæ nullam viciſſitudinem
recipiunt.

D

## מם MEM, id eſt, *Ex ipſis.*
### Euſebius & Hieronymus.

QVómodo dilêxi legem tuam Dó-
mine? tota die meditátio mea eſt.
98 Super inimîcos meos pru-
dêntem me fecîſti mandâto tuo:
quia in æternum mihi eſt.

FFf

99 Super omnes docéntes me intellêxi: quia A
teſtimónia tua, meditátio mea eſt.

100 Super ſenes intellêxi: quia mandâta tua quæſiui.

101 Ab omni via mala prohíbui pedes meos: vt cuſtódiam verba tua.

102 A iudíciis tuis non declinâui: quia tu legem poſuîſti mihi.

103 Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua: B
ſuper mel ori meo.

104 A mandâtis tuis intellêxi: proptérea odîui omnem viam iniquitâtis.

---

97 *Quomodo dilexi legem tuã.* Ecquonam modo. Admiranter, vt Hebraïcum מה *mah*, quàm, quantum, quantoperè, quàm ardenter. Sic vehemens ſuum deſiderium explicat. Adeò tuam legem dilexi, vt illa ſit mea quo-
C tidiana meditatio, ſiue locutio, commentatio, occupatio. Hoc octonario exponit fructum, quem ipſe ex ſtudio, & obſeruatione diuinæ legis perceperit. *Tota*, vel, omni.

98 *Super inimicos meos prudentem*, pluſquàm, magis quàm. Sapientiorem me, quàm ſint hoſtes mei, reddidiſti in tua lege. Ben zoma aliter infrà [a]: *Ab hoſtibus meis ſapientem me feciſti, me per eos docuiſti*, de quo opuſculum Plutarchi, de Vtilitate ex inimicis capienda. *Mandato.* ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου., docuiſti me mandatum tuum. Noluerunt hunc Ablatiuum reſolui per
D Præpoſitionem *per*, vel *propter*: quamquam Hebraïca hanc reſolutionem patiantur. *Quia in æternum mihi eſt*, mandatum tuum, ſiue lex tua: quia ſemper iſtud habeo, ſemper illud ſeruo, numquam illud abiicio, vel deſero: quia perpetuò tuam legem habeo propoſitam, nec ſino me ab ea auelli, quantumuis latrent contra me mei hoſtes, quia ſemper in animo meo infixa hæret, quia ſemper eam in corde conſeruo. Auguſtinus, quia ad æternitatem mihi valet: inimicis autem in hoc tantùm ſæculo. Kimhi paulò aliter: *Quia in æternum mea eſt* (lex) *quia*

a *Verſ. 99.*



A *quia in æternum ſeruare eam debeo. Nam eſt mihi fœdus ſalis*, id eſt, ſempiternum [a]. Ea de cauſa creaſti me. Sic perpetuò ſanxiſti. Aliqui in genere intelligũt de quibuſlibet diſciplinis, ad quas pleniùs percipiendas opus eſt Dei auxilio ſingulari, vt gratia naturam perficiat. Vnde Catholici cæteris paribus, etiam in humanis artibus, & ſcientiis ſunt doctiores Hæreticis, Paganis, &c. propter ſingularem Spiritus Dei præſentiam [b].

a *Num. 18. v. 19.*

*Catholici in omni artium genere aliis doctiores.*

99 *Super omnes docentes me*, præ, pluſquam. Vt ſuperiore verſu, & ſequenti 100. 103. *Super mel*, pluſquàm mel, ſunt dulcia, grata & probata. Ex legis Dei ſtudio, vel in lege
B Dei non ſolùm factus eſt prudentior inimicis, verùm etiam ſapientior doctoribus, & intelligentior ſenibus. Diuinæ gratiæ omnia aſcribit. Theodoritus. Ben zoma citra comparationem tres hos verſiculos 98. 99. 100. intelligit, vt Præp. מן *Min* abſolutè accipiatur pro *à*, *ab*. Ab inimicis meis prudentem me feciſti. Ab omnibus docentibus me didici. A ſenibus intellexi, neque me ab eis puduit quicquam diſcere. *Itaque dico ego eum dumtaxat eſſe ſapientem, qui diſcit à quolibet homine, etiam inimico, nec erubeſcit à quoquam doceri. Quoniam Dauid*
C *cecinit: Ab omnibus docentibus me intellexi.* Hæc ille in faſciculo Myrrhæ [c].

b *Dan. 1. v. 20.*

c *Gen. 12.*

100 *Super ſenes intellexi*, præ ſenibus, qui à maioribus multa didicerunt, & multa experti ſunt. Allegoricum eſt illud Ambroſij, nouum populum, qui hîc loquatur, ſupra ſeniorem Iudaïcum intelligere.

101 *Ab omni via mala prohibui*, cohibui, in carcerem concluſi. *Pedes*, pro affectibus & motibus animi, quos oporteat in carcerem veluti concludere, & compedibus vincire, ne ferantur ad praua.

102 *Legem poſuiſti mihi*, docuiſti me. Suprà [d]. Alij,
D conſtituiſti mihi legem, ac dediſti, quam ſequor. Quia ſic lege mihi impoſita, & data conſtituiſti.

d *Verſ. 33.*

103 *Super mel ori meo.* Suauior mihi eſt legis tuæ, meditatio, quàm ori mel. Eſt nouum membrum per Aſyntheton & Zeugma. (Et) ſuper mel ori meo (ſunt eloquia tua.)

104 *A mandatis tuis intellexi*, ex præceptis tuis eruditus ſum, & intelligentiam conſecutus, è tua lege didici, quid ſit credendum, quid faciendum: vt mox. *Lucerna*

*pedibus meis verbum tuum.* Meditatione & ſcientia præceptionum tuarum intelligens, & prudens factus ſum. A
Quare & odio proſequor omnem ſemitam mendacij. Vel Metonymicè, eos qui iniquè viuunt. *Odiui*, odio habui, odi. Interim Verbum eſt Latinum præteriti ſignificationem magis exprimens, quam *Odi.* Hinc apud M.
a *13. Philip.* Ciceronem [a] in M. Antonij epiſtola de Pompeio mortuo: *Mihi quidem conſtat non deſerere partes, quas Pompeius odiuit,* id eſt, quas dum viueret, odiuit, non quas nunc odit, cùm ſit mortuus. *Odio, Odis* veteres dicebant. Hinc
b *lib. 3.* *Odirem*, apud Chariſium b, & *Oſi ſunt*, paſſiuè apud Feſtum. Hæc aduerſus iſtos, qui noſtram editionem B
inelegantiæ arguere temerè ſolent. *Iniquitatis*, שקר *ſheker* mendacij propriè. Quod aliqui referunt ad falſam doctrinam, & corruptelas.

---

## נון NVN, id eſt, *Sempiternum.*
### Euſeb. Hieronym.

Lvcêrna pédibus meis verbũ tuum: & lumen ſémitis meis.
106 Iurâui & ſtátui: cuſtodíre iudícia iuſtítiæ tuæ. C
107 Humiliâtus ſum vſquequâque Dómine: viuífica me ſecúndum verbum tuum.
108 Voluntária oris mei beneplácita fac Dómine: & iudícia tua doce me.
109 Anima mea in mánibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblîtus.
110 Poſuêrunt peccatóres láqueum mihi: & de mandâtis tuis non errâui. D
111 Hæreditâte acquiſîui teſtimónia tua in ætêrnum: quia exultátio cordis mei ſunt.
112 Inclinâui cor meũ ad faciêndas iuſtificatiônes tuas in ætêrnũ: propter retributiônem.

---

105 *Lucerna.* Verbum Dei eſt lux, lumen, lucerna: quoniam ad Deum dirigit in agendis, credendis, ſperandis, amandis, & ducatum præſtat, ne vſpiam offendamus, & laba



A labamur in vitæ huius tenebris, néve aberremus ab ea via quæ ducit ad vitam beatam. Eſt enim fidei & vitæ regula, monſtrans viam in tenebris mundi ad vitam æternam [a]. Theodoritus lucernam legem Moſis intelligit, lumine Chriſtum. Nam illa quidem vt lucerna, a *Eſa. 8. v. 20.*
vix vnam illuminauit gentem, hic verò totum orbem *2. Pet. 1. v. 19.*
terrarum. Item lucerna cùm adhuc nox eſſet, at poſtea lux vera, quæ illuminat omnem mundum, illuxit.

106 *Iuraui & ſtatui,* in Circumciſione, Baptiſmo, Confirmatione, & reliquis fidei, & religionis actionibus, tã
B ſolênibus quàm priuatis votis & profeſſionibus. *Et ſtatui. Et,* expoſitiuè ſumitur: Nam iurare hîc nihil aliud eſt, quàm firmiter decernere, ſtatuere, & promittere.

107 *Humiliatus ſum vſquequaque*, afflictus ſum vehementiſſimè, ex his malis erue me, vel viuere fac me ſecundum legem tuam, & piè.

108 *Voluntaria oris mei beneplacita.* Subſtantiuè pro votis, & voluntariis oblationibus. Gall. *Deuotions.* Oblationes oris mei (vt orationes meas) liberales & ſpontaneas acceptas habe & placitas. *Spõtanea ſacrificia oris mei benè*
C *placeant tibi.* Heb. נדבות פי רצה נא *nidboth pi retſe na.* Sic autem vocat hymnos ſuos, & laudationes vltroneas, vel etiam ſacrificia pacifica citra votum, vel obligationem oblata, quæ pro gratiarum actione fiebant, non ex præcepto legis. Quibus Hebræi נדר *Neder*, vota, votiua ſacra, & חובה *Hobá* debitum, ſacrificia ex debito opponunt. Theodoritus refert ad conſilia Euangelica, quæ legis neceſſitati minimè ſubiiciuntur, ſed piæ & religioſæ mentis ſunt fructus, vt virginitas, continentia poſt nuptias, paupertas, ſolitaria vita, Eremi *Cõſilia Euangelica quæ, & qualia.*
D commoratio, &c. *Oris*, ore prolata, & fuſa. Quæ enim alibi ſacrificia laudis, hic *Voluntaria oris*, dicuntur, id eſt, voluntariæ orationes, deuotio, & piæ preces. Hebræum quidem נדבה *Nedaba* genus eſt ſacrificij, ſed eo, vt etiam *Vituli labiorum*, & *Hoſtia laudis*, transfertur apud Hoſeam [b]: *Reddamus vitulos, vitulos labiorum noſtrorum:* b *cap. 14. v. 3.*
vbi doctè Hieronymus: *Vituli labiorum*, ait, *laudes & gratiarum actio.* Pro quo Septuaginta fructus labiorum, iuxta illud Apoſtoli [c]: *Per ipſum offeramus hoſtiam laudis,* c *Heb. 13. v. 15.*
*id eſt, fructum labiorum confidentiũ nomini eius. Beneplacita*, accepta. Adiectiuè, à parte poſteriore Verbi *fac.* Voluntaria oris mei fac beneplacita, fac, vt placeant tibi.

109 *Anima mea in manibus meis*, in manifeſtis pericu- A
lis. Nam quod eſt in manu, eſt expoſitum, & obiectum, ſiue obnoxium externæ direptioni. q; d: Sum in perpetuis periculis, neque talis mors, neque vita, &c. me à tui caritate poterit ſeparare [a]. Chald. *anima mea periclitatur, ac ſi in ſuperficie manus meæ eſſet.* Quo Hebraiſmo vtitur Iob [b] & Iephte [c]. *Poſui animam meam* (inquit) *in manibus meis, tranſiuiq; ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas*, id eſt, vitam meam omnibus periculis expoſui. Hinc Hieronymus ad Suniam. *Eſt breuiter hic ſenſus, Quotidie periclitor: & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto. & tamen legem tuam non obliuiſcor.* B
Hæc ille. Mendoſi codices Græci legunt σου, de quo D. Auguſtinus. *Nonnulli* (inquit) *codices habent, in manibus meis, ſed plures, tuis. Et hoc quidem planum eſt. Iuſtorum enim animæ in manu, prouidentia, cuſtodia Dei ſunt. Anima verò mea in manibus meis, quo modo intelligatur, ignoro.* Quod explicat D. Hieronymus, ignorat D. Auguſtinus. Nempè multa ignorantur à linguarum imperitis, quæ periti liquidò intelligunt. Vnde vitioſam lectionem dūtaxat interpretantur Auguſtinus, Caſſiodorus, Theodoritus, &c. *Et legem*, & tamen. Sic ſeq. verſ.

110 *Et de mandatis tuis non erraui.* & tamen, at propter C
has cruces, propter hos laqueos & inſidias à tuo cultu non diſceſſi.

111 *Hæreditate acquiſiui.* Vnico verbo Græc. ἐκληρονόμησα, hæreditaui, hæreditate poſſedi, accepi in hæreditatē pro hæreditate elegi [d]. Quamdiu viuā, ea habiturus ſum pro hæreditate, non aurum, argentum, &c. Piorum patrimonium eſt lex Dei, non aurum, argentum, ſæculi pompæ, &c. *Exultatio*, gaudium & lætitia.

112 *Inclinaui cor meum.* Metaphora à libripende, qui
ſtateram inclinat, in quam vult partem. Trutinæ enim D
eſt ſimile animæ conſilium, homo verò ſiue mens ſtateram tenenti. Theodoritus *Propter retributionem*, propter mercedem, quam promiſiſti, propter præmium vitæ æternæ & aliorum bonorum, quibus ſtudioſos legum tuarum remuneras, עקב *hekeb*, pro mercede etiam exponunt pleríque Rabbini, quòd ſit extremum operis. Alioqui propriè ſignificat calcem, veſtigium, plantam. Sic Apoſtolus [e] *Fide Moſes elegit affligi Dei cauſa, quod aſpiceret in remunerationem.* Cauſa finalis prima, per

a *Ro. 8 v. 31.*
b *Iob 13 cap. verſ. 14.*
c *Iudic 12. ver. 3.*
d *Vt Pſal. 15. verſ. 5.*
e *Hebr. 11. verſ. 26.*



A per ſe & propriè, cur applicandus ſit animus ad exequenda Dei mandata, eſt Deus, ſiue Dei volūtas, & imperium, nempè quia ſic vult, & iubet: Secunda autem, & minus præcipua, retributio, ſiue remunerationis ſpes. Aliqui exponunt, *vſque ad calcem.* i. vſque ad finem & extremum dierum meorum: vt & ſuprà [a]. Non tam rectè: iam enim poſuit, *in æternum.* Alij, *vſque ad veſtigium*, in ſingulis legis veſtigiis.

a *Pſalm. 70. verſ. 33.*
*Cauſſa principalis bonorum operum Deus, minus præcipua retributio.*

---

## סמך SAMECH, id eſt, *Adiutorium.*

Euſebius, Hieronymus.

I
INîquos ôdio hábui: & legem
tuam dilêxi.
114 Adiûtor, & ſuſcêptor meus
es tu: & in verbum tuum ſuperſperâui.
115 Declinâte à me malîgni: & ſcrutâbor
mandâta Dei mei.
116 Súſcipe me ſecûndum elóquium tuum,
C & viuam: & non confùndas me ab expectatiône mea.
117 Adiuua me, & ſaluus ero: & meditâbor
in iuſtificatiónibus tuis ſemper.
118 Spreuîſti omnes diſcedêntes à iudíciis
tuis: quia iniûſta cogitátio eòrum.
119 Præuaricântes reputâui omnes peccatôres
terræ: ídeo dilêxi teſtimónia tua.
D 120 Confîge timóre tuo carnes meas: à iudíciis
enim tuis tímui.

---

113 *Iniquos odio habui*, cogitabundos, malè cogitantes propriè. סעפים *ſahaphim*, Quo verbo aliqui hæreticos intelligunt, commenta nefaria animo agitantes: vt ſit antitheſis odij peruerſæ doctrinæ, & amoris legis Dei.

114 *Adiutor & ſuſceptor meus es tu*, latebra & ſcutum, A
propriè per Metaphoram. Docet ſe ſub tutela Dei abſcondi,& tanquam ſcuto defendi. *Superſperaui.* Præpoſitio auget, vt Hebraicè coniugatio Piel. vehementer ſperaui in tua promiſſione.

115 *Scrutabor*, Hebraicè ואצרה *veetſerah*: i. cuſtodiam: vt intelligamus legem Dei eſſe ſcrutandam, vt opere compleatur [a]. Cognitionis enim finis eſt actio. Hîc nota malorum conſortia legis Dei ſtudio officere.

a *1.Cor.4.v.20.Matt.5.v.20.Rom.2.v.13.14.Iac.1.v.22.23.*

116 *Suſcipe me ſecundum eloquium tuum*, adiuua me, confirma, ſuſtenta, fulci ſecundum tuum promiſſum. Salutem mihi promiſſam largire.Eloquium enim promiſſionem hoc in loco dicit. Theodoritus *Et viuam.* B
Optatiui, ſiue Deprecatiui modi: Et fac viuam, & viuam obſecro.q.d.Et viuifica me,vt alibi.Sic quod mox ſequitur, *Et non confundas.* Nam Hebraice ואל *veal, Et ne,* Viuere hîc videtur ſignificare iuſtum eſſe, vt b: *Ego enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuam.* Nam non loquitur de vita corporis. Sic illud c. *Iuſtus ex fide viuit,* vita ſcilicet ſpirituali, non ſenſibili. *Et non*, Deprecanter. Et ne fruſtrator me, ne me confundi ſinas à mea ſpe. Hinc Hebraice ואל *Veal.* Ne pudefiam non impetrando quod promiſiſti.

b *Gal. 2. v. 19.*
c *Abacuk 2. verſ. 4.*

117 *Adiuua me, & ſaluus ero*, fulci me,vt conſeruer. *Et meditabor.* Alij,Et delectabor. Alij, Et narrabo. At me- C
ditatio non in verbis ſolùm, ſed etiam in operibus Theodoritus.

118 *Spreuiſti omnes diſcedentes,* סלית *ſalitha,* conculcaſti propriè,omnes errantes à ſtatutis tuis,quia fallax, vel mendax eſt eorum calliditas.

119 *Præuaricantes reputaui omnes peccatores,* A parte poſteriore regitur.In fonte ſermo ad Deũ dirigitur.(tamquam) ſcorias ceſſare, & detinere feciſti, deleuiſti, abraſiſti,ſuſtuliſti omnes impios terræ:vel, quaſi rubiginem exiſtimaſti. (pro nihilo dixit Theodotion) Metaphora,ab aurifice,qui argenti vel auri ſcorias abiicit,vt Deus impios. Quomodo ſcoria per ignem ab auro diſ- D
iungitur,& rubigo abſtergitur,neque igne conſumitur: ita impios exurendos cenſuiſti igne (æterno.) Septuaginta videntur legiſſe סוגים חשבה *Soghim hiſaſabti*, errantes cogitaui, reputaui: non חשבה סיגים *Sighim hisbata*. Senſus parum differt. Omnes pecca



A peccatores terræ reputaui præuaricantes, pro præuaricantibus & trãſgreſſoribus cenſui.i. pro nihilo,pro hominibus nihili,& nullius pretij,quorum interitus nihili æſtimari debet, vt quorum vita ſit Reip.noxia.

120 *Confige timore tuo carnes meas*, καθήλωσον, clauis transfige,ne ad ſua deſideria ferantur,& in animã conſurgant,ſed mortuæ peccato factæ eius ducatũ ſequantur.Doctè,Nam מסמרים *maſmedim*, ſunt claui [a],vt ſit alluſio ad myſterium crucifixionis Chriſti: ſic Apoſtolus [b]: *Chriſto confixus ſum cruci.* Et iterum [c]: *Per Chriſtum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Ego enim*
B *ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Et rurſus d: *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt,vt deſtruatur corpus peccati,vt non vltrà ſeruiamus peccato,* Et alibi [e]: *Mortificate membra veſtra, fornicationem, immunditiam & paſsiones alias.* q.d. Tranfige carnes meas timore tamquã clauis, vt caro ſibi intereat, tibi viuat. Perfora & penetra. Timor tuus altè intret in corpus meum. Mortifica,vulnera, debilita timore tuo carnem meam, vt eius laſciuia coerceatur,néve per eam tibi peccẽ. Pro סמר *Semár* vel, סמור *Semór*, in Imper. Maſoretæ maluerunt סמר *Samár*, in præterito, non tam rectè. *Confixa eſt*
C *præ timore:* vel,iuxta alios, *Horruit tui timore caro mea, vt quaſi pili capitis erigantur in rectum.* Gall. *heriſſer. A iudicijs*, à decretis tuis,quibus comminaris te perditurum impios, à pœnis, quas dare ij ſolent, qui à tua lege deſciſcunt.Timor Dei comprimit animi cupiditates.

a *Eſa.41.v.7.*
b *Gal.v.19.*
c *6.Cap.v.15*
d *Ro.6.v.6.*
e *Col.3.v.5.*

---

עין AIN, id eſt, *Fons, vel oculus.*

Euſeb. Hieronym.

D FEci iudícium & iuſtítiam: non tradas me calumniántibus me.

122 Súſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumniêntur me ſupêrbi.

123 Oculi mei defecêrunt in ſalutâre tuum: & in elóquium iuſtítiæ tuæ.

124 Fac cum ſeruo tuo ſecũndũ miſericór- A
diam tuam: & iuſtificatiônes tuas doce me.
125 Seruus tuus ſum ego: da mihi intellê-
ctum, vt ſciam teſtimónia tua.
126 Tempus faciẽndi Dómine: diſſipauê-
runt legem tuam.
127 Ideo dilêxi mandâta tua: ſuper aurum,
& topázion.
128 Proptérea ad ómnia mandâta tua diri-
gêbar: omnem viam inîquam ódio hábui. B

---

121 *Feci iudicium & iuſtitiam*, Studui iuſtitiæ & virtuti. Quod dicere non eſt iactantia, ſed innocentiæ aſſertio, vt videatur indignus, qui nocentium libidini permittatur. Ambroſius, *Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, Theodoritus [a]: *Non tradas*. Heb. אַל תַּנִּיחֵנִי לְעֹשְׁקָי *al thonihemi lebuſchekai*, *Ne derelinquas me oppreſſoribus meis*; ne me eorum libidini permittas. C

a è 2. Cor. 1. verſ. 12.

122 *Suſcipe ſeruum tuum*, adiuua me, *in bonum*, id eſt, vt benè mihi ſit, vt bonum aſſequar, vel vt bona exequar. Ad verbum. *Dulceſce ſeruo tuo, ad bonum*. q. d. Dulcem & ſuauem te præbe ſeruo tuo, vt omnia bona, pro quibus orat impetret & obtineat. Alij, vt Aquila & Theodotion, vertunt, *Fideiube, ſponde pro ſeruo tuo in bonum*. Metaphoricè pro, Inclina cor meum ad bonum, accommoda, oblecta. Sic animum meum virtutis & pietatis ardore affice, vt omnes meas voluptates in eis D conſtitutas habeam, eiſque oblecter. *Calumnientur* יַעַשְׁקֻנִי *iabasbknni*, opprimant propriè.

123 *Oculi mei Def[?]cerunt*, vſque ad defectionem & deliquium animi concupierunt ſalutem tuam, & tua iuſta mandata, ardenter concupierunt tuam ſalutem, tuum auxilium, & tua præcepta iuſta. Etſi Theodoritus. *Eloquium* promiſſionem hîc rurſus exponat.

124 *Iuſtificationes tuas doce me*, ſtatuta. Require ſuprà [b].

b Verſ. 12. Seruus Dei ve quis.

125 *Seruus tuus ſum ego*. Non tantùm natura, quod cum omnibus commune habeo, ſed etiam affectu, quod eorum



eorum eſt dumtaxat, qui libentiſſimè Dei imperium eligunt. Theodoritus. *Da mihi intellectum*. In fonte eſt Eclipſis. Fac me intelligere (viam.)

126 *Tempus faciendi*, puniendi, vlciſcendi. In malam partem, vt alibi [a]. *Non faciã, ſi inuenero ibi triginta*, id eſt, vt aliis verſibus b non percutiam, non interficiam, non delebo, q. d. vt tu facias iudiciũ in impios, ſub. tempus eſt, vt facias vindictam ſcilicet, & vltionem de iis, qui legem tuam violant, & euertunt, Chryſoſtomus. Sed Theodoritus ad auxilium refert. Tempus eſt, vt facias B quæ precor. Iam nobis iniuria affectis opportunum eſt tuum auxilium, immò verò neceſſarium. Chaldæus reſoluit hoc Gerundium per primam perſonam, *Vt faciam*, videlicet legem tuam. Nam alij eam diſſipãt. Sic enim vertit. *Tempus eſt faciendi voluntatem Dei. Domine*, In Hebræo eſt Heteroſis perſonæ ob myſterium Filij Dei, Domino Chriſto, cui Pater dedit omne iudicium [c]. Quam doctè reduxerunt ad ſecundam, vt oratio minus eſſet abrupta עֵת לַעֲשׂוֹת לַיהוָה *had labaſchoth lAdonai*. *Tempus faciendi Domino*, id eſt, vt faciat Dominus, id eſt, vt tu, ô Domine facias iudicium de impiis. C *Tuam*. q. d. Tuum eſt negotium, quod agitur. Quare non eſt tibi negligendum, quin vlciſcare legis tuæ præuaricationem.

a Ge. 18. v. 30.
b 29. 31. 32.
c Ioan. 5. v. 22

127 *Ideo dilexi mandata tua*. Dilexi tua præcepta, pluſquam omnes mundi opes, & pretioſiſſima quæque. Illorum præſtationem prætuli cunctis diuitiis & theſauris. *Topazion*, obrizum propriè, genus auri puriſſimi, non lapidis pretioſi, vt Topazius, illa tempeſtate aliis fortaſſe prælatus.

128 *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar*, Ad verbum. D Omnia mandata omnium rectificabam, id eſt, defendebam, vt recta, ac iuſta, recta dicebam: vel rectè cuſtodiebam omnia præcepta omnium rerum, quas præcepiſti. *Omnium* enim ad res, non ad perſonas refertur [d]. *Iniquam*. שֶׁקֶר *ſcheker*. Falſitatis propriè. Quod de falſa doctrina aliqui accipiunt.

d Ezech. 44. verſ. 30.

פא PHE, id eſt, *Os, oris.* A
Euſebius, Hieronymus.

MIrabília teſtimónia tua : ídeo ſcrutâta eſt ea ánima mea.
130 Declarátio ſermônum tuórum illûminat : & intellêctum dat páruulis.
131 Os meum apérui,& attrâxi ſpíritum:quia mandâta tua deſiderâbam. B
132 Aſpice in me, & miſerêre mei : ſecûndum iudícium diligéntium nomen tuum.
133 Greſſus meos dírige ſecúndùm elóquium tuum : & non dominêtur mei omnis iniuſtítia.
134 Rédime me à calúmniis hóminum : vt cuſtódiam mandâta tua. C
136 Fáciem tuam illúmina ſuper ſeruum tuum:& doce me iuſtificatiônes tuas.
136 Exitus aquârum deduxêrunt óculi mei: quia non cuſtodiêrunt legem tuam.

129 *Mirabilia teſtimonia tua.* Auguſtinus ad bonitatē, potentiam,effectus viſibiles,qui in cælo , terra , rebúſque procreatis lucent , refert. Ambroſius ad miracula Iſraelitis edita.Tu in genere ad res omnes admiratione dignas,myſteria recondita,& cætera , quæ demulcere & in amorem excitare eos poſſunt , qui cernere queunt.*Scrutata eſt* , ad perficiendum. Vnde Hebraicè נצרתם *netſaratham* cuſtodiuit ea. Quod tamen pro *Obſeruare* , ſumi poſſit in hanc ſententiam. Quoniam teſtimonia tua ſunt res admirandæ,idcircò ea diligenter obſeruaui,& contemplatus ſum,ea vt perciperem. D
130 *Declaratio ſermonum tuorum* , apertio , patefactio, explicatio.Quando ſermones tui declarantur & docentur,



A tur,illuſtrantur rudes ; Cognitio dictorum tuorum rudes illuminat , Verbum Dei explicatum populo mentem eius illuſtrat,ne ambulet in tenebris,ſciátque agē da,fugienda,credenda,ſperanda,amanda , fruenda. In metu & obſeruantia continet.Hîc ſacrarum lectionum & concionum fructus etiam apud rudes פתח *Pétah* etiam oſtium,aperturam & ingreſſum.(מבא *mabó* R. Leui [a]) ſignificat. Etiam oſtium & principium legis tuæ cæleſti quodam lumine illuſtrat mētes hominum, vt poſſint perſpicere,quid ſequendum, quid fugiendū, nedum eius penetralia,& intima myſteria. Vel initiū, B & limen verbi Dei illuminat mentes.Primus ſenſus,literæ cortex,prima lectio & vox. Verba Dei in ipſo limine , atque introitu illuminant. Qui ſenſus eſt prorius.Nā פתח *Pathah*,aperire,incipere,& apud Iob [b] *aperire os ſuum*,incipere loqui,aperire parabolā , eā inchoare.Quiſquis attingit vel limen,vel corticem Scripturę,ſe ſentit illuminari:quanto magis,vbi fuerit ipſa penetralia ingreſſus?Initium ac rudimentum verbi tui lucem præbet ſimplicibus & indoctis,qui id tātùm deguſtarint.*Paruulis*,ſimplicibus & idiotis,nedum doctis & literatis.Simplices erudit.In genere de paruulis æta C te,ſenſu,eruditione,donis,fortuna, qui ignorantia detenti,infantium inſtar ſunt.

a *Exod.29.*
b *Iob.3.ver.1.*

131 *Os meum aperui,* magnoperè deſideraui. *Et attraxi ſpiritum*,aërem, qui attrahitur reſpirando , quaſi dicat: ingemui,ſuſpiraui , anhelaui præ legis tuæ deſiderio. Geſtus hominum aliquid auidiſſimè expetentium , vt famelicorum. Nam hi aërem hianti ore hauriunt. Anhelaui,anhelitum duxi, vt ſolent qui aliquid vehemēter cupiunt,præ deſiderio cæleſtis ſapientiæ.Qui expectant aliqui ferè ſunt hiante ore.Vnde χασκάζειν, id eſt, D hiare apud Ariſtoph. [c] pro expectare: & apud Poëtam Latinum,*Coruos paſcit hiantes.* Metaphoricè *Os* mentis alacritas,quæ Spiritus gratiam attrahit , vt cum Apoſtolus [d], *in patefactione oris, vt verbum ſibi daretur* , precatur,Theodoritus.
132 *Secundum iudicium diligentium nomen tuum*,morem, conſuetudinem. q. d. vt ſoles miſereri diligentium te, paſſiuè.Iudiciū,pro more, vt [e] *Hoc ius,ſiue iudicium regis eſt*,id eſt,Mos.Sic ſolent agere reges,& ſubditos opprimere : hinc perſpicuè & alio in loco [f] : *Dabis calicem Pharaoni*

c *In Veſpis.*
d *Eph.6.v.19*
e *1.Re.8.v.11.*
f *Ge.40.v.13.*

*Pharaoni ſecundum iudicium prius*: & alio in loco [a], *ſecundum iudicium filiarum faciet ei.* Alij accipiunt pro æquitate, vt bilances iudicij, id eſt, iuſtæ, æquæ. Miſerere mei pro ea æquitate, qua es erga diligentes nomen tuum. A

a Exo.21.v.9.

133 *Greſſus meos dirige ſecũdum.* Hebraicè הכן *hachen*, i. firma, vel para greſſus meos in eloquio tuo: in tuis dictis veſtigia mea ſtabiliro, vt ab omni peccato & ſcelere purus ſim, & ne vlla iniquitas me in ſeruitutem redigat. *Secundum* ergo hîc pro iuxta, prope, per, vt Latinè *ambulare ſecundum littus.* Vitæ ſanctæ regula Dei eloquium. *Non dominetur*, ne *peccatum in me regnet*, vt [b] ait Apoſtolus. Alioqui ſine peccati ſeruitute eſſe nec poſſumus, nec ſolemus. *Non omnis*, id eſt, nulla iniuſtitia in me vigeat; de qua phraſi infrà [c]. B

b Rom.6.v.12.
c Pſ.147.v.9.

134 *Redime me à calumniis hominum*, libera, vindica me ab iniuriis hominum & oppreſſione.

135 *Faciem tuam illumina.* Fauorem tuum oſtende, & ſerenitatem vultus tui. Sic vocat rerum triſtium finem, & bonarum largitionem. Alioqui Deus eſt incorporeus, ſimplex, compoſitionis expers. Theodoritus. Facies tetrica, odij & iræ ſignum: ſerena & lucida, fauoris ac beneuolentiæ. Alij, vt Ambroſius, faciem Dei non velatam: quaſi ſibi concedi petat ſpiritualem legis intelligentiã, qua mẽtes illuſtrantur, de qua in aliis locis [d], vt *præcepta Dei non ex parte* (inquit Hilarius) *neque per legis vmbram, ſed facie ad faciem, & ſpirituali contemplatione cernat.* Fons illinc non abludit. Nã חוקים *Hukkim*, ſunt ſtatuta religionis, & ſacrorum rituum, quorum theoria eſt valdè myſtica è D. Dionyſio. C

d Exo.33.v.13 14. 2. Cor.3. ver.18.

136 *Exitus aquarum deduxerunt oculi.* Accuſatiui caſus, διεξόδους: riuos aquarum, copioſiſſimas lachrymas profuderunt fluminis inſtar, cùm hominum tranſgreſſiones conſpexerim. Sic enim multitudinem lachrymarũ vocat. *Deduxerunt*, id eſt, κατεβίβασαν. At vt monet Ambroſius, legitur in aliis Exemplaribus κατέβησαν, deſcẽderunt, vt Hebraicè פלגי מים ירדו עיני *Palgue maim iaredu henai, in riuos aquarum deſcenderunt oculi mei.* Riui lachrymarum fluxerũt de oculis meis. In aliis etiam κατέδυσαν, ſubierũt. Quæ varietas indicat Septuaginta vetuſtate fuiſſe interdum corruptos. *Cuſtodierunt*, ſub. homines. Sic ſæpè tertiis vtuntur imperſonaliter, in vtroque D

Septuaginta fuerunt interdũ corrupti.



A vtroque etiam numero. Aliqui, non incommodè, *Oculi me*, repetunt è ſuperiori hemiſtichio. Vnde in nonnullis Exemplaribus Græcis ἐφύλαξα, *Cuſtodiui*: Quia non cuſtodiui ego legem tuam: quia peccaui oculis & oculorum concupiſcentia, per oculos ſatisfeci, copioſè lachrymando. Quam lectionem alioqui Hieronymus reprehendit, quòd Hebraica lectio habeat שמרו *ſchameru, Cuſtodierunt.* Sed ea nihil huic ſententiæ detrahit. Effuſè lachrymati ſunt oculi mei, quia illi non cuſtodierunt legem tuam, quia oculi mei grauiter peccarunt, & tranſgreſſi ſunt tua præcepta. Hyperbolicῶs
B declarat ingentem dolorem ob legis diuinæ contẽptũ.

## צדי STADE, id eſt, *Iuſtitia.*

Euſebius, Hieronymus.

IVſtus es Dómine: & rectum iudícium tuum.

138 Mandâſti iuſtítiam, teſtimónia tua: & veritâtem tuam nimis. C

139 Tabéſcere me fecit zelus meus: quia oblîti ſunt verba tua inimîci mei.

140 Ignîtum elóquium tuum vehemênter: & ſeruus tuus dilêxit illud.

141 Adoleſcéntulus ſum ego, & contêmptus: iuſtificatiônes tuas non ſum oblîtus.

142 Iuſtítia tua, iuſtítia in ætêrnum: & lex tua véritas.

D 143 Tribulátio, & angúſtia inuenêrunt me: mandâta tua meditátio mea eſt.

144 Aequitas teſtimónia tua in ætêrnum: intellêctum da mihi, & viuam.

137 *Iuſtus es*, eſſentialiter (natura, non qualitate) & efficienter, dum nos iuſtificas [a]. *Iudicium.* In fonte eſt diſcordia numeri inter Adiectiuum & Subſtantiuum ad deno

a Rom.3.v.24.

ad denotandam diſtributionem ישר משפטיך A
*iaſchar miſpathecha, rectum iudicia tua*, id eſt, vnumquod-
que iudiciorum tuorum. Quicquid enim à Deo fit, re-
cto iudicio fit. Ambroſius, & Zonaras [a].

*A Deo quicquid fit, iuſtè fit.*

*a tom.3.*

138 *Mandaſti iuſtitiam, teſtimonia tua.* Aſyntheton.
Præcepiſti nobis iuſtitiam, & teſtimonia tua, & verita-
tem tuam ſtudioſiſſimè. Diligenter admodum iuſſiſti
obſeruare iuſtiſſimas & veriſſimas tuas leges. Eſt autem
congeries nominum Synonymorum. Hæc enim tria
nihil niſi legem Dei ſignificant. Alij vertunt in Geni-
tiuo, Iuſtitiam teſtimoniorum tuorum, & veritatis tuæ.
Sanxiſti mandata iuſtiſſima, & veriſſima, vt valdè ſolli- B
citè ſeruarentur. Occaſione literæ צ tſade, quæ eſt
ſymbolum iuſtitiæ, apud Hebræos maximè Cabbali-
cos ex Elia in Tisbi, hoc Octonario commendat iuſti-
tiam Dei.

139 *Tabeſcere me fecit,* צמתתני *tſimmethathni*, ſucci-
dit me, propriè. Sed eſt Metaphora. Conficior zelo, &
indignatione, quòd inimici mei tuorum verborum ſint
immemores. Non tam offenſus ſum priuatis iniuriis,
quàm legis tuæ præuaricatione.

140 *Ignitum eloquium tuum vehementer*, igne probatum C
& excoctum, id eſt, purum, & ſine ſcoriis, vt non fallat.
Sic ſuprà [b]: Verba tua puriora & excellentiora ſunt au-
ro, quod artifex ſæpè igne purgauit. Alij, efficax. Theo-
doritus probatū, & omni reprehenſione liberum. Quid
ſi flammeum, ardens Metonymicè, id eſt, incendens, &
inflammans animas ad cæleſtia & ſuperna.

*b Pſal.11.v.17. & 18.v.11.*

141 *Adoleſcentulus ſum ego*, paruus & abiectus. Nam eſt
nomen ætatis, ſed conditionis, & ſtatus ſiue humilita-
tis. Alluſum putat Theodoritus ad 1. Reg. [c] vbi cum
Dauid fratrum eſſet minimus & abiectiſſimus greges
paſcens, vates ſimul, & rex à Deo per Samuelem effe- D
ctus eſt. *Iuſtificationes.* Et tamen ſub. Anonymus, Nempè
אף על פי כן *aph hal pi chen*. Quamuis me contem-
nant homines, tamen non ſum oblitus præceptorum
tuorum, ſed in his perſeueraui conſtantiſſimè.

*c 16.c, ver.11.*

142 *Iuſtitia tua iuſtitia in æternum.* Iuſtitia tua numquā
corrumpitur: quiſquis eam ſequitur, in perpetuū gau-
debit, & in crucibus conſolabitur. Vel laborum mer-
cedem habebit, vitam æternam, cùm qui humanis le-
gibus obtemperat, ne in præſenti quidem vita, à legiſ-
latore



A latore honorem, & præmium vix conſequatur. *Lex,*
ſpiritualis, vel Euangelij, Ambroſius. Malo in genere.
Nam verbum Dei commendat ab æternitate & verita-
te. *Veritas*, vera vel firma, conſtans & permanens. Le-
gem diuinam humanis opponit, quæ non omninò om-
nes iuſtitiam continent. Theodoritus.

143 *Tribulatio & anguſtia inuenerunt me*, euenerunt
mihi. Sed ſic loquuntur, ne calamitates videantur for-
tuitò obtingere. *Meditatio*, deliciæ, Hebraicè שעשעי
*ſchahaſchuhai.* Et ſic ferè ſemper toto hoc Pſalmo. In
B mediis anguſtiis me his deliciis ſolor.

144 *Aequitas*, æquiſſima (ſunt.) Idem ferè ſuprà [a]. *a Verſ.142.*
Teſtimonia tua ſunt perpetuò æquiſſima. At Theodo-
ritus ſunt in cauſa, vt æterna cōſequamur bona. Quare
etiam *Viuam* de vita æterna intelligit. *Intellectum* legis
tuæ da mihi, vt viuam. Eius enim ignoratio impieta-
tem, indéque mortem gignit.

---

קוף COPH, id eſt, *Vocatio.*

C Euſebius, Hieronymus.

Clamâui in toto corde meo, exaúdi
me Dómine: iuſtificatiônes tuas
requîram.

146 Clamâui ad te, ſaluum me fac:
cuſtódiam mandâta tua.

147 Præuêni in maturitâte, & clamâui: quia
in verba tua ſuperſperâui.

148 Præuenêrunt óculi mei ad te dilúculo:
D vt meditârer elóquia tua.

149 Vocem meam audi ſecûndùm miſeri-
córdiam tuam Dómine: & ſecûndùm iudí-
cium tuum viuífica me.

150 Appropinquauêrunt perſequêntes me
iniquitâti: à lege autem tua longè facti ſunt.

151 Propè es tu Dñe: & omnes viæ tuæ véritas.

152 Inítio cognôui de teſtimóniis tuis: quia
in ætêrnum fundâſti ea.

145 *Iuſtificationes tuas requiram.* Etiam hîc Hebraïcè A
חקיך אצרה *hukecha atſorah*, id eſt, *ſtatuta tua cuſto-
diam.* Quod poſſit eſſe modi deprecatiui, ſiue Optatiui.
Obſecro, cuſtodiam, fac, quæſo requiram. De efficaci
perueſtigatione. Etenim pollicetur, ſe totũ vacaturum
Domini inſtitutis & religioni, ſi vota impetrauerit.
146 *Vt cuſtodiam mandata*, teſtimonia. In Hebræo
עדותיך *hedothecha*, & Græco μαρτύρια eodem ſenſu,
niſi quòd vox extenditur ad præcepta Eccleſiæ tradita,
non ſcripta, vt ſuprà [a] annotatum. a *Verſ.1.*
147 *Præueni in maturitate,* maturè, ante tẽpus: primum
mane animaduerti. Vnde Hebraïcè בנשף *banneſcheph*, in B
crepuſculo, præuenio crepuſculum, in tenebris euigilo,
ſummo mane, antequàm reliqui ſurgant. De anteluca-
nis precibus. Græcè, ἐν ἀωρίᾳ, in immaturitate, in intem-
peſtiuitate, longè ante tempus ſurgendi, vel tempore
immaturo, & rebus agendis incommodo. Quod tamen
poſtea Euthymius, Theodoritus, Auguſtinus de intem-
peſta nocte actionibus immatura, vt quod ſequitur de
prima luce, & diluculo exponunt. נשף *Neſcheph* inter-
pres Berachoth hîc interpretatur veſperam diei, quãdo
occubuit ſol, q. d. Non tranſiit ſuper me dimidium no- C
ctis in ſomno, quoniam ante ſurgebam. Sed nihil eſt
neceſſe. Duplex enim eſt נשף *Neſcheph*, ſiue crepuſcu-
lum, Matutinum & Veſpertinum, per horam nimirum
integram ante ſolis occaſum, vel ortum. *Superſperaui*,
vehementer ſperaui in tua promiſſa. Præpoſitio *Super*,
id facit, quòd Piel coniug. in Hebræo, id eſt, auget ſi-
gnificationes, vt iam dictum eſt.
148 *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo*, pro his omni-
bus vnica eſt vox Hebræa אשמרות *aſchmroth. Cu-
ſtodias*, vigiliarum, in quas nox diſtribuitur hoc tempo- D
re. Adeò, inquit, ſtudioſus fui legum tuarum, vt in ea-
rum meditatione vigilias & nocturnos excubitores
præuenerim, nec ſolum dulciſſimi ſomni tempore, ſed
etiam prima luce tuas leges meditatus ſim. Nam in
quatuor partes vigiliæ diuidebantur. Ex hoc, & ſupe-
riore verſu ipſum intelligimus totas ferè noctes inſum-
pſiſſe partim precibus, partim meditationibus, & ſtudiis
b *Verſ.62.* verbi Dei. Hinc & ſuprà [b]. *Media nocte ſurgebat ad con-
fitendum Domino.* Ex quo colligunt in Berachoth duas
vigilias ſtetiſſe in prece, quoniam in dimidio noctis
ſunt duæ vigiliæ.





A 149 *Secundum iudicium tuum viuifica me*, ſecundum mo-
rem tuum, pro tuo more, prout ſoles, vt ſuprà [a]. Alij, pro a *Verſ.132.*
tua æquitate. Alij, ſecundũ promiſſiones verbi tui, ſicut
promiſiſti: *Non in cuſtodia teſtimoniorum Dei, non in con-
tinentia iuuentutis, non in antelucanis meditationibus, &
vigiliis acquieſcit, niſi ſecundum miſericordiam, gratiam, &
opem Dei conſequatur.* Hilarius.
150 *Appropinquauerunt perſequentes me.* Maſoretæ non
tam rectè legũt רודפי *Rodephe* ſyntacticè, pro רודפי
*Rodephai.* Eorum autem ſenſus eſt per Eclipſim, *Appro-
B pinquarunt* (contra me) *ſectatores ſceleris, qui perſequuntur*,
id eſt, ſectantur ſcelus & flagitia: (At) *tu propè es Domine.
Iniquitati*, dolo inhæſerunt, ad dolos acceſſerunt, ſeque
applicarunt. *Longè.* Elegans Antitheſis ad verbum ap-
propinquandi.
151 *Prope es tu Domine*, præſto es tu colentibus legem
tuam, eis ades. Theodoritus ad prouidentiam refert,
cernis omnia, totum terrarum orbem imples, & mode-
raris, his quæ fiunt ſemper præſto es. Nulláque res te
præterit. Vt illud [b]: *Deus appropinquans ego ſum, & non* c *Ier.23.v.23.*
*Deus à longè.* & illud etiam [c]; *In ipſo viuimus, mouemur, &* c *Act.17.v.28.*
C *ſumus. Omnes viæ tuæ.* Ad verbum, omnia præcepta tua.
152 *Initio cognoui de teſtimoniis*, iam ab initio, iã à multo
tempore, iamdiu noui tua teſtimonia eſſe æterna, quód-
que, vt vertit D. Hierony. in æternũ fundaueris ea, vt in
perpetuum ſeruentur ab omni ætate & ſexu: vt *Quia*, ſit
particula cõtinuatiua. Aliis eſt cauſalis. Antiquitus ſcio
legem tuam, quandoquidem eſt æterna, nec de nouo
condita. Nec deſunt, qui *initio* primùm omnium, ante
omnia, in primis, interpretẽtur: vel à circũciſione mea, *Deus infundit*
D quæ erat profeſſio legis exequendæ. Nam fidẽ Deus, vt *in baptiſmo*
in baptiſmo, ita in circũciſione infundebat, nõ quidem *fidem habitu*
actu, ſed habitu. Auguſtinus altiùs extendit, nempè ad *non actu.*
Eccleſiam, quæ initio generis humani fuit, & cognouit
teſtimonia Dei, quibus promiſit ſe daturũ regnum æter-
nũ filiis: quia fundauit ea, vtpotè in Chriſto fundamẽto
æterno, vera eſſe. Hilarius ad omnem ætatem, q. d. Ab
exordio cognoui legẽ tuã, quæ eſt in Adã ſtatuta, in A-
bel, Noë, Abrahã, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſe, Patriarchis
& Prophetis, vt quæ illis contigerint, poſſim dicere. In
vita illorum ſpem æternam perſpicio. Per eos tuo cultu
imbuor, vt quorum vita fundata ſit ad futuræ domus

ædificationem. *Ædificamur enim ſuper fundamentum Pro-* A
a *Eph.2.v.20.* *phetarum & Apoſtolorum* [a], in quibus fundata teſtimonia Dei in æternum. Theodoritus teſtimonia cœlum & terram exponit remotiùs, in quibus continuè Dei prouidentia cernatur, dum multo ordine omnia progrediuntur, *Fundaſti*, fixiſti, conſtituiſti, nempè vt in æternum cuſtodiantur. Semper enim homines obligant. *De teſtimoniis.* Nonnulla teſtimonia tua non omnia. 
hanc habet vim. Abben Ezra.

---

## ריש RES, id eſt, *Caput.*

Hieronymus, Euſebius. B

VIde humilitâtem meam, & éripe me: quia legem tuam non ſum oblîtus.
154 Iúdica iudícium meum, & rédime me: propter elóquium tuum viuífica me.
155 Longè à peccatóribus ſalus: quia iuſtificatiônes tuas non exquiſiêrunt. C
156 Miſericórdiæ tuæ multæ Dómine: ſecúndùm iudícium tuum viuífica me.
157 Multi, qui perſequûntur me, & tríbulant me: à teſtimóniis tuis non declinâui.
158 Vidi præuaricântes, & tabeſcêbam: quia elóquia tua non cuſtodiêrunt.
159 Vide, quóniam mandâta tua dilêxi Dómine: in miſericórdia tua viuífica me.
160 Princípium verbôrum tuôrum véritas: D
in ætêrnum ómnia iudícia iuſtítiæ tuæ.

---

153 *Vide humilitatem meam*, commiſerationis oculis. Alioqui Deus omnia videt, ac audit. *Humilitatem*, afflictionem, miſeriam, humiliationem, abiectionem, vilitatem. Nam hoc vocabulo ταπεινώσεως ſic vti ſolent, vt
b *Verſ.50,92.* ſuprà [b]. Non pro virtute ſemper, vt reſpondeat עני
*boni.*



A *boni.* Etſi Ambroſius & Theodoritus, aliter pro humiliationis virtute capiant.

154 *Iudica iudicium meum*, inter me & inimicos meos, Theodoritus, cauſam meam age, & libera me: iudica meam cauſam, eius patrociniũ ſuſcipe, & me his malis abſolue. Redimere accipiunt pro liberare, eripere, niſi quòd alludunt ad pretiũ à Chriſto perſoluẽdum, hodiq; perſolutum. *Eloquium*, promiſſionem, dictorum fidem.

155 *Longè à peccatoribus ſalus* (eſt) ſupp. Sic ſequentibus
verſibus [a]. Miſericordiæ (ſunt [b].) Multi (ſunt [c].) Viæ a *156.*
meæ (ſunt.) Niſi malis eſſe imprecandi formulam. Pro- b *157.*
B cul ab impiis (ſit) ſalus, defenſióque tua, quòd legem c *160.*
tuam non ſectentur. *Salus* tua, defenſio, auxilium, liberatio. Noſtri de ſalute ſempiterna.

156 *Secundum iudicium tuum viuifica me.* Morem, vt d *Verſ.149.*
ſuprà [d], vt ſoles. Alij, ſecundum legem tuam, & promiſſiones ea conſignatas.

157 *Multi, qui perſequuntur me*, ſunt. Multos habeo, qui me inſectantur & aduerſantur, neque tamen à tuis legibus deflecto. Particulam aduerſatiuam *at, tamen*, vt & verbum ſubſtantiuum ſolent cogitationi relinquere:

C 158 *Vidi præuaricantes, & tabeſcebã.* Heb. אתקוטטה *ethkothathah*, id eſt, tædio affectus ſum, propriè: vel iurgatus ſum cum legis tuæ violatoribus præ zelo. Sic
infrà [e], & ſuprà [f]. e *Pſal.138.*
f *Verſ.139.*

159 *Vide quoniam*, quòd, continuatiuè. *In*, pro tua miſericordia, per tuam clementiam.

160 *Principium verborũ tuorum.* Hebraicè ראש *roſch*, caput, id eſt, ſumma, vel initium, ſiue exordium. Vnde alij interpretantur, Summa verborum tuorum eſt veritas, veritatem tibi in omnibus pro ſcopo proponis;
Qua locutione vtitur Paulus [g]: *Capitulum autem eorum,* g *Heb.8.v.1.*
D *quæ dicuntur*; id eſt, ſumma eorum, quæ dicimus, eſt hæc. Alij, prima tua verba ſunt vera, verba tua veritate ſeu fundamento nituntur, & ab exordio veritatem loqueris. Non modò media & extrema, ſed initium ſtatim omnium verborum tuorum eſt veritas. Hoc initium Kimhi ait eſſe: *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus,*
*Deus vnus eſt* [h], quo nihil verius vmquam Scriptura h *Deu.6.v.4.*
prodidit. Cæteræ enim veritates hac, quæ eſt de Dei vnitate, fulciuntur. Vnde & hanc primò eſt locutus, & tradidit, & ab hac ſententia Decalogum eſt exorſus.

Theodoritus pollicitationes Abrahæ factas de multi- A
plicanda eius ſobole, benedicendis per Chriſtum cun-
ctis gentibus, ſempiterno Chriſti imperio. Eas enim
eſſe diuinorũ ſermonum principiũ veritate præditum.

## שין SHIN, id eſt, *Dens*.

Euſebius. Hieronymus.

PRincipes perſecûti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidâuit cor meum. B

162 Lætâbor ego ſuper elóquia tua: ſicut qui inuênit ſpólia multa.

163 Iniquitâtem ódio hábui, & abominâtus ſum: legem autem tuam diléxi.

164 Sépties in die laudem dixi tibi: ſuper iudícia iuſtítiæ tuæ.

165 Pax multa diligéntibus legem tuam: & non eſt illis ſcándalum. C

166 Expectâbam ſalutâre tuum Dómine: & mandâta tua dilêxi.

167 Cuſtodîuit ánima mea teſtimónia tua: & dilêxit ea vehemênter.

168 Seruâui mandâta tua, & teſtimónia tua: quia omnes viæ meæ in conſpêctu tuo.

---

161 *Principes perſecuti ſunt me gratis*, immeritò, ſine D
cauſa. *Et à verbis*. At, attamen verba tua timuit cor
meum. Propter eorum perſecutiones non deſij ſtatutis
tuis inſiſtere, vt ſuprà [a]. Propter perſecutiones à veri
confeſſione non eſt diſcedendum [b].
162 *Lætabor ego ſuper eloquia tua*, de eloquiis & dictis
tuis: vel propter. *Sicut qui inuenit ſpolia multa*, hoſtium
ſupple. Et eſt Periphraſis victoris. Sic lætabor eloquiis
tuis, ac ſi eximia ſpolia per victoriam reportarem [c].
163 *Iniquitatem odio habui*, שקר *ſcheker*. i. menda-
cium,

a *Verſ.* 23.
b *Matth.* 10. *v.* 18. 19. 20.
c *Eſ.* 9. *ver.* 3.



A cium, falſitatem propriè, vt eam legi opponat, ſiue do-
ctrinæ cœleſti.
164 *Septies in die laudem dixi tibi*: te ſæpiſſimè quoti-
die, de iudiciis tuis iuſtiſſimis laudaui. Quod arden-
tem amorem demonſtrat. Nam ſeptenarius eſt nume-
rus plenitudinis in hoc idiomate. Potuit interim reſpi-
cere ad horas orationis ſeptem in Eccleſia inſtituen-
das. Nam etſi Sigebertus in Chronicis, & Radulphus
Tungrenſis earum inſtitutionem Damaſo, cum D. Hie-
ronymo & Ambroſio aſſignent; quòd iam inde tum in
Romana, tum in Mediolanenſi Eccleſia, Pſalmorũ per
B totam hebdomadam extiterit diſtributio, refragatur
tamen ipſe Hieronymus, quando Epiſtolis ad Lætam
& Demetriadem, earundem horarum canonicarũ vſum
non nouum tunc fuiſſe diſertis verbis oſtendit. Quare
vt conſtitutio Apoſtolica memoratur apud Clemen-
tem [a]: Cyprianum [b], Athanaſium [c], Baſilium [b]. Qui
omnes Damaſo fuerunt ſuperiores. *Alioqui ſemper ſe con-*
*tinet homo* (inquiunt Doctores Thalmudici), *vt ſi ad*
*orandum paratum ſe nouerit, oret. Sin minus, ne oret*, Aut vt
Iacobus [e]. *Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo eſt ani-*
*mo? etiam pſallat. Super*, propter, vel, de iudiciis tuis iu-
C ſtiſſimis. Sic ſuperlatiuos exprimunt.
165 *Pax multa diligentibus nomen tuum*, tranquillitas
animi, requies conſcientiæ, vel fœlicitas, proſperitas [f].
*Scandalum*, ruina, offenſio. Non impingunt, non cor-
ruunt, ita vt pereant: non pereũt, quicquid accidat. Alij,
de ſcandalo ſpirituali. Lex enim omnem illis viam
virtutis explanat, & omne peccati offendiculum, ſiue
impedimentum tollit. Euthymius.
166 *Expectabam ſalutare tuum*, vt ſuprà [g]: *Dilexi*. He-
braice עשיתי *haſchithi*. i. feci, id eſt, opere compleui
D & obſeruaui. Dilectio actionem ſupponit. Caritas ope-
ratur, ἐνεργεῖται, efficax eſt, apud Paulum [h] ſæpius. *Si*
*quis dicat ſe diligere lingua, & non factis, mẽdax eſt* [i]. Quin
& ſic vertere potuerunt, quoniam diligere plus eſt,
quàm facere, vel ſeruare. Hæc enim ſunt neceſſitatis &
timoris, illud caritatis. Eſt autem amor mandatorũ Dei
multò potior, quàm metus. Nam qui diligit, non ſerui-
liter obedit, ſed liberè, atque ex animo. Auguſtinus.
167 *Et dilexit ea vehementer*, In Hebræo quidem pri-
ma perſona ואהבם *vaohabam*. i. *Et dilexi ea*. ſed in-

*Septenarius precũ numerus in Eccleſia quãdo inſtitutus.*

a *Lib.* 8. *Cõſt. Apoſt. c.* 40.
b *In fine libri De orat. Dominica.*
c *Lib. De virginitate.*
d *In Reg. fuſius explicatis, interr.* 37. *& in Aſceticis pag.* 38. *exẽpl. Græci.*
e *Cap.* 5. *v.* 13.
f *Rom.* 8. *ver.* 16. 17.
g *Verſ.* 81.
h 1. *Cor.* 13. *v.* 4. 5. *Gal.* 5. *v.* 5.
i 1. *Ioã.* 2. *v.* 4.

tellectus idem. Iam enim docuimus hanc linguam per A
Synecdochen animæ voce vti pro perſona, indiuiduo,
& ipſo homine. Cuſtodire, & diligere Scriptura coniungit, ob ea, quæ annotata ſunt proximo verſu.

168 *Omnes viæ meæ in conſpectu tuo*, quia meæ actiones omnes tibi ſunt expoſitæ, & cognitæ, teque habent inſpectorem.

---

## תו TAV, id eſt, *Signum*.

Euſebius, Hieronymus. B

APpropînquet deprecátio mea in
conſpêctu tuo Dómine: iuxta eló-
quium tuum, da mihi intellêctum.
170 Intrêt poſtulátio mea in cō-
ſpêctu tuo: ſecûndum elóquium tuum éri-
pe me.
171 Eructâbunt lábia mea hymnum: cùm C
docúeris me iuſtificatiônes tuas.
172 Pronunciâbit língua mea elóquium
tuum: quia ómnia mandâta tua æquitas.
173 Fiat manus tua, vt ſaluet me: quóniam
mandâta tua elêgi.
174 Concupîui ſalutâre tuum Dómine: &
lex tua meditátio mea eſt.
175 Viuet ánima mea, & laudâbit te: & iu-
dícia tua adiuuâbunt me. D
176 Errâui ſicut ouis, quæ périit: quære ſer
uum tuum, quia mandâta tua nō ſum oblîtus.

---

169 *Appropinquet deprecatio*, Hebraicè רנתי *rinnathi*, clamor, vociferatio, propriè exaudienda ſuſcipiatur à te Domine. Aliqui hunc prolixum Pſalmum intelligunt. Et ſanè eius totius concluſio hîc octonarius eſſe videtur. Nam precatur, vt preces admittat & ſcientiam tribuat non humanam, ſed diuinorum oraculorum.





A Se eum perpetuo celebraturum quæ eſt Pſalmi ſumma. *Iuxta eloquium*, prout dictitat verbum tuum, ſiue, vti es pollicitus ſuprà [a]. *Da mihi intellectum*, legis tuæ: fac me eam intelligere. a *Pſa. 31. v. 8. & alibi.*

170 *Intret poſtulatio mea in conſpectu*, in tuum conſpectum: ante te veniat mea obſecratio, & me defende, vt es pollicitus ſuprà [b]. b *Pſ. 49. &c.*

171 *Eructabunt labia mea hymnum*, fundent copioſè, cantabunt laudem tuam. Metaphora à ructu, qui copioſum cibum ſequitur. Sic enim cibo ſpirituali, id eſt, Dei fauore, gratia, & donis copioſè paſti, Hymnorum B cantionem offerimus. *Cùm docueris.* Aliqui accipiunt *Cùm*, & Hebraicè כי *chi*, cauſaliter. Fundent labia mea hymnum. Docebis enim me præcepta tua. Sed nihil neceſſe. Nam כי *chi*, ſæpè eſt particula temporis, cùm, quando.

172 *Pronunciabit lingua mea eloquium tuum*, prædicabit, laudabítque legem tuam. ענה *haná*, loqui hîc eſt, è R. Dauid. At è Maſoretis, laudare. Nam monent tribus his locis eadem notione ſumi hoc verbum, loci ſunt præter C hunc Exod. 15. [c] Prou. 26. [d] *Aequitas*, æquiſſima (ſunt.) ſuprà [e], atque adeò ipſa æquitas, vel vt in Hebræo צדק *tſedek*, & Græco δικαιοσύνη iuſtitia. c *Verſ. 21.* d *Verſ. 4.* e *Verſ. 144.*

173 *Fiat manus tua vt ſaluet*, vt auxilietur mihi, propriè. Sit mihi tua manus auxilio. Sic vocat diuinam vim & potentiam. Adeſto mihi in ſalutem. *Elegi*, pro optimis amplexus ſum.

174 *Concupiui ſalutare*, vt ſuprà [f]. Euthymius de Chriſti incarnatione. *Meditatio*, deliciæ, vt ſæpè antea: oblectatio ſuauiſſima. f *Verſ. 81.*

D 175 *Viuet anima mea*, vel, Viuat, deprecãter. Viuat anima mea, vt te laudet: De vita corporea intelligunt, tamen ad literam de ſpirituali, qua mortui ſumus peccato, viuimus autē Deo, & iuſtitiæ, accipi poſſit, vt illud [g]. *Iuſtus ex fide viuit.* Et ſic toto hoc Pſalmo *Viuificandi* verbum, maximè [h]. *In via tua viuifica me.* Viuere me fac in tuis præceptis & inſtitutis. Quoad viuam fac ea perſequar, Cùm contrà, peccatorem ſcribat Apoſtolus [i], viuentem mortuum eſſe, ac eius opera eſſe mortua. Ambroſius de vita æterna. Viuat anima mea in æternum, vt tunc planè & perfectè laudem te [k]: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Sæpius autē ita eſt locutus, quia fragilis eſt

g *Abacu. 2. c. verſ. 4.*
h *Verſ. 37.*
i *1. Tim. 4. ver. 5.*
k *Phil. 1. v. 23*

vtralibet vita noſtra, corporea inquam, & ſpiritualis, A
niſi eam Deus conſeruet. Sic *adiuuabunt*, adiuuent me iudicia tua, leges tuæ vel promiſſiones. Vel, obſeruatio iudiciorum tuorum mihi erit auxilio. Aliqui, iudicia etiam accipiunt pro diſpoſitionibus: aliqui, pro ſententia extremi iudicij, quãdo dicetur, *Venite benedicti Patris mei, poßidete regnum vobis paratum à mundi cõſtitutione* [a].

a *Matth. 25. ver. 34.*

176 *Erraui ſicut ouis quæ perijt*, à via recta præceptorum tuorum. Verbum enim תעה *tahá*, per *Tau*, quo vtitur, de errore viæ; vt טעה *taha*, per *Teth*, de errore mentis & intellectus, ex Elia. Quod quia interdum confunditur, alij referunt ad exilia, fugas, aſſiduas migratio- B
nes, perſecutiones. q.d. erraui præ perſecutionibus, fui ſine certis ſedibus, velut exul & vagus, qui ſuas ſedes nuſquam certo conſtituit. Profugus fui & erro. R. Selomo [b]. Me, ſicut ouem à lupis huc illuc exagitatam, quære & reduc, ſiue reſtitue. Vt ait Apoſtolus [c]: *Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, in ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, in cauernis terræ, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*. Alij, vt Ambroſius, ad peccati errorem, quemadmodum Eſaias loquitur [d]. q.d. Erraui per varia peccata. Me ſicut ouem deerrantem, in rectam caularum viam dirige. C
*Quæ perijt*, Sicut ouis perdita, errans à grege. *Quære*, vt reducas, reduc me in viam rectam libertatis, gratiæ, gloriæ, per mandatorum tuorum obſeruationem. Pergit in Metaphora. Theodoritus refert ad parabolam de bono paſtore [e], qui per montes & valles ad palantem poſt dæmones ouem cucurrit, & ſupra humerum reduxit, ob ipſam magis delectatus, quàm propter nonaginta nouem minime vagantes. Sic precabitur Pſaltes, vt Chriſtus veniat, & hominem apud Dæmones errantem ſaluet. Qui ſcopus eſt Scripturarum. D

b *Gen. 20.*
c *Hebr. 11. ver. 37.*
d *Eſa. 53. v. 6.*
e *Luc. 15. v. 4. 5.*
*Chriſti aduentus in carnem ſcopus Scripturarũ.*

---

## ARGVMENTVM.

*Petit Eccleſia à maledicis & Cedarenis (id eſt, Mahometanis, à Cedar Iſmaëlis filio) inter quos verſatur, liberari. Canticũ eſt propheticum, vt & ſequentia, quæ Graduum inſcribuntur.*

1 Canticum graduum. CXIX. Heb. 120.



A Ad Dóminum cùm tribulárer, clamâui: & exaudîuit me.
2 Dómine líbera ánimam meam: è lábiis inîquis, & à lingua dolôſa.
3 Quid detur tibi, aut quid apponâtur tibi: ad linguam dolôſam?
4 Sagíttæ poténtis acútæ: cum carbónibus deſolatóriis.
B
5 Heu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus eſt, habitâui cum habitántibus Cedar: multùm íncola fuit ánima mea.
6 Cum his, qui odêrunt pacem, eram pacíficus: cùm loquêbar illis, impugnâbant me gratis.

---

C 1 *Canticum graduum.* Cantica graduum, vel potius aſcenſionum (Nam מעלות *Mahalóth* vtrumque ſignificat) numero ſunt quindecim, quæ ſe ordine conſequuntur vſque ad Pſalmum 134. Sic autem appellantur, vel ab aſcenſione, & eleuatione vocis, è R. Saadia, quòd eorum concentus ſit eleuatiſſimus: & altiſſimus, vel 2. juxta Thalmud, quod canerentur in quindecim templi gradibus, tamquam in vmbone, & conſcenſu ſuggeſti. Vel 3. quæ ratio eſt omnium optima, & argumentis ipſorum accommodatiſſima, ab aſcenſionibus ab exiliis, vt מעלות *Mahalóth* ſignificet aſcenſiones, D
non gradus, ſumpta alluſione ſitu Hieruſalem, ad quam omni ex parte aſcendendum erat, quod eſſet collocata in montibus. Et reuera hi omnes pertinent ad captiuitates populi, & è captiuitatibus liberationes. Sic Chal. *Canticum pro aſcenſionibus abyßi* (ex abyſſo, vt exilio, inferno, morte) Et Suidas in voce ἀναβαθμοὶ, λέγουσι δὲ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος τοῦ λαοῦ ἐπάνοδον, quæ aſcenſio & reſtitutio erit perfecta & integra in conſummatione ſæculi, iuxta vaticinationes Danielis cùm Deus deleuerit omnem

princi

principatum Saracenorum & reliquorum, inter quos A
Eccleſia exulat. Cantica ergo graduum ſunt precationes, & conſolationes de aſcenſionibus, ſiue liberationibus ab exilio, & captiuitate. Quarum typo prædicitur reditus in cœlum ex hoc miſerrimo vitæ ſtatu, vt proinde Auguſtinus ad cordis aſcenſiones è valle plorationis referat. Qui ſectantur myſteria. Quòd ſunt gradus, quibus ſcandatur ad Deum, quorum primus afflictio. 2. proſpectus ad Deũ. 3. lætitia communionis. 4. inuocatio. 5. gratiarum actio. 6. confidentia. 7. patientia, & expectatio diuinæ liberationis. 8. Dei gratia, & fauor. 9.

*Gradus myſtici quibus ad Deũ ſcanditur.*

B timor Domini. 10. Martyrium. 11. peccatorum deteſtatio. 12. humilitas. 13. Chriſti aduentus deſiderium. 14. concordia & caritas. 15. aſſidua Dei benedictio.

2 *Domine libera animam meam à labiis iniquis*, mendacibus propriè. Sic appellat blaſphemias Idololatrarũ, hæreticorum, Alcorani, &c. Vel maledicta, quibus onerāt probos, calumnias, conuicia, impoſturas, & fraudes.

3 *Quid detur tibi, aut quid apponatur.* Apoſtrophe ad hoſtem impium, maledicum, & Sycophantam. Quid ob linguam illam doloſam conſequêris, ô impie & fraudulente? Sic Hebraica actiuè enunciata paſſiuè facilia C
reddiderunt. מה יתן לך ומה יסיף לך לשון רמיה *mah ytthen lecha vmah ioſiph lach laſchon remija.* *Quid dabit tibi, & quid addet tibi lingua doloſa?* Quē fructum, quodve emolumentum tibi afferet lingua fraudulenta? Nullum, niſi plagas duriſſimas. Aliqui minus concinnè, Apoſtrophen ad animam ſiue ſeipſum dirigunt, vt ſequens verſus in bonum accipiatur. Quid, ô anima, conſolationis dari tibi poſſit contra linguas fraudulentas? Nullum niſi Dei eloquia, quæ ſunt veluti *ſagittæ potentis acutæ* [a], *penetrantes intima cordium*, & ve- D
luti igniti carbones. *Ad* pro *ob*, *propter* vt ſuprà [b].

*a Pſ. 44. v. 6. Hebr. 4. v. 12. b Pſ. 21. v. 3.*

4 *Sagittæ potentis acutæ.* Per ſubiectionem reſpondet præcedenti interrogationi. Duriſſimæ plagæ, grauiſſimæ pœnæ, & incendia pernicioſiſſima tibi dabuntur, tibíque apponentur. Hæc enim verba ſunt repetenda è ſuperiore verſu per Zeugma. Lues acerbiſſima, & exquiſitiſsima ſupplicia, ô impie, & hîc, & apud inferos, quod ſic linguam tuam maledicam in populum Domini exerueris. Pœnas illas comparat ſagittis acutiſsimis, vt ſuprà [c], & alibi vibratis, & contortis à potenti Deo,

*c Pſ. 44. v. 6.*



A Deo, vel homine, quarum ictus propter iaculantis robur eſt acerrimus, & potentiſsimus, & intima quæque penetrat. Item prunis iuniperi, & ſimilium arborũ, quæ vrunt vehementius, & ignē retinent diutius. Te potens transfiget, & conficiet ſuis acribus telis, & cremabit igni inextinguibili. Illud pertinet ad cladem, quam in hoc ſæculo paſsi ſunt Babylonij, Perſæ, Macedones, Romani, & patientur Saraceni, reliquíque Eccleſię hoſtes: hoc autem ad ſupplicia æterna. Nam vt carbones deſolatorij, ſiue ἐρημικοὶ, qui conficiuntur ex arboribus creſcentibus in deſertis & eremis, incendium acriter

*Carbones deſolatorij qui ſint.*

B concipiunt ob partium denſitatem, & diu conſeruant, vt etiam eorum vrant cineres: ſic ignis gehennæ vehementiſsimus & diuturniſsimns, vt potè perpetuus. *Deſolatoriis*, vaſtatoriis, & vt Nicetas [a] exponit, vindicibus & cruciantibus vel potius, vt & Græcè, ἐρημικοῖς, id eſt, arborum in deſertis & ſolitudinibus naſcentium, quales Iuniperi. Nempè carbonibus acribus, acriter cōſumentibus & ardentibus, vt qui conſtent non qualibet materia ſilueſtri, ſed deſertorum & ſolitudinum.

*a In 2. orat. Nazianzeni de feſto Paſcha.*

C Hebraicè רתמים *rethamim. i.* iuniperorum, quarum prunæ apud Plinium & Theophraſtum dicuntur eſſe ardentiſsimæ, diutiſsimè ignem conſeruare, neque facilè extingui: adeò vt, quo tempore extinctæ foris videntur, vel etiam redactæ in cinerem, interiùs ardeant. Quemadmodum prauæ linguæ infamia intenſa eſt, atque diuturna. Septuaginta doctè per Synecdochen, per ſpeciem arboris deſerti, & vaſtitatis intellexerunt ſimiles omnes arbores in genere Rabbini ferè conſtruunt hunc verſum cum *linguam* ſuperioris, quaſi in Hebræo ſit Appoſitio. *Quid dabit, quid proderit tibi lingua doloſa*
D (quæ eſt) *ſagittæ potentis*, &c. quæ & pungit vt ſagitta, & vrit vt carbo. Vel in Vocatiuo, O ſagittæ, id eſt, quid detur tibi, ô tu, qui es ſimilis ſagittis, &c. Vt comparet mendacia & calumnias ſagittis ab homine valentiſsimo contortis, & ardentibus iuniperi carbonibus. Malo in Accuſatiuo, vt attigi. Sagittas acutas, ſcilicet dabit: vt ſit denunciatio vltionis linguæ virulentę, qui poſtea paſsiuè reſoluatur in Nominatiuum.

5 *Heu mihi, quia incolatus.* Abſentiam terræ ſanctæ non ſuſtinens lacrymabiliter ingemiſcit. *Heu mihi* אויה לי *hoiali.* Hei mihi, ſiue Heu me miſerum & calamitoſum.

Heu

Heu quidem conſtruitur cum Accuſatiuo, ſed, retinuit
Syntaxim Hebraicam ad fontis commendationem & A
venerationem, cuius cauſa *Grammaticas leges plerumque*
a *Ioan. 14. v. 24. 2. Pet. 3. v. 1. Apoc, 1. v. 4.* *Eccleſia ſpernit.* Imò & Apoſtoli in ipſo Græco contex-
tu, veluti ſolœcizantes [a]. Quod ſemel annotatum eſto
aduerſus eos, qui rident Scripturæ ſimplicitatem, nec
perſpiciunt in illa interdum plus eſſe neruorum & ſuc-
ci, quàm in vlla verborum congruitate. *In colatus*, pere-
grinatio, exilium. Aliqui in genere, de hac vita morta-
li, quæ nihil aliud eſt, quàm peregrinatio. Hæc enim
piis nimis longa eſt, tum propter tædium præſentium
malorum, tum ob cœleſtis patriæ deſiderium. Sed lite-
ræ aptius in ſpecie de fideliũ captiuitate, & exilio ſub B
infidelibus, *Prolongatus eſt.* Rectè, ad ſenſum. Nam He-
braicè אוי־הלי כי גרתי משכ *Oiahli chi garthi*
*meſchech. 1. Hei mihi, quia peregrinatus ſum* (in) *longitudine*
*ſiue longo tempore.* Et ſi aliqui vetãt (in) משכ *Meſech*, id
eſt, Cappadocia, Tartaria, vel Meſchia, vt ſit nomen
b *Gen. 10. v. 2.* loci à Meſec Iapheti filio b, Hetruriam aliqui ineptè
imaginantur. Etſi in eam ſententiam Kimhi & Abben
Ezra citent Ioſephum Ben Gorion. Nam eius cordex
c *Lib. 1. cap. 1.* Venetiis editus [c] aliter habet. *Tubal*, inquit, *hi ſunt, qui*
*habitant in Tuſcana terra ad flumen Phiſaa, Meſech autem*
*qui Sibſune, quos aliqui putant eſſe Saxones Germaniæ. Cùm*
*Cedareni populi qui ſint.* *habitantibus Cedar*, cum Cedarenis ſiue Saracenis. Nã
Cedareni ſunt Arabiæ populus, quos poſterior ætas
Saracenos appellauit à Cedar vno è filiis Iſmaël. Inte-
rim ratione Myſterij eſt alluſio ad vocis notationem
Cedar enim nigredinem, obſcuritatem & tenebras
ſonat. Hei mihi, quia tamdiu in terris peregrinor, tam-
diu habito cum hominibus verſantibus in tenebris er-
rorum, peccatorum, miſeriarum nec ſtatim aſſumor in
cœleſtem patriam, vbi omnia ſunt plena lucis, gloriæ,
voluptatis. Hebraicè עם אהלי קדר *Him ahole kedar* D
& Græcè μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ. *Cum tabernaculis*
*Cedar*, inter Cedarenos, Arabas, Nomades, & Iſmaelitas
d *Cant. 1. v. 5.* plauſtrarios [d]. His ſignificantur barbari, omnis huma-
nitatis, pacis & religionis expertes: præſertim autem
Saraceni, & Mahometani, ex Iſmaele, & Cedar orti, qui
partem Arabiæ coluerunt, & denominârunt. Cedar
e *Ge. 25. v. 13.* enim, vt dixi, filius Iſmaelis, feri & barbari [e]. Item &
Turcæ. Illi enim non modo religione ſunt Saraceni,
ſed



ſed etiam viuẽdi ratione. Nã, vt Scythæ reliqui Arabes
A Scenitæ ſunt, & Namades, quantum ad originem & lo-
cum natalem, è quo in Aſiam terraſque Chriſtianas ſe-
ſe infuderunt, *Multum.* Cum habitantibus Cedar, re-
pete per Zeugma. Maſoretæ verò verſus duos confu-
derunt. Itaque incipientes hîc verſum, hæc iungunt cũ
ſequentibus. *Multùm habitauit* (id eſt, interpretibus Se-
ptuag. incola fuit, ſiue peregrina) *ſibi anima mea cũ oſo-*
*ribus pacis.* Deinde, *Ego pax, pacificus*, &c. Sed nihil neceſ-
ſe Multùm peregrinatus ſum & nimium diu inter Ce-
B darenos, Nam exilium & captiuitas Eccleſię ſub Ceda-
renis eſt diuturniſſima. Inſtar enim iam annus ab ortu
Mahometis milleſimus. *Multum*, nimis diu peregrina-
tus ſum. Diuturnũ exiliũ Eccleſię inter barbaras gẽtes,
præſertim Scythas, & Arabas. *Incola*. peregrina, exul &
extorris à patria ſiue cœleſti, ſiue externa, cuius li-
bera poſſeſſione, & vſu à Mahometanis excludimur.
6 *Cum his qui oderant pacẽ*, magis ſententiã, quàm ver-
ba ſequuntur ob Eclipſes. Ad verbum אני שלום וכי
אדבר המה למלחמה *Ani ſchalom vechi adabber*
C *hemma lami lhamah: Ego pax* (eram totus pacificus) *&*
*cum loquebar* (quæ pacis erant) *ipſi ad bellum* (ſe para-
bant, aut quid ſimile.)

ARGVMENTVM.

*Eccleſiam vbique eſſe tutam, quòd Dominum habeat cuſtodem.*

1 Canticum graduum. CXX: Heb. 121.
LEuâui óculos meos in montes: vn-
de véniet auxílium mihi.
D 2 Auxílium meum à Dómino:
qui fecit cœlum, & terram.
3 Non det in commotiònem pedem tuum:
neque dormîtet, qui cuſtôdit te.
4 Ecce non dormitâbit, neque dórmiet: qui
cuſtôdit Iſrael.
5 Dóminus cuſtôdit te: Dóminus protéctio
tua ſuper manum déxteram tuam.
6 Per dié ſol nõ vret te: neq; luna per noctẽ.
7 Dòminus

7 Dóminus cuſtódit te ab omni malo: cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.
8 Dóminus cuſtódiat introitum tuum, & éxitum tuum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

---

1 *Leuaui oculos meos.* Hebraïcè אשא *eſcha*, id eſt, Leuabo, leuo, attollo, in hac valle exilij, & miſeriarum poſitus, quòd nullum in terris præſidium reperiam. *In montes*, in cœlum (in Angelos, Lyranus & Auguſtinus) vel in montana Iudeæ, prȩſertim Sionem & Moria, ſicunde auxilium Dei affulgeat ad me liberandum ex hac captiuitate. Vt alludat ad ſitum Hieruſalem, verſus quam Iudæi peregrè Deum precabantur, ob templum illic poſitum, in quo ſe coli Deus iuſſerat. *Nobis clamat Apoſtolus. Quæ ſurſum ſunt, quærite*[a]: *& Sacerdotalis vox ad percipienda myſteria omnibus clamat, Surſum corda.* Arnobius è quo apparet ſacri Canonis antiquitas. *Vnde.* Mimeſis, dicendo ſupple. Vnde veniet mihi opitulator. מחין *Mehain* enim interrogat. E quonam loco, obſecro, aderit mihi auxilium?

B

a *Col. 3. v. 1.*
*Canonis ſacri antiquitas.*

2 *Auxilium meum à Domino*, eſt, vel, erit. Sibi reſpōdet, ſéque conſolatur ſpe futuri à Domino auxilij, & liberationis. Auxilium meum erit à Domino, qui omnia & condidit, & habet in ſua ditione, ac poteſtate. Deinceps conuerſo ad ſe, vel animam ſuam ſermone ſe conſolatur, partim ſibi benè precando, partim recolendo, & memorando Dei promiſsiones, ac beneficia.

C

3 *Non det in commotionem pedem meum.* Apoſtrophe ad ſeipſum. Suum enim animum alloquitur, conſolatur, & confirmat vſque ad finem, in quo ſibi benè precatur. O mea anima, non ſinet, vel ſinat (Nam quæ hîc per modum precandi dicuntur, aut optandi, poſſunt in Indîcatiuo verti) te labi in exitium. Alij. in peccatum. Malunt nonnulli eſſe verba Sacerdotum, vel Eccleſiæ, de auxilio Domini eum confirmantium, benéque precantium. Vitioſè Chryſoſtomus[b] & Hieremias Patriarcha[c] legunt μὴ δῷς: *ne des* in ſecunda perſona, etſi conſtituant in ea lectione Emphaſin. *Non dixit, non commouearis: ſed ne des in commotionem, ad declarandum in noſtro arbitrio*

D

b *Hebr. 7.*
c *In reſponſo cap. 18.*



A

*arbitrio eſſe dare, non in aliquo alio. Neque dormitet.* Metaphora à diligentibus excubitoribus. Hæc autem plerique, vt attigi, pronunciatiuè intelligunt, *Non dabit, neque dormitabit*, ſed efficaciùs, vt nunc ſibi benè precetur, nunc ſe confirmet, & benè ominetur.

4 *Ecce non dormitabit.* Cuſtodiæ exaggeratio. Ne claudet quidem oculos, ne dormire quidem volet. Dormitamus priuſquam dormiamus. Nam dormitare eſt velle dormire, q. d. Non te deſpiciet, non abiicet tui curam Deus Iſraelis cuſtos. Adeò eſt vigilans, vt perpetuas pro ſalute tua agat excubias. Vnde in Zacharia[a] *ſeptem dicitur habere oculos.* & apud Ezechielem[b]: *Angelos oculis antè & retrò coopertos.*

a *Zacha. 4. v. 10.*
b *Eze. 1. v. 18. & 10. v. 12.*

B

5 *Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua*, eſt, vel erit. Tibi auxiliabitur à dextris, vt te ſcuto ſuo protegat, Chryſoſtomus: *Vmbra tua ad manum dexteram tuam.* Hebraïcè צלב על יד ימינב *tſillecha hal iad ieminecha* per Metaphoram. Hærebit Dominus ſemper ad latus tuum, & inſtar vmbraculi defendet te ab omnium malorum æſtu, vt nihil tibi neque interdiu, neque noctu noceat. *Super*, in manu, ad manum. Ad manum dexteram eſſe dicitur, qui præſto eſt, paratus ad iuuandum. Aliqui par Aſyntheton intelligunt: *Dominus vmbra tua* (erit, vel eſt) (Et) *ad manum dexteram tuam*, Chaldæus, *Super* ſumit pro *propter. Deus*, inquit, *obumbrabit tibi propter chartulam præceptorum, quæ firma eſt ad manum dexteram tuā in ingreſſu tuo.* De תפילת *Tephillath* manus, de qua in Deuteronomio[c], & Numeris[d].

C

c *cap. 6. v. 9.*
d *cap. 15. v. 38.*

6 *Per diem Sol non vret te.* Sol & Luna, quorum vnus nocet interdiu æſtu nimio, altera nocte nimio humore, vel frigore, ſymbola ſunt malorum, & calamitatum exilij, imò & cuiuſlibet temporis, q. d. ſemper & quouis tempore te tuebitur, & proteget. Comparat item pericula aperta ſolaribus radiis, clandeſtina lunaribus. *Neque Luna*, vret te, per Zeugma, id eſt, cruciabit, vexabit, offendet, lædet. Vrit etiam Luna ſuo modo, vt frigus, & pruina apud Feſtum Pompeium, & Poëtam[e]:

D

*Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

Et Ouidium[f]:

*Et noua per gelidas vritur herba niues.* Et[g]:
*Ceres ſummè marmoreo pallet aduſta gelu.*

Hinc ad illud[h]: *Aeſtu vrebar & gelu.* Gloſſa ordinaria:

e *Virgil. in 1. Georg.*
f *1. de Triſt.*
g *4. Triſt.*
h *Ge. 31. v. 40*

*Vnus effectus eſt caloris & frigoris.* Nam Sol & Luna hîc A
etiam Metonymicè pro Solis ardore, & Lunæ frigore, & iniuria, Hebraïcè יַכֶּכָּה *iacchecha*, id, eſt, percutiet.
7 *Dominus cuſtodit te.* Cuſtodiet, futuri temp. Hebraïcè יִשְׁמָרְךָ *iiſhmarcha*. *Cuſtodiat.* Aliqui pronunciatiuè per modum Prophetiæ exponunt, Cuſtodiet, tuebitur. Sic ſequenti verſu. *Dominus.* Secundo loco præter fontem additur, ad Euphoniam & numerum.
8 *Dominus cuſtodiat introitum tuum.* Dominus cuſtodiat te domi & foris, gue in negotiis domeſticis & externis. *Introitus* enim *& exitus* hoc important, vt in libris Para- B
lipomenon [a], vbi *exire & ingredi ante populum*, eſt ei præire in negotiis externis & internis, id eſt, foris & domi, pacis & belli. *Introitum tuum*, in terram ſanctam: *& exitum tuum* de terra exilij, & captiuitatis. Sic omnes profectiones appellant, q. d. Te ſeruet in itinere redeuntem, vt tutò domũ peruenias, ſiue domi, ſiue foris fueris, ſiue in patria, ſiue extra patriam, te quocumque proficiſcẽtem ſemper cuſtodiat. Nam ſic loquuntur ad quemcumque locum ſignificandum [b]. Aliqui *Introitum* referunt ad terram exilij. Te introeũntem in terram hoſtilem, vt illic exules, & ex ea redeũtem Deus ſeruet, & tueatur. Alij, ad egreſſum hiuus vitæ, & ingreſſum C
in futuram, aut vt Euthymius contrà, ad ingreſſum in hanc vitam, & exitum ex ea, vel vt alij ad omnem vitam, quæ in ingreſſu, & exitu perſpicitur. Chaldæus ſublimiùs: *Cuſtodiat introitum tuum ad ſtudia legis, & exitum tuum ad negotiationes* (mundi.)

a 2. *Paral.* 1. *v.* 10.

b *Deut.* 28. *v.* 6. & 3. *Reg.* 3. *v.* 7.

---

## ARGVMENTVM.

*Eccleſiam laudat à concordia, pietate, iuſtitia, eiq́; benè precatur.* D

### 1. Canticum graduum. CXXI. Hebr. 122.

LÆtâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.
2 Stantes erant pedes noſtri: in átriis tuis Ierúſalem.
3 Ie-



A 3 Ierúſalem, quæ ædificâtur vt ciuitas: cuius participátio eius in idípſum.
4 Illic enim aſcendêrunt tribus, tribus Dómini: teſtimónium Iſrael, ad confitêndum nómini Dómini.
5 Quia illic ſedêrunt ſedes in iudício; ſedes ſuper domum Dauid.
6 Rogâte, quæ ad pacem ſunt Ierúſalem: & abundántia diligéntibus te.
B 7 Fiat pax in virtûte tua: & abundántia in túrribus tuis.
8 Propter fratres meos, & próximos meos: loquêbar pacem de te.
9 Propter domum Dómini Dei noſtri: quæſîui bona tibi.

---

C 1 *Canticum graduum.* Aliquibus religionis & ciuitatis tranſlationem è Silo Ephraim, in vrbem Hieroſolymitanam in Iuda, à Dauide factam canit, ſignificans [a] tribus, id eſt, populum aſcendiſſe Hieruſalem primùm, vt laudarent Deum. Deinde [b], vt poſcerent ius à magiſtratibus; & iudicibus tum, cùm à ſe ædificata eſt, & in formam ciuitatis redacta. Sed inſcriptio magis quadrat captiuitati. *Quæ dicta ſunt mihi*, per Prophetas. Vnde Hebraicè שָׂמַחְתִּי בְּאֹמְרִים לִי *ſchamahthi beomerim li*, id eſt, *Lætatus ſum his, qui dicunt mihi*, id eſt, Prophetis, iubentibus me benè ſperare in exilio, & expe-
D ctare diem viſitationis: quod Mimeſi exponit. *In domum Domini*, in Hieruſalem reuertemur de hac captiuitate. Hieruſalem autem cœleſtem toto hoc Pſalmo intelligunt Hebræi in *Bereſchith* Rabba [c], non terreſtrẽ. Aliis, Iſraelitæ ſe cohortantur ad conuentum ſacrum, & rem diuinam frequentandam. Sic ex noſtris Hilarius, & veteres hanc lætitiæ materiam referunt ad cœleſtis patriæ deſiderium, alij ad templorum & Eccleſiarum, in quibus Domini ſacra conficiuntur.
2 *Stantes erant pedes noſtri.* (Ibi enim) ſtabant. Ratio

a *Verſ.* 4.

b *Verſ.* 5.

c *Gen.* 28. *ſuper ſcala Iacob.*

prima cur lætatus ſit nuncio futuræ reſtitutionis Hie- A
ruſalem: quoniam in illa, dum ſtaret in ſua integritate,
ante exilium cuncta erant præclara, pacis & ſuauitatis
plena: vbi liberè & ſuauiter ad rem ſacram ſtabant.
Quare ſequitur fœlicitatum eius priſcarum enumera-
tio, & catalogus. Aliqui vertunt in futuro *erunt*, vt con-
tinuentur verba Prophetarum prædicentium, in domum
Domini ibimus (&) ſtantes erunt pedes noſtri. Sed
Hebraïcè חיו *Haiu*, in Præterito. Itaque rectiùs ſunt
verba Pſaltis, ſiue cuiuſlibet pij ſe conſolantis medita-
tione ve eris ſtatus Hieruſalem. O Hieruſalem, in tuis
portis conſiſtebamus tutò, & liberè, ad rem diuinam B
ventitabamus, & ſacrorum vſum & religionis. *In atriis,*
*in portis* Hebraicè בשעריך *beſcharaich*. Erant autem
multa atria templi à Salomone ædificata: Atrium Sa-
cerdotum, vbi altare holocauſti, atrium mũdorum, vbi
orabant puri, atrium immundorũ, vbi reliqui. Sic multæ
templi portæ Orientalis, Septemtrionales duæ, Meri-
dionales totidem. Portas in *Atria* conuerterunt, ne quis
acciperet iudicia forenſia, quę agitabãtur in portis. Hic
enim agitur potiùs de Dei cultu, & religionis vſu.
3 *Hieruſalem quæ ædificatur.* Enallege Perſonæ. Nam C
præceſſit *in Atriis tuis Hieruſalem.* Valla indoctè ait in-
terpretem in his, & ſimilibus deceptum eſſe, quòd non
calleret proprietatem linguæ Græcæ. Nam eſt Hebraiſ-
mus de quo ſuprà [a]. *Eius.* Vacat Latinè. *In idipſum*, in
idem. Sic enim & ſumitur apud Suetonium, & Græcè
τὸ αὐτὸ. Ait ergo Hieruſalem eſſe ciuitatem, cuius ha-
bitatio (quam participationem vocat) in idem velle &
ſentire, hoc eſt, ad ſummam concordiam doctrinæ, &
caritatem vitę ſpectet: cuius participatio eſt communis,
concors, & æqua omnibus, cuius communio eſt arctiſ-
ſima, cùm ciues pari concordia inter ſe gaudeant, citra D
diſſidia religionis, & opinionum b: *Diſſidentes enim à*
*cœtu Sanctorum, & ab Eccleſiæ corpore ſe ſeparantes, partici-*
*pationem huius ſanctæ ciuitatis non habent.* Hilarius. Hinc
Hebraicè שחברה לה יחדו *ſchebuberah lah iahdau*,
id eſt, *Quæ coniuncta eſt ſibi pariter*, id eſt, concordiſſima.
Ita primùm eam laudat à concordia & vnione, deinde à
pietate & religione. Illuc enim cõuenire omnes tribus
ad Deum colendum & celebrandum. Mox à iuſtitia. Ibi
enim iudicia exerceri, & ſolium regni conſtitutũ eſſe.

*Valla inſcite carpit 70. interpretes.*

a *Pſ. 17. v. 55.*

b *Epheſ. 4. v. 4. 5.*

4 *Illic*



A 4 *Illic enim aſcenderunt tribus tribus*, ἐκεῖ שם *Sham*. ibi:
in Hieruſalem verſantes tribus Domini aſcenderunt
templum Iſraeliticum, quod teſtimonium Iſrael appel-
latur. Aduerbium loci, non ad locum. Itaque mendosè
in vulgatis codicibus: *Illuc enim.* Secunda lætitiæ cauſa.
Itaque *enim* nõ refertur ad proxima, ſed ad principium
Pſalmi, eſtque ſpecies Anaphoræ, vt & *Quia* ſequenti
verſu Latinè, Lætatus in his, &c. quoniam ſtabant pe-
des noſtri, &c. quoniam illic aſcendebant, &c. quoniam
denique illic conſtitutæ erant ſedes ad iudicandum.
*Teſtimonium. Iſrael.* Conſtruitur cum Verbo proximo:
B Illic enim aſcenderunt (in) teſtimonium, in locum, ſiue
Domum teſtimonij Iſraelitici populi, Metonymicῶs,
(in) ædem Sanctuarij; (in) tabernaculum teſtimonij,
vel arcam. Vtrumque עדות *heduth*, ſiue *teſtimonium*
per Metonymiam appellatur; vt in Exodo [a]: *Poſuitq;*
*illud*, Manna; *Aaron ante teſtimonium in cuſtodiam*, id eſt,
ante arcam teſtimonij, quæ teſtimonium Iſraelis voca-
tur, vt Abben Ezra annotauit propter tabulas fœderis
in ea conſeruatas, tamquam duas literas contractus in-
ter Deum & homines. Vel ante tabernaculum, in quo
erat hæc arca mannæ receptatrix. Quin & in alio loco
C Teſtimonium ſignificat duas legis tabulas b: *Ponesq; in*
*arcâ teſtimonium, quod dabo tibi.* Quare Hieronymus
doctè illic tropum inuertit, *poſuitq; illud Aaron in taber-*
*naculo reſeruandum.* Tabernaculum quidẽ, quoniam in
eo erat arca teſtimonij. Arca autem, quia intra ſe con-
cludebat tabulas teſtimonij, id eſt, quæ erant teſtimo-
nio Iſraelitis, quòd eas ſuper ſe recepiſſent, inquit
Kimhi [c]. Eſt vbi etiam tabernaculum teſtimonij appel-
letur paſſim in Exodo, Leuitico, Numeris, Deuterono-
mio ſecundum D. Hieronymi interpretationem, cùm
D in fonte alia ſit vox, id eſt, מועד *Mohed*, non עדות
*Heduth*; quòd radices & ordines יעד *Iahad*, & עוד
*hauad* ſint affines: quamuis Recentiores conuentum
potius interpretentur, indéque tabernaculum conuen-
tus. Poſſit eſſe Appoſitio poëtica: *Tribus Domini teſtimo-*
*nium Iſrael*; id eſt, tribus Domini Iſraeliticæ, quæ ſe
profitentur, & teſtantur eſſe de genere & ſtirpe Iſrael,
quæ tanto patre, tamque ſancto, & Dei familiari glo-
riantur. *Tribus Domini*, quæ teſtantur & indicant Iſrae-
lis genus, quæ ſuam originem referunt ad Iſraelem.

a *Exod. 16. v. 34.*

b *Exod. 25. v. 16.*

c *in lib. r. Radicum.*

HHh 3

Sic Appollinarius, vt *teſtimonium* ſit Nominatiui caſus, A
non Accuſatiui.Congruit item Hyſterologia, *Ad confitendum nomini Domini teſtimonium Iſrael,* id eſt, religionem & legem Iſraeliticam. q. d. In Hieruſalem aſcenderunt tribus Domini, vt nomini Domini celebrarent, & profiterentur Iſraeliticam religionem, legem & fidem, vtque ſe populum Domini mõſtrarent. Ideo enim ter eò conuenire iubebantur in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorũ [a]. Hoc ſequitur Theodoritus. *Teſtimonium*, inquit, *legem diuinam nuncupauit, palàm iubentem, vt Iſrael in locum cõcurrat, quem ſelegit Dominus* [b]. B
Teſtimoniũ [c] ſuprà in pſalmis, & alibi ſæpè hoc ſignificat. Recentiores cum Rabbinis hunc locum non intelligunt. Itaque vt hinc ſe expedient, Eclipſim inducunt Præp. *Ex* vel *In*, vel Cõiunct. *Quia*, vel denique alterius vocabuli. Quinetiam *Iſrael* faciunt datiui caſus, q. ל. cum nominibus propriis non ſit articulus genitiui. Hinc iſtæ illorum interpretationes. *In teſtimoniũ Iſraeli, vt celebrent Dei nomen. Iuxta teſtimoniũ, & fœdus ipſis factũ à Deo, imperante vt ipſius nomen celebrarent.* Et *Quia præceptum eſt Iſraeli.* Et, *Ex teſtimonio Iſraelis*, vt &c. *Ex præcepto & mandato eò aſcendebant, vt confiterentur nomen Domini.* C

5 *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio* Tertia ratio, cur lætatus ſit ad mentionem repetendę Ieruſalem. Quoniam in hac conſtituta ſunt tribunalia ad iudicandum, & decidendum tam de quæſtionibus religionis, quàm politiæ. Itaque *Quia* eſt genus Anaphoræ, vt ſuprà [d]. Vt à templi, & cultus Dei celebritate commendauit Ieruſalem, ita iam nunc exornat à regni ſolio, & politico Moſis ordine. His enim omnibus præcipuè inter alias ciuitates excellebat. Quare & eius ædificatio ſpeciẽ cœleſtis referebat, in qua cultus & agnitio Dei viget, cum rerum ordine admirabili. *Illic*, in Hieruſalem. *Sederunt* D
*ſedes*, ſitæ ſunt & conſtitutæ. Hæc Paronomaſia nõ eſt in fonte, ſed ישבו בסאות *iaßbebu chiſoth, ſederunt throni.* Vbi *ſederunt* impropriè ſumitur, pro, ad ſedendũ conſtituti ſunt, & poſiti. *Sedes*, throni, tribunalia iudicialia regiæ domus Dauid: vel, ſecundum alios, Sacerdotum. *In iudicio*, ad iudicium: vt iudicium cuique tribuatur. *Sedes ſuper*, ſedes inquam (per Epanalepſim) quę ſunt ſuper domum, ſiue in domo Dauid. Nam in *ſuper* eſt Eclipſis relatiui אשר *asher*, vt ſæpe cum Præpoſitioni

a *Exo. 23. v. 17. & 34. v. 22. Deut. 16. ver. 6.*
b *Deuter. 17. verſ. 8.*
c *Pſal. 18. v. 8. & 118. v. 4.*
d *Verſ. 4.*

*Duo ſolia in domo Dauid, ſacerdotum & regum.*



A tionibus huius Idiomatis. *Super* pro *In* vt ſuprà [a]. Non-
nulli per Aſyntheton, (Et) *ſedes regia.* Duo enim ſolia
illic erant collocata. Primùm, Cathedra Moſis, ſiue Sa-
cerdotum: Deinde Regum, Euthymius. Nam & Sacer-
dotes & Leuitæ iudicabant [b], etiam de rebus tempora-
riis apud Ioſephum. Quod obſeruatum in Eccleſia per-
petuò, è Apoſtolorum decreto [c]. Epitome Clementis
Græca [d], & eiuſdem epiſtola [e], Concilio Chalcedo-
nenſi, & quarto Carthaginenſi, &c. Quantum enim ad
exercitium iudiciorum ſpiritualiũ nemo dubitat, cùm
Eccleſia habeat claues regni cœlorum, retinentes ac
remittentes peccata. *Super domum Dauid.* Hebraicè ſine
B Præpoſitione בסאות לבית דוד *chiſſòth lebeth Da-*
*uid.* Throni domus Dauid, id eſt, Throni Chriſti, qui eſt
è ſemine Dauid: vel Throni familiæ Chriſti, vt Augu-
ſtinus ait, qui ſuper eam erat regnaturus. Itaque cum
Præpoſ. verterunt, vt docerent iſta non pertinere ad
quoſlibet propriè Dauidis poſteros, ſed Chriſtum, id
eſt, ad eius thronum, qui erat ſuper domum Dauid, id
eſt, thronum excellentiorem & ſuperiorem vulgato
Dauidis regno, imò verò & qui ſit ſuper ipſam domum
Dauid, eíque præſit & dominetur propter perſonæ Do-
C mini excellentiam. Quo reſpectu [f] etiam Dauidis Do-
minus appellatur. Lætitiæ materia maxima thronus
Dauid: nam eſt thronus Chriſti, cuius thronus eſt thro-
nus gratiæ [g].
6 *Rogate quæ ad pacem ſunt,* Cùm tanta huius ciuitatis
beatitudo fuerit, & futura ſit, petite eius pacem. שאלו
*Shaalu*, petite, poſtulate, rogate. Itaque ἐρωτήσατε apud
Septuag. non ſignificat interrogare, ſed rogare, orare,
petere, vt paſſim in Euangeliis [h]. Eſt autem Apoſtro-
phe ad pios, vt orent pro collectione & reſtitutione
D Ieruſalem, eíque optent pacem, & bonorum omnium
affluentiam, cùm olim eius tanta eſſet fœlicitas, & ma-
iorem adeptura ſit per Chriſtũ. *Quæ ad pacem ſunt*, quæ
ad liberationem & reſtitutionem, ad tranquillitatem
& quietem eius faciunt. Hunc locũ interpretatur Chri-
ſtus [i] de ſuo aduentu ſiue viſitatione. *Vtinam cognouiſſes*
*& tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi ſunt, ô Ie-*
*ruſalem.* Nomen Pacis ad quaſcumque res proſperas &
fœlices refertur. *Ieruſalem.* Datiui caſus, vel Genitiui.
Orate quæ faciunt ad pacem & proſperitatem ipſius

a *Pſal. ſup. verſ. 5.*
b *Deut. 17. verſ. 8.*
c *1. Corin. 6. ver. 2 3.*
d *Pag. 78.*
e *Id eſt, ad Iacobum.*
*In Eccleſiâ etiam de rebus temporalibus nedum ſpiritualibus iudiciũ fit.*
f *Pſalm. 109. ver. 1.*
g *Hebr. 4. ver. 16.*
h *Vt Ioã. 14. v. 16. & 15. ver. 31.*
i *Luc. 19. v. 42.*

Ieruſalem. Eſt enim perſpicuè Genitiui caſus in fonte A
propter שלום *Shelom*, poſitum in Regimine. Deindè hoc ſententia poſtulat. Itaque non eſt dubium, quin mendum ſit in vulgatis Græcorum codicibus, *τὴν ἱερουσαλήμ*, per Accuſatiuum. Quare Apollinarius perſpicuè legit in Datiuo, qui non immutat Genitiui ſententiam. *εἰρήνην ἱερουσαλὴμ διζέσθε βαθεῖαν*, *Pacem ipſi Ieruſalem quærite profundam.* Qui mendoſum Accuſatiuum ſeruant, putant eſſe exhortationem ad interpellandam Ieruſalem, quæ pacis ſunt: q.d. Rogate à Ieruſalem, vt pacem & proſperitatem ſuis largiatur, vel precetur. Loco minus c' gruit, vt ſit Vocatiui caſus, quaſi oratio ad ipſam vſque ad verſ. 8. dirigatur. Ò Ieruſalẽ, ô ciues celeſtis vr- B
bis, ô cęlites, poſtulate nobis pacem & gratiã, qui hîc in terris exulamus. Etſi enim cælites certiſſimè pro nobis Deũ illic interpellẽt, at verſus nõ hoc nũc loquitur. *Et*, Expletiua ſiue abundãs particula. Quare nõ eſt in fonte. Eſt autẽ Mimeſis. Orate pro pace & proſperitate Ieruſalem, (Eccleſiæ.) dicendo ſupp. *Abundantia*, fœlicitas (ſit) benè ſit. Vnde Hebraicè ישליו אהביך *ijshlaiu ohabaijch*. i. *ſoſpitentur, fœlicitentur diligentes te.*

7 *Fiat pax in virtute*, in tuo robore & exercitu. Noſtri vtuntur vocabulo virtutis, pro exercitu, vt ſuprà [a]. *Dominus virtutum*, & aliàs ſæpè, vbi Græcè *δυνάμεων*, & Hebraicè צבאות *Tſebaoth*. Fiat pax. i. ſit proſperitas & C
ſalus in exercitu tuo, nempè in fidelibus in hac Eccleſia verſantibus, quæ proinde dicitur militans: חיל *hel*, ſiue *hajl*, etiam antemurale ſignificat. Quare aliqui interpretantur, in tuo propugnaculo, in tuis mœnibus, in tuo antemurali ſit pax, ô Ieruſalem. Gall. *en tes forteresſes.* Exercitus ſiue antemurale Ieruſalem, ſiue Eccleſiæ eſt populus Domini; virtus autem & robur eius; bona opera, ſtudia, conatus, gratiæ. *Abundantia*, fœlicitas, tranquillitas fiat, vel ſit *In turribus*, vel palatiis: Vnde Symmachus, in regiis domibus, *πυργοβάρεσι*, turribus mœnibus cinctis, ex Euthymio: vel turribus munitis, propugnaculis, è Suida. Optat Eccleſiam eſſe benè mu- D
nitam contra hoſtes tam viſibiles, quàm inuiſibiles.

8 *Loquebar pacem de te*, Vel loquar, in futuro, è Rabbinis. Suo exemplo confirmat adhortationem præpoſitam. Nam & ipſe (inquit) deſidero, vt mei ciues pace fruantur, & expeto, vt domus Dei priſtinam amplitudinem

[a] *Pſa. 45. v. 8. 47. v. 9. 67. v. 13. & 88. verſ. 9.*



A dinem conſequatur. Fratres tam ſanguinis, quàm religionis intelligit, fidei ſcilicet domeſticos & conciues. *Pacem.* i. fœlicitatem & liberationem de te, vt tu liberis, & floreas precabor: Sunt autem verba Pſalmographi, proſpera omnia & pacifica ciuitati ſanctæ exoptantis, quòd ea, ſalus & pax cæterarum ciuitatum nitatur. *De te*, pro tua ſalute, proſperitate, incolumitate.

9 *Propter domum Domini Dei noſtri*, quòd in te ſit templum Domini, & arcà fœderis: Vel, vt reſtauretur templum, in quo Deus inuocetur. Propter templum & vſum religionis pacem precabor, & quæram Eccleſiæ,
B vt nomen Dei ſanctificetur & colatur: Nam pro *Quæſiui*, fons habet אבקשה *abakſchah*. i. *Quæram*. Congruunt autem etiam Præterita, quoniam ſibi perpetuo ſimiles precati ſunt, precantur, & precabuntur ſine intermiſſione pro fœlici cultus diuini ſtatu.

---

## ARGVMENTVM.

*Eccleſia precatur contra impiorum calumnias.*

C

1 Canticum graduum. CXXII. Hebr. 123.

AD te leuâui óculos meos: qui hábitas in cælis.

2 Ecce, ſicut óculi ſeruôrum: in mánibus dominôrum ſuôrum.

3 Sicut óculi ancîllæ in mánibus dóminæ
D ſuæ: ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereâtur noſtri.

4 Miſerêre noſtri Dómine, miſerêre noſtri: quia multum replêti ſumus deſpectióne.

5 Quia multùm replêta eſt ánima noſtra: oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſupêrbis.

A

1 *Ad te leuaui oculos meos :* vt me ex hoc exilio liberes. *Qui habitas in cælis.* Periphraſis Dei [a]. Deus, qui tuam potentiam, maieſtatem, ſapientiam nobis manifeſtas in cæleſtibus rebus, &c.

*a 2.Paral.20. ver. 6.*

2 *Ecce ſicut oculi ſeruorum*, ſunt ſup. ad victum & defenſionem. Spem in Deum duobus ſimilibus exponit. Sicut oculi ſeruorum reſpiciunt ad manus.i.geſtus, nutus & ſignificationes herorum ſuorum, vt eis promptiſſimè miniſtrent, & ſeruiant : vel ad largitionem, dona, victum, vt ab eis aliquid accipiant: vel ad fidem, defenſionem, & præſidium dominorum ſuorum, vt oppreſſi à potentioribus, opem ab eis conſequantur: ab eis enim hæc omnia expectant. Ita in hoc exilio vexati, te vnum intuentur, in te vnum ſpectamus, vt noſtri miſereare. B

3 *Sicut oculi ancillæ*, Dominæ ſuæ vt ſeruos ad heros retulit; ita nunc ſeruas ad heras, vt doceat hanc demùm familiam benè eſſe inſtitutam & ordinatam, in qua fœminæ in fœminas, viri in viros immediatum teneant imperium, & proximam gerant curam. Alioqui enim familiæ ordo perturbatus eſt. *Donec,* etiam donec. De hoc Hebraiſmo ſuprà [b]. Non tantùm dum miſerebitur noſtri, oculos in eum intendemus, ſed etiã nunc in his noſtris malis, & exiliorum calamitatibus. Perpetuò oculos in eum habebimus intentos, vt noſtri miſereatur, neque more ſeruorum inertium, vel infidorum ad oculum ei ſeruiemus. Vel, maximè donec nobis tribuat, quod expetiuimus, & è captiuitate reſtituat: donec nobis ſuccurrat omni auxilio deſtitutis. C

*Familia quæ bene ordinata eſt.*

*b Pſal. 109. ver. 2.*

4 *Quia multum repleti*, deſpectione ſatiati ſumus, contemptu, dedecore, opprobriis. D

5 *Quia multùm repleta eſt, anima noſtra.* Subau. deſpectione, per Zeugma. Quia deſpectione & ignominia ſatiata, refertáque eſt anima noſtra in hoc exilio, opprobrium ſiue deriſio (ſit, vel iuxta Chryſoſtomum rependatur) abundantibus.i.opulentis, qui nullas ſentiunt cruces, & deſpectio ſuperbis & faſtuoſis noſtris hoſtibus. Recidat ille contempus & probrum in caput inimicorum noſtrorum. Vel Enunciatiuè ſub. *Sumus.* Opprobrium ſumus diuitibus, & deſpectio arrogantibus.



A bus. Rabbini ferè exponunt in Ablatiuo, *Opprobrium, & deſpectio.* Multum (inquiunt) ſaturata eſt anima deriſione opulentorum, & contemptu faſtuoſorum. Hebræa vtrumque caſum patiuntur. Quare eorum etiam aliqui ſubaudiunt. *Fuimus,* vel *ſumus,* (quia) deriſio opulentis & deſpectio (ſuperbis fuimus) miſerere noſtri. *Multum,* multo tempore, vel mirum in modum. *Repleta eſt.* Ad verbum שבעחלח *ſchabehalah* ſatiata eſt ſibi, id eſt, ſuo magno malo, & infortunio. Nam iſtud Pronomen interponitur.

B

## ARGVMENTVM.

*Eccleſia gratias agit, quòd ab extremo periculo ſit erepta.*

### 1 Canticum graduum ipſi Dauid. CXXIII. Hebr. 124.

C NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: niſi quia Dóminus
erat ín nobis.
3 Cùm exúrgerent hómines in
nos: fortè viuos deglutîſſent nos.
4 Cùm iraſcerêtur furor eôrum in nos: forſitan aqua abſorbuîſſet nos.
5 Torréntem pertranſîuit ánima nóſtra:
fórſitan pertranſîſſet ánima noſtra aquam in-
D tolerábilem.
6 Benedîctus Dóminus: qui non dedit nos
in captiônem déntibus eôrum.
7 Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de láqueo venántium.
8 Láqueus contrîtus eſt : & nos liberâti ſumus.
9 Adiutórium noſtrum in nómine Dómini: qui fecit cælum & terram.

2 *Niſi*

A 2 *Niſi quia Dominus erat in nobis*, nobiſcum, inter nos vel pro nobis. Se enim hîc conſolatur populus in exilio ob Dei tutelam præſentem, deinde ob ſpem liberationis futuræ. Niſi Dominus fuiſſet nobiſcum, niſi nobis affuiſſet, ac pro nobis ſtetiſſet; vt ſuprà [a].

*a Pſ.93.v.17.*

*Niſi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea*; id eſt; Niſi Dominus adiuuiſſet. Sic enim *Quia* cum particula *Niſi*, ſignificationem ad Subiunctiuum trahit. *Nunc* non eſt particula temporis, ſed blanditiæ, vt Hebræum נא *Na*; quod B etiam Obſecrantis eſt particula. *Niſi quia*. Ab hoc ſecũdo membro Maſoretæ verſum alterum inchoarunt. Sic ſequẽtes tres à voce, *Forte & Forſitan*, pro qua Hebraicè אזי *azai Tunc*. Alioqui non immutatur ſententia; ſed in Latino fit clarior. Deinde ne Hebræi quidem ſe eorum diſtinctionibus, & iudicio alligant.

3 *Forte viuos deglutiſſent nos* אזי *azai.i.* Tũc, Temporis, non Dubitandi aduerbium. Græcè *ἄρα vtique certe.* (ſic enim legendum non *ἆρα; An non.*) Nihil autẽ refert. Nam *forte forſitan*, ac eiuſmodi aduerbia quæ ſuapte natura dubitant, ſæpè tranſeunt in particulas expleti- C uas, quales plurimæ ſunt in omnibus linguis: Deinde interdum ſunt interiectiones quædam; Emphaſi dumtaxat, vel Euphoniæ inſeruientes. Adde quòd aliquando pertineant ad aſſeuerationem cum modeſtia. Alioqui non dubium, quin dudum abſorpta fuiſſet Eccleſia & membra eius; niſi ſingulare Dei auxilium interueniſſet; propter nimiam multitudinem & potentiam impiorum, mundi ſapientum, ſæculi principum, hæreticorum, denique dæmonum, qui cuncti à crepundiis aduerſus eam conſpirarunt. *Viuos*, crudos deglutiſſent. Metaphora à belluis rabidis & famelicis [b], quæ cru- D das carnes: & integras deuorant. Sic alibi [c] *deglutiamus eos viuos & integros* & rurſus [d]. *Non accipiam à te carnem coctam, ſed viuam*, id eſt, crudam, vt illic doctè Noſter vertit.

*Eccleſia per quem ſtat ne abſorpta ſit.*

b *Pſ.57.v.10*
c *Prou.1.v.12*
d *1.Re.2.v.15*

4 *Forſitan aqua abſorbuiſſet nos.* Etiam hîc fons habet אזי *azai.Tunc*, aſſeuerationis non dubitationis particulam, vt & verſu ſequenti. Quare hoc aduerbium non ſimpliciter dubitat. Sed indicat vel hominum libertatẽ vel rerum contingentiam, vt doceamur ſemoto Dei auxilio



A auxilio proprio, prouidentiáve ſingulari, non neceſſariò ſtatim effici, vt miſeri à potentioribus abſorbeantur. Generalis enim & vniuerſa prouidentia ſupereſt, quæ res in ſua natura relinquat, nec earum contingentiam excludat, dum res diſpenſat pro ſua cuiuſque ſorte, naturales naturaliter, neceſſarias neceſſariò, liberas liberè, contingẽtes contingenter. Differt autem contingentia à Fortuna quòd nullam habeat cauſam certã & per ſe, atque ita nihil ſit fortuitũ propriè. Contingẽtia, habeat. *Aqua*, copia & magnitudo malorũ & perſecutionum. Alludit ad ſubmerſos in mari Ægyptios.

B 5 *Torrentem pertranſiuit anima noſtra*, maximum periculum. Hypallagen explicarunt. Nam ad verbum נחלה עבר על נפשנו *nuhela hanar hal naphſchenu.i. Torrens pertranſiuit animam noſtram.* Eſt autem torrens, vt aqua mox, & ſuperiore verſu ſymbolum ingentium malorum, & periculorum. *Intolerabilem*, nimis altam, nulli penetrabilem euaſit. Hebraicè הזידונים *hazedonim* ſuperbam, elatam. Hîc rurſum explicarunt hypallagen. Tunc pertranſiſſet animam noſtram aqua elata & impotens. מים *Maim*, vt & reliqua dualia cõſtruuntur ſæpè cum verbis & adiectiuis ſingularibus. C *Forſitan.* Tũc Hebraicè iã tertiò אזי *azai*. Quo numero Scriptura gaudet ob myſteriũ ſanctiſſimæ Triadis.

6 *Qui non dedit nos in captionem*, prædam. Crudelitatem hoſtium impiorum comparat feritati belluarum.

7 *Anima noſtra ſicut paſſer.* Inſidias impiorũ, aucupum laqueis comparat: pios verò, ſimplices & imbecillos paſſeri, vel in genere ex Hebræo צפור *Stippor*, auiculis, quæ tamen neque vi, neque dolo capiuntur. Sic anima noſtra erepta per Chriſtũ de laqueis Diaboli, peccati & mortis. *Venantium*, aucupum.

D 8 *Laqueus contritus eſt*, hoſtium machinæ, artes, inſidiæ. Quæ omnia non modo carnalibus hoſtibus, verũ etiam ſpiritualibus conueniunt. Nam quicquid Martyribus in perſecutionibus faciunt homines impij, id nobis faciunt inuiſibiles inimici. Arnobius.

9 *Adiutorium noſtrum in nomine*, ſit: vel, eſt. Nobis auxilium eſt in nomine Domini, cæli terræque opificis, & ideò certum, atque firmum. Cæli autem & terræ meminit, vt intelligas Dei potentiam ſuprà & infrà atque adeò vbique vigere. Nam hæc duo tamquam magni corporis

corporis extrema ſuo complexu reliqua continentia A
pro omnibus rebus,& locis accipiuntur.

## ARGVMENTVM.

*Eccleſiam, eiúſque ciues eſſe tutiſſimos, impios autem perituros.*

1 Canticum graduum. CXXIIII. Heb. 125.

QVi confidunt in Dómino, ſicut mons Sion: non commouébitur in æternum, qui hábitat in Ierúſalem. B
2 Montes in circúitu eius, & Dóminus in circúitu pópuli ſui: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
3 Quia non relínquet Dóminus virgam peccatôrum ſuper ſórtem iuſtôrum: vt non extêndant iuſti ad iniquitâtem manus ſuas.
4 Bene fac Dómine: bonis & rectis corde. C
5 Declinântes autem in obligatiónes addûcet Dominus cum operántibus iniquitâtem: pax ſuper Iſrael.

---

1 *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion* (erunt) nempè firmi, immobiles, ſtabiles, ſecuri, ſicut mons Sion non poteſt ſuo loco demoueri. *Non commouebitur in æternum.* id eſt, numquam peribit, qui eſt membrum & ciuis Eccleſiæ. Mutat numerum, vt doceat & viritim, & cunctim probos eſſe tutos. Subiicitur ratio ſequenti verſu, D quoniam montes circum ſe habet Hieruſalem inexpugnabiles. Propter negationem *Non*, R. Selomo hanc locutionem aliter ſolet accipere: Non ſemper commouebitur, qui habitat in Hieruſalem Eccleſiæ matrice, quaſi diceret: Aliquando quidem iactabitur rebus aduerſis, at id non erit perpetuum. Nempè *Non in æternum*, aliquando vniuerſè negat, & ſonat numquam: aliquãdo ex parte, includendo ſcilicet affirmationem pro, *Nõ ſemper*, ſed ad tempus, vt fit apud Dialecticos in ſubcõ-
trariis,



trariis, vt apud Sapientem [a], *in æternum non peccabis* & a Eccl. 7. v. 40.
A apud Ioannem [b], *non morietur in æternum*, id eſt, morie- b Ioã. 11. v. 26
tur dumtaxat ad tempus, nam tãdem reſurget ad bea-
tam vitam. *Qui habitat.* Rectè, vſu linguæ, ſubintelle-
xerunt Relatiuum אשׁר *aſher qui*, & protenderunt
ſententiam ad principium ſequentis verſus. Nam *Hie-
ruſalem* eſt prima vox verſus proximi. Quamquam ni-
hil neceſſe fuit Maſoretas ſic ſeparare, vel etiam refer-
re ad ſequens affixum לה *lah* ad ſic interpretandum.
*Non commouebitur, in æternum habitabit.* Deinde ſequenti
verſu, *Hieruſalem montes in circuitu eius.*
B 2 *Montes in circuitu eius*, Hieruſalẽ. Eſt enim fœmini-
ni generis. Circum Hieruſalem ſunt montes per quos,
etſi aliqui intelligunt Angelos [c], tamen ad literam per c Pſa. 33. v. 8.
circuitum munita fuit multis, & tutiſſimis montibus.
*Et Dominus.* Sic Dominus. Vau (*Et*) hoc loco è Kimhi eſt
Hahasbaá, id eſt, adæquationis & comparationis, vt
ſæpè in Prouerbiis, & ſemel in oratione Dominica. Vt d Mat. 6. v. 10
montes ſunt in circuitu Hieruſalem ad eius defenſio-
nem, ſic Dominus in circuitu populi ſui in perpetuum.
Poſſint indicari duplicia Eccleſiæ bona, præſidia, bene-
C dictiones externæ & internæ, tẽporariæ & ſpirituales,
viſibiles. & inuiſibiles. Nã Deus eã inſtruxit rebus omni
bus neceſſariis, vt externis montibus & præſidiis ad eã
tuendam contra externos hoſtes, & interiore ſua præ-
ſentia contra eoſdem viſibiles ſimul ac inuiſibiles, citra
quam iſtæ externæ minimi, aut etiã nullius eſſent mo-
menti [e]. Itaque non in iſtis mõtibus quieſcit, ſed mox e Pſ. 120. v. 1.
ſubiungit. *Et Dominus in circuitu populi ſui.* q. d. cùm mõ-
tes ſunt in circuitu eius, tũ maximè Dominus. R. Aki-
ba [f]. Scribitur, *Ieruſalem montes in circuitu eius. Montes* f In libro אותיות
D *illi, qui cingebant Ieruſalem, ſunt Patres, & illæ qui circum*
*eã ſunt Matres* (Sara, Rachel) Hebræi enim ſe Patriarcha- othijoth ad li-
rũ meritis & interceſſionibus putãt iuuari apud Deum. terã Samech.
3 *Quia non relinquet*, non diuturnam feret, neque ſinet
quieſcere. *Virgam*, tyrannidem, ſceptrum & poteſtatem
ſuper ſortem. i. hæreditatem iuſtorũ, ſuper ea loca, quæ
iuſtis velut diuina ſorte ſiue diuinitus obuenerunt. q. d.
Non permittet Deus impios diu dominari in bonos.
Nullus tyrannus diu iuſtis imperabit, ne hi fiant im-
pij, exẽplo & proſperitate iſtorũ incitati vel impatiẽtia
victi.

a Pſal.72.v. 18.19. victi [a]. Hebraïcè כי לא ינוח שבט הרשע על A
גורל הצדיקים *chi lo ianuah tebet hareſchah hal go-*
*ral hatſidichim*, id eſt, *quia non reſidebit baculus, nõ quieſcet*
*virga impietatis ſuper ſorte iuſtorum.* Sed prouidentiæ au-
ctorem expreſſerũt, ne quiſquam id tribueret caſui, vel
fato & neceſſitati, vel virtuti. Aliqui Rabbinorũ *Virgam*,
plagas & flagella interpretantur, non ſceptrũ. Nã virga
& poteſtatis inſigne, & verberationis inſtrumẽtũ. *Manus*
*ſuas*, ne deſperatione, vel illecebra impunitatis peccãdi
b 1.Cor.10.v. 6.7. malè agãt b. Ne mittant manus ad ſcelera perpetranda.
4 *Benefac Domine, bonis & rectis corde. Et* expoſitiuè ſu- B
mitur, Quia perfecta bonitas in recti cordis affectu
conſiſtit. Hilarius.

5 *Declinantes autem in obligationes*, colligationes, conſpirationes, nodos, contorſiones, verſutias. στραγγαλίαι enim ſunt στροφαὶ, παγίδες ex Heſychio, ſtrophæ, tergiuerſationes, laquei, & apud Nazianzenum nodi. Hebr. עקלקלות *hakalkalot*, Obligationes (quo modo aliqui hîc legendum cõtendunt) tortuoſitates, prauitates. Periphraſis hypocritarum, qui foris benefici ſunt, intus & corde malefici. q.d. Hypocritas & verſutos homines C ducet Dominus in damnationem & exitium *cum operantibus iniquitatem*, id eſt, cum iis qui apertè malefici ſunt. Vafros & peruerſos æquè puniet, ac apertè iniquos. Hypocritas perinde puniet, ac ſi eſſent apertè improbi [c]. *Partem eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & ſtridor dentium.* (c Matth.24. verſ. 51.) Rabbini, Iſraëlitas, qui declinant ad ſuas prauitates, perdet cum Gentibus, quarum opera ſunt iniqua. Noſtri, fideles peruerſos damnabit cum dæmonibus, quorum actiones ſunt iniquiſſimæ. *Pax ſuper Iſrael*, ſit precatur. vt conſumptis impiis pax ſit, & fœlicitas piis ſuperſtitibus. D Nam non niſi ſublatis illis, pax probis conceditur.

## ARGVMENTVM.

*Eccleſia orat, vt liberetur è captiuitate, videlicet per Chriſtum. Congruit martyribus.*

1 Canticum graduum. CXXV. Heb. 126.

IN conuertẽndo Dóminus captiuitâtem Sion: facti ſumus ſicut conſolâti.





A 2 Tunc replẽtum eſt gaúdio os noſtrum: & lingua noſtra exultatiõne.

3 Tunc dicent inter Gentes: Magnificâuit Dóminus fácere cum eis.

4 Magnificâuit Dóminus fácere nobîſcum: facti ſumus lætântes.

5 Conuẽrte Dómine captiuitâtem noſtram: ſicut torrens in Auſtro.

B 6 Qui ſéminant in láchrymis: in exultatiône metent.

7 Eũntes, ibant & flebant: mittẽntes ſémina ſua.

8 Veniẽntes autem vénient cum exultatiõne: portântes manípulos ſuos.

---

1 *In conuertendo.* Hebraiſmus ſimul, & Græciſmus. C Quando conuertit, quando reuocauit, & reduxit Dominus in patriam ſuam nos captiuos, valdè ſumus conſolati. *Conſolati.* Hebraïcè חלמים *holemim*, ſomniantes, propriè, id eſt, adeò conſolati, lætatique ſumus noſtra reſtitutione, vt videremur veriùs ſomniare reditum, quàm reipſa & oculis vſurpare. Inſperatum enim tantum bonum vix credere poteramus. Cuiuſmodi tropus apud Liuium [a], de Græcis audientibus vocem (a lib.33.) præconis iubentis, vt beneficio populi Romani retinerent libertatem, & ſuis legibus viuerent: *Maius gaudium*, inquit, *fuit, quàm quod vniuerſum homines caperent.* D *Vix ſatis credere ſe quiſque audiſſe, alij alios intueri mirabundi, velut ſomnij vanam ſpeciem.* Sic in Actis b: *Petrus* (a Act.12.v.9.) *exiens ſequebatur Angelum, & neſciebat verum eſſe, quod fiebat, exiſtimabatq; ſe viſum videre.* Chald. *Sicut valentes, ſicut infirmi qui conualuerunt.*

2 *Tunc repletum eſt gaudio*, verbis lætitiæ, riſu propriè. *Exultatione*, cantu.

3 *Tunc dicent*, dicebant. Nam particula אז *az, tunc*, vertit futurum in Præteritum, vt alibi [c]: *Tunc canet Moſes*, id eſt, tunc cecinit. (c Exo.15.v.1.) *Magnificauit facere*, magna & ingentia fecit ipſis, magnam & inſperatam ſalutem

contulit. Magnificis beneficiis eos affecit, magnificè, & gloriosè liberauit eos. A

4 *Magnificauit Dominus facere nobiſcum*, per ſubiectionem reſpondent gentibus, & earum verba excipientes, cauſam admirationis cum amplificatione concedunt. Sanè magna nobis fecit, nos ingenti ſalute affecit, nobis inſignem liberationem attulit, vnde lætitia & voluptate ſumus plenè perfuſi.

5 *Conuerte Domine captiuitatem*, reduc. Alij, tranquilla. Nam שוב *ſchub* vtrumque declarat. *Sicut torrens in Auſtro.* Sicut torrens conuertitur, reducitur in terra ſicca & ſiticuloſa. Celerrimè, vel optatiſſimè. Ad vtrumque B enim referri poteſt ſimilitudo. Nam torrẽs in locis auſtralibus, celerrimè & rapidiſſimè, déque improuiſo fluit, æſtu ſiccante niues montium, cùm nihil tale expectatur. Item lætè, ex voto, & optato ob ſummos calores. Fac lætam & optatam noſtram captiuitatem, ſicut torrens in auſtro lætus, & optatus adeſt. Tranquilla, refocilla captiuitatem noſtram, ſicut torrens in terra Arabiæ auſtrali, ſicca, ſquallida, & deſerta refocillauit in exitu de captiuitate Aegyptiaca. Eo enim videtur alludi, quando è petra eduxit torrentem, & fluenta aquarum. C Græcè χειμάῤῥους torrentes in Accuſatiuo, faciliùs. Sicut inundationes aquarum in ſiccitate, ſiue ſicco loco. O Domine, ſicut torrentem in Auſtro reduc noſtros captiuos. Sicut torrens in terra Auſtrali & arida, eſt ſuauiſſimus, gratiſſimus, opportuniſſimus: vt viator ſitiens refocilletur, & vt ſitientes agri auſtrinæ plagæ ſubiecti humeſcant: ita hæc reductio nobis erit ſuauiſſima ac iucundiſſima. Hinc Chaldæus: *Conuerte Domine captiuitatem noſtram, ſicut conuertitur terra, quando abundant aquarum fluenta tempore ſiccitatis.* נגב *negeb*, non ventum Meridionalem ſignificat, ſed meridiem, ſiue meridionalem regionem, nempè terram ſiccam, deſertam D & ſquallentem. Ventum autem appellant תמן *Theman:* quod qui non ſequuntur, vt ferè Græci, ſic explanant: *Reduc nos Domine copioſè & potenter, vt imitemur torrentes flante Auſtro, qui pluuiis gignendis, & niuibus liquefaciendis torrentes auget plurimum, & magno impetu impellit.* Ad vnum omnes nos magna vi reſtitue. Alij, *Reduc nos, vt olim ex Aegypto, cùm quidem in meridionali, & ſiticuloſa regione elicuiſti Patribus fontes & torrentes.* Alij,



A Alij, *ſicut Iordanis ad Auſtrum ſitus conuerſus eſt.* Atqui Iordanis eſt ad terræ Sanctæ Orientem.

6 *Qui ſeminant in lachrymis*, tum ſupp. Tunc quando nos reduces, qui ferunt cum lachrymis, cum cantu meſſuri ſunt. Metaph. ab agricolis, qui in labore, & penuria ſeminare coguntur, *ſeminare*, operari, *ſemina* opera, *metere* mercedem conſequi operum, & fructum. *Manipuli* præmiorum inſignium brauia. *In lachrymis*, propter tempus miſerum, & ſationi incommodum: vel propter ſterilitatem ſoli. *In exultatione*, ob magnam vim frugum ex agris præter ſpem perceptarum. Sic appellat B lætitiam ab exilio in patriam redeuntium, & libertatem. Auguſtinus refert ad vitam æternam. Quæ in hac vita plena lachrymarum ſeminant bona opera, metent fructum æternæ beatitudinis. Arnobius ad Dei gratiam & remiſſionem peccatorum: *Si lachrymis*, inquit, *pœnitentiæ ſeminauerimus, fœcunda ſine dubio meſſis nobis indulgentiæ orietur.*

*Fructus bonorum vita æterna.*

7 *Euntes ibant & flebant*, ob exiguam ſpem meliorum propter temporis malignitatem, vel ſoli infœlicitatem. C Allegoria de profectione in exilium, & captiuitatem, ab agricultura, vel ſecundum noſtros, de patientia crucis & malorum. *Mittentes ſemina.* Ad verbum, נשא משך הזרע *noſche meſchech azarah*, id eſt, *portantes protractionem, vel pretioſitatem ſeminis.* Vt ſit Antitheſis ad ſequentem verſum.

8 *Venientes autem venient cum exultatione.* Cum cantu. Allegoria de reditu ab exilio. Quin & præter ſacros cantores filios Aſaph centum viginti octo, habebant inter ſeruos, & ancillas cantores & cantatrices, ducentos, qui in itinere voce & muſicis inſtrumentis redeuntes oblectarent, & memoriam ſuperiorum calamitatum depellerent [a]. Noſtri de exitu ab hac vita. D

a Ezræ 2. v. 65.

Exeuntes è corpore ad Dominum veniemus cum exultatione, portantes cum Sanctis manipulos noſtros. *Suos* frugum ſuarum.

## ARGVMENTVM. A

*Nec familiam, nec vrbem cuſtodiri, nec liberos haberi citra Dei fauorem & donum.*

### 1 Canticum graduum Salomonis. CXXVI. Heb. 127.

NIſi Dóminus ædificâuerit domum:
in vanum laborauêrunt, qui ædificant eam.
2 Niſi Dóminus cuſtodierit ciuitâtem: fruſtra vígilat, qui cuſtôdit eam. B
3 Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere: ſúrgite poſtquam ſedéritis, qui manducâtis panem dolôris.
4 Cùm déderit dilêctis ſuis ſomnum: ecce hærêditas Dómini, filij, merces, fructus ventris.
5 Sicut ſagîttæ in manu potêntis: ita filij excuſsôrum. C
6 Beâtus vir, qui implêuit deſidérium ſuum ex ipſis: non confundêtur, cùm loquêtur inimîcis ſuis in porta.

---

1 *Canticum graduum Salomonis.* Ad Salomonem filium meum ædificaturum domum Dei. Nam vt hic Pſalmus ſit Salomonis, non eſt probabile, etſi Origenes Cantica Graduum ad illum referri ſcribat [a], ex hac duntaxat Pſalmi inſcriptione. *Aedificauerit*, ſtabilierit, cõſtituerit, firmauerit, proſperauerit, firmam, ſtabilem, potentem, & ſecuram à periculis, & noxiis effecerit. Metaphoricè ab ædificiis, in quibus firma iaciuntur fundamenta, ne facilè corruant, vel quæ ornantur pro opibus. *Domum*, familiam [b], remfamiliarem, & vniuerſa ad rem priuatam, & domeſticam pertinentia, vt liberos, honores, diuitias. D

a *lib. 3. περὶ ἀρχῶν, c. 1.*
b *1. Para. 17. v. 10.*



A uitias. Quo Hebraiſmo legimus in Exodo [a]: *Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos,* id eſt, reddidit fœlices, & opulentas; & alibi [b]: *Tempus eſt, vt faciam mihi domum,* & iterum [c]: *Dominus fecit mihi domum;* Gall. *Il m'a faict vne bonne maiſon,* vt domus non modò ſignificet habitationis locum; verumetiam familiam & dignitatem. Latinè, facere, locupletare, augere, curare, ampliare rem domeſticam. Hunc verſum referunt ad ſtatum Eccleſiæ & œconomicum, ſequentem ad politicum. Arnobius ad Eccleſiã & hæreſes. Iudæi, & Hæretici ædificant, vigilant, ſed fruſtra. Quia Dominus neq; ædificat, neque vigilat cum eis. Vos autẽ Catholici ſecuri ædificate, quia Dominus vobiſcum ædificat, &c. B

2 *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,* rempublicam, ſalutem populi, cum tota politia. Vt Hebræis domus vniuerſam rem familiarem, & priuatam ſignificat, ita ciuitas vniuerſam rem, rationémque publicam. Per domum templum, per ciuitatem Hieruſalem, Kimhi nimis anguſtè intelligit. *Vigilat*, agit excubias.

3 *Vanum eſt vobis ante lucem.* Pendet è ſuperioribus: Niſi videlicet Dominus affuerit. Ex quo, Ironia militaris, C ſiue Sarcaſmos ſequitur: *Surgite poſtquã ſederitis,* requieueritis, dormiueritis apud vos, *qui manducatis panem* multo labore, dolore, & magna ſollicitudine quæſitum, vt experiamini, an vobis tanta diligentia, & anxietas ſit profutura, Deo minus fauente, & propitio. *Doloris*, dolore & ſollicitudine partum; ærumnis & laboribus plenum. Alludit ad vitam caſtrenſem, quæ laborioſa eſt, & plena moleſtiarũ, in obſidionibus maximè, tum in ſurgendo, & ſedendo, ſiue modicè quieſcendo poſita, nempè in alternis excubiis, & quiete. Vox *doloris*, D etiam actiuè exponi poſſit. Panem oppreſſione alterius quæſitum. Vt cum Sapiens ait [d]: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt*, id eſt, impiè & iniquè comparatum. Aliqui עצבים *hatſabim*, vt Theodotio, & auctor quintæ editionis, Idola exponunt, vt ſuprà [e], quæ ſic inuidioſè appellantur, quòd laborem, & dolorem ſuis cultoribus creent. Sexta editio *πλάνης, erroris*. Quare D. Hieronymus ad Marcellam: *Quidam*, inquit, *non fruſtra panem dolorum, aut Hæreticorum intelligunt Sacramenta, aut vitæ huius miſerabilis dolorem, in qua in ſudore vultus comedimus panem noſtrum.*

a *Exo. 1. v. 21.*
b *Ge. 30. v. 30.*
c *3. Reg. 2. v. 24.*
d *Pro. 4. v. 17.*
e *Pſ. 113. v. 4.*

*& inter ſpinas, & tribulos breuis vitæ naſcuntur alimenta.* A
Hoc Schemate iſta Hebraica elegantiſſimè expreſſerunt. שוא לכם משכימי קום מאחרי שבת אכלי לחם העצבים *ſchau lachem maſchime chum meahare ſchebet, ochele lehem habatſabim. Vanum* (eſt) *vobis diluculo præuenientibus ſurgere, retardantibus ſedere, comedentibus panem dolorum*, vel in vocatiuo potius, *Vanum* (eſt) *vobis ô diluculo præuenientes ſurgere, ô tardantes ſedere* (id eſt, quieſcere) *ô manducantes panem dolorum* q.d. fruſtra id tam ſedulò, & ſtudioſè facitis, ac vanum eſt vobis ante lucem ſurgere ad rem faciendam, ad vos tuendos, &c. in eo tardiſſimè pernoctare, & labores ad B multam noctem protrahere, ſicque panem multo dolore comedere, & labore. Hæc enim omnia nihil vobis proderunt, niſi adſit Domini gratia & benedictio. Quãtumcumque laboris & induſtriæ impenderitis, quantumuis rebus his comparandis ſtudueritis ſine Deo, fruſtra nitimini. Inaniter laboratis priuatim & publicè, ſiue in rebus priuatis, & publicis, niſi vos Dominus iuuet, Chald. *in vanum laboratis vos, qui præuenitis mane ad perpetrandam rapinam, ac tardatis, & concinnatis præparationes, manducantes cibos miſerorum, qui laborauerunt in illis.* Ironica noſtri cõtextus locutio his omnibus æquipollet. C Qui autem ſine Ironia intelligunt, vt ferè omnes. *Surgere*, accipiunt Metaphoricè de animo, iuxta illud Pauli [a], *Exurge qui dormis & illuminabit te Chriſtus.* Poſtquam ſederitis, & permanſeritis in malis, vel in veterno, & ſtupore peccati, eia ab eo ſurgite, & euigilate. Sed hoc neque Hebræo, neque cohærenti cõgruit. *Sederitis*, ſedere hîc in fonte, quieſcere, dormire, non aſſidere menſæ. Etſi Hebræi in menſa ſederent more noſtro, nec ritu veterum recubarent, ſiue recumberent, præter quàm in Paſchali epulo vt conſtat ex libris [b]; D & multo prius ex Geneſi [c].

a Eph. 5. v. 4.

b 1. Reg. 20. v. 5. 18. 25. 34. 3. Reg. 13. v. 20

c Gen. 27. v. 19. Iud. 19. ver. 6.

4 *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum*, Anthiteſis ſuperiorum. Contrà dilectis ſuis Dominus dat opes, & liberos, velut per ſomnium & quietem, id eſt, ſine multa moleſtia, ærumna, & anxietate. Nempè, vt quærant regnum Dei primùm, deinde ſperent ſibi ſumma cum facilitate, cætera à Domino adiicienda [d]. Hebraicè כן יתן *chen ithen. Sic dabit.* i. proinde dabit dilectis ſuis ſomnũ & quietem. Cùm impios fruſtretur ſuis ſtudiis & conatibus,

d Leu. 26 v. 1. 2. Deut. 28. ver. 3. 4.



A tibus, ideò ſe conuertet ad pios, & dilectos ſuos fœlicitandos, atque proſperandos כן *chen*, pro על כן *hal chen, Ita* pro *Itaque, ergo.* Chaldæo pro *rectè, conuenientèr.* Conuenienter autem dabit Dominus dilecto ſuo ſomnum. *Ecce hæreditas Domini*; bona diuinitùs conceſſa (&) *filij* (&) *merces* ſiue lucrum (denique) *fructus ventris.* i. fœcunditas & multiplicatio pecorum [a]. Conſequentur vel dormientes à Domino copioſam hæreditatẽ, filios, mercedem, & pecudum copiam. Omnia eorum multiplicabuntur, & ſuccedẽt. Aſyntheton in ſingulis membris, quo alludit ad legis promiſſiones tẽporarias. Vul- B gus Rabbinorum per Appoſitionem exponit de liberis dumtaxat. Dormientibus, parúmque ſollicitis, & laborantibus dilectis Domini, nempè filij: merces, ſiue donum (Domini) nempè fructus ventris, ſecundũ prouerbium, *Dormientis rete trahit*, vt ſomnũ appellet requiem, & laborem facilẽ, quo pij in ſua vocatione tranquillè, & citra nimiam anxietatem operãtur, in Domino conquieſcentes, nõ otium iners, & deſidiam. Filij eis dono Dei contingent, & per Epexegeſim, fructus ventris, id eſt, liberi, merces illis erunt ac munus eiuſdem Dei. Sic C *Fructus*, erit Nominat. caſus. *Merces & hæreditas*, pro eodem ſumentur *filij*, item & *fructus ventris*, & qui in priore parte dicebantur *hæreditas* in poſteriore dicentur, *Merces*. Vtut ſit, in Græco pro καρπȣ̃ legendum καρπός. In genitiuo eſſet ſenſus: *Filij ſunt hæreditas Domini, id eſt, merces fructificationis ſiue propagationis.*

a Vt Deut. 28. verſ. 3. 4. Leuit. 26. v. 1.

5 *Sicut ſagittæ in manu potentis*, Sicut ſagittæ in manu alicuius robuſti ſunt hoſtibus terribiles: *Excuſſorum*, id eſt, piorum vexatorum, exagitatorum, quaſi ventilatorum [b]. ἐκτετιναγμένων, eorum qui ſunt concuſſi & exagi- D tati, id eſt, crucibus quaſſati, & expurgati variis negotiis, & moleſtiis iactati; vt Gallicè, *Il a eſté bien ſecoué*, id eſt, egregiè fuit vexatus, verberatus, Piorum Epithetum, quos Dominus probat q.d. Filij piorum etiam afflictorum, & in hoc mundo miſerorũ ſunt fortes & valentes. Deus eos iuuat, ac roborat, nec deſerit. Eis propter partes, quantumuis concuſſos, & quaſſatos calamitatibus fauet, adeſt, curat. Poſſit referri ad ſenij incommoda. In rebus aduerſis & triſtibus, vel in ſenectute (qua parentes, quaſi quodã morbo quaſſantur) filij ſunt ſolatio. Sunt veluti arma paternæ ſenectutis, ſagittæ

b Vt Nehem. 5. verſ. 12.

duræ, & altè penetrantes. Repellunt & retorquent ad- A
uerſariorum oppugnationes,vt ſagittæ firmiter, potentérque inflictæ deficiunt,& diſturbant hoſtes irruentes. Si modo tales fuerint filij, quales deſignantur ſequenti verſu.Patres enim multam conſolationem haurient, à filiis probè inſtitutis,& reſpondentibus votis ſuis. q.d. Quales ſunt ſagittæ acutæ potentis,(ipſi potenti) tales ſunt filij excuſſorum, & afflictorum ( ipſis patribus excuſſis & vexatis) exagitatorũ crucibus. Alluſio ad Martyres. נעורים *Neburim,* ſic rectiùs exponitur, quàm *iuuentutum* vel *pueritiarum.* Nam frigidus eſt ſenſus, & B
verè Rabbinicus.Quales ſunt in manu viri fortis ſagittæ, tales ſunt iuuentutis nati: i. liberi iuuenum ſiue in iuuentute ſuſcepti,cùm illi ſæpius maximas parentibus moleſtias creent : vt Iſmael,Cain,Ruben,&c. Iuxta illud vetus, *Heroum filij noxæ:* & verbum Euripidis de liberorum orbitate εὐτυχὴς ἀτυχία. Deinde vox nõ iuuentutem,ſed pueritiam deſignat,quæ ætas nondum eſt ad procreationem matura.Hieronymus [a] conatur vtramque verſionem conciliare. *Excuſſos enim,* inquit, *conſuetudo ſermonis vegetos, robuſtos, atque expeditos vocat, & ſe-* C
*ptuaginta in Ezra pro iuuenibus tranſtulerunt.*

a Ad Marcell.

6 *Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum.* Beatus, qui bonos habet filios, & iuxta ſua vota,his domũ impleuerit,id eſt,benè curatis & inſtitutis.Deſiderium enim, ſiue optatum piorum parentum eſt, vt filij ſint probi, atque pij. Beatus autem qui nõ excidit ſuo illo deſiderio,nec fruſtratur ſpe è filiis cõcepta,ſed finem aſſequitur optatum de filiorum educatione,quippe quæ ſit fallax,atque incerta [b]. Sic enim ipſi ſunt ſolatio,ornamẽto,ac præſidio aduerſus ſenectutis,& vitæ incommoda. Hebraicè אשפתו *aſchpatho.*i. *Pharetram ſuam.*i. domum ſuam. Nam pergit in Metaph. ſagittarum. Beati D
ſunt,qui domum ſuam ſic liberis repleuerunt,vt potens ſagittarius pharetram ſuam ſagittis. Ipſis enim erunt præſidio,ac defenſioni,ac eorum hoſtes,& iniurias propulſabunt. *Cum loquetur,* cùm litigabit in foris, cùm ei loquendum erit aduerſus inimicos ſuos; filij probi ei opi, & ſolatio erunt. *In porta,* Palàm & publicè vel in iudicio, in ſenatu & tribunali, quod in portis vrbium collocabatur.Defendetur à ſuis liberis in bellis,cõtentionibus,litibus,quæ ſolent in portis diſceptari [c].Pater agitatus

Proborũ parentum de filijs deſideriũ.

b Prouer. 30. ver.19.

c Prou.22.v.22. Ruth. 4. ver.1.2.



A agitatus vanno, ventis & negotiorum tempeſtatibus, ſentiet tum liberos ſibi valdè vtiles.Poſterior hæc pars tum Hebraicè לא יבשו כי ידברו את אויבים בשער *lo iabuſch chi iedabberu eth oiebim beſchahar.* tum Græcè,pluraliter enunciatur. *Non confundentur,cùm loquẽtur inimicis ſuis in porta.* Sic refertur ad patrẽ ſimul, ac liberos. Se enim illi mutuò muniunt, ac firmant.

## ARGVMENTVM.

*Timore Domini, beatitudinem huius etiam vitæ conciliari.*

B

1 Canticum graduum. CXXVII. Heb.128.
BEâti omnes, qui timent Dómi-
num : qui ámbulant in viis eius.
2 Labóres mánuũ tuárũ quia mã-
ducábis:beátus es,& benètibi erit.
3 Vxor tua, ſicut vitis abúndans : in latéri-
bus domus tuæ.
C 4 Fílij tui, ſicut nouéllæ oliuárum : in cir-
cúitu menſæ tuæ.
5 Ecce ſic benedicêtur homo : qui timet
Dóminum.
6 Benedícat tibi Dóminus ex Sion : & ví-
deas bona Ierúſalẽ ómnibus diêbus vitæ tuæ.
7 Et vídeas fílios filiórum tuórum : pacem
ſuper Iſrael.

D 1 *Beati omnes qui timent Dominum.* Primus gradus beatitudinis in contemplatione, ſiue vita contemplante,& ſpirituali.Quam qui ſequuntur,totos ſe Domino, eiúſque timori, & cultui, & obedientiæ addicentes, beati (inquit) ſunt. Timor Domini refertur ad præcepta negantia præcipuè:Viæ autẽ ad affirmantia,itémque verbi Dei partem illã,quæ in cognitione, & myſteriis cõſiſtit. *Qui ambulant,* qui omninò parent eius præceptis. Non poteſt intelligi per Aſyntheton (&),qui ambulat, propter He Haiediá, ההלך *haholech,* qui quidem am-

bulat, ( Nam Hebraicè totus verſus ſingulari numero enunciatur,) qui quidem ſe occupat in viis, & legibus Domini, qui ſe totũ diuinis rebus tradit, nec viis mũdi, negotiiſve ſæcularibus, vt loquitur Paulus [a] quicquam tribuit, qui viam contemplantem ſequitur. Nam ſunt alij, qui timent Dominum in vita actuoſa. A

a *2. Tim. 2. verſ. 4.*

*Duplex vita agens & contemplans & vtraq; bona.*

b *Num. 4.*

2 *Labores manuum tuarum quia*, Secũdus gradus. Etiã ille eſt beatus, qui de manuũ ſuarum labore viuit, quíque ſequitur vocationẽ actuoſam & negotioſam. Vtraque vita, agens & contemplans, ad beatitudinem ducit, quando timetur Dominus. Sic R. Iſaac [b], huc alludens duos gradus eſſe docet populi Domini, vnũ timentium Deum, qui ſcilicet contemplationi vacant, alterũ operariorum, qui vitam in actione poſitam exercent, atque eos mutuò ſui egere, quoniam ſine adminiculis ſcanſionis non aſcendunt botri. Alij eodem iſta pertinere malunt, vt doceat pietatem verſari in actione, non in nuda fide, & cognitione. *Labores*. Metonymia, bona labore manuum tuarum parta, fructus laborum tuorum. Alludit ad illud [c], *in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo*. Quod alioqui, non eſt præceptum, vt plerique exiſtimant, ſed prophetia. His enim verbis prædicebatur hominem non victurum abſque multis laboribus, & negotiis. *Benè*, proſperè, fœliciter. Omnia tibi fauſtè ſuccedent. Tuos labores Dominus benedicet, fortunabit, augebit, ditabit &c. *In præſenti* (inquit Aug.) *de labore, in futuro de fructu tibi benè erit*. Laboribus tuis benedicet in vtroque ſæculo. De vita contẽplante hoc non addidit, quia eius fructus propriè in cœlo percipitur. Chaldæus nihil ab Auguſtino abeſt. *Beatus* (inquit) *tu in mundo iſto, & benè tibi erit in venturo*. Sic faſciculus Myrrhæ [d]: B C

c *Gen. 3. v. 19.*

d *Gen. 12.*

3 *Vxor tua ſicut vitis abundans*, פריה *poryah*. i. Fructificans propriè, Fœcunda, fructifera, vel bona, vtilis, ſuauis. Tibi dabit vxorem bonam vel fructuoſam, quę tibi probos liberos procreet: quod Dei eſt donũ [e]. Primus fructus vitæ actuoſæ, in dono probæ, & ſuauis vxoris. *In lateribus*, in interioribus, & domus tuæ penetralibus profundè & ſecreto, intra domum tuam, non foris, more impudicarum mulierum, quæ & vagæ & inſtabiles eſſe ſolent [f]. Sic legimus: *Ionas autem deſcenderat ad latera nauis*. i. ad nauis interiora, vt doctè noſter tranſtulit, profundè intra nauim. D

e *Prouer. 19. ver. 14.*

f *Prou. 7. v. 7.*

4 *Filij*



A 4 *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum*. Secundus, in dono liberorum, bonorum & vtiliũ. Alludit enim ad illud [a]: *Benedicti filij vteri tui*: & ad illud prophetæ [b], *Electi mei non habebunt liberos in maledictionem*. Quas benedictiones ad Spiritum transferre non fuerit difficile ex Origene [c]. *Sicut nouellæ*, ſicut germina, ſicut plantulæ pullulantes, ſempérque florentes: tamquam ſurculi oliuarum, qui non poſſunt neque inſeri neque conſeri, quíque perpetuò virent foliis non abiectis. i. filij tui carebunt ſuſpicione ſpuriatus, erunt genuini, referent patrem vita, moribus, religione, lineamentis, valebunt vigore & animi, & corporis. Sola olea in proprio, & natiuo loco vigere dicitur: reliquæ autem ſtirpes etiam alibi plantantur, in alieno videlicet ſolo, vel trũco per inſitionem & conſitionem. *In circuitu* circum tuam mẽſam erunt, vt tibi miniſtrent, & obſequantur, tuóſque nutus obſeruent, vt à te cibum accipiant, vt tu eos cõmodè alas. Tacitè pollicetur pio opes, & facultatem alendi eos, quos genuerit, pro dignitate. B

a *Deut. 28. v. 4.*

b *Eſa. c. 65. verſ. 23.*

c *Hom. 39. in Lucam.*

5 *Ecce benedicetur homo*. גבר *Gheber* virum à fortitudine ſignificat, Heroem. Sic his duobus donis cœleſtibus, bona ſcilicet vxore & vtili, probis vtilibúſque liberis vir ille beabitur [d]. C

d *Leu. 26. v. 9 Deut. 28. v. 4.*

6 *Benedicat tibi Dominus ex Sion*, vnde omnis ſalus extra Sion. i. Eccleſiam nulla eſt ſalus & fauor Domini. Alij, E templo, quod erat in mõtis Sion, è quo promiſſa erat Dei gratia & fauor [e] E Sione illa cœleſti, & æterna Hilarius, quòd hæc illius eſſet typus, & quaſi vmbra. *Et videas bona*, proſperitatem Ieruſalem, quando illa fuerit reſtituta. Hoc enim intelligunt Rabbini de redemptione & reſtitutione per Chriſtum. Vt hoc Pſalmo non tantum conſoletur eos, qui in exilio, labore ſuo viuunt è promiſſionibus, verùm etiam precetur, vt reſtituantur & fruantur patria. D

e *3. Reg. 8. v. 30. 31. &c.*

7 *Et videas filios filiorum*. Vt diutiſſimè viuas, quoúſque cernas pacem tuæ gentis, & populi. *Pacem*, (&) pacem, (&) gratiam ſuper populũ Dei. Sic etiam Kimhi: etſi aliqui in Nominatiuo vertant, *Pax* (ſit) *ſupor Iſrael*.

ARGV

## ARGVMENTVM. A

*Eccleſia gratias agit, quòd Domini ope tuta ſemper permaneat, precans, vt ſui hoſtes dent pœnas.*

1 Canticum graduum. CXXVIII.
Hebr. 129.

SAepe expugnauêrunt me à iuuentûte mea: dicat nunc Iſrael.
2 Sæpe expugnauêrunt me à iuuentûte mea: étenim non potuêrunt mihi. B
Supra dorſum meum fabricauêrunt peccatôres: prolongauêrunt iniquitâtem ſuam.
4 Dóminus iuſtus concîdet ceruîces peccatôrum: confundântur, & cõuertântur retrôrſum omnes, qui odêrunt Sion.
5 Fiant, ſicut fœnum tectôrum: quod priûſquam euellâtur, exâruit.
6 De quo non implêuit manum ſuam, qui metet: & ſinum ſuum, qui manípulos cólliget. C
7 Et non dixêrunt, qui prætcrîbant, Benedíctio Dómini ſuper vos: benedíximus vobis in nômine Dómini.

---

1 *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute*, à pueritia oppugnarũt me. Hebraicè צררוני מנעורי *tſereduni minneburai.* Pueritia autẽ Eccleſiæ ſumitur ab Ægypto: vel potius, ab initio, & temporibus Abel, à quo initia Eccleſiæ ducuntur, vel etiam Adamo. Qui iuuentutem retinent, intelligunt tempora ſeruitutis Ægyptiæ, vel, vt Euthymius, Babylonicæ. Rectius in genere. Nam & nouæ Eccleſiæ initia & tamquam incunabula oppugnata ſunt à Iudæis & Paganis per annos præſertim 300. vſque ad Cõſtantinum, per Mahometanos & alios poſtea D

*Eccleſia quãdo cepit.*



A ſtea. Et certè רבת *Rabbath* (*multum*) per Noteriacon,
vt ſingulæ literæ ſingula vocabula oppugnatorum de-
ſignent, hoc videtur innuere. ר *res*, id eſt, רומיים
*Romiim* Romanos. ב *Beth*, בבליים *Babbiim*, Babylo-
nios, id eſt, Saracenos, quorum Caliphatus contra Ec-
cleſiam erectus fuit in Babylone tum Chaldaica, tum
Ægyptia. ת *Tau*, תוגרמים *Togarmim*, id eſt, Tur-
cas. Ideo enim vſus eſt, Syntactico רבת *Rabbath*,
non abſoluto רבה *Rabbâ*. Sic Cabbalici [a] notant ad
illud *multi* (רבים *Rabbim*) *inſurgunt aduerſum me.*
B Hebræum רבים *Rabbim* per Noteriacon indicare
inſurrecturos Romanos, Babylonios, Ionios (Græcos) &
Medos. Expugnare hîc impropriè, pro impugnare. Alio
qui ſignificat pugnando vincere.

*Noteriacon genus interpretãdi Scripturã Cabbalicum.*

a *Pſal.* 3.

2 *Sæpe expugnauerunt me.* Anadiploſis ad exaggerationem. Hebraicè רבת *Rabbath*, multùm, id eſt, grauiter, vel multo tempore, diu, vel multis vicibus, ſæpius: tam multiplex eſt vis huius voculæ. *Mihi*, contra me. Non me tamen potuerunt extinguere & delere, non tamen mihi præualuerunt.

3 *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*, iniquitã-
C tẽ, iniqua & grauia mala, per Hypozeugma. Impoſuerunt dorſo meo iniquas plagas & impreſſerunt dorſo iſta, vt & onera feruntur. Sic autem illuſtrarunt Metaphoram Hebraicam, חרשו חרשים *hareſchu horeſchim*, Ararunt aratores. i. Tyranni, de iniquis contumeliis & verberationibus hoſtium, déque ſui iniqua ſeruitute. Quamquam חרשו *Hareshu*, potuerunt ſumere è ſignificatu חרש *Horesh*, fabri, artificis [b]. *Iniquitatẽ ſuam.* Etiam hîc locutionem Metaphoricam in propriã conuerterunt. Nam ad verbum למענותם *lemahanutham*, *Sulcum ſuum. Dorſum meum arauerunt aratores, &*
D *produxerunt ſulcum ſuum* (vt prolixior eſſet ærumna) in longum tempus extenderunt iniquas ſuas oppugnationes. Sulcus Metaphoricè iniquitas, tyrannis, & iniuria ſumma [c]. Vbi fortaſſe alluſio ad martyria Noſtrorum, qui paſſim leguntur in equuleo ſuſpenſi, & ferreis vngulis exarati, itémque ſulcati fidiculis. Quin & frequenter inuenias equuleo iunctas fuiſſe fidiculas, vel vngulas, quibus à tortoribus membra ſulcarentur. Cyprianus [d]. *Nunc equuleus extenderet, nunc flamma torreret.* Auguſtinus [e]. *non extendente equuleo, non ſulcantibus vngulis,*

b 3. *Re.* 9. *v.* 14

c *Ecc.* 7. *v.* 3.

d *De lapſis.*

e *Epiſt.* 9.

a *Epiſt. 49.* b *Peri Steph. hymno 10.* c *Lib. 3.*

*gulis, non vrentibus flammis.* Eadẽ Hieronymus [a] & Prudentius [b]. Quod etiam præſtabatur fidiculis. Nam ex A
Iſidoro [c], vt vngula dicta quòd effodiat, ita fidiculæ à findendo, quòd latera finderent hominis in equuleo diſtenti.

4 *Dominus iuſtus concidet ceruices*, hoſtium potentiam comminuit, vt nos liberaret. Per Metaphoram Hebraicè עבות *habot. i.* lora, funes (bonum ſcilicet arãtium.) E ceruicibus impiorum iuga abrupit, vt illa ſuper dorſum meum exaratio deſineret. Ceruices eorum inter ſe coniugatas & colligatas cum ipſorum iugis præſcidit.
Vulgò actiuè, funes impiorum, quos impij iniecerunt B
ceruicibus noſtris, quaſi diceret, amouit eorum à nobis iugum. Nam continuatur tropus ruſticus in Hebræo. Græcè & Hebraicè קצץ *kitſetz. Concidit*: ſed eſt Præteritum pro futuro. *Confundantur*, excidant ſua ſpe, ſuo conatu, ſtudiis & aduerſis obruantur.

5 *Fiant ſicut fœnum tectorum*, in tectis naſcens, quod propter loci ariditatem, & radicum infirmitatem, antequàm ad iuſtam magnitudinem perueniat, fructúmve ferat, ardore ſolis exareſcit. Sic illi tollantur de medio,
& immatura morte intereant, nec eorum potentia ſit C
diuturna. Ita fiebat ferè in Paleſtina, vbi tecta erant plana, & ardor ſolis vehementiſſimus. Tales herbas Solſtitiales Latini appellant. Nam eam deſcribit hoc & ſequenti verſu. q. d. vt herba ſolſtitialis pereant. Sic apud Auſonium.

,, *Solſtitialis velut herba ſolet,*
,, *Oſtentatus raptúſque ſimul,*

& apud Comicum.

,, *Quaſi ſolſtitialis herba paulisper fui.*
,, *Repente exortus ſum, repentino occidi.*

d *Iona c. vlt verſ. 7.*

Vt Ricinum frutex apud Ionam [d], qui vna nocte D
creuit & aruit. *Euellatur*, שׁלף *ſchalaphi* extrahatur proprie Metaphora à calceis, qui è pede extrahuntur, vt docet Kimhi: Ineptè aliqui. *Emergat.* Nam שׁלף *Shalaph* numquam hoc ſignificat.

6 *De quo nõ impleuit manũ ſuã*, fœno. Quod fœnũ ita exaruit, vt neq; meti, neque colligi poſſit: vel ſi colligatur, cõficere manus, ſinúſve plenitudinẽ, i. quod planè periit quod tã eſt inutile & infœlix, vt neque metatur, neque colligatur. Precatur, vt oſores Eccleſiæ celerrimè pereant,



reant, & infœliciſſimè. *Impleuit*, pro implere poſſit, vel
A ſolet. De quo meſſores nec ſolent, nec volunt implere
manum ſuam, quod nolunt colligere, & in horreum inferre, quia nullius eſt vtilitatis, vt proinde areſcat, ac
in ſeipſo computreſcat.
*Et non dixerunt qui præteribant.* Altera pars 4. verſus,
7 per hyperb. *Conuertãtur retrorſum omnes qui oderunt Sion,*
& qui *non dixerunt inter prætereundũ, fauor domini ſit ſuper*
*vos, benè precamur vobis per nomen Domini.* q. d. Non tantùm pereant, qui oderunt Sion, & apertas cum ea inimi
B citias exercent, ſed etiam qui nõ dixerunt prætereũdo,
*Benedictio*, &c. i. non ſolùm qui oderunt, ſed etiã qui non
amant. Vult, vt non modò non ſtemus contra Eccleſiã,
verùmetiam, vt pro ea ſtemus. Contra tepidos & poli-
ticos. Alij iungunt proximis, per zeugma. *Et* (de quo)
*non dixerunt*, &c. q. d. Fiant fœno ſimiles, cui benedictio-
nem non poſcunt, neque optant prætereuntes, vt fit
agris & ſegetibus in illis exiſtentibus: vel, cuius fœni
meſſoribus prætereuntes non ſolẽt benè precari, & di-
cere, *Proſit benedicat vobis Deus*, aut. *Dominus vobiſcum*
(eſto) vt ſuis meſſoribus Booz [a], Eſt enim alluſio ad
C viatores, qui pretereundo impertiri ſolent ſalutem, & benedictionem meſſoribus vel agris, eíſque benè precari, è Nazianzeno [b], Non deſunt, qui putent eſſe Eclipſin: Et (fiant ſicut ij, quibus) non dixerunt prætereuntes Benedictio Domini ſuper vobis ſit: ſiue, quibus nemo benè precatur. Quaſi oret, vt nemo iſtorum deſiderio teneatur, neque illis boni quicquam optet, vt omni commiſeratione indignis.

a *Rut. 2. v. 4.*
b *Orat. de plaga grãdinis.*

---

ARGVMENTVM.

D *Peccatorum veniam magno ardore depoſcit, redemptionem, per Chriſtum videlicet, pollicent.*

1 Canticum graduum. CXXIX.

Hebr. 130.

DE profûndis clamâui ad te Dómine: Dômine exaûdi vocem meam
3 Fíant aures tuæ intendêntes: in vocem deprecatiônis meæ.

4 Si

4 Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit? A

5 Quia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

6 Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ſperâuit ánima mea in Dómino.

7 A cuſtódia matutîna vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Dómino.

8 Quia apud Dóminum miſericórdia: & copióſa apud eum redémptio. B

9 Et ipſe rédimet Iſrael: ex ómnibus iniquitátibus eius.

---

2 *De profundis clamaui ad te Domine*, de profunditatibus(aquarum, exiliorum)de locis calamitoſis & infœlicibus. ממעמקים *mahamakim*, loca profunda, valles, profunditates, quæ ſunt, vt & abyſſi, ſymbola ingẽtium calamitatum, vel epitheta terrarum calamitoſarum & C miſerarum. Alluditur ad antra & latebras Dauidis Saülem fugientis. Vbi nota elegantem Antitheſim ad Pſalmos Graduum ſiue aſcenſionum. Aſcenſiones ſunt liberationes ab exiliis & crucibus, libertas, pax, Profunda autem, ſeruitus, captiuitas, perſecutio, & aliæ calamitates. Vt neſciant Hebraiſmum, qui interpretantur, *E profundis animi ſenſibus, vel anguſtijs, de profundis cordis, vel anguſtiarum, ex intimis præcordiis.* Itaque aptè ab Eccleſia in piè defunctorum perſona vſurpatur, quòd Purgatorium ſit locus profundus, nempè vnum ex inferni receptaculis, itémque exilij regio, in qua ad tempus à Dei conſpectu & quaſi ſolo exulatur. D

*Purgatorium qualis locus ſit.*

3 *Fiant aures tuæ intendentes.* Aures, os, manus, pedes, nares, & alia huiuſmodi membra Deo tribuuntur, cùm ille nihil horum verè habeat, Anthropopathωs, & per quamdam ſimilitudinem, propter vires & facultates intelligeudi & percipiendi, quibus idem per ſe pollet, quod homines per hæc membra. Lege Dionyſium [a]. *Intendentes*, קשבות *kaſſubath* attentæ propriè.

*Deo membra vt tribuãtur.*

*a De cœleſt. Hierarc.*

4 *Si*



A 4 *Si iniquitates obſeruaueris*, accuratè inueſtigaueris & excuſſeris, vel ob oculos poſueris. *Suſtinebit*, conſiſtet propriè, ſtabit, q.d. nullus. Noli igitur ſolùm eſſe iudex, ſed etiam eſto miſericors. Nam ſpes vna eſt, quoniam apud te eſt propitiatio.

5 *Quia apud te propitiatio eſt.* Quia tuum eſt propitiare & parcere, quia ſoles indulgere. *Propter legem tuam*, propter legis tuę promiſſiones. למען תורא *lemahan thorá. Thorá, Legem* legerunt, vt א ponatur pro ה ritu, linguæ, Maſoretæ malunt legere תורא *Tiuaré*, à ירא *Vt timearis*. Chald. à ראח *vt videaris*. Apud te eſt indulgentia & propitiatio: tu ſoles eſſe propitius pœnitentibus, vt te homines timeant, colant, & venerẽtur. Timor enim eſt reuerẽtia, & pietas erga Deum cum metu eius offendendi. Prius eſt rectius & ſimplicius, Mirum autem eſt Hieronymum [a], ſcribere legi Hebraïcè תירא *Tirá*, non תורא *Torá*, ac propter ſimilitudinem literarum ו & י quæ tantùm per magnitudinẽ diſtinguantur, Septuag. Symmachum ac Theodotionem deceptos eſſe, legendo תורא *Torá*, ac vertendo νόμον. Conſtanter enim in Hebræorum codicibus eſt, Vau, non Iod. C Fortaſſe eum Aquila fefellit, qui fuerat interpretatus φόβον. *Suſtinui te*, confidi in te, te patienter expectaui, & tua iudicia. Hîc Maſoretæ etiam differunt à Septuag. in diſtinctione. Ab hoc enim verbo incipiunt ſequentem verſum. Quin & 6.7.8. aliter paulò diſtingunt. Vbi & ſi ſententia minimè varietur, obſcuratur tamen, vt omninò præſtet ſequi noſtras diſtinctiones, inciſa & periodos.

B

*a ad Sunniã.*

6 *Suſtinuit anima mea in verbo eius*, confidit in eius dictis, & promiſſionibus de venia precantibus, & ad ſe confugientibus danda: expectauit patienter promiſſam pœnitentibus gratiam. *Verbum*, pro promiſſo.

D 7 *A cuſtodia.* Hîc ſenſum dumtaxat ſequuntur. Hebraicè משמרים לבקר שמרים לבקר יחל ישראל אל יהוה *miſchomerim laboker ſchomerim laboker iahel Iſrael el Adonai.* i. *Ab obſeruantibus mane* (ad) *obſeruantes mane ſperet Iſrael in Domino.* (Nam hîc Maſoretarum Soph paſuc negligo.) Ab ipſis excubitoribus matutinis, à crepuſculo, quo excubitores incipiunt vigilare vſque ad alterum crepuſculum matutinum, quo alij ſuccedunt, à vigilia matutina vſque ad alteram vi-

KKk

giliam matutinam: vel iuxta alios, *præ excubitoribus matutinis*, q.d. Magis ſperet in Domino, quàm in cuſtodibus matutinis, quantumuis diligentibus & præuenientibus lucem. Nam ad hanc diligentiam oſtendendam, per Epizeuxin repetitione vſus eſt. Vim comparationis in eo putarunt poſitam, quòd excubitores agant excubias vſque ad mane dumtaxat: Iſrael autem debeat ſperare ab ipſo mane vſq; ad veſperã, id eſt, perpetuò. Adde potuiſſe legere שמורים *Shimmurim*, non שמרים (a Exod. 12. v. 42.) *Somerim*, excubias [a], iiſdem literis, diuerſis ſolùm punctis, p:- Eclipſin Præp. אל *El ad*. A cuſtodiis ipſius mane, ad cuſtodias ipſius mane, vt ל in לבקר *laboker* indicet Genitiuum. Eſt autẽ alluſio ad id, quòd in qua- (b Luc. 12. ver. 38. Mat. 14. v. 25. Mar. 6. v. 48.) tuor partes, noctis vigilias diſtribuebant [b], vt cuſtodia vna quarta ſit pars noctis, & prima à veſpera incipiat, ſecunda ad medium noctis pertingat, tertia pullorum cantus tranſeat, quarta ad ortum lucis adimpleatur. Conſule Thalmudicos in Tractatu Berachoth, & Suidã in voce περιφυλακὴ. Kimhi tamen tres tantùm cõſtituit. (c Lament. 2. v. 19.) *Primam*, quæ ſit caput & initium vigiliarum [c]. (d Iud. 7. v. 19.) *Mediam*[d], quæ media ideò dicatur, quòd ſit inter duas. (e Exod. 14. v. 24.) *Matutinã*, quæ ſit vltima [e]. Vbi & R. Selomo hanc partitionem ſequitur. Sed fortaſſe Vigilia media in libro Iudicum pro Vigilia mediæ noctis debet exponi. Nam conſtanter veteres quatuor conſtituunt. Abben Ezra aliter: *Magis quam excubitores matutini, ſiue vigiles nocturni, qui lucem auidiſſimè expectant, ſperauit anima mea in Domino.* Nam iuxta Soph paſuc Maſoreticum, hæc cum antecedentibus Rabbini iungũt, vt: *Speret Iſrael in Domino*, ſit nouus verſus. Chald. *Ab excubitoribus matutinis, qui obſeruant, vt offerant oblationem matutinam.* Qui exponunt, ante excubitores matutinos, nõ intelligunt vim Præpoſitionis מן *min* quaſi diceret: Anteuerte, ô Iſrael, cuſtodes matutinos exortum diei auidè expectantes: vel ſi iungas cum præcedentibus, Sperauit in Domino anima mea, priuſquàm cuſtodes matutini adſint, vel euigilent. Non enim ſignificat antè, ſed à, ab, præ, ſupra, id eſt, pluſquã. *Speret*. Fontis Apoſtrophe non variat ſententiam. Spera, expecta, ô Iſrael, Dominum.

8 *Quia apud Dominum miſericordia.* Quæ ſequuntur, iam ad verbum tranſlata ſunt. *Redemptio*, liberatio, defenſio, præſidium, ſaluatio apud eum, vel cum eo.

9 *Et*



A 9 *Et ipſe redimet*, liberabit, eruet, purgabit ab omni vitio, impuritate, & ſcelere. Ad pretium & meritum ſanguinis Dominici noſtri reſpectum docent, quantumuis Rabbini cenſeant redimere, vſu ſuæ linguæ ſimpliciter ſumi pro liberare, ſaluare, eruere. *In Chriſto enim habemus redemptionem per ſanguinem ipſius* [a]. *Iſrael*, populum fidelem. Alios non redimet, niſi Iſraelẽ, & baptizatum, Arnobius. Efficaciter ſcilicet. Nam ſufficienter cunctos redemit, ac pro omnibus cumulatè ſatisfecit [b].

(a Ephe. 1. v. 7. *Chriſtus redemit omnes ſufficiẽter, ſed nõ efficaciter.* b 1. Ioã. 2. v. 2.)

## ARGVMENTVM.

B *Humilitatem & modeſtiam Deo offert, & proponit. Sacrificium longè gratiſſimum.*

1 Canticum graduum Dauid. CXXX.
Hebr. 131.

Omine non eſt exaltâtũ cor meum: neque elâti ſunt óculi mei.

C 2 Neque ambulâui in m‑gnis: neque in mirabílibus ſuper me.

3 Si non humíliter ſentiêbam: ſed exaltâui ánimam meam.

4 Sicut ablactâtus eſt ſuper matre ſua: ita retribútio in ánima mea.

5 Speret Iſrael in Dómino: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

D 1 *Domine non eſt exaltatum.* Non ſuperbiuit cor meum, De ſuperbia animi, & interiore.

2 *Neque ambulaui in magnis.* De ſuperbia vitæ operum & exteriore. *Super me*, præ me, ſupra meum captum & vires, pluſquàm ego poſſim capere, comprehendere, efficere. Nam ambulare in magnis, eſt gerere, tentare, conari res, quæ vires, & ſtatum excedant. In mirabilibus autem, ſcrutari arcana conſilia Dei, vim ingenij ſuperantia.

3 *Si non humiliter ſentiebam.* Diſcedunt à vocibus, vt ſenſum efficiant planiorem. Ad verbũ אם לא שויתי ודוממתי נפשי *im loſchuuitthi vedumãthi naphſchi*. i.

*Si non poſui me, vt ſilere facerem animam meam*, id eſt, A
ſi non animum meum ad ſilentium & modeſtiam compoſui, niſi animi ſummiſſionem ſemper colui, niſi animo demiſſo me geſſi, vt infantulus. Niſi velis, pro ודוממתי *Vedomamti* legiſſe ורוממתי *Veromamti*, quemadmodum ד & ר præ ſimilitudine cõfunduntur. *Sed exaltaui animam meam.* Per Parentheſin, vt locutio cadat in ſequentis verſus finem, ibique abſoluatur. Alij per ſe & diuiſim intelligunt per Eclipſim, vt fit in iurandi formulis ſæpius, in quibus ſubauditur: *Peream, incidam i graues pœnas, Deum ſentiam vltorem*, quídve
ſimile. Si non humiliter ſentiebam, ſed ſuperbij, miſerè B
& infœliciter inteream, q. d. Profectò humillimè ſentiebam, nullóque modo animam meam extuli.

4 *Sicut ablactatus ſuper matre ſua.* Refertur ad primam partem præcedentis verſus, per hyperbaton. Si non humiliter ſentiebam, ſicut ablactatus apud matrem ſuam, ſicut infans, qui vixdum à mammis depulſus eſt, ſuper matris gremio. Talis enim ſolet eſſe humilis & verecundus, totus in materna caritate conquieſcere, & omnia ab ea expectare, quòd nõdum corpus curare, neque
ſine alterius adminiculo pedibus inſiſtere valeat. *Super.* C
Sicut infans gremio matris ſuperpoſitus, qui ea fulcitur, & nititur, qui in eius hæret ſinu. Aliis *Super*, apud, erga. Hoc autem ſimili vtitur, vt pij diſcant niti matre ſua Eccleſia, & de myſteriis ſecundum eam modeſtè ſapere. Quemadmodum infantulus nòn amplius vbera matris ſugens, eam propterea non deſpicit, aut ab ea reliqua ſperare deſinit, ſed totus à matre pendens, nihílque diſcernens, quod illa offert, promptè excipit. *Ita retributio in anima mea*, ſit. ita animam meam vlciſcatur Deus, ita me mulctet. Redditio enunciationis hypothe-
ticæ. Niſi talis fuerim, ita animæ meæ Deus, vt grauiſſi- D
mas arrogantiæ pœnas luam, faciat. Eſt hyperbaton. Si non demiſſè ſenſi, ſicut infantulus à matre pendens, ſed elato fui animo, verè mihi elationis mercedem Deus rependat. Chryſoſtomus. Me Deus puniat, niſi humiliter & demiſſè de me ſenſerim, tamquam nuper ablactatus: ſiue à lacte ſummotus puer, omnia à matre ſua expectãs, quòd ex ſe nihil poſſit. Quia autem huiuſmodi formulę promittendi, comminandi, aſſeuerandi, & iurandi ſolẽt eſſe in hac lingua Eclipticæ, ob πάθος affectu orationis integri

*Eccleſia matre pij in myſterijs niti debent.*



integritatem ſupprimente, Maſoretæ legerunt iiſdem
A quidem literis, ſed diuerſis punctis כגמול *Caggamúl*, non *Caggemúl*, עלי *halaí*, nõ *halé*, vt præceſſerat. *Sicut*, inquam, *ablactatus, ſuper me anima mea.* Quod ænigma Rabbini poſtea Eclipſibus diluunt. *Sicut ablactatus inquam* (ſic) *ſuper me anima mea.* (eſt): vel, (Si nõ eſt) ſicut ablactatus, in me anima mea: vt ſit repetitio, & veluti præcedentiũ expoſitio. Deinde, vt abſoluatur ſententia, ſubaudiunt, fruſtrer ſpe mea penitus, malè peream, quídve ſimile. Atqui interdum etiam ſunt perfectæ & completæ, maximè dum loquitur homo, non Deus, vel
B Propheta Dei nomine, quòd homines maiorem ſe habeant, per quem poſſint iurare, & cuius nomen inter aſſeuerandum poſſint interponere, non item Deus, vt in libris Regum [a]: *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero quicquam.* & iterum [b]: *Sic mihi faciat Deus, ſi ſteterit caput Eliſæi ſuper ipſum hodie.* & infrà [c]: *Si oblitus fuero tui, Ieruſalem, adhæreat lingua mea faucibus meis.* Qui ſeparãt huius verſus ſententiam à ſuperioris, paulò aliter exponunt: *Sicut ablactus eſt ſuper matre ſua*, (eſt autem ſuper ea modeſtus, humilis, pudens) ita retributio (eſt) in anima mea. Ita mihi tributum eſt, ita ſum pudens, & humilis. Sanè inſtar ablactati ſe habet
C anima mea.

5 *Speret Iſrael in Domino.* Populum, vt ex templo ſuo omnem ſalutis ſuæ ſpem in Deo ponat, hortatur. *Speret.* Spera propriè Hebraicè יחל *iahel.*

a *2. Re. 3. v. 35.*
b *4. Reg. 6. v. 31.*
c *Pſ. 136. v. 6.*

---

## ARGVMENTVM.

*Eccleſia Deum obteſtatur, vt memor Dauidis, eiuſque voti, in Sione habitet, Chriſtumque exhibeat, quem ipſe magna verborum ſolennitate promiſit.*

D

1 Canticum graduum. CXXXI. Hebr. 132.

MEmênto Dómine Dauid: & omnis manſuetúdinis eius.

2 Sicut iurâuit Dómino: votum vouit Deo Iacob.

3 Si introíero in tabernáculum domus meæ: ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei.

4 Si dédero ſomnum óculis meis: & pálpe- A
bris meis dormitatiônem.
5 Et réquiem tempóribus meis: donec in-
uéniam locum Dómino, tabernáculum Deo
Iacob.
6 Ecce audíuimus eam in Ephrâta: inuéni-
mus eam in campis ſyluæ.
7 Introíbimus in tabernáculum eius: ado-
rábimus in loco, vbi ſtetêrunt pedes eius.
8 Surge Dómine in réquiem tuam: tu & B
arca ſanctificatiônis tuæ.
9 Sacerdôtes tui induântur iuſtítiam: &
ſancti tui exûltent.
10 Propter Dauid ſeruum tuum: non auêr-
tas fáciem Chriſti tui.
11 Iurâuit Dóminus Dauid veritâtem, &
non fruſtrábitur eum: De fructu véntris tui
ponam ſuper ſedem tuam. C
12 Si cuſtodíerint filij tui teſtamêntũ meum:
& teſtimónia mea hæc, quæ docêbo eos.
13 Et filij eôrũ vſque in ſæculum: ſedêbunt
ſuper ſedem tuam.
14 Quóniam elêgit Dóminus Sion: elêgit
eam in habitatiônem ſibi.
15 Hæc réquies mea in ſæculum ſæculi: hîc
habitâbo, quóniam elêgi eam. D
16 Víduam eius benedîcens benedîcam:
paúperes eius ſaturâbo pánibus.
17 Sacerdôtes eius índuam ſalutâri: & San-
cti tui exultatiône exultâbunt.
18 Illic prodûcam cornu Dauid: parâui lu-
cêrnam Chriſto meo.
19 Inimîcos eius índuam confuſiône: ſuper
ipſum autem efflorêbit ſanctificátio mea.

1 Memento



A 1 *Memento Domine Dauid.* Genitiui caſus in Græco. In Hebręo videtur eſſe Datiui, quoniã *Et* illic deeſt. זכור יהוה לדוד את כל ענותו *Zechor Adonai ledauid eth col hunotho.* i. *Memento Domine Dauidi omnem afflictionem eius.* Sed ל etiam indicat genitiuum, & את *Eth*, interdum eſt Præpoſitio *Cum*. Memẽto Domine Dauidis, cum omni afflictione, vel mãſuetudine eius. Quod cum noſtra editione concurrit. *Mãſuetudinis* ענותו *Hanuathó*, legerunt iiſdem literis, quibus Maſoretæ, ſed aliis punctis ענוה *Hanaua*, enim mãſuetudinem ſignificat
B vt ענו *Hanaú*, manſuetũ. Iſti autẽ ענותו *hunnotho*, *afflictionis eius:* quam pertulit, vt cultum tuum amplificaret & inſtauraret, deinde locum cultus tui ſtabiliret, ac conſtitueret. Putant autem eſſe verba populi, petentis à Deo, vt acceptum habeat nouum templum à Salomone ædificatum.

2 *Sicut iurauit Domino,* Dauid ſcilicet. Memento etiam quemadmodũ iurarit, & firmiter promiſerit. Hinc Hebraicè אשר *aſcher, quòd.* Memento quòd. Vel (nõ tam rectè) *qui*, qui quidem (Dauid) iurauit Domino (&) vouit potenti (Deo) Iacob, quod ſequitur, de æde ſibi conſtruenda. Votum illud Scriptura cõmemorat [a] אשר
C *asher*, etiam pro כאשר *caaſſer, quemadmodũ.* Sic Gall. *comme* pro ὅτι quòd. *Souuienne toy, comme il a iuré, & ſainctement promis.* Iurare autem Domino, eſt ſanctè, & quaſi Deo teſte polliceri [b]. *Iacob,* לאביר יעקב *laabir iahacob.* i. Magnifico Iacob propriè. אביר *Abir*, magnificus, inſignis, fortis, Dei epithetum.

a 2. Reg. 7. ver. 2. 1. Par. 17. v. 2.

b Vt Eſa. 19. ver. 10. 2. Par. 15. v. 14.

3 *Si introiero in tabernaculum,* Dicendo ſup. (iuxta conſuetas Mimeſes) id quod ſequitur vſque ad verſu 8. *Si.* Proximè docuimus formulas iurandi ferè eſſe imperfectas, cuiuſmodi eſt hæc vſque ad 6. verſum. Eò enim vſque protenditur. Si quieuero, donec reperiam aream
D tabernaculo Dei Iacob ædificando, peream, moriar, vel quid ſimile. q. d. Priùs nõ ingrediar limen domus meæ, neque corpus quieti tradam. Nam huius iuramẽti ſunt multæ partes, per Anadiploſin. Hîc *Intrare*, eſt inhabitare, *domum ſuam nouam, aſcendere*, ad quieſcendũ ſcãdere.

4 *Si dedero ſomnum oculis meis,* Exponit per Hyperbolen ingens deſiderium inueniẽdi locũ domus Domini.

5 *Et requiem temporibus meis,* Totum iſtud eſt additum

KKk 4

á Septuaginta, ad Auxeſin. Erat enim ingens Dauidis A
ardor ad iſtud perficiendum [a]. Qui cùm fuiſſet diuino
orac

ulo prohibitus, teſtamẽto tamen reliquit locuple-
tiſſimam materiam, & exemplar; Ordinũ Leuiticorum
formam & rationem, miniſteriorũ fundationes & red-
ditus, rei diuinæ ſolennia & ritus [b]. *Temporibus, τοῖς κρο-
τάφοις.* Itaque tempora hic ſonant partem capitis ſupra
genas. Si dedero capiti meo quietem & ſomnũ. *Locum,*
templum, in quo Deus Iacob inuocari debet, eiúſque
arca fixè reponi, quæ hodie motoria eſt. *Tabernaculum.*
Hebraicè משכנות *miſchanoth.* Tabernacula, plurali
numero, ob templi Salomonij partes aliquanto plures, B
quàm tabernaculi Moſaici: quamquam & in Moſaico
tres erant præcipuæ.

a 2. Reg. 7. ver. 2.

b 1. Par. 6. 22. 23. 24. 25. 26.

6 *Ecce audiuimus eum in Ephrata;* Verba adhuc Daui-
dis per Mimeſin. *Eam,* ſedem, habitationẽ, ædem, man-
ſionem: pro, eum locum, vt legit Theodoritus, vel, id
tabernaculum. Enallage generis ad intellectum, habita
ratione æquipollentis ſubſtantiui. Nam ſedes & locus,
tabernaculum & habitatio, ſiue manſio idem valent,
מקום *makom,* & שכינא *shechina,* Ita R. Kimhi.
Nempè mutat conſtructionem, vt indicet ſe in taber- C
naculo Domini, quod tanto ſtudio quærit, duo cõtem-
plari; *locum* ipſum externum, & materialem, ad quem
conueniendum ſit rei diuinæ cauſa, & Dei præſentiam,
(Nam שכינה *Shechina,* hoc ſignificat, etiam apud
Rabbinos) interiorem Dei habitationem & gratiam.
Chryſoſtomus autem ad arcam refert, Auguſtinus ad
requiem Dei, vt ſit relatiuum ſine antecedente, vel præ-
poſitum antecedenti. *In Ephrata,* in regione Ephratæa,
& quaſi feraci, fructuoſa, quæ complectebãtur aliquem
terræ ſanctæ tractum, Bethlehem, Hieruſalem, & vici-
niam, Anonymus. Domum Dei, ſiue locum deſtinatum D
ædi ipſius audiuimus per Prophetas, vel maiores eſſe
in Ephratæa regione, ædem ſtatariam & immobilem
illic Deo eſſe ædificãdam, relicta Silo. Aliàs Bethlehem
propriè dicitur Ephrata [c], quod vocabulum potius de-
legit, quàm Hieruſalem, tametſi templum in ea mini-
mè excitandum eſſet. Primùm, per Synecdochen poë-
ticam, quòd vicinia duarum illarum vrbium faceret
dumtaxat duarum leucarum diſcrimen, & Hieruſalem
eſſet de agro Bethleemitico. Deinde, vt ſciretur tem-
plum

c Gen. 35. v. 19. & 48. v. 7.



A plum extruendum in tribu Iuda, id eſt, in illa Hieroſo-
lymorum regione, quæ ad tribum Iuda pertineret, & ad
Bethlheem proſpiceret. Alioqui Hieruſalem ferè tota
erat in tribu Beniamin. Præterea, vt ad vocem Ephraim
alluderet per paronomaſiam. q. d. Relinquet Dominus
Ephraim, & veniet Ephratam. Deſeret Silo vrbem
Ephraim, & cõmigrabit Ephratam tribus Iudæ. Deni-
que propter Chriſtũ verum Dei templum, in Ephrata,
ſiue Bethlehem naſciturum. Vnde R. Ioſeph & D. Hie-
ronymus [a] locum, in quo Chriſtus eſſet naſciturus, au-
diuimus eſſe in Ephrata, id eſt, in Bethlehem. *In campis
B ſyluæ,* Hieroſolymis, in area Areunæ Iebuſæi, ſyluoſa, &
nemoroſis arboribus conſita [b]. In agris eius ſylueſtri-
bus & nemoroſis inuenimus locum ædis Domini. Illic
comperimus templum eſſe extruendum in tribu Iuda,
neglecta Ephraim. Circum Hieruſalẽ frequentes erant
ſyluæ & montes. Alij, *In Ephrata,* cùm Dauid eſſet in
Ephrata ſiue Bethlehem, & in campis ſyluoſis, compe-
rit per reuelationem locum, in quo templum eſſet con-
dendum. Chaldæus *de ſylua Libani; loco,* (inquit) *vbi ado-
rauerunt Patres Mundi.*

*Christus naſciturus in Bethlehẽ prædicitur.*

Matth. 2. 1.

a In Epitaphio Paulæ.

b 2. Reg. 24. ver. 16.

7 *Introibimus in tabernaculum eius.* Tum, vbi illic locus
C Domini fuerit extructus, introibimus in eius domici-
lium & eum adorabimus, dicendo quæ ſequuntur. Ta-
bernacula, plurali numero, vt [c] ſuprà. *In loco.* Hebraicè
נשתחוה להדם רגליו *niſchthahaue lahadõ raglaũ.*
Eadem verba quæ ſuprà [d]. *Adorate ſcabellum pedum eius.*
Quare ad verbum nunc ita verti potuit. *Adorabimus ſca-
bellum pedum eius:* id eſt, vt Hebræi exponũt, Arcam fœ-
deris, in qua ille ſedebat edendo oracula, & patrando
miracula: & apud quam ſuam præſentiam & opem pol-
licebatur inuocantibus [e]. Eius enim circumductu ceci-
D derunt muri Hiericho, victoria in bellis obtinebatur,
prædicebatur, &c. Quæ erat typus Eccleſiæ, vel potius
corporis Domini. Appellatur autem ſcabellũ, ſiue ſub-
ſellium pedum Domini, comparatè ad cœlũ, tamquam
thronum, quòd in cœlo Dei præſentia ſit maior, nempè
per gloriã, in arcam autem eius pedes dumtaxat exten-
derentur, id eſt, gratia. Nam pedes ſymbolũ præſentiæ
ipſius, id eſt, gratiæ. Aliqui vertũt, *Adorabimus ad ſcabellũ.*
Verùm verbũ adorandi conſtruitur cum ל, vt proinde
nihil opus ſit ei⁹ Syntaxeos vim inuertere, de quo ſup [f].

c Verſ. 5.

d Pſ. 98. v. 6.

*Arca ſcabellum pedum Dei adorãda quomodò.*

e 2. Paral. 6. ver. 11.

f Pſalm. 8. verſ. 11.

8 *Surge Domine in requiem tuam.* Reſumit ſuam precem populus verbis Moſis [a], ad cuius etiam imitationem tres iſtos verſus 8.9.10. in dedicatione tēpli vſurpauit Salomon [b]. Requiem autem vocat locum domus Domini, quietum, immobilem, ſtatū & fixum. Qualis non erat ante templum conditum, quoniam tabernaculum Moſis erat motorium & portatile: deinde quia vagum, in Silo, Nobe, Gabaon, &c. ſine certo domicilio. *Sanctificationis*, Hebraicè עזך *huzecha*. i. fortitudinis, tuæ propriè, Sed quorſum pertineret illa arcæ fortitudo, demonſtrarunt, nempè ad noſtram ſanctificationem, ad B vires animi, potius quàm corporis. q.d. Arca, in qua nos ſanctificas, è qua ſanctitatem in nos deriuas, & diſtribuis. Relinque, Domine, Gabaon, téque cum tua arca, per quam ſolitus es aduerſus hoſtes tuam vim & robur declarare, recipe in hunc locum perpetuæ quieti tuæ deſtinatum.

a *Numer. 10. verſ. penult.*

b *2. Par. 6. ver. 41.42.*

9 *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam*, pietatem, ſanctimoniam, vitámque ſuo gradu dignam. Chaldæus *veſtes iuſtitiæ.* Chryſoſtomus [c] *vt iuſtè & ſanctè coram te miniſtrent, remq́; tuam diuinam purè faciant*: vt alibi d, & infrà [d]. *Salute, ſalutari.* Ad indicandum veſtes ſacerdotales C eſſe ſymbola iuſtitiæ & ſalutis diuinæ. Eas enim ad allegoriam, ſiue theoriam, vt loquitur Dionyſius, confert, vt doceat ſacras ceremonias & ritus eſſe ſacramentales & myſticos, ac præter nudam ſolennitatem multa diuina complecti. *Sancti tui*, Leuitæ ad miniſterium tuum conſecrati, in ſuggeſtu, & choro coram te canant ore, & pſallant inſtrumentis muſicis, hilariter miniſtrēt, te lætis laudibus celebrent. Vel in genere fideles tui, pij tui tuo cultui dicati & conſecrati, qui ventitant in domum tuam precandi cauſa, & diſcendi legem tuam. Kimhi [f]. D

c *2. Par. 6. verſ. penult.*

d *Verſ. 17.*

*Veſtes ſacerdotales ſunt ſymbola iuſtitiæ.*

e *1. Par. 6.*

10 *Propter Dauid ſeruum tuum*, propter promiſſionem factam Dauidi: item propter eius manſuetudinem, virtutes, cruces, & merita, è principio Pſalmi. *Non auertas*, à nobis ſcilicet, ne Chriſti gratiam & fauorem à nobis remoueas, vel eius conſpectum & præſentiam ne differas, neque ſubtrahas faciem, & aduentum Chriſti tui, reuocans promiſſionem de eo exhibendo. Alij, *ne auerſeris, ne repellas, ne repudies precem Chriſti tui.* Rabbini ferè intelligunt Salomonem: quia Salomon ſibi hunc verſum



A verſum accommodat [a]. Sed ſententiæ alienæ ſæpe aliò accommodantur. Itaque noſtri appoſitiùs & rectius Chriſtum Dominum. Eum, ô Domine, pro tua reuerentia, exaudi pro nobis interpellantem. Vel ex Chryſoſtomo: *Ne differas aduentum ipſius propter Dauidē, cui eum promiſiſti.* Vnde ad verbum. אל תשב *al thaſcheb. Ne redire ſiue retrocedere facias*: & mox, *Iurauit*, &c.

a *2. Par. 6. v. 42.*

11 *Iurauit Dominus Dauid veritatem.* Enallage perſonæ. Iuraſti enim Dauidi veritatem, & non fruſtraberis eum dicendo ſup. quod ſequitur, vſque ad finem Pſalmi. Vr- B get enim ex promiſſo. *Veritatem*, indubitatum promiſſum. *Non fruſtrabitur eū*, nō fallet, non violabit fidē datā, nec irritum faciet promiſſum ei factū, *Eam* Grecè & Hebraicè לא ישוב ממנה *lo iaſchub mimmennah.* *οὐκ ἀθετήσει αὐτήν non abiiciet eam* (veritatem.) non auertetur ab ea (veritate.) *De fructu ventris*, de filiis tuis, vel aliquem de filiis tuis, id eſt, Chriſtum. Nam מן *Min* Hebraicè *De* Latinè, inſeruit diſtributionibus. Hinc Theodoritus *orant pij, ne Dauidis genus & regnum extinguatur.* Aliis, vt Deus promiſſum de Meſſia, propter Dauidem impleat, Eccleſiæ faueat, & eius miniſtris, ex C promiſſione, quam vſque ad calcem Pſalmi canit. *Ponam, regem ſcilicet*, è Chaldæo.

12 *Si cuſtodierint filij tui teſtamentū meum.* Hæc conditio etiam adiicitur, in libris Regum [b]. *Quid ergo* (ait Auguſtinus) *ſi non cuſtodierint, eſt promiſſio irrita. Non, quia ſi in te non completur, completur in alio. Nam etſi filij Dauid ſunt, non ſtirpe, ſed cultu Dei, & fide. Stabilitas enim huius regni in Chriſto eſt.* Hoc eſt, Promiſſio hæc erat hypothetica reſpectu filiorum Dauidis ſecundum carnem, abſoluta reſpectu Chriſti, eiúſque ſpiritualis prolis. Is enim erat accepturus ſedem Dauid patris ſui, & æter- D num regnum in populum Dei, cuius regnum Dauid temporarium ſignum erat & typus. Quare ſupra [c], ſine conditione effertur. *Si dereliquerint filij eius legem meā, viſitabo in virga iniquitates eorum, at miſericordiam meam non diſpergam ab eo.* Ita fuit categorica reſpectu Chriſti, & filiorum Dei ſecundum ſpiritum, hypothetica ratione alterius ſobolis. *Teſtimonia*, ceremonias. Abbē Ezra.

b *3. Reg. 8. v. 25.*

*Chriſti promiſſio quomodo erat hypothetica.*

13 *Et filij eorum vſque in ſæculum.* Etiā filij eorū, procul dubiò filij eorū in perpetuū regnabūt. גם *Gā*, particula emphatica, hypotheticæ locutionis redditio Quare in fonte

c *Pſal. 88. v. 30. 32.*

in fonte ſecundum membrum duodecimi verſus conficit, nec verſum alium incipit. A

14 *Elegit eam in habitationem ſibi* אוה *inua deſiderauit.* Eſt aliud verbum à ſuperiore in Hebræo, ſic verſu ſequenti.

15 *Hæc requies mea in ſæculum ſeculi.* Fructus electionis Sion, vſque ad Pſalmi finem. *Hæc requies mea.* Sion locus, in quo volo requieſcere, morari, ſtatam ſedem figere, loco ampliùs non mutato.

16 *Viduam eius*; Hebraicè צדה *tſadah.* i. venationem eius, eſcam, victum eius benedicam & multiplicabo. Sic Græcè *θήραν, venationem.* Sed noſter legit, inconſulta veritate Hebraica *χήραν*, viduam: vt & Apollinarius & Auguſtinus: quòd mox ſequerentur *Pauperes*: vtroſque enim ſolet Scriptura coniungere. Hilarius captionem interpretatur, tãquam de venatoribus, & piſcatoribus hominũ eſſet locutus, id eſt, Apoſtolis, quorum venationem & capturam ſe benedicturum promittat. *Benedicam*, copioſis, magniſque afficiam beneficiis, proſperabo. *Panibus*, abundantia rerum ad victum neceſſariarum. B

17 *Sacerdotes eius induam ſalutari*, ſanctimonia & ſecuritate, Chryſoſtomus Hebraicè ישע *ieſchah.* i. ſalute, nempe vt accepta habeas eorum ſacra, & ſeruos illos. C
a 1. Par. 6. Kimhi [a]: *Et ſancti eius*, (Leuitæ) iubilando iubilabunt, liberè canent è malis erepti. *Salutem vocat*, ſalutarem virtutem, & pietatem. In his enim ſalus omnis noſtra
b Verſ. 9. poſita eſt. Hinc ſuprà [b], iuſtitiã dixit. Reſpondet enim Deus Eccleſiæ precibus in bonis corporalibus, & ſpiritualibus. Alij, copioſè poſſidebũt ſalutem. Eos ſeruabo, & protegam, defenſione, & tutela mea eos muniam.

18 *Illic producam*, proferam illic, id eſt, in Sione. *ἐκεῖ* (nõ mendoſè illuc) Hebraicè אצמיח *atſmiah.* i. oriri, & germinare faciam, propriè. Vnde Christi cognomen- D
c Hier. 23. v. 5. tum צמח *tſémah*, id eſt, germen [c]. *Cornu*, robur, regnum, decus, & regiam maieſtatem Chriſti, ſuprà Dauidi. *Dauid* enim, eſt hîc datiui caſus, *τῷ Δαβίδ*. *Lucernã*,
d Pſ. 17. v. 32. regnum paraui ſplendidum, & illuſtre Chriſto, ſplẽdore firmaui & gloria, vt ſuprà [d], ſi quidem Chriſtus hîc Dominum noſtrum ſignificet. Sin Dauidem, *Lucernam*, id eſt, Chriſtum verum, qui omnem hominem illuminat



A minat ſua gratia, & donis Spiritus ſancti multiplicibus:
vt [a], ſub Ioram, *noluit Dominus diſperdere domum Dauid,* a 2. Par. 21. v. 7.
*propter pactum, quod inierat cum eo, & quoniam promiſerat eidare lucernam, & filiis eius omni tẽpore*, id eſt, Chriſtum. Docet ſplendorem familiæ Dauidicæ, & regnum nũquam extinctum iri. Quin liberi parentum, quaſi oculi ſunt lucerna & lumen. Vnde feſtus Pompeius, *Orba eſt, quæ patrem, aut matrem, aut liberos quaſi lumen amiſit.*
Chryſoſtomus & Cyrillus [b], per lucernam intelligunt In Ioannem.
Ioannem Baptiſtam, Chriſtum tenebris mundi huius oſtendentem. Proſper, *Prophetarum oracula, templum Sa-*
B *lomonicum*, hæc omnia præluxerunt Chriſto, eúmque prenunciarunt.

19 *Inimicos eius induam confuſione*, pudore. Antitheſis. Vti ſacerdotes veſtiam ſalute, ita hoſtes ignominia. *Sanctificatio.* Ad verbũ יציץ נזרו *iatſiz nizro* corona, diadema ipſius. q. d. Quotidie multiplicabitur magnitudo eius, atque maieſtas. Gloria regni Dei ſuper filios Dauid florebit, Eccleſia vigebit. Sed ſic verterunt, primũ, quia verbũ נזר *Nazar* dicitur de Nazaræis Domi-
no ſe paratis & ſanctificatis [c]. Deinde, vt hæc intellige- c Nu. 6. v. 2.
rẽtur de vero Meſſia, qui eſt ſanctus ſanctorũ [d], & ſan- d Dan. 9. v. 24
C ctificatio, per quã ſancti, iuſtíq; efficimur, paſſim apud Apoſtolos. q. d. inquit Chryſoſt. Chriſti tempore florebit templum meũ. In prima perſona verterunt, quoniã hæc ſanctificatio Dauidicæ prolis, & regni à Deo eſt.

---

## ARGVMENTVM.

*Eccleſiæ conſenſionem eſſe ſuauiſſimam, à Deo cumulatè benedictam.*

D

1 Canticum graduum Dauid. CXXXII.
Hebr. 133.

ECce quàm bonum, & quàm iucũndum: habitâre fratres in vnum.
2 Sicut vnguêntum in cápite: quod deſcêndit in barbam, barbam Aaron.

3 Quod

3 Quod deſcéndit in oram veſtiménti eius: ſicut ros Hermon, qui deſcéndit in montem Sion. A

4 Quóniam illic mandâuit Dóminus benedictiônem: & vitam vſque in ſæculum.

---

1 *Ecce quàm bonum & quàm iucundum.* Emphatica particula ad oſtendendum rem lingua ſatis explicari non poſſe. *Quàm bonum*, vtile & ſalutare, multa quidem B ſunt vtilia, quæ tamen ſunt amara & moleſta, vt apparet in medicamentis, & primis inſtitutionibus: at concordia & conſenſio vtilis ſimul eſt, & ſuauis. *Iucundum* נעים *Nahim* ſuaue propriè *Fratres*, ſacerdotes, vt inter eos nulla ſit pugna doctrinæ, & monum, Abben Ezra, *fideles eiuſdem ſanctæ religionis.* R. Ioſeph, *Principes politicos & Eccleſiaſticos, maximè Regem Meßiam, & ſummum Pōtificem*, R. Dauid. Tu in genere de omnibus fidelium ordinibus. *Habitare in vnum*, eſſe concordes, concordiã

*Concordiæ laudes.*

inter ſe colere. Nam concordia primùm fragranti balſamo ſuauior, deinde fertili, & cœleſti rore vtilior. Per C eam religio, & ſpiritualia ſuauiter fragrant, & latè ſparguntur, Politica, & temporalia vigent, & proſperantur. Ad vtrumque deſignandum primum ſimile è ſacro vnguento ſumitur, ſecundum è Phyſico & prophano meteoro.

2 *Sicut vnguentum in capite.* Sicut oleum variis odoribus myrrhæ, caſſiæ aromaticæ, cinnamomi, & calami aromatici & balſami imbutũ, & certa proportione cōditũ, quæ cōpoſitio appellabatur Oleum vnctionis, ſiue Oleũ ſanctũ R. Leui [a]. Similitudo è rebus ſacris & ſpi- D ritualibus. Sicut vnguētũ pretioſiſſimum, cōſtans multis pretioſiſſimorũ aromatũ generibus [b]. Hinc Hebraicè כשמן הטוב על הראש *caſſhemen hatob hal harosch. Sicut vnguētũ bonũ ſuper caput.* Cuiuſmodi odoris ſui fragrantia ipſum & præſentes mirificè oblectabat, ac reficiebat. Præter Reges vngebantur ad miniſterium ſacerdotes, Leuitæ oleo, ſiue chriſmate ſancto. *In capite.* Super caput eius fuſum. Nam Moſes Aaronis induti veſtibus Pontificiis caput oleo ſacro perfudit tãta

a *Exod. 30.*

b *Exod. 30. v. 23. Leu. 8. ver. 12.*

copia



A copia, vt deſtillaret in barbam ipſius, indéque in ſupremam veſtimentorum eius oram [a]. In exemplum ſacrandorum deinceps tali ritu pontificum nō ſine myſterio. Hæc enim inunctio fiebat decuſſatim *Kemim* χι *teuanith* (inquit R. Selo b, & R. Moſe Nahmanides) *in ſpeciem & formam* χι *Græcanici gerentis effigiem Burgũdæ crucis.* ςαυροειδῶς vt loquitur Areopagita. Fiebat & in fronte inter ſupercilia eodem ſignaculo. Elias in Tisbi habet K*emim Gamma teuanith*, cuius forma eſt inſtar ר inuerſi ג, ſed falſò citat Thalmudicos. *Barbam*, barbam inquam. Hanc conduplicationem emphaticam B eſſe docet Clemens [c], vt pingat Sacerdotes decoris, maſculis, venerabilibus moribus, non mollibus, effœminatis, iuuenilibus. Nam barbæ pili, qui nihil moleſtiæ afferunt, vultui dignitatem præſtant, virum oſtendunt, & quamdã paternam reuerentiam incutiunt. Vnde illud [d]. *Ne corrumpatis effigiem barbæ veſtræ.* Sic Hieronymus [e]. *Barba virilitatis indicium eſt*: de quo Epiphanius [f], contra Maſſalianos, *Aaron.* Patronymicè, pro Pōtificis: vt Latinè Cæſares appellãtur à primo Cæſare.

a *Leuit. 8. v. 12.*

*Sacerdotum vnctio vt fieri ſolita.*

b *Exod. 29.*

c *Strom. 3.*

d *Leu. 19. v. 17.*

e *In 5. Ezech.*

f *Hæreſ. 80.*

C 3 *Quod deſcendit in oram.* Hebraicè על פי *hal pi.* i. in os, in oſtium & introitum, quod Kimhi interpretatur de colli theca ſiue ſtrophio. Gallicè *Collet.* Vulgò tamē intelligunt Aaronicum iſtud vnguentum ex capite in imos vſque pedes defluxiſſe. Quod minus probabile, quia vnguentum iſtud ſacrum, & pretioſum parcè fundebatur, vt durare poſſet in multa ſæcula, & ſufficere inungendis ſecuturis pontificibus & regibus, de quo ſuprà [g]. Quamquam in primo Pontifice Aaron largius inſtillari potuit, ſiue quòd ille eſſet primus omnium, ſiue quòd repræſentaret exactius Chriſtum, qui non ad D menſuram vngi debuit Spiritu ſancto, oleo ſcilicet lætitiæ, per iſtud externum adũbrato. *Veſtimenti.* Hebraicè מדותיו *middothan* plurali numero, Veſtimentorũ. Nã ſacerdos, ſiue Aaronius, ſiue vulgaris, multis ad ſolennitatē & ſplēdorē diuini miniſterij, itémque Theoriã, vtebatur ornamentorũ generibus [h]. *Sicut ros.* Altera ſimilitudine è rebus prophanis & naturalibus, vnitatem & concordiam Eccleſiæ membrorum eius comparat rori, qui montem Harmonem, & loca montana Sionis feracia & fœcunda reddit, & rerum omnium parit affluentiã. Vt *ros* Hermonius, qui defluit in mōtes Sionis,

g *Pſal. 88.*

h *Leui. 16. v. 4. & Ioſeph lib. 3. Antiq. cap. 8.*

ac eos

ac eos ſole peruſtos recreat, vt ros è monte in montem, maximè humiliorem, ſolet defluere, ſuauis eſt concordia. Euroaquilo raptat nubes ex Hermon monte trans Iordanem, vbi Og Rex Baſan imperitabat [a], & vapores roſcidos ( roris materiam ) in Sion. Hæc ſimilitudo reſpicit etiam fructum & vtilitatem. Ros cum fructu in herbas & gramina decidit [b], lætificat ſegetes, & fætificat, & ſic concordia valdè eſt fructuoſa, & vtilis. *In montem.* Hebraïcè הררי ציון *harere tſiion*, id eſt, Montes Sion. Mam vnus quidem erat mons radice, verùm iugis tres, id eſt, erat triceps, ſiue triiugus: Sion de nomine totius, vbi ædes regia, ſiue ciuitas Dauid: Moria vbi ædes Dominica, ſiue templum: Acra, ſecundum quem vrbs Ieruſalem porrigebatur. Alij malunt intelligere montana Sionis, id eſt, totius Iudææ. Nam tota eius vicinia, & continentia erat montoſa, qua ratione Sinai coniunctus dicitur ei, quæ eſt Ieruſalem [c]. Perpetuo enim dorſo ſeſe verſus Sionios montes exporrigit. Kimhi nimis ſubtiliter repetit, *Sicut ros*, vt ſit tertia ſimilitudo, hoc modo: Sicut ros Hermon (& ſicut ros) qui deſcendit in mõtes Sion. Vel per ſimplex Aſyntheton, ſicut ros Hermon, (Et) qui deſcendit. Exiſtimauit fortaſſe Sionem eſſe editiorem Hermone, quem tamen collocat inter editiſſimos terræ ſanctæ [d]. Eſt autem Hermon mons propè Iordanem Libano vicinus, perpetua niue conſperſus, vnde perpetuus ſurgit vapor, roris origo & fons, Sionem fœcundiſſimè aſpergentis.

a *Deut.3.v.8. Ioſ.2.v.10. & 13.v.11.12.*
b *Deu.32.v.2.*
c *Gal.4.ver.25.*
d *è Pſal.88.*

4 *Quoniam illic mandauit Dominus*, in loco concordiæ, caritatis, & vnitatis Kimhi ſatis alienè, in montibus Sion. Quod ferè ſequitur Theodoritus. *Non in Hermon* (inquit) *ſed in Sione*, *in quam vitalis ros Spiritus ſancti in Apoſtolos miſſus eſt. Mãdauit.* promiſit, effecit. *Benedictionẽ*, bonorum omniũ abundantiam, fœlicitatum copiam, & vitam ſempiternam. Etſi Euthymius de longa huius æui vita interpretetur, vbi diſcordes rarò longęui ſunt. Quaſi *vita in ſæculum* ſit vita in longum tempus.

ARGV



## ARGVMENTVM.

*Eccleſia Domini cultores ad Dei laudes hortatur.*

1 Canticum graduum. CXXXIII. Hebr. 134.

ECce nunc benedícite Dómino: omnes ſerui Dómini.
3 Qui ſtatis in domo Dómini: in átriis domus Dei noſtri.
4 In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta: & benedícite Dómino.
5 Benedícat te Dóminus ex Sion: qui fecit cœlum & terram.

---

1 *Canticum graduum.* Præcedentium Gradualium concluſio, & quaſi epilogus, vt Dei miniſtri in templo morantes die, nocteque Deum tantorum beneficiorum auctorem ritè colant, ac pro ſe, & populo orent. Breue ſacerdotum ſpeculum.

2 *Omnes ſerui Domini.* Leuitæ. Vndę eorum ſequitur Periphraſis: *Qui ſtatis in domo Domini*, qui illic conſiſtitis, & moramini ad rem diuinam faciendam [a]. Vnde Chald. *Qui ſtatis ſuper cuſtodia domus Sanctuarij Dei, & laudatis in nocte.*

a *Nu.18.v.3.*

3 *In atriis domus Dei noſtri.* (Et) in atriis. Totum hoc additum eſt à Septuaginta è Pſalmo ſequenti, vt non tantùm de Leuitis miniſtris templi hæc dicta intelligeremus, verùm etiam de Laicis, qui dum res diuina fiebat à templi miniſtris, in ſacerdotum atrio conſiſtebãt in ſuis, viri in atrio virorum, fœminæ in fœminarum: Quãquam initio vnicum vtriuſque ſexus erat atrium, quod in libris Regum atrium Iſrael appellatur.

4 *In noctibus extollite manus veſtras*, quo tempore cæteri dormiunt. Hoc iungunt Maſoretę cum fine pręcedentis verſus. Sed nihil neceſſe, cùm præſertim Leuitæ interdiu miniſteriis vacarent, quò pertinebant præcedẽtia,

LL l

noctu verò cuſtodiis, quò ſequentia. Inſtruit igitur eos quo pacto ſe in eis gerere debeant. Dum noctu cuſtodiis templi vacatis, procul à populi conſpectu, Deum ſanctè collaudate, attollendo in ſancta loca manus, adeò vt etiam pro abſenti & dormiente populo precemini, dicendo quod ſequitur: *Benedicat te, &c.* Nam laudatur etiã Deus cùm inuocatur,& vſurpatur nomen ipſius ad alterius benedictionẽ. *In ſancta*, in cœlum [a]. Aut verſus eas templi partes,quarum vna vocatur Sancta,id eſt, היכל *Hecal*, altera Sancta Sanctorum, id eſt, דביר *Debir*,vbi erat arca (typus corporis Domini) vbi ſe orationes exauditurum erat pollicitus: quamquam etiam illæ referebant cœlum [b]. Chald.*Super ambonem, ſiue ſuggeſt. in ſanctum.* Alij, *ad ſanctitatem*,id eſt,ſanctè, ritè.Simplicius Orate Deum verſus Sanctuarium,& locum arcæ.

a Heb.9.v.11.12.

b Ibid. Apoſtolus.

5 *Benedicat te Dominus ex Sion.* Mimeſis conſueta. O Leuitæ, dicite populo: Benedictione & fauore proſequatur te Dominus, cœli terræque conditor, qui vult, & poteſt iuuare. Fortaſſis etiam verba ſunt Pſalmographi benè precantis iis, qui ſuo conſilio paruerint. Si ſic Deo benedixeris, ſi ſic Deum collaudaueris, ô Leuita, ô Laice, te viciſſim benedicat, & fortunet Deus ille magnus orbis opifex, qui cœlum & terram, id eſt,omnia in ſua habet poteſtate.*Te*.Immutat conſtructionem ob immutatum ſignificandi modum. Benedicere enim ſupra ſignificabat collaudare, celebrare, gratias agere: nunc verò benefacere, bonis & fœlicitate afficere, fauere, beneficia tribuere. Hoc minus obſeruatum eſt in fonte. Nam vtrobique eſt Accuſatiuus. Vt autem duos iſtos ſignificatus diſtinguant prophani pro poſteriore vſurpant *Benefacere*, quamquam minori Emphaſi.Plautus [c], & Terentius [d]: *Dij tibi benefaciant.* Pro priore ipſum *Benedicere* Plautus [e], *Benedicite diis.* Qua ratione aliqui exponunt illud Ciceronis pro Sextio: *Cui benedixit vmquam bono*, id eſt, benè precatus eſt.

c in Milite, act.2.ſce.vlt.

d Adelph.act.5.ſcen.8.

e Rudète act.3.ſcena 2. & Caſina act.2.ſcen.5.

ARGV



A

## ARGVMENTVM.

*Ad Deum celebrandum inuitat,quòd Iſraelem magnis beneficiis cumulauerit,& Idola ſint inutilia.*

1 Hallelu-jah. CXXXIIII. Hebr.135.

LAudâte nomen Dómini: laudâte
ſerui Dóminum.
B 2 Qui ſtatis in domo Dómini: in
átriis domus Dei noſtri.
3 Laudâte Dóminum,quia bonus Dóminus:
pſállite nómini eius,quóniam ſuâue eſt.
4 Quóniã Iacob elêgit ſibi Dóminus: Iſrael
in poſſeſſiônem ſibi.
5 Quia ego cognôui, quòd magnus eſt Dóminus:& Deus noſter præ ómnibus Diis.
6 Omnia quæcûmque vóluit, Dóminus fe-
C cit in cœlo & in terra: in mari, & in ómnibus
abîſſis.
7 Edûcens nubes ab extrêmo terræ:fúlgura
in plúuiam fecit.
8 Qui prodûcit ventos de theſaûris ſuis:
qui percûſſit primogénita Aegypti ab hómine
vſque ad pecus.
9 Et miſit ſigna, & prodígia in médio tui
Aegypte: in Pharaônem, & in omnes ſeruos
D eius.
10 Qui percûſſit gentes multas: & occîdit
Reges fortes.
11 Sehon Regem Amorrhæôrum: & Og
Regem Baſan: & ómnia regna Chánaan.
12 Et dedit terram eôrum hæreditâtem:hæ-
reditâtem Iſrael pópulo ſuo.
13 Dómine nomen tuum in ætêrnum: Dó-

mine memoriâle tuum in generatiône & ge- A
neratiônem.
14 Quia iudicâbit Dóminus pópulum ſuum:
& in ſeruis ſuis deprecâbitur.
15 Simulâchra Géntium, argêntum & au-
rum: ópera mánuum hóminum.
16 Os habent, & non loquêntur: óculos ha-
bent, & non vidêbunt.
17 Aures habent, & non aúdient: neque
enim eſt ſpíritus in ore ipſôrum. B
18 Símiles illis fiant, qui fáciunt ea: & om-
nes, qui confîdunt in eis
19 Domus Iſrael benedícite Dómino: do-
mus Aaron benedícite Dómino.
20 Domus Leui benedícite Dómino: qui ti-
mêtis Dóminum, benedícite Dómino.
21 Benedîctus Dóminus ex Sion: qui hábi-
tat in Ierúſalem. C

---

1 *Alleluiah, laudate.* Hic & tres ſequentes ſunt coronis præcedentium Gradualium. Quare ſunt de reditu è captiuitate. *Dominum.* Vertunt hodie *Domini*, in Genitiuo. עבדי *habde, ſerui*, poſſit eſſe Syntacticum, pro Abſoluto, cuiuſmodi multa ſunt apud Poëtas, & Syros. Adde non immutari ſententiam. Nam tum per Zeugma repetendum *nomen Domini.*

2 *Qui ſtatis in domo Domini.* O vos qui ſtatis in domo, D id eſt, Sacerdotes, ô vos Leuitæ, qui adſtatis ad ſeruiendum Domino (&) *in atriis domus Dei noſtri*, id eſt, ô vos Iſraelitæ, ô vos Laici, quos lex arcet ab ingreſſu interiore ſanctuarij, proindéque in atriis eius dumtaxat cõſiſtitis. R. Dauid, Domum Domini appellat Sacerdotum conclaue, quod *Chorum* appellamus. Atria, loca Laicorum, quæ nos *Nauim*, Interpretes Latini & Græci vtraque atrij nomine inſigniuerunt, ſiue penuria vocabulorum, ſiue comparatione templi tecti & interioris. Hebræi



A Hebræi rectè diſtinguunt. Nam atrium Sacerdotum vocant חצר *Hatſer*, q. d. chorum, locum canentium. Vnde חצרצרות *hattſoſeroth* tubæ, organa, quibus canebant Dei laudes, populi ſiue Laicorũ עזרה *hazara*, q. Adiutorium, rarius חצר *Hatſer.*

3 *Pſallite nomini eius, quoniam ſuaue.* Hebraicè נעים *nahim*, id eſt, dulce propriè. Pſallere ſcilicet nomini Domini, vt referatur totum complexum. Vel iuxta R. Dauid, ad ſolum nomen, quoniam ſuaue eſt nomen Domini, Anonymus maſculinè, vt כי טוב *chi thob*:
B *Quia bonus Dominus. Pſallite nomini eius, quoniam ſuauis eſt* (Dominus) cuius ſuauitas & bonitas, non qualitas eſt; ſed natura, vt rectè inquit Auguſtinus.

4 *Quoniam Iacob elegit ſibi Dominus.* Alia ratio, cur laudandus Dominus. *Iacob.* Patronymicè Iacobæos, Iſraelitas, non Eſaüitas, ſiue Idumęos. Interim alludit ad electionẽ Iacob Patriarchæ, repudiato & reprobato Eſau, de quo myſterio alij ſcripſerunt [a]. *In poſſeſſionem ſibi*, Hebraïcè לסגלתו *liſgulatho*, id eſt, in peculium, propriè, id eſt, in pretioſum theſaurũ, vel in proprietatem
C ſuam, vt ſit ei peculiaris, & proprius populus [b].

a *Mal. 1. v. 3. & Rom. 9. v. 13. 10. ver. 1. 2. 11. v. 2.*
b *Exo. 19. v. 5.*

5 *Quia ego cognoui, quòd magnus eſt Dominus.* Ad iſta vos hortor & inuito, quia ego ſcio Dominum, Deúmque noſtrum omnium Deorum eſſe maximum. Alij malunt eſſe quartam rationem, cur Deus ſit honorandus & collaudandus, per Anaphoram. Prima fuit, quia bonus: ſecunda, quia dulcis: tertia, quia elegit Eccleſiam: nunc quarta, quia magnus virtute, & maieſtate *præ omnibus Diis*, id eſt, quia omnipotens, & immẽſæ magnitudinis.

*Deus cur laudandus.*

6 *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit.* Ab effectis naturalibus, ordinariis, & extraordinariis, ſuperiorem pro
D poſitionem probat de Dei incomparabilitate vſque ad 13. verſ. *Voluit.* Deus enim eſt agens liberrimum.

7 *Educens nubes.* Sic & Kimhi. Creat nubes, fulgura, tonitrua, pluuias, ventos apud Prophetam [c]. Vbi hi repetuntur verſus. Orditur à Meteoris, vt quæ ſint perſpicua omnipotẽtiæ Dei ſigna, dũ cauſæ eorũ latent. נשאים *neshiim*, eleuationes propriè, exhalationes, vapores, Meteorũ materia & origo. Quare aliqui vertunt, Aſcendere faciẽs vapores. *Ab extremo terræ*, ab extremis terris, ab vltimis terrarũ oris exhalationes ſubleuat, & in nubes colligit, vt cęlũ obducat, calores mitiget, pluuias fũdat.

c *Ier. 10. v. 13.*

A Nam vt è tota terra exhalationes, & vapores eleuat, maximè tamen ab vltimis terrarum finibus, quòd illic multa ſint maria & humores. Vel, è mari, ſiue Oceano, terræ extremitate vtrumque Hemiſphærium diſterminante, vt fecit Helias [a], & iuxta illud [b]: *qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ.* Inde enim copioſiùs manāt vapores. Hoc poſterius ſequitur Kimhi. Alij, è terræ viſceribus. Alij è ſuperficie terræ, quę eſt vltima pars mundi: à terræ extremitate & ſummitatibus, vt Hieronymus. *In pluuiam,* in ſignum proximum pluuiæ, vt mox ſequatur pluuia vt [c]: *In tempora & annos,* id eſt, in ſigna temporum & annorum. B Aliqui Rabbinorum, cum pluuia. *In,* pro *Cum. Magnum miraculum* inquiunt, *è nubibus, quæ aqueæ ſunt, exilire flammas. Quin nec fulgura, & coruſcationes, igneæ quantumuis ſubſtantiæ, à pluuiarum vel nubium aquis extinguuntur.* Sic & Theodoritus quòd fulgur & pluuia quantumuis naturæ contrariæ ſimul fieri cernantur. Alij retinent vim Præpoſit. Qui fulgura mutat in pluuiam, qui fulgurum materiam vapoream tranſire facit in imbres, qui eam in pluuiam reſoluit, & deſinere facit. C Nam in fulguribus mixtus eſt cum flamma & exhalatione ignea vapor, & pluuiis præmitti ſolet fulgurū terror, vt poſtea ſequatur pluuiæ fœcūditas.

8 *Qui producit ventos de theſauris ſuis.* Hebraicè מוצה *motſeh.* i. qui educit, exire facit, propriè מוצה *moſeth* ἐξάγων [d]. *De theſauris ſuis,* de locis abſconditis, & homini incognitis: de locis & cauſis occultis: de receptaculis, & quaſi de abſcondito promptuario ſuo, vbi eos tenet recluſos. Vnde Philoſophi inter ſe rixantur de ventis. Materiam vident eſſe exhalationem, flatum, & agitationem aëris circum latera mundi ſentiunt, ſed formam, & modū neſciunt, Quin nec loca, vnde incipiunt flare, ſatis explicant. D Theſauros vocant cellas & loca, in quibus aliquid abſconditur, loca abdita, è quibus exire videntur venti. Quod aliqui referunt ad ventorum ſubtilitatem, quæ tanta eſt, vt ſint inuiſibiles, eorúmque ſolùm ſtridor, & vis percipiatur, ac nemo ſciat, vnde proficiſcantur [d]. *Qui percuſſit,* tam hominum, quàm iumentorum primogenita. Iam de priuatis Dei operibus & miraculis [e]. Hanc plagam, è decem ſolam particulatim memorat, quòd omnium fuerit efficaciſſima. Ad nouem enim alias, & primas obdurauit Pharao. Sic ſolent

a *3. Reg. 18. ver. 44. 45.*
b *Amos 5. v. 8.*
c *Gen. 1. v. 15.*
d *Vt & Hier. 10. ver. 15.*
e *Ioan. 3. v. 8.*
f *Exod. 12. v. 29.*



A ſolent tyranni. Non enim curant damna & miſerias populi, nec eius clamoribus commouentur. At poſtquam plaga decima tetigit ipſius domum, & liberos, ac peſtis ipſius viſceribus imminere viſa eſt, aperuit oculos, non ad conuerſionem mentis melioris, & pœnitentiam, ſed ad neceſſitatem dimittendi populi.

9 *Et miſit ſigna & prodigia,* edidit, patrauit. Poſſit etiam è fonte retineri vis verbi Mittendi: Miſit in medium tui ſigna & miracula, è cœlo videlicet, vel loco, in quo Moſi ad id apparuit [a]. A miraculis & operibus extraordinariis nunc Deum celebrandum docet. *In medio tui,* B intra te, totam per Ægyptum, ſiue manifeſtè [b], Chryſoſtomus. *In Pharaonem,* contra Pharaonem regem Ægypti. Pharao è Ioſepho lingua Ægyptiaca erat nomen dignitatis Imperatoriæ, non proprium: aut fortaſſè à primo Monarcha cæteri illic dicti ſunt Pharaones, vt poſtea à primo Ptolemæo Ptolemæi, & Latinè Cæſares à primo Cæſare. *Seruos eius.* Aulicos, purpuratos & milites, vt eius ſtipendiarios. Seruos regis Scriptura appellat ad diſcrimen populi, quem ſeruum regis eſſe non vult, ſed populum, ne herili & deſpotico imperio premendus exiſtimetur. Conſule pręſertim libros C & hiſtorias Regum, contra eos, qui dictitant, plebem eſſe ſeruorum loco. Nam Scriptura id nominis dumtaxat regiis miniſtris attribuit.

10 *Qui percuſſit gentes multas,* Gentes, & reges tranſitum per deſerta, & in Chanaan prohibentes [c], *Fortes.* Validos, robuſtos, quaſi oſſatos ſiue toroſos. Nam עצם *hetſem,* eſt os oſſis. Alij numeroſos & multos. Nam עצומים *Hatſumim,* vtroque modo accipitur. Tum autem terra Chanaan, imò verò vniuerſa ante Monarchias quatuor abundabat, regibus, vt Ioſue vno die tri- D ginta vnum confeciſſe memoretur. Reges appellabant prima illa ſæcula, quotquot in ſuis regionibus ſummum tenebant imperium, tametſi anguſtè circumſcriptis. Nec opponēda Aſſyriorum vetus Monarchia, quia eam eſſe fabuloſam multis argumētis iam alibi oſtenſum eſt, vſque ad Oziæ tempora, quibus eorū rex, non iam rex Niniue, vt apud Ionam [d] ſed Aſſur dici cœpit.

11 *Sehon regem Amorrhæorum.* Prolepſin explicat particulatim [e]. Solet autem nominatim Schonis & Oggi meminiſſe ad exaggerandam victoriam. Nam erant de

*Tyrannorum mos.*
a *Exod. 3. v. 2.*
b *Eod. 3. 4. 5. 6. 7.*
*Populus ſeruus regis non eſt.*
c *Nume. 21. Deut. 2. & 3.*
d *Ionæ 3. v. 6.*
e *è Cap. 21. v. 24. Numer. Deut. 2. v. 32.*

a *Amos 2.v.9.* genere gigantæo prodigioſi roboris & molis [a]. Verbi A
gratia, cùm quatuor cubiti cuiuſque, eius exæquent al-
b *Exod.27.* titudinem, vt docet Abben Ezra b. Oggi ſtatura acce-
c *Deuter.3. verſ. 11.* debat ad nouem ipſius cubitos [c], vt non modò duplo
eſſet maior quouis homine, ſed dupla proportione tan-
tò altior, quantò ipſius cubitus excedebat aliorum ho-
minum cubitos. Vnde & ſponda lecti eius erat ferrea
ad ſuſtinendum tantum corporis pondus, longitudine
nouem cubitorum & latitudine quatuor. Quaſi latitudo
eius, ſiue craſſities ad cæterorum longitudinem attin-
d *Ioſ.12.v.24* geret. *Et omnia regna*, ſcilicet triginta vnum d. *Chanaan*,
Chanaan, & Amorrhæus filij Cham, nepotes Noë, à B
e *Gen.10.v.6. & 16.* quibus Chananæi & Amorrhæi [e].
12 *Et dedit terram eorum hæreditatem*. Anadiploſis, *hæ-*
f *Ioſ. 12. & ſeqq.* *reditatem*, inquam [f]. *Iſrael*, Iſraëli, Datiuo caſu.
13 *Domine memoriale tuum*. Epiphonema. Memoria tui,
& recordatio tuorum mirabilium operum, his de cau-
g *Pſal. 101. ver. 14.* ſis ſemper erit celeberrima. Metaphora g. Nempè pro-
pter illa creationis, redemptionis, electionis, defenſio-
nis beneficia.

14 *Dominus populum iudicabit*, Quia vlciſcetur, vindi-
cabit ab iniuria. Gall. *Fera iuſtice à ſon peuple*. Illum ſuo C
patrocinio tuebitur, ac defendet. *Deprecabitur*. A ſeruis
ſuis exorabitur, ſiue propter ſeruos ſuos Chryſoſtomus.
Exorabilis erit eis, paſſiuè, etſi verbum ſit deponens.
Reconciliabitur, placabitur ſeruis ſuis, qui mecum ge-
munt in exilio. Græcè παρακληθήσεται, ſe conſolabitur,
conſolationem accipiet. Quo pacto יתנחם *ithneham*,
Rabbini exponunt præter aliquos, qui *Pœnitudine duce-*
*tur ſuper ſeruos ſuos*, in morem pœnitentis ſe clementer
deinceps cum eis geret, ac ignoſcet, ac vbi de eis ſatis
ſupplicij ſumpſerit, eos ab impiis gentibus, per quas
ipſos caſtigabat, liberabit, Chald. *Ad ſeruos ſuos conuer-* D
h *32.Ca.v.35.* *tetur in miſerationibus ſuis*. Verſus autẽ repetitur è Deut. h
15 *Simulachra gentium argentum & aurum*, Antitheſis,
i *Pſal.113 v. 3. 4. & Sap. 15.ver.8.9.& ſeq* de qua ſuprà i, qua Deos Gentiles extremè extenuat, &
per Sarcaſmum deridet. Quocirca veræ religionis ex-
pertes, Athei, & ſine Deo eſſe dicuntur [k]. Contra (in-
quit) Idola ſunt inutilia, nullius virtutis & poteſtatis,
k *Eph.2.ver. 12. Rom.1. v. 21.* nihil boni aut mali ſuis cultoribus præſtare poſſunt
ſuapte natura.
16 *Os habent & non loquentur*. Ad verbum פה לחם
עינים



A עינים לחם *pê lehem henaim lehem*, Os eſt eis, oculi,
aures, &c.
17 *Neque enim eſt ſpiritus*, flatus inſpirationis & reſpi-
rationis, vel anima viuificãs, cuius principalis ſedes eſt
in capite, citra quam nulla eſt vitalis operatio. Itaque
quæ de Dædali ſtatuis narrantur, quòd per ſe ſua ope-
ra ſubierint, apud Ariſtotelem [a] locutæ ſint: apud Dio- a *In Politic.*
dorum Siculum, aufugere eſſent ſolitæ, ni vincirentur:
apud Platonem b, cauſis externis & artificioſis tribuen- b *In Memnone.*
da ſunt, vt argento viuo infuſo ex Ariſtotele [c], vt di-
ſtinctioni crurum & pedum, quòd ſtatuarius priores c *1. de Animo.*
B pedes non diſtinxiſſet, è Palæphato, &c.
18 *Similes illis fiant*, Deuouet Idololatras.
19 *Domus Iſrael benedicite Domino*, Genus Iſrael cele-
brate, & colite Dominum ob tanta, & tam ſingularia
erga vos beneficia. Hortatur ad gratiarum actionem.
20 *Domus Leui benedicite*. Leuitæ, & conuerſi ad Domi-
num è quacumque gente.
21 *Benedictus Dominus ex Sion*, Benedicite, inquam, Do-
mino, dicendo, *Benedictus, &c.* Præſcribit formulam ce-
lebrandi Deum, eique gratias agẽdi, per Mimeſim lin-
guæ vſitatã. *Qui habitat in Hieruſalem*. Qui per gratiam,
C per cõmunicationem ſui peculiarẽ, & per alios nouos,
& extraordinarios effectus illic reſidet, qui illic eſt effi-
caciter, nempè multò efficacius, quàm aliis in locis.

---

## ARGVMENTVM.

*Ad Dei confeſſionem excitat propter ipſius in om-*
*nia, maximè in populum ſuum, prouidentiam,*
D *atque beneficia.*

1 Hallelu-ja. CXXXV. Heb. 136.

Confitémini Dómino quóniam bo-
nus: quóniam in ætérnum miſeri-
córdia eius.
2 Confitémini Deo Deórum:
quóniam in ætérnum miſericórdia eius.

3 Confitémini Dómino Dominôrum: quó- A
niam in ætêrnum miſericórdia eius.
4 Qui facit mirabília magna ſolus: quóniam
in ætêrnum miſericórdia eius.
5 Qui fecit cœlos in intellêctu: quóniam
in ætêrnum miſericórdia eius.
6 Qui firmâuit terram ſúper aquas: quó-
niam in ætêrnum miſericórdia eius.
7 Qui fecit luminâria magna: quóniam in
ætêrnum miſericórdia eius. B
8 Solem in poteſtâtem diêi: quóniam in
ætêrnum miſericórdia eius.
9 Lunam & ſtellas in poteſtâtem noctis:
quóniam in ætêrnum miſericórdia eius.
10 Qui percúſſit Ægyptum cum primogé-
nitis eôrum: quóniam in ætêrnum miſericór-
dia eius.
11 Qui edûxit Iſrael de médio eôrum: quó- C
niam in ætêrnum miſericórdia eius.
12 In manu potênti, & bráchio excêlſo:
quóniam in ætêrnum miſericórdia eius.
13 Qui diuîſit Mare-rûbrum in diuiſiónes:
quóniam in ætêrnum miſericórdia eius.
14 Et edûxit Iſrael per médium eius: quó-
niam in ætêrnum miſericórdia eius.
15 Et excûſſit Pharaônem, & virtûtem eius
in Mari-rûbro: quóniam in ætêrnum miſeri- D
córdia eius.
16 Qui tradûxit pópulum ſuum per deſêr-
tum: quóniam in ætêrnum miſericórdia
eius.
17 Qui percûſſit Reges magnos: quóniam
in ætêrnum miſericórdia eius.
18 Et occîdit Reges fortes: quóniam in
ætêrnum



A ætêrnum miſericórdia eius.
19 Sehon Regem Amorrhæôrum: quóniam
in ætêrnum miſericórdia eius.
20 Et Og Regem Baſan: quóniam in ætêr-
num miſericórdia eius.
21 Et dedit terram eôrum hæreditâtem:
quóniam in ætêrnum miſericórdia eius.
22 Hæreditâtem Iſrael ſeruo ſuo: quóniam
in æternum miſericórdia eius.
B 23 Quia in humilitâte noſtra memor fuit
noſtri: quóniam in ætêrnum miſericórdia
eius.
24 Et redêmit nos ab inimîcis noſtris: quó-
niam in ætêrnum miſericórdia eius.
25 Qui dat eſcam omni carni: quóniam in
ætêrnum miſericórdia eius.
26 Confitémini Deo cœli: quóniam in ætêr-
num miſericórdia eius.
C 27 Confitémini Dômino Dominôrum: quó-
niam in ætêrnum miſericórdia eius.

---

1 Halelu-jah iuxta Maſoretas, finis eſt ſuperioris Pſalmi. Sed maluerunt Septuaginta inſpicere argumentum huius, ne eſſet ἀνεπίγραφος: nempè vt hic titulus oſtenderet Pſalmum eſſe de diuinis laudibus, & beneficiis, D ac eiuſdem argumenti cum præcedente *quoniam Bonus*, beneficus, miſericors, benignus, fons bonitatis. Sibi enim ſufficit, nec alterius participatione indiget. Quia ergo creauit vniuerſum, Angelos & homines, id non contigit, quòd horum opera, miniſterium, ſubſiſtentia ipſi eſſent neceſſaria: ſed quia bonus, & *in ſæculum miſericordia eius*, vt eſſent res, quæ bonitate & miſericordia ipſius fruerentur. *Confitemini*, terna eius repetitio reſpicit tres diuinas perſonas, quarum prima abſolutè hic dicitur tetragrammaton יהוה *Adonai*, quia eſt abſoluta

luta, ſiue à nullo dependens. Altera אלהי אלהים A
*Elohé Elohim* Deus Deorum, quaſi iudex omnium &
quidem Diuorum. Tertia אדני אדנים *Adoné*
*Adonim* Dominus Dominorum, quòd per has duas
hypoſtaſes Pater omnia procuret & adminiſtret, crean-
do, conſeruando, iudicando, viuificando, ſanctificando,
donis, & gratiis afficiendo. Vnde filius à Platonicis ap-
pellabatur opifex δημιουργὸς: Spiritus ſanctus anima
a *In eglogis* mundi, *ſpiritus intus alens. Quoniam in æternum.* Hemiſti-
b *Pſ. 144. v. 9. Eſa. 54. v. 10.* chium intercalare vicies ſepties interpoſitum, vt apud
Virgilium, *Incipe Mænalios mecum mea tibia, verſus.* Docet B
miſericordiam Domini ſuperare omnia ipſius opera [b],
Verſus autem intercalaris (ſic enim Latini appellant
cantabatur, & repetebatur à populo, vt fit in noſtri)
Litaniis, vel à Leuitis, & Sacerdotibus,
2 *Confitemini Deo Deorum*, Diuorum, Angelorum, cœ-
litum. Quin & eorum qui appellantur Dij (ſunt tamen
idola vel dæmones) Deus eſt. *Miſericordia*, beneficentia,
pietas, חסד *Heſed* propriè. Delectatur autem Scriptura
triplicatione, ob tres diuinitatis perſonas, quarum vni
cuique hîc vnum *Confitemini*, dedicat.
3 *Confitemini Domino Dominorum*, Eſt aliud nomen, C
quàm 1. verſu. Nã cum illic eſſet tetragrãmaton יהוה
*S. Trinitatis excellẽtia demonſtratur.* *Adonai* vt ſecundo אלהים *Elohim*, hîc habetur אדני
*Adonai*, & in regimine plurali, *Adoné*, Domini, ob S.
Triadẽ perſonarũ, quarũ vnaquæque eſt Dominus. Dei
autẽ tribus diuerſis nominibus, excellentiã diuinæ na-
turæ demonſtrauit. Nam primũ eius incõparabilem eſ-
ſentiam deſignat, ſecundum æquiſſimam prouidẽtiam
& iudicium, tertium dominij perfectionem. *Dominorũ*,
magnatum, & principum terræ. Omnium magnatum,
c *Lib. de Gen. 3. c. 8. & 9.* & Regum ſummus eſt Dominus, & præſes.
4 *Qui facit mirabilia magna ſolus*, ad diſcrimen idolo- D
rum &c. vt docet Auguſtinus [c]. Nam mirabilia Mago-
rum, & Dæmonum vel ſunt præſtigiæ, quòd eorũ ſub-
ſtantia non ſit vera, ſed vana & imaginaria, vel habent
cauſam Phyſicam & naturalem, etſi latentem, occultã-
que vulgò, dum homo, vel dæmon ſubtiliſſimè ſemi-
les rationes vſurpat, & agentia applicat patientibus.
Quæ vt mira ſint verè tamen & propriè non ſunt mira-
cula, quæ propriè ſunt, opera abſque vlla antegrediẽte
materia, & alio vllo cauſarum naturalium (quod crea-
tionis



A tionis eſt genus) apparatu, ſine quibus mira illa opera
numquam edunt dæmones, dæmonúmve adminiſtri,
etſi eas ex aſpectu ſubducant, & occultent. Operantur
enim ex occulta materia, & occultis cauſis Phyſicis,
quòd ſine his nihil poſſint. Hic autem habes breuiter,
quis ſit miraculorum effector propriè: nempè *Deus Deo-
rum.* Quæ ſit effectionis cauſa. *Quoniam in æternum mi-
ſericordia eius.* Quis finis. *Cõfitemini*, vt videlicet Dei be-
nignitas, magnificentia, gloria, poteſtas æterna agno-
ſcatur ac celebretur.
B 5 *Qui fecit cœlos in intellectu*, intelligenter & ſapienter;
hoc enim modo Hebræi repreſentant Aduerbia, ſum-
ma ſapientia & miro artificio, magno ingenio, arte, in-
duſtria. Hæc enim in cœlis magis relucent quàm in
vllis aliis rebus procreatis. Non quòd intellectum, &
mentem per creationem acceperint. Sunt enim inani-
mati. Græci ἐν συνέσει de cœlo Empyreo, ſedéve beatorũ
intelligunt, quod ex hoc loco colligunt non tantum
eſſe νοητὸν, (intelligibile) ſed etiam νοερὸν q. intelligere
faciens. Abſit enim vt intelligẽs, aut intellectu præditũ
cũ aliis interpreter. Neque enim ita ſunt hebetes Græci
C Theologi, vt velint cœlũ aliquod eſſe animatũ. Docent a *Pſ. 35. v. 10.*
ergo cœlum iſtud efficere, vt intelligamus, & cernamus
Deum, quando eò penetrauimus, iuxta illud [a]: *In lu-
mine tuo videbimus lumen.* Beneficio luminoſi illius cœli
pertingemus ad notitiam increati luminis, id eſt, Dei.
Sanè quantùm ad dogma, credibilius eſt cœlum iſtud
eſſe lumen illud creatum, quod ad nós eleuandos ad
Dei viſionem Scholaſtici requirunt, quàm aliquod
aliud corporatum.
6 *Qui firmauit terram*, expandit, extendit propriè, &
D exporrexit. Hebraicè לרקע *lerokah. Super aquas.* Ter-
ram ſuperiorem aquis extendit, dum eam ſupra aquas b *Gen. 1. v. 9.*
latè & amplè apparere, & eminere fecit, congregatis &
demiſſis aquis, quibus initio circumfundebatur, in ter-
ræ concauitates & ſinus b. Sic enim aquæ ſunt infra
terram quodam modo, quæ antea erant ſuprà: ídque ad
cõſeruationem terreſtrium, & aëreorum. Atque hinc
terra refert globi cuiuſdam lignei ſpeciem, in quo ſint
plurimæ concauitates quibus aqua poſſit recipi.
7 *Qui fecit luminaria magna*, duo, Solem & Lunam.
Epithetum enim iſtud ad illa duo dumtaxat pertinet.
Nam

Nam ſtellas in numero luminarium magnorũ non eſſe
a Gen.1.v.16. in Scriptura[a], apertè affirmatur. Magna autẽ appellan- A
tur, non ſolùm comparatione miniſterij, quo exercent
actiones validiores, nobiliores, & manifeſtiores, aut lu-
cis, quã ex ſe copioſius fundunt & ſpargunt, verùm etiã
b Lib. 2. de Gen. ad literã cap. 16. molis & corporis, vt quidẽ ſentiunt veteres Hebræi, &
D. Auguſtinus[b]. Quantumuis hodie id Aſtronomi ne-
gent. Nam Solem ſecundum quantitatem molis ali-
quibus ſtellis firmamenti minorem, & Lunam nõ ſtel-
larum poſt Solem maximam, ſed omnium minimam
ſtatuunt, quæ tamen maior ſit lumine, quia eſt terris
propinquior, vt docet Abbẽ Ezra inſignis Philoſophus
& Mathematicus. Ita qui his aſſentiuntur, Solem & Lu- B
*Sol & Luna cur magna luminaria dicatur.* nam duo magna luminaria hîc dici tradunt, non duo
magna aſtra vel corpora. Primò ob luminis excellen-
tiam, quod abundantiùs terris infundunt. Secundò ob
effectus, quos efficaciùs, & euidentiùs operantur. Illius
enim acceſſu omnia virent, receſſu flacceſcunt, & emo-
riuntur. Huius varietate humores, medullæ etiam ipſæ
augentur & minuuntur. Alioqui Lunam cùm ſit terræ
elemento multo minor, vt ex Eclipſi probant, cæteris
ſtellis minorem eſſe oportere. Nam minimam ſtellarũ
viſibilium firmamenti totam terræ quantitatem ſupe-
rare aiunt centies & ſepties, altera, nonagies, alias ſe- C
ptuagies & bis, quaſdam quinquagies & quater, non-
nullas trigeſies & quinquies, alias denique decies &
octies. Sic enim eas in ſex magnitudines diuidunt.
8 *Solem in poteſtatem diei.* Per diſtributionem hoc, &
ſequenti verſu prolepſim præcedẽtem declarat. In qua
diſtributione obſerua ſtellas etiam inter luminaria
magna reponi, non quidem dum inter ſe comparantur.
Nam tunc luminaria magna ſunt tantùm duo, Sol &
c Gen.1.v.16. Luna, cætera parua[c], ſcilicet dum in ſe ſpectantur.
Nam natura conſtare lucida, & corpore illuſtri, fulgẽ-
d 1.Cor.15.v.41. tíque indicat Paulus[d]. *Alia* (inquit) *claritas Solis, alia* D
*claritas Lunæ, alia claritas ſtellarum. Et ſtella à ſtella differt*
e 1.Cor.14.& 16. *in claritate.* Vide Geneſ.[c] luminaria parua, ſiue lumi-
naria ſimpliciter. Etſi Meſſahalla, & aliquot alij, eas
nullam habere lucem præter Solarem dictitent, quam
videlicet imbibant, deinde ad nos reflectãt. Aliud enim
eſt, Solem lumen earum, vt & lunæ amplificare, illu-
ſtriúſque reddere: aliud illas nullum ex ſe habere. Ha-
bent



A bent enim, vt in Eclipſi lunæ patet, etſi obtuſum & fer-
ruginoſum, per quod luna, verbi gratia, propter imbe-
cillitatem, non poſſit penitus perrumpere, vel diſſipare,
vmbræ terræ tenebras. *In poteſtatem*, ad moderationem
& dominium diei. Vt præſit diebus, eos non tantùm ef-
ficiendo, verùm etiam motu, lumine, influxi, calore
cõmodos & ſalutares animantibus, & rebus naturali-
bus reddendo. In fonte vſus eſt Moſis verbo משל
*Maſchal*, quod[a], non illuminare ſimpliciter ſignificat a Gen.1.v.18.
ſed dominari, præualere, vim, influxum, efficaciam ob-
tinere. Nam illic Moſes quinque poteſtates & effectus
B luminarium recenſet, ac diſtinguit. Primus, vt diuidant
inter diem & noctem. Secundus vt ſint in ſigna (admo-
nitiones, præſagia, prognoſtica euentuum phyſicorum
Agricolis, Medicis, Nautis.) Tertius in tempora (qua-
tuor anni tempeſtates) dies & annos. Quartus vt illu-
minent ſuper terram. Quintus vt dominentur diei &
nocti.
9 *Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis*, vt noctu luceant,
noctémve illuſtrent. Hebraicè לממשלות *lemmaſ-
cheloth* pluraliter, in poteſtates & moderationes. Nam
C etiam ſtellæ præter Lunam agunt in hæc inferiora mo-
tu, lumine, & influxu: ac vt Sole lucente ſupra noſtrum
hemiſphærium dies ſit, ita illis ſupra idem micantibus,
nox. *Noctu*, Non quod die virtute, & energia careant.
Habent enim magnam. Vnde aſtra dicuntur calida, aut
humida, aut frigida, aut ſicca, ſaltem ſecundum opera-
tionem & vim, vt è Canicula apparet, à qua dies 40.
Caniculares, & aliis ſtellis, quarum ortu & occaſu de-
cernuntur variæ particulares tempeſtates. Sed quia il-
larum vis à Sole retunditur, temperatur, augetur &c.
10 *Qui percuſſit Aegyptum*, admirandis plagis affecit:
D quin & interfécit primogenita tam pecorum, quàm
hominum[b]. Huius autem ſolius plagæ, quæ decima b Exo.12.v.29
eſt, & vltima, recordatur, quoniam huius ſolius opera
populum ſuum eduxit. Nam ad reliquas potius obdu- c Exod. 13.
ruit Pharao. Abben Ezra[c].
11 *Et eduxit Iſrael.* Liberatio populi, & defenſio eius,
miſericordiæ Domini tribuenda.
12 *In manu potenti*: magna plagarum & ſignorum vi,
miranda potentia, & efficacia. Decem plagas Ægyptia-
cas intelligit. Metonymicè pro magna vi, qualis ineſt
in mani

in manibus & brachiis potentibus & firmis. Vt apud A
a *Iſa.59.v.1.* Eſaiam [a]: *Non eſt contracta, ſiue abbreuiata manus Domini,*
id eſt, potentia. *Excelſo*, inclinato (ad percutiendum)
extento propriè, & porrecto, Hebraïcè נטויה *netuiah*,
vt cùm aliquē ferire volumus. Alibi, valido. Quo tropo
b *Hie.27.v.5.* diuinam potentiam adumbrat Hieremias [b], & in alio
*& 32.v.21.* loco plagas extraordinarias, quibus Iſraelitas extorſit
Aegyptiis.
13 *In diuiſiones*, in multas partes & ſectiones, tamquam
in muros multos coagulatis, & condenſatis aquis: nēpè
duodecim pro numero tribuū, vt quæque ſuum haberet
c *Exod.14.* iter, & celerius traiiceret. Hebræi in ſuis traditionibus,
d *Hareſ.64.* vt narrat Abben Ezra [c], & Epiphanius cōtra Origenē [d]. B
14 *Et eduxit Iſrael*, והעביר *vehahabir*, tranſire fecit
propriè traduxit, traiecit. *Per mediū eius*, בתוכו *bethoch*,
in medium eius, intra illud, vt peruenirent ſcilicet in
littus oppoſitum, & Arabicū, vel iuxta recentiores He-
bræos, vt intra illud per modum ſemicirculi redirent in
littus Ægyptum. Vox בתוכו *Bethoch*, vtramque ſenten-
tiam patitur.
15 *Et excuſſit Pharaonem*, præcipitauit in mare excuſ-
ſum Pharaonem è curribus, in quibus cum ſuo comi-
e *Exod. 14.* tatu, & copiis reſidebat [e]. *Virtutem*, exercitum eius ro- C
*ver.24.25.* buſtum excuſſit, extinxit, & demerſit.
16 *Qui traduxit populum ſuum per deſertum*, per Ara-
biam deſertam, deſtitutam neceſſariis, populum ſuum
deduxit. Hebr. ונהג *venihec*. i. ambulare fecit propriè.
Magnum beneficium, quoniam in illorum locorum ſo-
litudinibus propter vaſtitatem, & arenarum inſtabili-
tatem opus eſt indice. Quare & hodie, etiamſi via ſit
tritior, viatores illic vtuntur quadrantibus nauticis,
quaſi in medio Oceano, & omnia ad victum, & potum
in menſem deferunt. D
17 *Qui percuſſit reges magnos*. Sequentia vſque ad verſ.
f *Num. 21.* 23. explicata ſunt Pſalmo proximo [f], *Reges magnos*
גדולים *Ghedolim* grandes potentia & viribus. Item
magnitudine animi & corporis mole. Nam de ſtirpe
g *Deut.3.v.11* gigantum: vnde illud [g]: *Ego exterminaui Amorrhæum,*
h *Amos.2.v.9* *cuius altitudo cedrorum, altitudo eius & fortis ipſe quaſi*
*quercus* [h].
18 *Et occidit reges fortes*. אדירים *Addirim*, magnifi-
cos, ſumptuoſos, faſtuoſos & arrogantes. At ſuperiore
Pſalmo



A Pſalmo [a], pro *Fortes*, in fonte עצומים *hatſumim*, q. a *Verſ.10.*
oſſatos, toroſos.
19 *Sehon Regem Amorrhæorum*. De quo vide Moſem b. b *Num. 21.v.*
Amorrhæorū autem regio erat trans Iordanem propè *24. Deut.3.v.*
Moab. Decapolis poſterius appellata, cuius Metropolis *33.34.*
Scythopolis [c]. c *Ioſeph.lib.3.*
20 *Og Regem Bazan*. De quo Moſes d. Bizantis autem *belli Iud.c.31.*
regio erat etiam trans Iordanem, ſed Septemtrionalior, d *Nu.21.v.33.*
nempè ea Petrææ pars, quę poſterius Trachonitis dicta *& Deute.3.v.*
eſt, vt apparet ex Onkelo [e], & deſcribitur à Ioſepho [f]. *1.2.3.*
21 *Et dedit terram eorum*. Sehonis & Oggi, ſiue Amor- e *Deut.3.v.4.*
B rhæorum, & Baſanitarum, vel in genere ad ſuperiora. f *lib.3.bel.c.2.*
*Eorum* Regum magnorū. Nam præter hos duos Reges,
triginta vnum percuſſerunt vno die [g], eorúmque ter- g *Ioſ.12.v.41.*
ram deinceps hæreditario iure poſſederunt [h]. h *Ibid.*
22 *Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo*, id eſt, per Syllepſin;
Iſraelitarum duabus tribubus. Ruben & Gad, & dimidię
tribui Manaſſis. Si de duobus Regibus ſuperiora tātùm
intelligas: ſi in genere Iſraelitis dedit terram eorum in
hæreditatem, nempè totam Palæſtinam poſſeſſam à
ſeptem populis, nedum Amorrhæis, & Bazanitis.
C 23 *Quia in humilitate noſtra*, afflictione & miſerabili cō-
ditione [i], cū magnis calamitatibus oppreſſi iaceremus. i *Exo.2. & 3.*
24 *Et redemit*, eripuit.
25 *Qui dat eſcam*. Reuertitur ad communem Dei nu-
trientis, curantis, & conſeruantis omnia prouidentiam, k *Pſal.103.v.*
& beneficia, vt ſuprà [k], & infrà [l]. *Eſcam*. Panem Hebrai- *27.28.*
cè לחם *lehem*. Sed panē appellant quicquid ad victum l *Pſ.144.v.1.*
pertinet. *Omni carni*, id eſt, omni animanti per Synec-
dochen, vt [m]: *Delebo omnem carnem*. Aliàs *caro* de ſolo m *Ge.6.v.17.*
homine. Vt [n]: *Quid mihi faciat caro*. Et [o]: *Ad te omnis caro* n *Pſ.55.v.5.*
*veniet*. Et [p]: *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*. o *Pſ.64.v.3.*
D 26 *Confitemini Deo cœli*. Genitiui caſus in Græco, τοῦ p *Ioel.2.v.28.*
οὐρανοῦ. Celebrate Deum, qui cœlum condidit & inhabi-
tat, indéque cætera moderatur, & conſeruat. Arnobius
videtur legiſſe *οἱ οὐρανοὶ*, in Nominatiuo plurali, per
Proſopopœiam. (Nam Hebraica non puto conſuluiſſe.)
O cœli confitemini (Deo) iſtud, q.d. Teſtes eſtis, quòd
omnis caro alitum, hominum, pecudum, reptilium
paſcatur à Domino. Fons vtrumque patitur, הודו לאל
השמים *hodu lebel aſchamaiim*, etſi magis ad Geni-
tiuum inclinet.

27 *Conſitemini Domino.* Hic verſus, etſi non ſit in He- A
a Ex 3. verſ. bræo, non incõmodè tamen repetitus eſt[a], vt contẽple-
mur hæc Dei beneficia ex eo proficiſci, quòd Deus ſit
omnium Dominus, ideóque conditor, & conſeruator.

## ARGVMENTVM.

*Captiui lachrymãtes reſtitui optãt, pœnaſq́; Idumææ, & Babyloniis depoſcunt. Congruit Eccleſiæ inter Mahometanos exulanti, vel in cœlũ ſuſpiranti.*

## Pſalmus Dauid per Ieremiam. CXXXVI. Hebr. 137.

B

SVper flúmina Babylônis illic ſédi-
mus, & fléuimus: dum recordarê-
mur tui Sion.
2 In ſalícibus in médio eius: ſuſ-
péndimus órgana noſtra.
3 Quia illic interrogauêrunt nos, qui capti-
uos duxêrunt nos: verba cantiônum.
4 Et qui abduxêrunt nos: Hymnum cantâte
nobis de cánticis Sion.
5 Quómodo cantábimus cánticum Dómini: C
in terra aliêna?
6 Si oblítus fúero tui Ierúſalem: obliuiôni
detur déxtera mea.
7 Adhæreat lingua mea faúcibus meis: ſi non
meminero tui.
8 Si non propoſúero Ierúſalem: in princípio
lætítiæ meæ.
9 Memor eſto Dómine filiôrum Edom: in D
die Ierúſalem.
10 Qui dicunt: Exinanîte, exinanîte: vſque
ad fundamêntum in ea.
11 Fília Babylônis míſera: beâtus qui retrí-
buet tibi retributiônem tuam, quam retri-
buîſti nobis.

12 Beâ



A 12 Beâtus, qui tenêbit: & allîdet páruulos
ſuos ad petram.

*Pſalmus Dauid.* Hanc inſcriptionem præpoſuerunt
(eſt enim Hebraicè anepigraphus) quia hoc argumen-
tum tractatũ fuerat, & explicatũ à Hieremia & Baruch.
1 *Super flumina Babylonis*, iuxta Babylonis flumina, ter-
ræ Chaldææ, & Babylonicæ. Babylon enim hîc nomen
regionis. *Illic*, in exilio & captiuitate barbarica, extra
ciuitates fleuimus largè, dum in mentem veniret nobis
B Sion deſolata, dumq́; recordaremur patriorum rituum,
& ſacrarum ſolennitatum per captiuitatem intermiſſa-
rum, denique patriæ & libertatis amiſſæ. *Sedimus*, ob
exilij diuturnitatem: neque enim ſpes data erat reuer- a *Hier. 25. v.*
tendi ante Septuageſimum annum[a]. Præterea ad no- *12. & 29. v. 10.*
ſtrarum rerum meditationem & deplorationem. Hæc
enim acturi ſolent ſedere.
2 *In ſalicibus, in medio eius*, ad ſalices fluminum, Euphra- b *lib. 16.*
tis, Nehardea, Ahaua, Tigris, &c. apud Strabonẽ[b], quaſi
Babylonij captiuos ad loca inculta, & paluſtria able-
C gaſſent. Vnde aliquis, *In deſertis* vertunt, *In medio eius*,
Babylonicæ regionis. Alij iuxta eam Babylonem, per
cuius medium fluit Euphrates. *Organa*, inſtrumenta mu-
ſica, quæ in recordationem diuinæ pietatis colendæ
conferebant. Chryſoſtomus. Quę & lætitiæ erãt organa.
כנורתינו *chinnorothenu*, id eſt, Citharas noſtras pro-
priè. Sed eſt Synecdoche, pro omnis generis muſicis in-
ſtrumentis, quorum laude Iudæi erant celebres, & clari
per totum Orientem, quemadmodum perpetuo colue-
runt artes, & diſciplinas omnes liberales, maximè Poë-
ticam, Muſicam, & Mathematicam, q. d. Omnes vo-
luptates abiecimus tædio huius vitæ, & exilij.
D 3 *Quia illic interrogauerunt nos*, partim ſerio & curioſè,
partim ironicè poſtulauerũt à nobis cantiones, ſiue irri-
dendo, & inſultãdo calamitati noſtræ, ſiue deſiderando
à nobis audire modulos illos, quibus carmina noſtra
modulari conſueueramus, præſertim in templo. Cur
nunc non canitis, cur fides veſtras non pulſatis? Alie-
niùs per commiſerationem, quaſi hortarentur eos
ad ſe conſolandum patriis canticis, & poteſtatem
facerent religionis. *Verba cantionum*, verba, quibus vte-
bamur in noſtris cantionibus. Pſalmos enim inſtrumen-

ris, ac ore ſimul canebant. Conſtruxit verbum interro- A
gandi cum duobus Accuſatiuis, petiuerant à nobis verba cantionum.

4 *Et qui abduxerũt nos*. Hebraicè ותוללינו *vetholanu*, id eſt, & qui ſpoliarunt nos, propriè, ſpoliatores, & direptores noſtri interrogauerunt nos, poſtulauerunt à nobis per Zeugma, dicentes, ſcilicet, id quod ſequitur תלל *Talal*, Chaldaïcè idẽ quod שלל *Salal*, Hebr. vt Anonymus docet. Chaldæi enim ש ſchim Hebræorum commutant in ת thau. Hanc autẽ vocẽ vſurpauit, quia agebatur de captiuitate Babylonica, ſiue Chaldaica. Alij à ילל *Ia'al*, eiulauit q. eiulationis auctores, qui eiulare B
fecerunt nos. Cæteræ interpretationes frigent. *Hymnũ*, שמחה *ſchimha* lætitiam propriè, lætum carmẽ, quod canere ſolebatis in Sion. Chaldæus, *Et qui rapuerunt nos, læti dicebant: Pſallite nobis cantica, quæ dicebatis in Sion. De canticis*. Ad verbum, שירו לנו משיר ציון *ſchiru lanu miſchir tſion*, id eſt, *Cantate nobis de cantico Sion*. Sed eſt Synecdoche Numeri. Hæc Ironicõs proponunt, vel reſpiciunt ad famam, & celebritatem canticorum Hebraicorum, de quorum præſtantia mox. Sunt enim linguarum aliæ aliis ad modulationem & muſicam ac- C
commodatiores, quas omnes Hebraica vincit.

5 *Quomodo cantabimus canticum Domini*. Reſpondent captiui, ſe nolle res ſanctas dare canibus, aut proiicere margaritas ante porcos, nec ad hoſtiũ Dei voluptatem velle canere. Vel nõ poſſe læta carmina illic perſonare, vbi ſint captiui, & miſeri. In tempeſtiua enim muſica in luctu, canticũ videlicet deſignat hîc lætũ carmen, cuius nullus ſit locus in miſeria & calamitate, vel in genere, cantum Eccleſiaſticum, qui erat excellentiſſimus & iucundiſſimus olim in ſynagoga, vt hodie in Eccleſia. Primum ob linguæ Hebraicæ Euphoniam, ſuauitatem, & D
conſonantiam. 2. ob eiuſdem maieſtatem, ad quã nulla alia quoque pertingit. 3. propter varietatem & multiplicitatem vocum, id eſt, motionum & punctorum vocalium, quorum quinque ſunt longa, quinque breuia, quatuor breuiſſima, ſiue rapidiſſima, quæ etſi illa tempeſtate non eſſent picta expreſsè, & actu, at erant intellectu, vſu, & poteſtate. 4. ob concinnitatem & dulcedinem Proſodiæ, ad quam repræſentandam oportuit excogitare accentus, ſiue accentuum notulas muſicas plus

*Cantus Hebraici præſtantia.*

34. Rhe



A 34. Rhetoricas. Adde quinto loco formam, artem, artificium, materiam cœleſtem, & diuinam plenam conſolationum, flammarúmque ſpiritualium. Quod poſtremum noſtris congruit, Auguſtino fatente ſe ſępè in Dei templo fleuiſſe commotum cantibus, vocibúſque ſuaue ſonantis Eccleſiæ [a], & narrantibus Sozomeno [b], & Theodorito [c], pleroſque Syriæ populos ex harmonia Eccleſiaſtici cœtus pietati mixta ad fidem Chriſti fuiſſe perductos. *Aliena*, Hebraïcè נכר *nechar*, id eſt, alieni, populi ſcilicet, vel Dei. In terra extranea, vel impia, & aliena à Dei veri cultu & religione. In captiuitate quidẽ pij precantur & orationes fundunt, ſed cum mœrore &
B pœnitentiæ luctu.

a lib. 9. Cõfeſ. c. 6. & lib. 10. cap. 33.
b lib. 3. c. 16.
c lib. 4. c. 29. Hiſtor.

6 *Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur*, à Deo. Rectè, cum Chaldæo, & veteribus. Obſtupeſcat mihi dextera, mihi excidat, fiat paralytica. Deus obliuiſcatur vltra afferre opem dexteræ meæ. Idem enim verbum in Kal, modò actiuè, modò paſſiuè reperitur. Adde poſſe legi תשכח *Tiſſachah*, non תשכח *Tiſchah*, in Niph. Kimhi & recentiores, vt præ Patribus ſapere videantur, malunt exponere actiuè, obliuiſcatur, obliuioni det, dextera mea opus ſuum, ſupp. artem ſuam pſallendi, vel quid ſimile. Obliuiſcatur, & dediſcat pſallere dextera
C mea. Nulla vis operandi ei relinquatur, & tangendi officio priuetur. Dexteræ meminit, quia eſt pulſationis inſtrumentum.

7 *Adhæreat lingua mea*. Sic hunc verſum reſtringunt ad certã rẽ. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ne poſſim canere, vel loqui: elinguis ſiã, muta fiat lĩgua mea. Quia ore canitur, vt manu inſtrumẽta pulſantur, orat etiam illud ſuo deſtitui officio, ſi obliuiſcatur ſanctæ ciuitatis.

8 *In principio lætitiæ meæ*. In præcipuo. Gall. *au principal de ma ioye*. Super caput, Hebraïcè על ראש *hal roſch*.
D Caput autem appellat ſummam, pręcipuum, q. d. Si non præpoſuero Ieruſalẽ ſummæ lætitiæ, quæcumque mihi illa vmquã contingere poterit. Si nõ eã, eiúſque inſtaurationẽ, vel memoriã prętulero omni lætitiæ, & deliciis huius vitę. Illa erit sũma, & pręcipuũ gaudij mei, quoad viuã. Eccleſiã docet præ omnibus amandã, & omni gaudio debere eſſe cariorẽ. Carpendas quidem vitæ huius oblectationes, quantũ neceſſarius vſus poſtulauerit: ſed oblectationũ præcipuum eſſe in pietatẽ conferendum.

*Eccleſia rebus omnibus carior.*

9 *Memor eſto Domine filiorum Edom.* Precatio contra hoſtes Eccleſiæ, quales fuerunt Idumæi poſteri Eſau, non modò vicini, ſed & ſanguine coniuncti, qui proinde fratres dicuntur [a]. Nam intelligit Synecdochicῶs gentes Iſraëli infeſtas. Chaldæus putat eſſe precem Michaëlis Archangeli Synagogæ principis. Putabant ergò veteres Cælites precari pro nobis. *In die*, In die deſtructionis & vaſtationis eius vt ſuprà [b] & apud Ieremiā [c]. Ad verbum את־יום *ethiom*. Cum die. Memento Idumæorum, quo die Hieruſalē capiebatur, & vaſtabatur. Precatur exitium Idumæis, qui incitauerāt Babylonios contra ſe. Precatio autem eſt abrupta per Apoſiopeſin propter πάθος. Recordare eorum, ſecundū ea quæ fecerunt aduerſum nos in die vaſtationis Ieruſalem, quantas pœnas meriti ſint, vel quid ſimile. Vel potiùs inuerſa per Hyſterologiam, vt hic verſus cadat in ſequētem, & careat iuſta diſtinctione. Memento Idumæorum, qui dicunt (האומרים *haomerim*, qui dicebant) *in die Ieruſalem, Exinanite, &c.* Quæ precatio congruit Mahometanis, qui ex Iſmaële & Eſau ducunt originem.

a *Deut. 2. v. 4.*

*Angeli & in his Michael princeps pro nobis precantur.*

b *Pſalm. 30. verſ. 14.*

c *Ierem. 17. verſ. 16.*

10 *Qui dicunt exinanite*, qui tum dicebant, *Exinanite*, ערו *haru*. i. nudate propriè, vaſtate, quouſque defoſſū & detectum fuerit fundamentum. Eam funditùs euertite, é fundamentis ipſis eam conuellite & eruite. Theodoritus. Repetitio ardorem denotat. *In ea*, eius.

11 *Filia Babylonis miſera*, Vocatiui caſus. O miſera Babylonis filia, progenies, gens, natio. Filiā per Metaphoram in huiuſmodi formulis vocant cœtum ciuium, vel multitudinem incolarum. Nam ciuium & habitantium multitudo eam rationē habet ad ciuitatē vel gentem, quam filia ad matrē. Kimhi [d]. O miſeri Babilonij, ô miſera Babyloniorū multitudo. *Miſera.* Hebr. השדודה *haſchedudah*. i. deuaſtata. i. quæ deuaſtāda es. Propheticè, Præteritum pro præſenti, vel futuro. Prædicit enim per imprecationē [e], exitium Babylonis per Dariū Medum, & Cyrū Perſam. *Beatus*, erit, vel ſit, per imprecationem, quoniā præceſſit Imperatiuus. Fœlix & fortunatus erit, benè illi erit, res eius ſucceſſum conſequentur, & proſperitatē à Domino, qui te vaſtauerit. Sic Medi & Perſæ proſperè ſe habuerunt poſt euerſam Babylonem, adeò vt nobilem Monarchiam conderent, & magnam Aſiæ, Europæ, Africæque partem domarent. De beatitudine ſiue

d *Ezech. 16.*

e *Vt Eſa. 13. ver. 17. 18. 19.*

*Perſæ poſt Babylonem captam floruerunt.*



ſiue proſperitate temporaria; potiùs quàm ſpirituali. Quamquam & hanc ſunt conſequuti, quoniam propagata eſt apud eos Dei agnitio & fides, dum Cyrus & Darius apud Danielē [a] & Eſdrā, Deum Iudæorū agnoſcunt, religionē fouent, & Perſæ in Eſter iudaizant. Alij beatum ſumunt pro laudabili & prædicando. q.d. Qui digna tuis factis retulerit, laude perpetua dignus erit, & apud omnes nominis celebritatem merebitur. Nam rem ſummo Heroë dignam geſſerit.

a *Dan. 6. ver. 26. 27. Eſd. 1. ver. 2.*

12 *Beatus qui tenebit*, apprehendet, corripiet. *Suos*, eius Babylonis. Beatus qui correptos infantes Babyloniorū ſaxis allidet in vltionem calamitatum, quas nobis crudeliter, & iniquè importarunt. Hebraicè & Græcè *Tuos.* quod in aliquibus noſtris exemplaribus retinetur. Vtut ſit Apoſtrophe Hebraica in ſimplicem locutionem, ſiue in tertiam perſonam mutari poteſt אשרי שיאחז ונפץ את עלליך אל הסלע *aſchere ſcheiohen venippats eth holalaijch el haſſalah*. id eſt, Beatus, qui te ita euerterit, vt ne paruulis quidem tuis, ac infantibus parcat, quò pares tuæ ſæuitiæ pœnas luas.

## ARGVMENTVM.

*Se Deum ob fauorem perpetuò confeſſurum, & adoraturum. Optans, vt cæteri quoque reges, hoc nomine idem faciant.*

## Ipſi Dauid. CXXXVII. Hebr. 138.

COnfitêbor tibi Dómine in toto
corde meo: quóniam audîſti verba
oris mei.
2 In conſpêctu Angelôrum pſallam tibi: adorâbo ad templum ſanctum tuum:
& confitêbor nómini tuo.
3 Super miſericórdia tua, & veritâte tua:
quóniam magnificâſti ſuper omne, nomen
ſanctum tuum.
4 In quacûmque die inuocáuero te, exâudi
me: multiplicâbis in ánima mea virtûtem.

5 Confiteântur tibi Dómine omnes reges A
terrę: quia audiêrunt ómnia verba oris tui.
6 Et cantent in viis Dómini: quóniam ma-
gna eſt glória Dómini.
7 Quóniam excêlſus Dóminus: & humília
réſpicit,& alta à longè cognôſcit.
8 Si ambulâuero in médio tribulatiônis,vi-
uificâbis me: & ſuper iram inimicôrum meô-
rum extendîſti manum tuam, & ſaluum me
fecit déxtera tua. B
9 Dóminus retríbuet pro me: Dómine mi-
ſericórdia tua in ſęculum, ópera mánuum
tuârum ne deſpícias.

---

*Ipſi Dauid*, Inſcriptio Græca eſt amplior. *Canticum Aggæi & Zachariæ, cùm eſſent diſperſi.* Nempè quia [a] hortabantur populum ad templum, vrbémque perficiendā. Item quoniam eorū propheticæ ſunt de hac re.

a *Ezra 5.v.1.*

1 *Quoniam audiſti verba oris mei.* Hoc Hemiſtichium interiectum eſt à Septuaginta. In quorum nonnullis codicibus medium ſequentis verſus poſſidet. *Quoniam audiſti verba oris mei, adorabo ad templum,&c.* C

2 *In conſpectu Angelorum*, coram Angelis. Hebraicè אלהים *elohim*, i.Deorū: quos eſſe hîc Angelos docet Abben Ezra.Frigidè kimhi iudices, & magiſtratus. Nā etiam Apoſtolus [b] docet Cœlitum chorum intereſſe & præeſſe noſtris precibus *Debet mulier orans velamen habere ſupra caput ſuum propter verecundiam, & propter Angelos*; id eſt,ne præſentes Angelos offendat. Hinc Salomon [c]. *Ne dixeris coram Angelo error.* Nam Angeli actionum noſtrarum teſtes ſunt & inſpectores, præſertim in templis & precationum horis. *Ad templum*; in templo: vel, verſus templum. D

b *1. Cor. 11. ver. 10.*

*Angeli teſtes ſunt noſtrarum actionū.*

c *Eccl.5. v.5.*

3 *Super miſericordia tua, & veritate tua*, pro, propter miſericordiam tuam, qua gratuita bonitate miſereris, & veritatem, qua promiſſa perficis. *Super omne*, ſupra omnem rem, ſupra omnia: Gall. *Sur tout.* Vel iuxta Chryſoſtomum ſuper cuncta opera,ſiue in cunctis operibus



A ribus magnificaſti. i. celebre & notum feciſti. Nomen tuum & maieſtatem tuā, maiorem feciſti rebus omnibus,extuliſti ſupra omnia,celebrius reddidiſti nomen tuum rebus omnibus. *Omne*, ſubſtantiuè, ne quis conſtruat cum *Nomen*. Vt intelligeremus hunc eſſe genuinum ſenſum loci,ſic verterunt. Alioqui Hebr. הגדלת על כל שמך אמרתך *higgidaltha hal col ſchimcha imrathecha*, variè accipiuntur. Vt & Latina & Græca. Nam & conſtrui poteſt *Omne* cum *Nomen*, in hanc præſtantem ſententiam: *Magnificaſti ſuper omne nomen tuum*, id eſt ſupra omnia tua nomina. Cūcta tua nomina magna, inſignia, & plena majeſtatis reddidiſti; feciſtíve,

B quæ apud Hebræos ſunt decem veluti propria, ſeptuaginta verò,quaſi appellatiua. Cuncta autem fæcunda, & plena myſteriis. Quin & illa Philoſophica Ariſtotelis redolent magnum quid. *Ens, bonum; admirabile &c.* θέοι apud Græcos in Platonis Cratylo &c. ſunt enim impoſita ad rem magnam mirámque ſignificandum. Simpliciter cum Septu.per Appoſitionem: *Quia magnificaſti ſuper omnia nomen tuum, Verbum tuum.* i. nomen tuum (quod eſt) Verbum tuum ſanctum: nempè Chriſtum, λόγιον σȣ Quod ferè ſequitur Hieronymus ad Su-

*Nomina Dei quot & qualia apud Hebræos.*

*Verbum ſuper omnia magnificatum.*

C niam. *Super omne nomen tuum magnificaſti Verbū tuum.* i. Filium.Subtilius cum Kimhi,per Hyſterologiam.Quia ſuper omne verbum tuum magnificaſti tuum nomen.i. ſuprà quàm dixeris & geſſeris,illud celeberrimum reddidiſti: vel per Aſyntheton,Super omnia,nomen tuum (& verbum tuum) ſupra omne aliud magnificaſti nomen tuum (&) verbum, vel comparatiuè, Magnificaſti verbum tuum ſuper omne nomen tuum.i.magis quàm nomē tuum. Maiora tua promiſſa feciſti,quàm nomen tuum, multo plura nobis præſtitiſti, quàm promiſeris.

D *Nomen*, maieſtatem, vel laudem tuam. Chald. *Magnificaſti ſuper omne nomen tuum verba laudis tuæ.* Quod putant aliqui ſecutos Septuag. apud eos corrigentes ἅγιον pro λόγιον, & latinè legentes, *magnificaſti ſuper omne nomen tuum* eloquium tuum.

4 *Multiplicabis in anima mea virtutem*, ſic ſupple. Si me exaudieris,ſic multiplicabis in me, *Virtutem*, fortitudinem in me dilatabis, propriè augebis. De donis Spiritus ſancti.

5 *Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ.* De futura

Regum fide;& pietate,quos per Euangelium Apoſtoli, A
& Apoſtolici conuerterunt.Alij pronunciatiuè,*Confite-buntur*,& infrà [a]. *Cantabunt* q. d. Reges vicini excitabuntur ad te celebrandum, cùm te audierint oris tui promiſſa prolixè perſoluiſſe.

a *Verſ.* 6.

6 *Et cantent in vijs Domini*. Cantent vias Domini.i. facta & conſilia eius mirabilia. Syntaxis linguæ contra Gnoſticos,qui *in vijs*(inquiunt) *Domini,non in vijs ſuis,ſed vijs,quibus ducuntur verbò*. Abſurdè. *Quoniam*. Ratio cur viæ & actiones Dei ſint celebrandæ.Nam nõ loco congruit,vt *Quoniam* accipiatur continuatiuè, pro *Quòd*,& ſignificetur, quid debeant cantare, nempè de hoc can- B
tent,quòd ſit magnus & glorioſus.

7 *Quoniã excelſus Dominus & humilia, alta*. Aliqui maſculinè humiles,altos,ſiue ſuperbos. Sed ſentẽtia generalior præſtat. *A longè*,non propè,nõ familiariter:id eſt, ſuperba vel ſuperbos deſpicit, à ſe procul remouet,& à ſuo fauore & clementia: non amat,neque familiariter cognoſcit,ad eos non propè accedit, vt occurrat, excipiat,gratificetur:eos non niſi eminus cognoſcit,vt perdat.Alta quidem & humilia omnia cernit,ſed hęc aſpiciens,illa proſpiciẽs,vt ex Opticis ſumatur ſimilitudo. C
Hinc Chald.*Superbos à cœlo longè propellet*: Alij, *E longinquo eos perſpectos habet & cognitos*: ſiue iuxta Chryſoſtomum *magnifica eorum antequàm fiant, nouit*.

8 *Si ambulauero in medio tribulationis*, In rebus calamitoſiſſimis & deploratiſſimis. *Viuificabis me*, in vita me cõſeruabis. *Extendiſti,ſaluũ fecit*.In futuro Heb. תשׁלח תושׁיעני *thiſchlah thoſchiheni*. i. *Extendes, ſiue mittes: ſaluum facies*. Contra iram hoſtium meorum manum tuam mittes, manu tua compeſces furorem hoſtium meorum; eorum iræ manum tuam obiicies, ſicque me D
tua manu ſaluabis. *Super* enim pro contra.

9 *Dominus retribuet pro me*, me vlciſcetur,rependet vicem hoſtibus pro me. Sic & Chaldæus. *Dominus reddet malum illis propter me, ſiue mea cauſa*. Quare Hilarius de vindicta Deo ſeruãda interpretatur [b]. Alij,perficiet pro me(quod reliquum eſt) Gall. *Dieu fera le reſte, ou le demeurant*. Abſoluet,quod inchoauit. Dominus rem meã peraget,abſoluet,quod cœpit in me.*Opera*,me,qui ſum opus manuum tuarum, ne deſpicias: ſiue, ex Hebræo אלתרפ *althereph*. i. ne dimittas;ne deſeras.

b *Vt Deut.* 32. *ver.*35.

ARGV



## A ARGVMENTVM.

*Dei prouidentiã eſſe inſignem erga nos ab vtero materno,præſertim erga amicos. Nam impios perire,qui eam non ſatis credunt. Chriſto attribuũt.*

1 In finem, Pſalmus Dauid.CXXXVIII.
Hebr.139.

B Domine probâſti me; & cognouîſti
me:tu cognouîſti ſeſſiónem meam,
& reſurrectiónem meam.
3 Intellexîſti cogitatiónes meas
de longè:ſémitam meam & funiculum meum
inueſtigâſti.
4 Et omnes vias meas præuidîſti:quia nõ eſt
ſermo in lingua mea.
5 Ecce Dómine tu cognouîſti ómnia nouíſſi
C ma,& antîqua: tu formâſti me, & poſuîſti ſuper me manum tuam.
6 Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me:confortâta eſt,& non pótero ad eam.
7 Quò ibo à ſpíritu tuo? & quò à fâcie tua
fúgiam?
8 Si aſcéndero in cœlum,tu illic es:ſi deſcéndero in infêrnum,ades.
D 9 Si ſúmpſero pennas meas dilúculo & habitáuero in extrêmis maris.
10 Etenim illuc manus tua dedûcet me: &
tenêbit me déxtera tua.
11 Et dixi, Fórſitan ténebræ conculcâbunt
me:& nox illuminátio mea in delíciis meis.
12 Quia ténebræ non obſcurabûntur à te:&
nox ſicut dies illumábitur:ſicut ténebræ eius,
ita & lumen eius.

13 Quia

13 Quia tu poſſedîſti renes meos: ſuſcepîſti A
me de vtero matris meæ:
14 Confitêbor tibi, quia terribíliter magni-
ficâtus es: mirabília ópera tua, & ánima mea
cognôſcet nimis.
15 Non eſt occultâtum os meum à te, quod
fecîſti in occûlto: & ſubſtántia mea in inferió-
ribus terræ.
16 Imperfêctum meum vidêrunt óculi tui: B
& in libro tuo omnes ſcribêntur, dies forma-
bûntur: & nemo in eis.
17 Mihi autem nimis honorificâti ſunt amî-
ci tui Deus: nimis confortâtus eſt principâtus
eôrum.
18 Dinumerâbo eos, & ſuper arênam multi-
plicabûntur: exurrêxi, & adhuc ſum tecum.
19 Si occíderis Deus peccatôres: viri ſán- C
guinum declinâte à me.
20 Quia dícitis in cogitatiône: accípient in
vanitâte ciuitâtes ſuas.
21 Nónne qui odêrunt te Dómine óderam:
& ſuper inimîcos tuos tabeſcêbam?
22 Perfêcto ódio óderam illos: & inimîci
facti ſunt mihi.
23 Proba me Deus, & ſcito cor meum: intér-
roga me, & cognôſce ſémitas meas. D
24 Et vide, ſi via iniquitâtis in me eſt: & de-
duc me in via ætêrna.

---

2. *Domine probaſti me & cognouiſti me*, probatũ, exploratũ, perſpectúmque habes, probè me noſti, quaſi facto periculo. Chryſoſtomus. Quod mox ait *cognouiſti*, intellexiſti, inueſtigaſti, præuidiſti. *Seßionem, reſurrectionem*, vitam meam totam. Euthymius Noſti quando & vbi ſeſſurus



ſeſſurus ſim, & ſurrecturus. Metaphora ab arte vena-
A toria, quam ferè toto Pſalmo continuat. Omnia tibi
nota ſunt, quæ ſedens, ſtans, ambulans, cubans co-
gito, atque gero: ſiue otioſus degam, ſiue aliquid ne-
gotij agam. Chaldæus, *Coram te nota eſt ſeßio mea ad ſtu-
dendum legi, & reſurrectio ad eundum in prælium.* Ad ver-
bum, שבתי *ſchibthi* וקומי *chumi*, *Sedere meum, reſurge-
re meum.* Sed infinita ſæpè accipiuntur pro nominibus.
3 *Intellexiſti cogitationes*, animi ſenſa eminus nouiſti,
antequàm moueantur, Chryſoſtomus, רעי *rhebi* hoc
B ſignificat ex Chaldaica lingua, in qua רעה *rahá* pro
רצא *ratſa* ponitur. Et ſic hîc ferè accipiunt Rabbini.
Nam pauci ſunt, qui vertant, *Amicos meos*, ſiue ſingulari-
ter *amicum meum*. *De longè*, ab æterno, longè antequàm
exoriantur, exiſtant, ac incidant in meum animum:
priuſquàm cogitem aliquid, hoc noſti, vt non tantùm
perſpicias præſentes cogitationes, verùm etiam futu-
ras, idque ab omni æternitate: Tanta eſt tua perſpica-
cia & animi acies. Non enim ad locum, ſed ad tempus
referendum, Hilarius. Contrà tamen aliqui ad loci in-
C teruallum. De cœlo intelligis mei animi ſenſa. R. Em-
manuel, cùm adhuc ſunt longinquæ ab opere, cùm
ſunt adhuc in potentia, ac antequàm in actum exeant.
Scientia Viſionis cogitationes omnes & affectus tum
hominum, tum Angelorum, etiam quæ in infinitum in *Scietia viſionis Dei quæ.*
æternitate multiplicabuntur cognoſcit Deus: & quidẽ
ſimul ex parte ſui vnico actu: licet multitudo illarum
cogitationum per ſe, non niſi per ſucceſſionem futu-
ra ſit. *Semitam meam*, meas etiam actiones, opera & ſtu-
dia. *Et funiculum*, longum meum tractum, meam gyra-
tionem, meos longos ſinus & ſpiras perueſtigaſti. i. mea
veſtigia. Perſiſtit in venationis metaphora, quæ eſt ex-
D preſſior in Hebræo. ארחי ורבעי זרית *archi veribhi
zeritha. i. Semitam meam & cubitum meum cinxiſti.* Gall.
*Ma trace & mon giſte.* Iter, quo ambulo & locum, in quo
recubo, exploraſti, palámque feciſti. Ad verbum venti-
laſti, vel circum dediſti. Chald. *Sed & quando ambulo in
via, & accumbo ad vacandum legi, ſecedere feciſti me* (quaſi
in ſecretiorem locum deduxiſti, Græcè ἀναχωρεῖν.) Sic
indagare, inueſtigare, cingere vocabula ſunt venato-
ria. Me gradientem, cubãtémque cinxiſti, ne tuum cõ-
ſpectum effugerem, ſiue velim ambulare interdiu,
ſiue

ſiue noctu cubitum ire, tu ſemper es circum me, ac me A
veluti conſtrictum tenes vndique, ne tuæ prouidentiæ
oculos euadam. Septuaginta fortaſſè pro *σχοῖνον*, *Funiculum*, *κοῖτον*, *Cubile* verterant. Quamquam nihil admodũ
refert, modò Metaphora percipiatur. *Funiculus* etiam
ſumi poſſit Poëticè pro vita, vt apud noſtros filũ, quod
Parcæ dicuntur nere, deindéque præſcindere.

4 *Et omnes vias meas præuidiſti*, opera mea, vt rectè Auguſtinus. *Præuidiſti*, prouidiſti. Rectè. Nam verbũ סכן
*Sachan* è ſermone Chaldaico eſt accipiendum, *Periclitari*. Omnes meæ vitæ rationes periclitatus es, & exper- B
tus. Eas peruestigatas, & exploratas habes, Alij, proficere feciſti. Alij, Aſſuefeciſti, &c. vt actiones meas nondũ
opere præſtitas intueare. *Quia*, Apoſiopeſis. Quia non
eſt ſermo in lingua mea, quem ſupp. tu non præuide-
a *Verſ. 16.* ris, vt infrà [a]. *Nemo in eis*, ſupp. qui non ſcribatur. Relinquebatur hoc tertium cognoſcendum, vt notitia eſſet perfectiſſima. Sermones ſcilicet, cum cogitationibus, & omnibus actionibus, quas quidem ſignificauit per ſemitam, funiculum, & omnes vias. Sine
Apoſiopeſi [a], *Quia*, quamuis. כִּי *chi* pro אַף עַל פִּי
*aph hal pi* b, vt ſuprà, & ſæpè alias. Quamuis vias meas C
b *Pſal. 118.* non enunciem; quamuis eas non dicam, quamuis nihil,
ſim locutus. Vel (qui idem eſt intellectus) Cùm, vt denotet tempus, ſicuti aliàs ſepè, כִּי *chi* pro כַּאֲשֶׁר
*chaasher*. Et ſic intellexit Chaldæus: *Et cùm non eſt eloquium in lingua mea*. Noſti meas vias, etiam quo tempore nondum eas enunciaui. Maſoretæ iungũt cum principio ſequentis verſus ſatis incommodè, & non ſine
Eclipſi particulæ עוֹד *hod* & aliis difficultatibus. *Quia non eſt ſermo meus* (adhuc) *in lingua mea, ecce Domine cognouiſti totum illum*. Nondum adhuc ſum loquutus, quin
tu illud noueris: ne prolatam quidem mea lingua ſen- D
tentiam pernoſcis. Vnde quod ſequitur *Nouiſſima*, & *antiqua*, accipiunt pro *Retrò & antè*, & conſtruunt cum
ſequentibus. Retro & antè formaſti me, id eſt, anteriora mea & poſteriora, totum me, & vndique, quantus
quantus ſum, & à tergo & à fronte, ne quis ſomniet cũ
Manichæis, & aliquot aliis impiis, partẽ noſtri à Deo,
partem ab angelis, vel dæmonibus eſſe formatam. *Sermo*. Rectè è fonte. In Græcis tamen exemplaribus hodie



A *δόλος* non *λόγος*, vt & in Romano Pſalterio: *Quia non eſt dolus in lingua mea*, quaſi *ſermo* ſumatur in malum, pro
ſermone doloſo & fraudulento.

5 *Ecce Domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua*,
Mea ſcilicet. i. quæ mihi olim, atque adeò antequam
naſcerer contigerunt, & quæ mihi nouiſſimè contin-
gent. Niſi malis cum Euthymio vniuerſè intelligere de
cunctis præteritis, & futuris. Cognita & præſentia ha-
bes, quæ olim retro actis ſæculis præceſſerunt, & quæ
futuris temporibus, & extremis euenient. Futura om-
B nia ad extrema vſque temporum, & præterita antiquis,
& æternis ſæculis. Sic videntur quoque intellexiſſe ve-
teres Hebræorũ doctores, vt indicat R. Moſe Nahma-
nides [a]. Recentiores quia ad Verbum אָחוֹר וָקֶרֶב a *Exod. 33.*
*ahor vekereb*, *Retro & ante*: per *Retro* membra poſtica,
per *Ante* antica accipiunt, in anterioribus & poſteriori-
bus membris per totum corporis circuitum figuraſti
me, atque formaſti. *Manum* Manũ admouiſti ſuper me
ad me fingendum, & forma hac afficiendum. Metapho-
ra à figulis, qui manum ducunt ſuper argillaceam ma-
teriem, & in ea manu certam formam imprimunt.
C Chryſoſtomus ad cõſeruationem refert, vt indicet Dei
mox à creatione curam, Tua prouidentia gubernas &
protegis.

6 *Mirabilis facta eſt ſcientia tua*, tui paſſiuè, tui cogni-
tio, tui notitia, quæ ex me, meíque productione, & opi-
ficio gignitur eſt mirabilis. Actiuè etiam congruit, Co-
gnitio tua ex me, ſiue ex mei confirmatione apparet
mirabilis. Tua ſcientia, ſapientia, intelligentia ex meo
opificio facta eſt admiranda. Liquet te eſſe ſapientiſſi-
mum & intelligentiſſimum, ex eo quòd me tanta arte
condideris, quam delibant Lactantius de Opificio Dei,
D Cicero de natura Deorum, Galenus de Vſu partium, &
Anatomiæ ſcriptores. *Ex me*, ex mei opificio & ſtructu-
ra. Sciẽtia & cognitio tui eſt mirabilis q.d. ex mei opi-
ficio intelligo & ſcio, quàm ſis mirabilis & potẽs. Me-
ipſum noſcens, excellentiam tuæ ſapientiæ noſco. Ita
Baſilius & Nicetas [b]. Vulgo Rabbini, *Ex me*, præ me, ſu- b *In 42. orat. Naziãzeni.*
pra me, extra meum captum, ſupra intelligentiam meã,
Mirabilior eſt ſciẽtia, & cognitio rerum tuarum, quàm
vt ego eã conſequar. Adeò eſt ardua & difficilis, vt
eam ego conſequi non poſſim. Mirabiliter captum
meum

meum ſuperat tui cognitio. Chryſoſtomus : *Mirum in* A
*modum excedit captum meum, eorum quæ tu facis ratio. Con-*
*fortata.* נשגבה *niſchgebah.* Eleuata eſt propriè. Per
Epexegeſin idem dicit aliis verbis. Robuſta, vel ardua
facta illa ſcientia tui, vel ſapientia tua (actiuè) vt ei non
præualeam, vt non poſſim ad eam (peruenire, vel attin-
gere, ſup.) Et ſine Eclipſi, *Non potero ad eum,* non potero
contra tuam ſcientiam, non ei præualebo. Adeò fortis
eleuatáque eſt, vt fruſtra ad eam comprehendendam
nitar, & coner. Maior altior & ſublimior eſt, quàm, vt
poſſim aſſequi.

*Deus eſt vbique actu & eſſentialiter, per præſentiã, potentiam, & eſſentiam.*

7 *Quo ibo à ſpiritu tuo.* Docet Deum eſſe eſſentialiter,
& actu vbique, non tantùm in cœlo, vt vulgus exiſti- B
mat, atque adeò Ariſtoteles de mundo ad Alexandrum.
Nam de aliis modis non dubitant, vt qui laudent illa
Poëtarum:

*-- Iouis omnia plena.*
*Quo fugis Encelade, quaſcumque acceſſeris oras,*
*Sub Ioue ſemper eris.*

Per præſentiam quidem, quia Dei aſpectus ad omnia
clariſſimè peruenit. Per potentiam, quoniam nullus lo-
cus, eius prouidentia, actione, vi, efficacitate, operatio-
ne vacat. Per eſſentiam verò, quod iſti non capiunt:
quoniam eius ſubſtantia eſt immenſa, cuncta replet,
per omnia infinitè patet, atque funditur exactiùs & ab- C
ſolutiùs, quàm rei finitæ cuiuſlibet ſubſtantia certo lo-
co terminetur, & circumſcribatur, quaſi mũdi anima, ſe
totum per omnia actu, & reipſa infundens, & quaſi mi-
ſcens, vt vbique ſit repletiuè, nullibi circumſcriptiuè,
vel definitiuè, implendo videlicet cuncta, non quidem
per ſucceſſionem, non per ſitum partium, ſed totius in
toto, & totius in qualibet parte. Nam in tantis myſte-
riis dumtaxat balbutimus, deficientibus propriis vo-
cabulis. Cuius rei imaginem videmus in anima, quæ
omnia corporis membra præſentia ſua complectitur.

*Spiritus S. & filius hîc deſignantur.*

*A ſpiritu*, quo modo Spiritum tuum, præſentiam tuam, D
& conſpectum latebo? Euthymio per Spiritum & fa-
ciem Dei, ipſum Deum circũloquitur. Nonnullis Spi-
ritum ſanctum, & filium Dei, qui Patris eſt facies, at-
que imago.

8 *Si aſcendero in cælum.* Ita more feræ à venatoribus
preſſæ, quo me vertam, neſcio, ſiue in altum, ſiue in
profundum:



A profundum: adeò obſeſſum, & conſtrictum me tenes.
*Si deſcendero,* אציעה שאול *atſchal ſcheol.* i. Si ſtratum
fecero propriè in inferno. Si me illic occultaro, velut in
cubili. Per diſtributionem Prolepſis illuſtratur.

9 *Si ſumpſero pennas meas diluculo.* שחר *ſchahar.* Dilu-
culi, ſiue auroræ, in genitiuo, magis Poëticè. Si ſumptis
auroræ pennis celeriter euolẽ in extrema mundi loca.
Si volauero in extremum occidẽtem, tanta velocitate,
quanta aurora, vel ſol in aurora, illuc tu me comitabe-
ris: etiam illic me tua manus tenebit, tuáque dextera
comprehendet. Aurora ſolis prænuncia momento in
B totum hemiſphærium peruadit: adeò vt Phyſici diſpu-
tent, num illuminatio ſit motus momentaneus, citra
prius & poſterius. Vtut ſit, fit tempore imperceptibili,
ac eſt alluſio ad Solem in aurora iactu celerrimo radios
longiſſimos vibrantem verſus occidentem ſupra mare,
vbi tandem dicatur occidere, ſe in Oceano veluti con-
dens. Per eius pennas Arnobius cogitationes adumbra-
tas ait, quæ repentino volatu vbique quidem ſunt, at
non deſinunt Dei oculis liquidiſſimè perſpici.

10 *Etenim illuc manus meas deducet.* Etiam. Vide ſuprà [a]. a *Pſ. 67. v. 21.*
Nam גם *gam* vel אף *aph*; ſic ſolent vertere. Tantùm
C abeſt, vt vel ſic tuam præſentiam, & poteſtatem poſſim
effugere, vt etiã illuc me deducas, ac illic velut captiuũ b *Amos 6. v. 2*
teneas [b]. *Manus*, potentiæ & virtutis Dei nota. *Illuc*, ad
illum locum, ad hoc maris extremum.

11 *Et dixi, forſitan tenebræ conculcabunt me,* cooperiẽt,
& occultabunt, ne me videas. Quod enim in terra pe-
dibus calcatur, ab oculis ſubducitur. Vnde Hebraicè
ישופני *ieſchupeni,* id eſt, obſcurabunt me. Canit tene-
bras non impedire prouidentiam Dei, quia ei ſunt lux.
*Et nox.* At nox, atqui nox (particula aduerſatiua) lucida
D eſt circa me. *Illuminatio mea*, paſſiuè pro *Mei.* Nox oſten-
ſio mei eſt. Oſtendit me, conſpicuum & lucidum reddit.
Atqui nox illuminabit me, clarum & perſpicuum exhi-
bebit me tibi, cum meis deliciis & voluptatibus, qui-
bus tutò in tenebris me frui putabo. Noctu præſertim
vacatur voluptatibus, & libidini. *In deliciis meis.* Doctè.
Nam עדן *éden*, & ἡδονὴ Græcè voluptas, delectatio.
Legerunt ergo בעדני *beadni,* vt Nun ſit radicale, non
ſeruile cũ Maſoretis בעדני *bahadeni. Super me, circum*
*me,* vt ſit affixum iiſdẽ quidẽ literis, ſed variatis punctis.

NN n

12 *Quia tenebræ non obſcurabuntur.* Particula Emphatica. Vnde Hebraicè גם *gam, Etiam.* Reſpondet enim A ſuperiori Prolepſi. *Non obſcurabuntur à te.* Non abſcondent quicquam tibi. Tenebras ipſas, & quæcumque fiunt in tenebris, clarè cernis, & nox tibi tam eſt luminoſa & lucida, quàm dies ipſe. *Sicut tenebræ eius,* noctis, *Ita & lumen eius,* diei tibi eſt. (Pronomina enim *eius,* non idem referunt.) Aequè manifeſta ſunt tibi omnia, Euthymius rectè. Nam Caph ſimilitudinis repetitum in hac lingua, abſolutam & perfectam dicit ſimilitudinem. Itaque nihil refert vtrum vertas, *Sic tenebræ, ſicut & lumen eius,* an *Sicut tenebræ, ſic & lumen eius,* q. d. apud te tenebræ, & lux pares ſunt. Nullum diſcrimen B tibi eſt inter noctis tenebras, & diei lucem. Nox præbet tibi tantùm luminis, quantùm dies ipſe. Sunt enim hoc ipſum apud te tenebræ, quod lux ipſa clariſſima, vt nihil te latere queat. Noctis caligo Deo ipſiſſima lux eſt, & purus dies. Nihil itaque eius intereſt ad noſtra pernoſcenda, ſiue in luce, ſiue in denſiſſimis tenebris agamus. Quoniam enim Dei oculi ſunt, veluti ſole lucidiores & radiatiores, ſua præſentia tenebras illuminat, nec indiget externo lumine puta ſolis, vel lucernæ, vt res in tenebris poſitas cernat, & diſcernat. Nam eius C mens ſic in rerum cognitione ſe habet, ac ſi humanus oculus de ſeipſo lumen diffunderet, ſiue haberet lucem intrinſecam, per quam rem extra poſitam ſibi conſpicuam redderet, nõ expectato Solis, vel alterius lumine, aut ſicut Sol, qui haberet oculos, vel vim perſpiciendi.

13 *Quia tu poſſediſti,* habes in poteſtate, vel pernoſti. *renes meos,* id eſt, affectus, conſilia, ſtudia penitiſſima, & adiuuiſti à primordio. Sedes affectuum eſt in renibus, vt cogitationum in corde. Vnde principium conſiliorũ & cogitationum Scriptura ſolet tribuere renibus, perfectionem & complementum cordi. Anonymus, *feciſti* D *renes meos, & intima quæque mea membra.* Meminiſſe autem renum, quòd primùm formentur, veluti duo ſphæræ poli. Medici tamen aiunt, primùm tres nobiliores partes in vtero formari, cor, cerebrum, & iecur, ac figuram Embryonis primùm diſponi in ſpeciem formicæ, in qua cernimus tres partes, & quaſi inciſuras potiſſimùm eminere, & protuberare. Chryſoſtomo, per renes ſeipſum circum loquitur, veluti à parte totũ deſcribẽs:

*Formatio hominis in vtero qualis.*

*Quo*



A *Quoniam tu,* (inquit) *poſſediſti me, id eſt, poſſeſſionem tuam me feciſti, diuina tua prouidentia dignum. Suſcepiſti,* adiuuiſti, protexiſti à prima mei origine. Vnde Heb. תסכני בבטן אמי *theſucheni bebethen immi. Obũbraſti in vtero materno.* Alij, texiſti, & cooperuiſti, id eſt, compoſuiſti: parum ad linguam accommodatè. Pro perſpicacitatis Dei paradigmate affert artificium illud mirabile, quo compingimur in obſcuriſſimo matricis loco.

14 *Confitebor tibi, quia terribiliter,* mirificè, admirando artificio. Ad verbum נוראות *nodaoth.* i. Terribilis. Sed adiectiua ſæpè vertuntur per Aduerbia, vt Græcè tam B adiectiua, quàm Subſtantiua. *Magnificatus es,* in mea formatione. Magnus effectus es & mirabilis in mei opificio & ſtructura. Vnde Hebr. נפליתי *niphlethi, Mirificatus ſum,* mirificè formatus ſum. *Cognoſcet* (id), agnoſcet vehementer & ſtudioſè. Anima mea planè id cognoſcit & intelligit. Admirabilia ſunt opera tua: id quod animo meo probè recognoſco. Aliqui ſub. (quæ) mirabilia ſunt opera tua, & anima mea (quæ) cognoſcit valdè, q. d. Itẽq; anima mea intelligẽtiæ particeps, notitiæ, rationis, & intelligentiæ capax, eſt valdè mirabilis, per Zeugma.

15 *Non eſt occultatum os meum.* ὀϛοῦν oſſium compactio. Synecdoche. Membra mea interiora, vtut carne & pelle C tecta, quibus compactus ſum in abdito ventris materni, tamquam terræ penetralibus, tibi non ſunt ignota. Aliqui robur, & virtutem Metaphoricè exponunt. Non eſt tibi occultum, quàm tenuis eſſem virtutis & fortitudinis, cũm in materno vtero tuis primùm manibus formari inciperem. *Quod feciſti.* Heb. אשר עשיתי *aſcher baſchithi* quo factus ſum. אשר ſiue *Quod,* eſt Pronomen, non Coniunctio, contra Gnoſticos. *Et ſubſtantia mea,* non eſt occultata, per Zeugma, à te, id eſt, à tua notitia, in inferioribus terræ, id eſt, in vulua, in vi- D ſceribus materni vteri, tamquam antro abdito terræ. In Hebræo locutio eſt magis Poëtica. (Et quo) רקמתי בתחתיות ארץ *rachamthi bethahtaioth areth. variegatus ſum* (variè contextus, & q. diuerſificatus) *in inferioribus terræ.* Nam illud eſt verbum רקם *Rakam,* quod ad illud Pſalmi [a]: *Circumamictæ varietatibus,* vſurpatum eſt, de variis donis & excellentiis Eccleſiæ. Comparat opus creationis in neruis, oſſibus, carne, cuti, operi Phrygionico, & aluũ ſeu vuluã matris inferioribus terræ, q. d.

a Pſ. 44. v. 10.

A Variè effictus ſum, & contextus, miro artificio & ingenio, diſtinctus ſum membris, veluti acu pictus, textuſq; quo pacto pannus lineus pulchrè ſolet acu pingi, aut aulæa eleganti imaginum & colorum varietate. רקם *Rakam*, acu texere, ſiue acu pingere. Gall. *Broder en tapiſſerie.* Secundum varias imagines & colores, pulchra varietate artificioſiſſimè factus ſum: de quo Galenus [a], Lactantius [b], Cicero [c], & Anatomici. Nam ſignificatur inexplicabile artificium, quo humanum corpus è tam diuerſarum rationum membris mirabiliter cōponitur inſtar [illegible] hrygionicæ. Inferiora terræ vocat matris vterū.

*a libris de vſu partium.*
*b de Dei opificio.*
*c de Natura.*

16 *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Subſtantiuè.
B Corpus meum nondum perfectum, nondum ſuis organis formatum, me adhuc imperfectum, informe meum, maſſam meam informem, indigeſtámque, fœtū meum rudem, nondum in materno vtero cunctis ſuis membris & forma vltima abſolutum, ſed impolitum adhuc & incultum, temporis progreſſu per vim diuinam & generatricem perficiendum, q. d. Me in vtero dumtaxat inchoatum oculis tuis vidiſti, meíque rudimēta ſpacio temporis conformanda pernouiſti, quantumuis in cæco vtero ignorarentur, vt ea quæ ſub terra exiſtunt גולם *Gólem*, embryonem, fœtum vteri imperfectum Hebræi C appellant, & interpretantur גוף בלא צורה *gub belo tſura*, corpus abſque forma. Atque inde pro materia prima, ſiue informi apud eorum Philoſophos accipitur. *Et in libro tuo omnes*, in tua notitia & memoria. Metaph. à libris ad memoriam ſubleuandam ſcriptis. Theodoritus. Pulchra Antitheſis ad ſequentem verſum, quam recentiores nō intelligunt, per eam autē tranſit ad Pſalmi ſecundam partem de ſingulari, & præcipua Dei prouidētia erga probos, vltra illam generalem hactenus explicatam. In libro quidem tuo, id eſt, in tua notitia & D memoria, omnes homines ſcribentur, dies formabuntur, producentur, multiplicabuntur, multi fient, condentur, & tranſibunt, & nemo in eis deficiet ſup. à libro tuo: vel, qui non in eo ſcribatur. Eſt enim Apoſiopeſis, quam Anonymus ſic nobiſcum abſoluit. ולא אחד מהם יחסר שלא יהיה כתוב *velo ahad mehem iehſar ſhelo iihie cathub. Nullus eorum deficiet, qui non ſcribatur.* At amici tui Deus nimis ſunt honorati, q. d. Omnes quidē in tua notitia ſcribentur, & nemo eorum à tua fugiet memo-



A ria & cognitione, quantūuis dies multiplicentur, augeantur, formentur: at amici tui peculiariter ea notitia & memoria tua honorantur. Omnes quidem noſti, ſed non omnes æquali beneuolentia & honore proſequeris. Hic eſt ſimplex ſenſus, & ad verbum ex Hebræo ולא אחד בהם *velo ahad bahem*, à Septuaginta expreſſus. Quem torquent recentiores duobus modis: primùm quoniam per neutrum, non maſculinum, ita exponunt: cùm tamen Neutrum Hebræi exprimant propriè per fœmininum, & fons hîc maſculinè loquatur: *In libro tuo omnia ſcribentur, dies formabuntur, & nō vnum in eis* (tibi erit ignotum, vel, extabit.) De membris humanis,
B quæ ita ſcribuntur in Dei prouidētia, vt [a]: *Etiam capilli capitū omnes numerati ſint*, nec vnus ex eis pereat, quæque per dies formentur, temporis progreſſu, cùm nullum eorum adhuc extaret, ſed tunc temporis tātùm eſſet embryo. Cùm informis adhuc eſſem fœtus, videbas me: cuncta membra, quæ per dies formantur, vel formata erāt, velut in libro habebas depicta, cùm adhuc ne vnum quidem extaret. 2. Quoniam contra auctoritatem veterum, vt Septuagin. Chaldæi, R. Selomonis, Thalmudicorum, Hieronymi רעיך *rehecha* accipiunt, vt ſuprà [b], pro cogitationibus, ex vſu Chaldaico, non pro amicis [c]. Mihi quàm prætioſæ, præclaræ, ſtupendæ, mirabiles ſunt cogitationes tuæ Deus. Quàm multæ, vel validæ ſummæ earum, ſiue excellentiæ. *Dies.* ἡμέραι. Nomin. caſus, eo quem dixi ſenſu. In aliis exemplaribus ἡμέρας, in Accuſa. plurali. Vnde Hilarius, Arnobius, Auguſtinus diuerſas afferunt explicationes. In Accuſat. ſignificabitur ſpacium temporis, *Per dies*, id eſt, paula-
D tim, & temporis ſucceſſione fingentur homines. Alij vertunt in Ablatiuo, *Diebus*, eodem intellectu. Nam in ſpacio temporis locus eſt Accuſatiuo & Ablatiuo. Sic illud [d]: *Maneat puella nobiſcum dies.* Et illud [e]: *Dies erit redemptio eius*, id eſt, intra dies, per annum. *In eis*, diebus, in tanta dierum multitudine (nemo deficiet è tuo libro) eſt enim Apoſiopeſis, vt dixi. Vel, *in eis*, ex eis hominibus. Nam Anonymus ב *be*, pro מן *min*, *in* pro *ex*, hîc ſumi docet. Chaldæus totum hunc verſum ſic reddidit: *Corpus meum viderunt oculi tui, & in libro memoriæ tuæ omnes dies mei ſcripti ſunt, in die quo creatus eſt mundus. A principio creatæ ſunt omnes creaturæ in ſex diebus,*

*a Luc. 12. v. 7.*
*b Verſ. 2.*
*c Exod. 20. v. 25. Leuit. 18.*
*d Ge. 24. v. 55.*
*e Leuit. 25.*

*nec eſt dumtaxat* (*dies*) *vnus inter illos.* Poſſet etiam fons A
ſic verti. *Maſſam meam informem viderunt oculi tui, & in libro tuo cuncta ipſa* ( membra ) *ſcribuntur. Per dies formantur, & nullum in eis* (ſup. deficit.)

17 *Mihi autem nimis honorati,* Altera pars Pſalmi, præſertim erga amicos Dei vigere ipſius prouidentiam. Hoc enim eſt Epithetum piorum [a]. *Mihi.* Datiuus emphaticus, apud me; vt ſentio, vt video. Theodoritus [b], paſſiuè exponit, *A me.* Honorantur autem à me valde amici tui Sancti. O Domine, eos magnifacio, colo, honoribus afficio. *Honorificati,* pretioſi propriè יקרו *iakeru.* In pretio & honore mihi ſunt valde amici tui ô B
Deus. Eos copioſè, ſtudioſéque colo & veneror. Hinc Hieremias Conſtantinopolitanus Sanctos honorandos colligit in ſuo primo ad Proteſtantes reſponſo [c]. *Amici,* rectè, vt docui, etſi recentiores *Cogitatus* interpretentur. Adde ſequi mox Antitheſin de Dei inimicis. *Principatus,* excellentia & dignitas eorum quàm eſt potens & fortis, vel multiplex, quantùm inualuit: Sic & Chald. *Mihi quàm honorati & celebres ſunt, qui amant te iuſti, Deus, & quàm validi ſunt principatus eorum.* Hebraicè ראשיהם *raſchehem.* i. Capita eorum. Quoniã autem C
ראש *Roſch,* ſiue caput Metaphoricè ſignificat cacumẽ cuiuſlibet rei, principem, ſiue principatum, præcipuum, ſummam, ideò recentiores, vt tantùm diſſentiant à maioribus, pro vltimo ſumunt. *Quàm multiplicatæ, vel roboratæ ſunt ſummæ eorum* ( cogitatuum. ) Tuarum cogitationum tanta eſt ſumma, vt eam ſubducere non poſſim. Tuæ cogitationes ne quidem ſummatim mihi innoteſcunt, quanto minus particulatim. Sic vocantur incomprehenſibilia Dei conſilia, quibus omnia mirabiliter condidit, gubernat, & tuetur.

a Vt & Ioan. 15. v. 14. Luc. 12. ver. 24.
b In Pſa. 118. verſ. 63.
Sancti ſunt honorandi.
c Ca. 15. pag. 110.

18 *Dinumerabo eos, & ſuper arenam,* per Conceſſionem D
rhetoricam, *Eos,* amicos tuos. Iuxta recentiores. *Cogitatus tuos.* Si eos amicos tuos velim numerare, perinde fecerim, ac ſi numerare conarer arenam maris. Si ſurrexerim (ad eos numerãdos) adhuc ſum tecum (vt priùs.) Nihil amplius, quàm anteà fecerim, nihil promouerim. Sunt enim innumerabiles. Vaticinatur de plenitudine Gentium, & alludit ad promiſſionẽ factam Abrahæ [d]; & Iſaac [e]. De qua item Paulus [f] Hinc illud Ioannis [g]: *Vidi turbam magnam, quam numerare nemo poterat*

d Gen. 13. ver. 16. & 17. v. 6.
e Geneſ. 26. ver. 4.
f Rom. 4 v. 4.
g Apocal. 7. ver. 9.

*ex om*



A *ex omnibus tribubus & linguis, &c. Super arenam.* Hyperbolica locutio de multitudine innumerabili. *Exurrexi,* præueni diem, inuigilaui, ad eos ſiue amicos, ſiue cogitatus dinumerandos, ſubaudiunt Rabbini; *& adhuc ſum tecum,* vt priùs, ſubaudiunt iidem. Adhuc tecum hæreo, adhuc tuorum amicorum (vel, iuxta recentiores, cogitatuum) numerum non pernoſco: Si inuigilauerim enumerandis illis, luſerim operam: idem ac priùs, cùm vellem numerare arenas maris, egero. Eſt enim alia conceſſio, *Exurrexi,* ſi exurrexerim. Eſſe adhuc cum Deo, eſt adhuc verſari in eius, vel rerum ipſius contempla-
B tione, nondum eas comprehendere: adhuc ſtare coram, & ad conſiderãdũ. Atque ita nihil niſi innumera electorum multitudo deſignatur. Gall. *Et icy ſuis encore.* q. d. Quo diutiùs conſidero cogitationum tuarum, vel potiùs amicorum tuorum numerum, multitudinem, ſummam, eo illam minus comprehendo. Conſolatio de numero electorum. Nam quod Chriſtus ait [a], *multi vocati, pauci verò electi,* paucitas dicitur reſpectu infidelium. Noſtri & Chaldæus ad reſurrectionem beatam referũt, *Exurrexi,* poſt mortem reſuſcitatus ſum, & reſumpſi corpus, *& adhuc ſum tecum,* iuxta illud Pauli [b]: *ſiue vi-*
C *uimus, ſiue morimur, ſemper cum Domino erimus.* q. d. Quid timeo mori? reſurgã, & adhuc cum Domino ero. Vnde ſequitur, *Si occideris, Deus, peccatores* ( in illo reſurrectionis die ( morte æterna ) viri *ſanguinarij diſcedite à me.* Chald. *Reſurgam in mundo venturo, & adhuc ero tecum.*

a Matth. 20. verſ. 16.
b 1. Theſſ. 6. verſ. 16.

19 *Viri ſanguinum declinate à me.* ô viri ſanguinarij, homicidæ, qui ſcilicet deſtruitis tantum Dei opificium, quod tanta arte conditum eſt, recedite à me; ne in pœnis, quas luetis acerbiſſimas, vobis cõiungar, ne iiſdem ſuppliciis vobiſcum inuoluar. Eorum potius meminit,
D quàm alterius generis improborũ, & quia homicidium eſt ſcelus maximum, & quia deſcripſerat fabricationem hominis admirabilem. Tertia pars, impios, qui eum contemnunt, & pro nihilo habent, perituros.

20 *Quia dicitis in cogitatione,* Immutarunt ad perſpicuitatem perſonas, vt ſententia continuaretur planiùs cum proxima Apoſtrophe. Ad verbũ אשר ימרוב למוזמה נשוא לשוא עריב *aſcher iomerucha limzimmiah naſchu laſchau herecha.* i. *Qui, vel quia dicunt tibi in maligna cogitatione: Acceperunt in vanum ciuitate:*

*tuas* (ô Deus.) Faceſſant à me homines ſanguinarij, qui tibi dicunt in ſuis malignis cogitationibus, Accipient (amici tui) in vanum ciuitates tuas, id eſt, quas eis dederis, qui obtrectāt tuis erga probos beneficiis, ac aiunt te bona in eos fruſtrà conferre, quòd eòs occiſuri ſint, & ab illis eos diſturbaturi. Et planiùs cum Septuag. cōtinuata Apoſtrophe: Viri ſanguinū, faceſſite à me, quia malignè cogitatis, & apud vos dicitis hoc, quod ſequitur. Accipient quidem illi (pij) ciuitates ſuas, quas eis Dominus dederit: at in vanitate, vanè, fruſtrà, quod illas eis ſ nus erepturi, quod eos ſimus necaturi, quaſi Dei erga ſuos prouidentiam, & beneuolentiam poſſitis interuertere. *Suas*, eius Dei. In aliquibus exemplaribus tuas. Sic Græcè *σȣ*. Eſt idē ſenſus. Fruſtrà ciuitates ſuas conſequentur, fruſtrà eas recipient, fruſtrà reſtituentur. Nam eos inde excutiemus, & deturbabimus: vel, fruſtrà, ô Domine, in tuas ciuitates eos reſtitues: nam illas eis eripiemus. Vox impiorum Deo cum gigātibus bellantium. Poſterius hemiſtichium ſtudio duntaxat contradicendi hodie miſerrimè vertitur, *Eleuati ſunt in vanum oſores tui.* Primùm, quoniam נשא *naſcha*, eſt actiuū, vnde alij cogūtur ſubaudire *te*, vel *nomē tuum*. 2. quia incertum eſt, vtrum ערים *harim*, octo illis locis, in quibus Maſora notat ſignificare צרים *tſarim*, per literarum commutationem, *inimicos*, non rectiùs ſignificet ciuitates. 3. quia Kimhi ab illis iſtum excludit.

21 *Et ſuper inimicos tuos tabeſcebam.* Hebr. אתקוטט *ethkothat*, pertæſus eram propriè: vel, iuxta alios, contendebam, rixabar, infenſus eram iis, qui in te ſurgebant. Hebræi hæc peculiariter intelligunt de Apoſtatis & Hæreticis.

22 *Perfecto odio oderam illos*, capitali, cōſummato odio. Hebraicè תכלית שנאה *tachlith ſchinah*. i. perfectione odij, maximo, & cui nihil accedere poſſit. Odi illorum vitia, non naturam perſequebar. Euthymius Perfectè odiſſe aliquem, eſt eius vitia egregiè punire, perſequi, ei nolle reconciliari, quoad peccat. Odium enim hîc dicit zelum & iuſtitiam aduerſus improbitatem, non affectum & cupiditatem vlciſcendi perſonam.

23 *Interroga me & cognoſce* חקרני *houkreni*. i. proba, propriè, & cognoſcito affectus cordis mei. *Semitas meas*, Ramos meos, Hebr. שרעפי *ſcharhapai*, per Metaphoram. Sic enim appellant cogitationes, & ſenſa animi, quæ è mente fluunt, vt rami ex arbore.



24 *Et vide ſi via iniquitatis*, afflictionis, irritationis, doloris, triſtitiæ propriè עצב *hotſeb.* Sic autem vocat viam viuendi prauam & iniquam. Vt quæ ad dolorem, & quidem æternum perducat. Perſpice in me non eſſe iniuſtam actionem. Chryſoſtomus: *In via æterna*, in via præceptorum tuorum, quæ ducit ad æternitatē. Chald. *in via rectorū mundi. In via ſæculi*; ad verbū נחני בדרך עולם *necheni bederech holam*. i. Deduc me in viam ſæculo congruētem, quam quis tenere debet, in viam rectam, ex Anonymo. Nam recta & proba durāt, cùm praua pereant [a] *Regalem viam* vocat Iacobus, [b] quā quis ſequi debet, niſi velit errare. Alij, vt Kimhi, *Per viam ſæculi deduc me*, id eſt, mortem, quæ [c] dicitur via vniuerſæ terræ, qua ſcilicet gradiuntur omnes homines à ſæculo. q. d. Vide an ſim in peruerſa viuendi ratione, in quali eſt impius, & me interfice. Si talis fuerim, patiar æquo animo, vt morte aliorum impiorum me occidas. Non alienè etiam de vita æterna, & cœlo.

a *Pſal. 1. v. 6.*
b *Iac. 2. v. 8.*
c *Ioſ. 23. v. 14. & 3. Reg. 2. ver. 2.*

---

## ARGVMENTVM.

*Vt ſe ab improbis & maledicis defendat, illóſque puniat, deprecatur, Chriſto congruit.*

1 In finem, Pſalmus Dauid. CXXXIX.
Hebr. 140.

Eripe me Dómine ab hómine malo: à viro iníquo éripe me.
3 Qui cogitauērunt iniquitâtes in corde: tota die cōſtituēbant prælia.
4 Acuērunt linguam ſuam ſicut ſerpêntes: venênum áſpidum ſub lábiis eôrum.
5 Cuſtôdi me Dómine de manu peccatôris: & ab homínibus iníquis éripe me.
6 Qui cogitauērunt ſupplantâre greſſus meos: abſcondērunt ſupêrbi láqueum mihi.
7 Et funes extendērunt in láqueum: iuxta

iter ſcándalum poſuêrunt mihi. A
8 Dixi Dómino, Deus meus es tu: exaûdi vo
cem deprecatiônis meæ.
9 Dómine Dómine virtus ſalûtis meæ: obū-
brâſti ſuper caput meum in die belli.
10 Ne tradâs me Dómine à deſidério meo
peccatôri: cogitauêrunt contra me, ne dere-
lînquas me, ne fortè exaltêntur.
11 Caput circúitus eôrum: labor labiôrum B
ipſôrum opériet eos.
12 Cadent ſuper eos carbônes: in ignem de-
îicies eos, in miſériis non ſubſîſtent.
13 Vir linguôſus non dirigêtur in terra: vi-
rum iniûſtum mala cápient in intéritu.
14 Cognôui, quia faciet Dóminus iudícium
inopis: & vindîctam paúperum.
15 Verúmtamen iuſti confitebûntur nómini C
tuo: & habitâbunt recti cum vultu tuo.

---

2 *A viro iniquo,* Hebraicè חמסים *hamaſim*.i.violento propriè, & inhumano. Sic infrà [a]. Queritur initio de vno aliquo præcipuo. Inde ad plures hoſtes progreditur. Niſi ſit Synecdoche numeri, ſingulare pro plurali.

a *Verſ. 5. & 13.*

3 *Tota die conſtituebant,* colligunt, congregant turmatim, ex Hebræo יגורו *iaghuru,* ad probos diuexandos. Eſt autem Aſyntheton (&) tota die, &c.

4 *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes,* De venenatis ſycophantis ad perſecutiones excitandas. *Sela,* quaſi hoc ſit perpetuum in Eccleſia, & eius membris. D

5 *Cuſtodi me Domine de manu peccatoris,* Hebr. רשע *raſchah.* id eſt, impij propriè. *Ab hominibus* מאיש חמסים *meiſchs hamaſim*, i. à viro iniquitatum ſiue violentiarum. In fonte quidem ſine Enallage numeri. Sed docuerunt hanc precem non tam dirigi contra perſonam diſinitam, quàm contra vniuerſum peccati corpus.

6 Qui



A 6 *Qui cogitauerunt ſupplantare,* ſub plantis ponere & conculcare, ſubuertere, me ſemel perdere. Hebraicè לדחות *lidhoth*.i. propellere ad lapſum labefactare, tradere in varia pericula & ruinas. *Mihi*, in meā perniciē.

7 *Iuxta iter ſcandalum,* ad verbum ליד מעגל *leiad Mahegal*.i. ad manū orbitæ.i. latus loci. vt [a], *ſtetit ad manum via* & [b], *ad manū portæ.* Ineptè iungunt recentiores cum præcedentibus ob Athnah, tantum vt à nobis differant. Nam Athnah non ſolet diſtinguere in Pſalmis, Prouerbiis & Iob. *Scandalum,* offendicula, in quibus impingerem, ruinæ cauſas, tendiculas מקשים *mokeſchim*.i. aucupia propriè, laqueos aucupum, & diuerſas inſidias & fraudes intenderunt. *Sela,* vt ſuprà [c]. B

a 2. *Reg.* 15. *verſ.* 2.
b *Verſ.* 13.
c *Verſ.* 4.

8 *Dixi Domino Deus meus* אלי *Eli,* fortis meus & potens. אל *El,* à fortitudine Deus dicitur: commodum inſtituto Epithetum.

9 *Domine Domine,* יהוה אדני *Elohim Adonai,* Deus Domine. Prius enim debet legi *Elohim* non *Iehoua*: quia hæc ſunt eius puncta, contra Bezæ Iouem. *Virtus,* fortitudo. *Obumbraſti,* protexiſti caput meum in die armorum, quandocumque ſumunt in me arma. Defendiſti caput, & tamquam vmbraculo gratiæ tuæ texiſti, me veluti galea muniuiſti die, quo præliantur contra me. Alij, *in die belli,* actiuè interpretantur: die quo mihi præliandum, die quo mihi arma capienda ſunt contra impios, vt in ſacro, vel iuſto bello. C

10 *Ne tradas me Domine à deſiderio meo,* poſt meū deſiderium, id eſt, poſtquàm te deſideraui, appetiui, amaui, inuocaui: vel propter meum deſiderium, quia te deſidero & expeto, ne me tradas peccatoris libidini, & poteſtati. Præpoſ. enim *A* pro *Poſt, propter,* paſſim: vt Latinè à menſa, à lectione. Vulgò alij, contra, præter deſiderium meum. Maſoretæ מאויי *Maauaie,* legunt per Mem hecmanticum & Iod plurale, *Deſideria. Ne tradas Domine deſideria impij.* q.d. Ne eius optata perfice, ne cū reddas voti compotem: vt deinde ſe explicet. Nam ſequētia ſic ad verbum זממו אל תפק ירומו *Zemamo al thaphek iarumo*.i. *Cogitationem eius* (contra me) *educas* (in actum, vt) *exaltentur.* Non minus rectè Septuaginta per Mē Præpoſitionem & Iod affixum. Quin & Chryſoſtomus Paſſiuè Rabbinorū ſenſu exponit, à. deſiderio mei, id eſt, aduerſum me, & prout deſiderat hoſtis. *Cogitauerūt.* Siue legerint זממו *Zemamo* cū Maſoretis D

ſiue זממו *Zamemu*; fideliter ſententiam expreſſerũt. A Cogitationem eius malignam ne impleas. *Ne forte exaltentur*; ne vnquam ſuperbiant, aut glorientur de me oppreſſo.

11 *Caput circuitus eorum* ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος., caput oppugnationis & obſeſſionis. Sumpſerunt ergo in Nominatiuo caſu, vt ſit Appoſitio: & ſic plerique Rabbinorum, vt Anonymus. Caput & præcipuum circuitionis eorum, nẽpè *labor labiorum eorum operiet eos*, obruet, perdet: caput oppugnationis atque inſidiæ potiſſimæ in labiis ipſorum poſitæ ipſos inuoluent, ac perdent: ſuis ipſorum artibus & conſiliis peribunt. q. d. Conſe- B quentur mercedem ſuam, laborem labiorum ſuorum, id eſt, à calumnia magno labore ſtructa, quæ quidem eſt caput, ſumma, præcipuum, quo circumeunt, vexant, & impetunt probos. Nam præcipuè eos vexant calumniis, probris, & maledictis. Calumniæ magno labore ſtructæ, & compoſitæ, ſermones valde elaborati, artificioſè ſtructi, criminationes in meum laborem ſtructæ, vel in quibus comminiſcendis plurimùm laborant, eis erunt pernicioſæ, etiam ſi in eis plurimũ laborauerint: quemadmodum plus laboris eſt in mentiendo, C quàm veris dicendis. Kimhi, & recentiores alieniùs & obſcuriùs malunt *Caput* eſſe accuſatiui caſus, & regi à parte poſteriore, vt cadat in *Eos*, ritu linguę, quo res demonſtrata antecedit demonſtratiuum. Labor, quem ipſorum labia moliuntur, demõſtratiuum, operiet eos, nempe caput circumdantium me, id eſt, caput, & ipſos circumdantes ipſum, qui eſt caput & princeps inter eos & ipſoſmet: calumnia, ipſorum caput, & principẽ cum vniuerſis obſidentibus me perdet: ipſum auctorem perſecutionis cum ſuis turmis & comitibus & coniuratis obruet. *Circuitus eorum*; coronæ & multitudinis impio- D rum qui eum cingunt & ſtipant contra me. Vnde Hebraice מסבי *meſibbai*. i. circumdantium me, ſi *caput* ſignificet Principem, non ſummam, & præcipuum. Alioqui *circuituum meorum*, id eſt, grauiſſimarum oppugnationum & obſidionum. Sic enim in malum vtuntur hac locutione, vt [a]. *Labor labiorum*. Actiuè, vexatio, quæ labiis fit. Periphraſis maledicentiæ, & mendaciorum magno labore cõfictorũ, vt Latinè *lingua virulentia*. Quod enim illi linguæ, hi ferè labiis tribuũt quoniam & ipſa ſunt de præcipuis loquendi organis.

a Pſal. 3. v. 7.



A 12 *Cadent ſuper eos carbones*. Grauiſſima ſupplicia, quæ cœlitùs demittuntur, atque adeò æterna Metaphoricè pingit alludens ad ignem Sodomiticum, de quibus ſic Chald. *Cadent ſuper illos carbones de cælo, in ignem & gehennam præcipitabis eos, & in foueas illaqueationis, vt non reſurgant ad æternam vitam*. *In miſeriis*, miſeria intolerabili afficientur, in qua durare non potuerunt præ acerbitate, vel in qua non hærebunt, niſi cum mirabili infœlicitate. Tali Hyperbole [a]. Petrus ait Angelos impuros *non portare aduerſum ſe execrabile iudicium*, cùm tamen in perpetuum eos oporteat hoc acerbiſſimum B malum concoquere. Aliqui vertunt, *In foueis*. Subſiſtere autem Metaphoricè ſumitur. Nam ſecundum ſubſtantiam viuent in perpetuum.

a 2. Pet. 2. v. 11

13 *Vir lingoſus non dirigetur in terra*, linguax, maledicus, mendax, impoſtor calumniator, qui lingua abutitur ad mala, non proſperabitur. Euthymius. Vnde Hebraicè בל יכון *bal ijcchon non ſtabilietur, non firmabitur*. *Capient*. θηρεύσει, venabuntur: quaſi venatu capient. Sic Hebraicè. *Virum iniquum malum venabitur in propulſiones*. Hinc Chaldæus, *Virum prauum & malignum vena-* C *bitur Angelus mortis, & detrudet in gehennam*. *In interitu*, quando interibit: vel, in interitu, vſque ad interitum, donec intereat. Mala eum capient, quæ ipſum interimant, & in exilium pertrahant. Hebraicè למדחפת *lemadhepheth in propulſiones*, in ruinas. Homo violentus & iniquus agetur in ruinam, expelletur in interitum. Ad ipſius perniciem ſua euenient ſcelera.

14 *Cognouit quia facit Dominus*. Noui multis experimentis & exemplis Deum cauſam inopum tutaturum, vindicaturum ſuo tempore, eos liberaturum, impiis grauiſſimè punitis.

D 15 *Verumtamen iuſti confitebuntur Domino*, verùm, at. Eſt enim Antitheſis. Iniquus peribit. Contrà iuſti te laudabunt, vel gratias agent (confiteri vtrumque) de tempeſtiuo auxilio, & tuo fauore dirigentur, ſiue proſperabuntur. *Cum vultu tuo*, cum tuo fauore & gratia, quæ in vultu cernitur, vel vt ſuprà b, *à ſpiritu vultus tui*. Tuo vultu ſemper in cœlo perfruentur, beati erunt ex tuæ maieſtatis & gloriæ viſione. Per vultum Chriſtum, qui eſt character ſubſtantiæ ſiue perſonæ Dei Patris, etiam Euthymius intelligit.

b Pſ. 15. v. 12. & 20. v. 7.

*Chriſtus vultus Dei Patris.*

Hebr. 1. v. 3.

## ARGVMENTVM. A

*Orat, vt ſit patiens in afflictionibus, & ab aduerſaris tutus. Congruit Chriſto.*

1 Pſalmus Dauid. CXL. Heb. 141.

DOmine clamâuí ad te, exaûdi me: intênde voci meæ, cùm clamáuero ad te.

2 Dirigâtur orâtio mea, ſicut in- B
cênſum in conſpêctu tuo: eleuátio mánuum meârum ſacrifícium verſpertînum.

3 Pone Dómine cuſtódiam ori meo: & óſtiũ circumſtântiæ lábiis meis.

4 Non declínes cor meum in verba malítiæ: ad excuſândas excuſatiônes in peccâtis.

5 Cum homínibus operántibus iniquitâtem: & non communicâbo cum elêctis eô- C
rum.

6 Corrípiet me iuſtus in miſericórdia, & increpâbit me: óleum autem peccatôris non impînguet caput meum.

7 Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eôrum: abſôrpti ſunt iuncti petræ iúdices eôrum.

8 Aúdient verba mea, quóniam potuêrunt: ſicut craſſitûdo terræ erûpta eſt ſuper D
terram.

9 Diſſipâta ſunt oſſa noſtra ſecus inférnum: quia ad te Dómine Dómine óculi mei: in te ſperâui, non aúferas ánimam meam.

10 Cuſtôdi me à láqueo, quem ſtatuêrunt mihi: & à ſcándalis operántium iniquitâtem.

11 Cadent



A 11 Cadent in retiáculo eius peccatôres: ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

---

1 *Exaudi me Domine clamaui ad te.* Hebr. חושה לי *ſuſhah li* feſtina ad me, propriè, exaudiendum ſcilicet. Putãt autem nonnulli Dauidem hæc ceciniſſe in exilio, & loco thuris & hoſtiarum, quæ fiebant in templo, dedicaſſe, quod ſacrificiis intereſſe non poſſet.

2 *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum*, recta, grata (ſit,
B ſupple.) Precatio mea tibi ſit gratiſſima, ſicut thuris crémati ſuffitus, qui in venerationem tui excitatur, ſicut thymiama, quod ſingulis diebus manè & veſperi incẽditur. q. d. Preces meæ ad te ſurſum rectà aſcendant, inſtar thuris ſuffiti, neque ad modum nebulæ diſpergantur, habeantur probatæ & acceptæ, neque veluti in naribus fœteant. Nam ad ſacrum thymiama alluſum putant. De quolibet thure ſimilitudo etiam conſtat. Thus enim crematum, vbicumque, naribus ſolet eſſe gratiſſimum. *Sacrificium*, (ſicut) ſacrificium veſpertinum, ſi-
C cut fertum farinaceum veſperi ſacrificatum, & oblatũ cum agno immaculato Chriſtum adumbrante, quod legis ſtatuto per ſingulos dies veſperi offerebatur [a]. Precatio mea cum expanſis manibus dirigatur, in cõſpectum tuum, tibíque placeat, vt veſpertinum ſacrificium. Fortaſsè reſpicit ad S. Euchariſtiam veſperè inſtitutam. Alioqui dicere poterat *Sacrificium matutinum*, quod erat celebrius. Chald. *Dirigatur oratio mea ſicut ſuffimentum aromaticum coram te, eleuatio manuum mearum in oratione ſicut munus ſuaue, quod offertur in veſpere.* כ *chi, Sicut*, ſimilitudinis particula in hac lingua ſæpe
D deſideratur.

a Exo. 29. v. 38. 39. 40. Nu. 28. v. 4. 5.

*S. Euchariſtiæ ſacrificium.*

3 *Pone Domine cuſtodiã ori meo*, orat pro patientia In his malis & crucibus ſerua me, ne quid egrediatur temerè, per impatiẽtiam, & deſperationem ex ore meo. *Oſtium circumſtantiæ*, munitionis, vel cuſtodię, oſtium cuſtodiis munitum, oſtium quod labia mea circumſtet, obſideat, cuſtodiat per circuitum, vt nihil poſſit per ipſa egredi impurum, & vitioſum. Metaph. à cuſtodibus & excubitoribus qui loca ſeruant, ne quis temerè exeat. Latinè adhibere ſerã, frænum imponere ori. Hebraicè נצרה עלדל שפתי *nitſera haldat ſchephathai cuſtodiam.*

(Ali)

(Alij in Imp. Cuſtodi, non tam rectè) *ſuper oſtium labiorum meorum* (pone) fac ne aperiam labia mea temerè, A
inutiliter, &c. Da mihi gratiam, qua frænem, & domem linguam meam, ne vllo pacto peccem. דל *Dal*, qui interpretantur eleuationem, vel tenuitatem, non oſtium,
a *Pſ. 3. v. 8.* non agnouerunt poëticam Apocopen, de qua ſuprà [a], pro דלת *Deleth*.

4 *Non declines cor meum in verba malitiæ*, actiuè: ne inclina animum meum ad verba mala, ne patiare, vt declinem ad verba inania, vel etiam pernicioſa.. Aliqui tranſcendenter, ad rem malam. *Ad excuſandas*, vt peccata mea velim defendere, excuſare, eleuare: ſed potius a- B
gnoſcam, & ſimpliciter confitear ad illorum remiſſionem conſequendam [b]. Quod ſecutus eſt Dauid[c]. Vnde Nathan ingenuè confitenti, *Peccaui Domino*, dixit, *Dominus quoque tranſtulit à te peccatum tuum, non morieris*. Qui vertunt. *Ad operandum operationes in impietate*, aut quid aliud, non intelligunt vim verbi עלל *halal*, Nam non ſignificat operari ſimpliciter ſed cum occaſione, prætextu, cauſa. Ex quo עלילה *Halilá*, & apud Rabbinos עללה *Hilla*, cauſa, occaſio, excuſatio. Græcè τ͂ προφασίζεσθαι προφάσεις, *vt prætexam prætextus in peccatis meis*: vt cùm Adam in Euam, & Eua in ſerpentem peccati C
prætextum coniecit, Euthymius [d].

b *è doctrina Pſ. 37. v. 4. 5. 6. 50. v. 6. 31. v. 5. 6.*

c *2. Reg. 12. v. 13.*

d *Gen. 3. ver. 12. 13.*

5 *Cum hominibus, operantibus iniquitatem*, vt faciunt iniqui, vt ſolēt ſe excuſare impij. Nam cohæret cum proximis, vt ex diſtinctione Hebræorum patet, apud quos hic verſus cum ſuperiore eſt vnicus. *Et non communicabo*, & non communicem, vel, & tunc non communicabo. *Cum electis*. Neutrius generis. Vnde Hebraicè ובל אלחם במנעמיהם *vbal elham bemanhamehem*. *Et non veſcar deliciis eorum*. Et tunc non fruar voluptatibus, quibus fruuntur impii: non fiam particeps eo- D
rum, quæ ipſi putant electa, & delicioſa. Nihil mihi erit commune cum iis, quæ ipſi tanti faciunt, neque indulgebo deliciis, quas iſti ſtudioſè perſequuntur.

6 *Corripiet me iuſtus* יהלמני *iehelmeni*, feriet propriè vel feriat. Conceſſio: corripiat me iuſtus, lubens hoc feram, at *oleum peccatoris* &c. Percutiet & verberabit me iuſtus miſericorditer, ſine inhumanitate. Proinde ſi me vis caſtigare, ô Domine, eius caſtigationem non auerſor, eam ſummi beneficij loco ducam: at oleum peccatoris



A toris ne illinat caput meum, eius miſericordia ne me inungat, eius ſuauitas, fauor, beneuolentia, blanditiæ, humanitas ne me perfundant, aut mecum quicquam habeant negotij. Mihi enim eſt vtilius caſtigari, atque etiam vapulare à iuſtis, quàm à ſceleratis vnguento quantumuis pretioſo deliniti. Verbera enim illorum morbos animorum ſanant, at iſtorum vnguenta, ſiue deliciæ caput frangunt, id eſt, mentem perdunt. Hanc Antitheſin præter noſtros agnoſcunt R. Ioſeph, & R. Abraham. Nec tam rectè recentiores putant idem dici
B vtroque hemiſtichio, vel certè poſterius eſſe exaggerationem prioris, quòd Hebraïcè loco *peccatoris*, legatur ראש *Roſch*, caput, quaſi verò ראש *Roſch* nō etiam ſignificet venenum, fel, amaritudinem, quæ propriè ineſt ſerpētis capiti: & per tranſlationem, peccatorem venenatis moribus. Sic interim illi interpretantur: *Oleum capitis non franget caput meum*, id eſt, illa iuſtorum caſtigatio, quæ eſt vnguentum, ſiue oleum pretioſiſſimum, non me lædet, neque meo capiti erit noxia. Vt oleum capitis ſit oleum primùm, præcipuū, & pretioſiſſimum [a]. a *Ex. 30. v. 23.*
C Simplicior eſt Antitheſis. Vnguentum veneni, id eſt, peccatoris, ne frangat, ne lædat, vel etiam ne obtundat caput meum, ne meo capiti ſit moleſtum. Sic Gallicè, *Qu'il ne me rōpe la teſte*. Quod per impugnare, ſiue inungere, & oblinere repræſentarunt Septuagin. Oleum, ſiue vnguentum Metaphoricè, blanditiæ, quibus demulcentur corda peccantium, & in malis fouentur, de quibus Paulus[b]: *Per blandas benedictiones ſeducunt corda innocentium*. Illæ blanditiæ, ne paſcant animum meum, neque oblectent, ne eum capiant, & in peccatis foueant. Simulatam adulationis laudem Hilarius & Auguſtinus exponunt.

b *Ro. 16. v. 18.*

D 7 *Quoniā adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorum* (eſt.) quoniam precor adhuc etiam inter mala eorum, id eſt, inter medias eorum perſecutiones, tantoperè ab ipſis expetitas, nec tui in mediis malis, & calamitatibus mihi ab ipſis cupidiſſimè importatis obliuiſcor, abſorbebuntur crudeliter ſaxis illiſi. *In* etiam pro *contra*, appoſitiſſimè, etſi conſtruatur cùm Ablatiuo, non Accuſatiuo: interdum enim interpretes hoc neglexerūt[c]. Quia adhuc oratio mea eſt, inſtat, & perſeuerat aduerſus eorum malitiam, vel vexationes. (Malum de malo pœnæ & culpæ)

c *Verſ. 11.*

diuinam illis vltionem imprecans, infœliciſſimè peribunt. Precis afflictorum aſſiduæ contra peccatores magnam eſſe vim oſtendit. Hebræi tamen iungunt cũ præcedentibus, Oleum peccatoris ne me inungat, quia etiã adhuc oro contra eorum malitiam & beneplacita, ſiue cupiditates. *In beneplacitis eorum.* רעה *raha*, hoc loco acceperunt in ſignificatione Chaldaica, de qua ſuprà[a]. Propriè *In malis eorum.* Inter mala eorum, in quibus ſibi placent, vel contra peccata, quibus delectãtur. Nam Præpoſ. *In*, variè hîc exponitur. *Inter*, *contra*, *per*, & *Mala*, calamitates, vel peccata. Quia adhuc etiam oratio mea (eſt) in malis eorum, id eſt, pro malis eorum, vt ſcilicet conuertantur ab operibus malis, è Kimhi, & Theodorito. Vel, in malis eorum, id eſt, ne in eorum mala & calamitates ab ipſis mihi optatas incidam, è R. Selomone & Chryſoſtomo. *Vel*, pro malis eorum, vt eis mala eueniant, è R. Abraham. *Abſorpti ſunt.* Præteritum pro futuro. Abſorbebuntur, illiſi petris & ſaxis principes iſtorum impiorum: crudeli ſupplicio interibunt hi, qui præſunt iſtorum ſtudiis & perſecutionibus, hi, à quibus iſti incitantur contra me, illidentur in petras, in loca ſaxoſa præcipitabuntur, inhumanitérque punientur. Vnde Hebraïcè נשמטו בידי סלע שפטיהם *niſchmethu bide ſelah ſchophtetehem*, id eſt, *Dimißi ſunt in manibus petræ iudices eorum*: quod intelligunt de Saule, & purpuratis eius. Inhumanum & crudele ſupplicium appellant iungi petræ, allidi ad rupes, dimitti in manibus ſaxi, id eſt, in loco ſaxoſo, vel de ſaxo, vt Iezabel[b]. *Iudices*, Principes, id eſt, præcipui, eorum: vt liber Iudicum, id eſt, Principum.

a Pſ.138.v.3.
b 4.Reg.9.v.31.

8 *Audiant verba mea, quoniam potuerunt.* Hyſterologia, quæ ſic ordinanda. Audiant, quoniam verba mea potuerunt, id eſt, apud Deum efficacia fuerunt. Audiant, quòd preces meæ exauditæ ſunt, vim magnam habuerunt, plurimùm valuerunt apud Dominum, impetrando ſcilicet iſtam vindictam, & iudicium. Sic Hebraïcè ושמעו אמרי כי נעמו *veſchamehu amarai chi nahemo*, id eſt, *Et audient verba mea, quoniam dulcia fuerũt illi:* intelligunt verba mea fuiſſe ſuauia, grata, & accepta Domino, ei placuiſſe, quòd me exaudiuerit, eos vlciſcendo, & me liberando. Græcè ὅτι ἡδυνήθησαν, Nam ἡδὺς dulcis, vbi tamen noſter legiſſe videtur ἐδυνήθησαν, à

δύνα



*δύναμαι, poſſum*: quòd fuerint magnæ poteſtatis coram Domino, dum me exaudiuit. Alij, Audient verba mea fuiſſe ſuauia, pacifica, & quieta, non, vt putant, conſpiratoria & pertinentia ad perturbandam Rempublicam, & inuadẽdum regnum. Voces proborum ad Dominum contra impios tunc intelligimus fuiſſe efficaces, quãdo eos euertit, vel cõuertit. *Sicut craßitudo.* Cadit hoc ſimile in primum hemiſtichium ſequentis verſus. Sicut craſſa moles terræ, aratro diſciſſa rumpitur in glebas: ſicut craſſa gleba erumpit per ſciſſionem aratri, vel per terræ motũ, & magna violẽtia è ſuo loco diſpellitur, & exilit ſuper terrę ſuperficiem: ſic diſſipata, ſic diſperſa ſunt noſtra oſſa, & vires ad inferni fauces, hoſtium noſtrorum perſecutionibus & bellis. Hieron. *Sicut agricola cũ ſcindit terrã, ſic dißipata ſunt oſſa noſtra in ore inferni.* Hinc Hebr. כמו פלח ובקע בארץ *chemo palcah vbokeah baaretz*. Sicut findẽs, & proſcindẽs terrã, id eſt, vt ſolet agricola findendo, proſcindendoque terrã glebas diſſipare, ita iſti, oſſa & vires noſtras infregerunt, nóſque in eas anguſtias adegerunt, vt morti iam ſimus propinqui: Alludit ad oſſa Martyrũ diſperſa, & corpora inſepulta[a].

a 2.Cor.1.

9 *Dißipata ſunt oſſa noſtra*, vires noſtræ, per Metony. Alij, membra noſtra, per Synecd. Altera pars ſimilitudinis. In Hebræo in hoc hemiſtichio verſus clauditur. *Secus infernum*, iuxta ſepulchrum, iuxta infernum, ad mortem ferè, propè orcum, ad orci fauces, ita vt propè ſit infernus, ita vt ſtatus inferni, mors, vel ſepulchrum nobis immineat. Hyberbole ingentium periculorum, inferno & morti proximorũ. Latinè, *alterum pedẽ habere in ſepulchro*, vel, *in cymba Charontis*. *Quia*, ſunt ſup. vel reſpiciunt. *In te* (&) in te ſperaui. Aſyntheton. Quia in te oculi mei ſunt coniecti, & quia in te omnis ſpes mea poſita eſt, ne auferas, & ex Hebræo תער *thehar* effundas (quaſi aquam, cuius effuſio nihili putatur) vitam meam, ne quæſo permitte me ab impiis vita ſpoliari.

10 *Cuſtodi me à laqueo*, מידי פח *mide pah*, id eſt, à manibus laquei, propriè. *Statuerunt*, tetenderunt. *A ſcandalis*, à tendiculis & caſſibus maleficorum & ſceleratorum, ab inſidioſis conſiliis, & operibus.

11 *Cadent in retiaculo eius peccatores.* Poſſit etiã verti deprecanter, cadant, decidant. *In retiaculo*, reticula (Latinius) in rete. Ablatiuus pro Accuſatiuo: vel in reti, per

rere eius(iniquitatis.) Cadent impij in retia iniqua, quæ
mihi tetenderunt, in ea mala, quę mihi machinati ſunt. A
*Singulariter* autem ſiue ſeparatim ego incolumis euadã. *Eius*. ſuo, vt ſit ſingularis pro plurali. Vel, *iniquitatis*, id eſt, reti iniquo, iniquè ſtructo & tenſo. Vel Dei, iuxta Theodoritum, reti eius, Dei ſcilicet, capientur, qui aliis inſidiantur, & tendunt retia. *Singulariter*, καταμόνας ſolitariè, ſolus, ab illo cœtu remotus ſum, ſolus maneo, ab illorum ſocietate me remoueo, & ſeparo, vel ſum ſolus, ſum ſingularis & præſidio deſtitutus, donec tranſeam illorum retia, donec illorum caſſes & inſidias euadam. De mortis tranſitu intelligit Chryſoſtomus. Solitarius
& amotus ero ab eorum ſtudio, donec obeam. Me ab eis B
ſeparabo, quoad vixero: de temporis autem Chaldæus: *Singularis*, inquit, *ſum, donec tempus tranſeat*. יחד *iahad* etiam ſimul, pariter, ſignificat. Ex quo nonnulli: *Cadant in ſuos caſſes, dum pariter ego illos transſgrediar*: dum ſuis retibus capientur, ab iiſdem liberer. Dum ſimul ſum cum ipſis, inter retia illorum, ipſi capientur: ego verò tua benignitate ſaluus euadam.

---

## ARGVMENTVM.

*Humana ope deſertus, contra inſectatores auxilium*
*implorat. Chriſto, & Eccleſiæ congruit.* C

1 Intellectus Dauid, cùm eſſet in ſpelunca, oratio. 1. Reg. 24. v. 4. CXLI. Heb. 142.

Voce mea ad Dóminum clamâui: voce mea ad Dóminum deprecâtus ſum.

3 Effûndo in conſpêctu eius oratiônem meam: & tribulatiônem meam ante D
ipſum pronúncio.

4 In deficiêndo ex me ſpíritum meum: & tu cognouîſti ſémitas meas.

5 In via hac, qua ambulâbam: abſcondêrunt láqueum mihi.

6 Con



A 6 Conſiderâbam ad déxteram: & vidêbam: & non erat, qui cognóſceret me.

7 Périit fuga à me: & non eſt, qui requîrat ánimam meam.

8 Clamâui ad te Dómine, dixi: Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra viuéntium.

9 Intênde ad deprecatiônem meam: quia humiliâtus ſum nimis.

B 10 Líbera me à perſequéntibus me: quia confortâti ſunt ſuper me.

11 Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confitêndum nómini tuo: me expêctant iuſti, donec retríbuas mihi.

---

1 *Intellectus Dauid*. Dauid in ſpelunca loquitur [a], ſed propherat de Chriſto. Hilarius. Nam inſcriptiones non ſemper materiam Pſalmi, ſed occaſionem exprimunt [b].

C 2 *Voce mea ad Dominum clamaui* per precem, mente, & ſubmiſſo labiorum motu, vt Anna [c]. Non enim voce clamabat, in ſpecu latitans, iamjam comprehendendus ab hoſtibus. Hanc verò cordis vocem pro clamore habere Dominum apparet ex his verbis [d]: *Quid clamas ad me* (ô Moſes) *cùm ne mutires quidem*. Nam oratio eſt propriè in eleuatione mentis.

3 *Effundo in conſpectu eius orationem*, multis verbis expono. *Orationem* שיחי *ſchihi* meditationem meam, meam ſummiſſam locutionem & precem. *Pronuncio*, narro, indico apud ipſum hanc meam calamitatem.

D 4 *In deficiendo ex me ſpiritum meum*. Pronũcio, inquam, quando deficit præ magnitudine mœroris, & anxietatis animus meus, vt cogatur velut excedere è corpore. Ad verbum, בהתעטף עלי רוחי *behithateph halai ruhi*, id eſt, *Inuolui, & operui in me ſpiritum meum*. Metaphora. Quaſi animus præ anguſtia ſe implicaret corpori, & verſus illud contraheret. Nã nihil aliud expectabat Dauid, quàm vt caperetur à Saüle. Hæc autẽ iungenda cum ſuperioribus. *Semitas*, vitam, vitæ meæ rationes, actiones, negotia, neceſſitates. Totidẽ modis accipitur

a 1. Reg. 24. v. 4.
b lege Pſal. 3.
c 1. Reg. 1. v. 13. &c.
d Exod. 14. v. 15.

Metaphora. Tibi eſt nota vita, & innocentia mea, noſti me iniuria iſta ab inimicis meis pati. Alij, viam, qua poſſim effugere, vel modum, quo poſſim liberari, tenes. A

5 *In via hac, qua ambulabam,* Hic verſus eſt pars ſuperioris ſecundum Maſoretarum diſtinctiones. *In via hac,* etiam in his mōtibus & ſpeluncis, in quibus me tutum fore ſperabam. *Laqueum,* inſidias exitiales ſtruxerunt mihi.

6 *Conſiderabam ad dexteram,* Deſcribit ſuā miſeriam hoc & ſequenti verſ. *Conſiderabam,* rectè. Nāetiam Rabbini monent הביט *habeth,* & ראה *rheah,* eſſe infinita pro præteritis, contra Hebraiculos in Imp. vertentes, *Conſidera & vide, ô Domine, præter te adeſſe mihi neminem.* B *Ad dexteram,* ad auxiliū, Metonym. Eſſe enim à dextris, vſu Scripturæ eſt paratū ad opem aſſiſtere vt ſup [a]. Vel eſt geſtus hominū ſollicitè, & anxiè in omnem partem ſe vertentium, vt videant, num ſibi alicunde auxilium veniat. *Et videbam,* & diligenter obſeruabam, ſollicitè attendebam, & nullus me obſidentium, & circumſtantium agnoſcebat, vt mihi opem ferret. Amici, & noti me deſeruerunt, neque meis ærumnis affecti ſunt. Alij putant eſſe Apoſiopeſin, *Et videbam* ſup. ad ſiniſtram. In omnem partem verſaui oculorū meorum aciem, nulla C autē ex parte apparuit, qui me agnoſceret. Etiā hic verſus Maſoretis eſt ſecundum membrū verſus ſuperioris.

7 *Periit fuga à me,* effugium, fugæ locus, modus & poteſtas. Nam erat in ſpelunca ab hoſtibus obſeſſa [b], bis enim ea latuit. *Requirat animam,* animæ meæ, ſiue vitæ per Metonymiam ſalutem & liberationem: cui curæ ſit mea ſalus, qui curet vitam meam, Chryſoſtomus. Requirere animam ad ſaluādum & tuendum intelligitur: non [c], ad perniciem & exitium, vt ibi [d]. *Defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri,* id eſt, interitum & necem.

8 *Dixi tu es ſpes mea, portio* (&) portio mea es, quoad ero in viuis. *In terra viuentium,* in hac vita, in hoc mundo. D Euthymius in cœlo, vbi eſt terra viuentium. Immortales enim ſunt & perpetuo fœlices, qui illic viuunt. Alij, in mea patria tu mea es hæreditas, & ſors: non opes, honores, clientelæ, exercitus, præſidia, aliáque huiuſmodi. Hebræi cenſent terram viuentium appellari ſuam patriam Iſraëliticam, quòd eſſet ſaluberrima, vtpotè poſita in medio climatum: quæ cœli inclinatio calore & frigore

a Pſa. 15. v. 8. 108. v. 6. 109. verſ. 1.

b 1. Reg. 22. ver. 4. & 24. verſ. 4.

c Vt Pſa. 39. ver. 15. & 62. ver. 10.

d Matth. 2. verſ. 20.



A & frigore æqualiter participat, vt proinde regio ſit temperatiſſima, & valetudini, atque vitæ accommodatiſſima. Malo terram ſanctam opponi deſertis, in quibus latitabat, & vſu publico religionis carebat Dauid. q.d. Portio mea eris in terra patria, vbi homines viuunt: nam me reſtitues. Nec ſemper in his deſertis, vbi homines multa perpetiuntur, & quaſi pereūt inedia & ſqualore; vitam vagam & miſeram perſequar. Significat reliqua omnia ſibi eſſe erepta in illis locis, præter miſericordiam Dei, qua nixus ſperabat ſe adhuc patriā viſurum. Reſpicit etiam ad veram vitam, quæ in humanis eſt poſita in religionis vſu. Portio mea eris in terra ſan- B cta, vbi homines propriè viuunt, & vſu ſolemni religionis à te per Moſem & Prophetas ordinatæ in piarum mentium ſolatium fruuntur, tuámque hauriunt gratiam. Hunc autem verſum cum duobus præcedentibus Hilarius & Auguſtinus de Chriſto exponunt.

*Vera vita in religionis vſu poſita eſt.*

9 *Intende ad deprecationem,* Hebraicè רנתי *rinathi.* i. vociferationem propriè, querimoniam. *Humiliatus,* Hebraicè דלותי *dallothi,* attenuatus propriè.

10 *Quia confortati ſunt ſuper me,* præ me. Quia ſunt me fortiores & potentiores. Rurſum Maſoretæ hunc Ver- C ſum habent pro ſecundo membro ſuperioris.

11 *Educ de cuſtodia,* de carcere, de clauſura Hebraicè ממסגר *mimmaſger.* i. de hac ſpelunca & obſidione. Poſſit transferri ad carcerem corporis huius mortalis, vel inferni & mortis. *Ad confitendum,* eò, vt ego liberatus confitear, & celebrem tuum nomen. q.d. Nolo me liberes, niſi vt poſſim te publicè celebrare, & gratias agere. Malo hîc perire, quàm ſi liberatus tui poſtea obliuiſcar. Aliqui aliter reſoluunt. Vt iuſti, ob meam liberationem, confiteantur, & celebrent nomen tuum. D *Me expectant.* Expectant iuſti, vt mihi benefacias, vt me liberes. Alterum enim pronominum eſt duntaxat emphaticum. q. d. Educ me de hoc miſero ſtatu, & quaſi carcere ſiue vitæ, ſiue obſidionis inimicorum. Nam & iuſti id ſperant. Si non mea cauſa, at propter iuſtos id effice, qui hoc expectāt. Ad verbū בי יכתרו *bi ijctheru,* me coronant, id eſt, cingunt, ſtipant, circumſtant, ſolliciti de mea ſalute & liberatione. Quamquam כתר *cathar,* etiam ſignificet expectare, præſertim apud Syros [a]. Auidè præſtolantur, vt me liberes & opem feras:

a Vt Iob. 36. ver. 2.

expectant ſollicitè & anxiè meam liberationem & ſa- A
lutem: ſuſpenſi ſunt, expectātes tuum in me beneficium ac retributionem. Chryſoſtomus. *Donec retribuas*, donec benefacias, donec beneficio liberationis me afficias, donec de me benè merearis. Aliqui in futuro vertunt. Me coronabunt iuſti, cùm retribueris mihi. Si mihi dederis hoc beneficium, iuſti ſe mihi, ſtudio gratulandi circumfundent, atque ad me læti accurrent. Hinc Græcè ὑπομενοῦσι, expectabunt, ſuſtinebunt, gratulaturi videlicet de tam præclara liberatione, cùm viderint te retribuiſſe mihi, id eſt, tantum beneficium contuliſſe. Lu-
bens etiam retinuerim vim verbi *Coronabunt*, id eſt, B
capiti meo coronam imponent, vt contigit quando [a] Regem eum inaugurarunt.

a 1. *Paral. 11. verſ. 3.*

## ARGVMENTVM.

*Petit, ne Deus ad ſuam iuſtitiam reſpiciat, ſed ad miſeriam & perſecutionem, à qua ſe ſubleuet, punitis hoſtibus. Congruit Eccleſiæ.*

1 Pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum C
Abſalom filius eius. 2. Reg. 17. ver. 24. 25. CXLII. Hebr. 143.

DOmine exaûdi oratiônem meam, aúribus pércipe obſecratiônem meam: in veritâte tua, exaûdi me in tua iuſtítia.

2 Et non intres in iudícium cum ſeruo tuo:
quia non iuſtificâbitur in conſpêctu tuo om- D
nis viuens.

3 Quia perſecûtus eſt inimîcus ánimam meam: humiliâuit in terra vitam meam.

4 Collocâuit me in obſcûris, ſicut mórtuos ſæculi, & anxiâtus eſt ſuper me ſpíritus meus: in me turbâtum eſt cor meum.

5 Memor fui diêrum antiquôrum, meditâ-



A tus ſum in ómnibus opéribus tuis: in factis mánuum tuârum meditâbar.

6 Expândi manus meas ad te: ánima mea, ſicut terra ſine aqua tibi.

7 Velóciter exaûdi me Dómine: defêcit ſpíritus meus.

8 Non auêrtas fáciem tuam à me: & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

9 Audîtam fac mihi mane miſericórdiam
B tuam: quia in te ſperâui.

10 Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: quia ad te leuâui ánimam meam.

11 Eripe me de inimîcis meis Dómine, ad te confûgi: doce me fácere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

12 Spíritus tuus bonus dedûcet me in terram rectam: propter nomen tuum Dómine viuificâbis me, in æquitâte tua.

C 13 Edûces de tribulatiône ánimam meam: & in miſericórdia tua diſpêrdes omnes inimîcos meos.

14 Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: quóniam ego ſeruus tuus ſum.

D 1 *Pſalmus Dauid*, Propria inſcriptio eſt *Pſalmus Dauid*. A Græcis cætera ſunt adiecta. Nam reuera argumentum eſt generalius, quàm vt ad perſecutionem, vel Saülis, vel Abſalom coërceatur. *In veritate*, pro tua fide, ſecundum veritatem promiſſionum tuarum. *In tua iuſtitia*, per tuam iuſtitiam, ſecundum æquitatem iuſtitiæ tuæ, quæ poſtulat, vt fidem præſtes. Vel, in tua iuſtitia, qua tu homines videlicet iuſtificas, vt Paulus loquitur[a]. Sic iuſtitia concurrit cum gratia, & miſericordia.

2 *Et non intres in iudicium*, in ius, in iuris thronum

a *Rom. 3. v. 5.*

ne mecum venias, ſed miſericordiæ. Ne mecum iure
agito. Mecum miſericorditer agi obſecro, non ex ſum- A
mi & exacti iuris formula & præſcripto. *Iudicium* enim
hîc ſummum ius, iuriſque ſeueritatem ſignificat, qua-
tenus opponitur æquitati, ſiue ἐπιείκεια. Quare cùm ne-
mo ſit perfectè iuſtus apud Deum, iuſti, & puri iudicij
metus omnes terrere debet. Poſſit eſſe Metonymia, In
iudicij diſceptationem. Noli mecum iudicio diſcepta-
re, noli me in ius trahere. *Quia non*. Non omnis ideſt
nullus. Quia nullus hominum iuſtificabitur, abſolue-
a *Ro.3.v.23.* tur, iuſtus reperietur, aut erit, ſimpliciter & propriè: &
iuxta Chryſoſtomum inſons æſtimabitur coram te [a]. B
*Omnes enim peccauerunt, & indigent gratia Dei*, ait Apo-
ſtolus nec quiſquam eſt, qui non aliqua macula pecca-
ti, vel fuerit, vel ſit inquinatus, vel ſibi relictus, non poſ
ſit inquinari. Quo ſenſu ne Angeli quidem iuſti, ac pu-
b *Iob.4.v.18. & 25.v.5.* ri dicuntur [b]. Neque quiſquam ſoli iuſtitiæ, miſericor-
dia non ſuppoſita innitens, ſe poſſit iuſtum probare an-
*Iuſtum nemo ſe probare poteſt remota Dei miſericordia.* te exactum Dei tribunal. Vnde ne ſaluari quidem nos
dicimus ex operibus propriè, ſed ex gratia, & meritis.
*Qui ſaluandos ſaluas gratis, ſalua nos fons pietatis*, Et ſpes
à Magiſtro [c] definitur *certa expectatio vitæ æternæ ex gra-* C
*tia & meritis proueniens*. Eſt autem meritum, non opus
c *Libr. 3.* bonum ſimpliciter, ſed cum gratia & per gratiam Dei
*Merita quæ, & quomodo nos ſaluant.* factum, atque acceptatum, vt ſic cuncta in Deum con-
ferantur, qui in nobis ſua dona coronat, dum bona no-
ſtra opera remunerat, ex Auguſtino [d]. Sunt enim gra-
d *ad Sixtũ.* tuita ex parte gratiæ præuenientis, & comitantis, tan-
e *Et Sermon. 49. de Temp.* tùm noſtra, ratione liberi arbitrij, & obedientiæ. Lege
hic Auguſtinum [e], Bernard [f]. Chryſoſt. hîc, & Proſperũ.
f *1. Serm. in feſtũ omniũ Sanctorum.* 3 *Quia perſecutus eſt*. Verſ. 3. & 4. poëtica hypotypoſis
hominis extremè afflicti. Cadit autem in quintum.
Quia ſummè ſum afflictus, memor fui &c. *Humiliauit*
depreſſit, deiecit in terram, humi afflixit. Hebr. דכא D
*dicha*. i. attriuit.

4 *Collocauit in obſcuris*. in tenebris, in obſcuris locis, in
ſpeluncis & latebris. Ita è Chryſoſtomo vocat calami-
tates & mala, quibus mens ipſius obtenebrabatur. *Sicut
mortuos ſæculi*, ante multa ſæcula: ſicut iamdudum mor-
tuos, & à ſæculo, longóque tempore in tenebris degen-
tes, quorum nulla ampliùs eſt memoria. Vnde Hiero-
nymus vertit antiquos, ſiue antiquitus, & iã olim mor-
tuos



tuos. Euthymius, profundiſſimis tenebris, & multa hu-
A mo obrutos. Alij mortuos in ſæculum, ſiue in perpe-
tuum, *Anxiatus eſt* התעטף *thithhataph*. i. inuolutus eſt
propriè, opertus anxietate, de quo in ſuperiore Pſal-
mo [a]. *Super me*, id eſt, in me, vel de me, pro me: vt ſit
ſenſus, Anxius eſt de me, ne ſcilicet ab inimicis com-
prehendar, & in mortem trahar. *In me turbatum eſt*. Ad
verbum בתוכי ישתומם לבי *Bethochi iiſthomam* a *Pſ.141.v.4*
*libbi*. i. Intra me, in medio mei, obſtupefactum eſt, vel
deſolatum cor meum.

5 *Memor fui dierum antiquorum*, quibus antiquitùs de
B me benè merebaris, méque ſingularibus bonis afficie-
bas. Ita Hebræi. Ego cum Noſtris generaliùs, Antè acti
temporis. Sæcula antiquitùs præterita recolo, quæ ab
initio mundi fluxerunt, & monumenta miſericordiæ,
quot & quantis calamitatibus liberaueris maiores no-
ſtros, quanta benignitate eos perpetuò tutatus ſis. Re-
cogito dies æternitatis, antiquæ fœlicitatis, qua patres
afficiebas: priſtinæ denique gratiæ, qua eramus affecti
in ſtatu innocentiæ ante Adæ peccatum. Hæc omnia
me ad implorandam miſericordiam tuam hortantur.
C *Meditabar*, vel loquebar. Me conſolabar patrum exem-
plis, & cogitatione priſcorum factorum tuorum, quæ
plena ſunt humanitatis in eos, qui te implorant, inau-
ditæque miſericordiæ.

6 *Anima mea ſicut terra ſine aqua*, ſuſpirat, vel quid
ſimile. Ad te eſt, ad te languet. Te ſitit anima mea mœ-
ſta, deſiderat tuam gratiam, miſericordiam, conſolatio-
nem, auxilium: vt terra arida, ſicca, humore deſtituta,
quæ aquam expectat. (Græcè γῆ ἄνυδρος *terra inaquoſa*)
nimio æſtu fiſſa, auidiſſimè aquam pluuiam expetit, ad
irrigationem anhelat & ſitit, *Sela*.

D 7 *Defecit ſpiritus meus*, animus meus propè ærumnis
extinctus eſt, & periit, niſi ſuccurras. Vel defecit, peti-
tione & expectatione longa tui diuini auxilij, vel præ
deſiderio liberationis.

8 *Non auertas faciem tuam*, faciem tuæ miſericordiæ
ac benignitatis, *Et ſimilis ero*. Vt ſimilis ſim, adeo vt talis
fiam, quales qui deſcendunt in Orcũ. *Et* pro *Vt, alioqui*,
cauſaliter, ו *Vau* pro למען *lemahan* vt ſup [b]. Ne mi- b *Pſ.14.v.6.*
hi tuũ benignum vultũ abde, alioqui ero ſimilis deſcẽ-
dẽtibus in lacum mortis, vel inferni, quaſi vnus ex eis
alioqui aſſimilabor moribũdis. Alij, ne ſimilis fiam his

qui deſperatione ſe præcipitant in lacum, foueam, puteum. Non deſunt, qui *Et*, pro *Nam* accipiant. Nam niſi me exaudires, ſimilis eſſem deſcendentibus in lacum, lacus autem de inferno, ſepulchro, morte, præcipitio, & profunda ſcrobe. A

9 *Auditam fac mihi manè*, maturê, citò, tempeſtiuè, celeriter, primo quoque tempore. Per Metaph. Audire fac in corde meo; fac audiam interius tuam benignitatẽ, fac eam apud me ſentiam. Nam Deus in cordibus pœnitentium & humilium loquitur verba conſolationis, remiſſionis, ſpei, &c. Vel, Audire, in genere, pro percipere, intelligere, agnoſcere, experiri, ſentire. Velociter mihi exhibe, & reipſa oſtẽde miſericordiam tuam, fac eam experiar. B

10 *Notam fac mihi viam in qua ambulem*, qua ambulare debeam; id eſt, viam bonam & rectam demonſtra mihi, per quam ad te rectà perueniam, & quę tibi placeat, rege me tuis conſiliis. Alij, oſtende mihi viam, qua poſſim euadere. *Leuaui*, extuli, per precem videlicet.

11 *Eripe me de inimicis meis Domine; ad te confugi*, vt ſcilicet apud te abſconderer ab hoſtibus meis. Obſcuritatem Archetypi perſpicuè expreſſerunt. אליך C
בסתי *elecha chiſsithi*. i. *Ad te texi, ſiue occultaui* (me.) i. ad te latitaturus cõfugi, te poſui pro meo operimento, vel iuxta Chald. *redemptione*. Sic enim interpretatur. *Verbum tuum conſtitui in redemptorem*. Vbi obſeruabis Chaldæos Paraphraſtas ſæpè pro Deo, Verbum Dei transferre; quaſi aliquid audiuiſſet de Dei Verbo increato, καὶ ὑφισαμένῳ. Sic & Philo, Midrashim, & Cabbalici. *Doce me*. Vt precatus fuerat pro ſalute corporis, ita nunc pro ſalute animi, Kimhi, vt non liberari ſolùm, verùm etiam doceri velit. Deus doctor iuſtorum, Spiritus autem ſanctus ductor. D

*Verbo Dei pro Deo Chaldæi interpretes ſæpe vtuntur.*

*Deus doctor iuſtus Spiritus S. ductor.*

*Spiritus S. hic fit mentio.*

12 *Spiritus tuus bonus*, De Spiritu ſancto eſſentialiter bono, à quo omnis bonitas, & virtus per communicationẽ procedit & deriuatur. *In terram rectam*, in ſolum planum, per viam planam & æquam, in qua nõ impingam, in viam præceptorum tuorum, quæ ducit ad te. Gall. *au droit chemin*. Hinc in Pſalterio Romano, *in viam rectam*. Et Chryſoſtomus *in viam virtutis, in conſilia & actiones tibi placentes*: Vel, in cælum, in Eccleſiam præcipuè triumphantem & cœleſtem, quæ à D. Ioanne dicitur



A tur[a]. *Terra*, propter æternitatis ſtabilitatem, *Recta*, pro- *a Apoc. 21. v. 1.*
pter perfectam iuſtitiam, quia in ea nihil eſt coinqui-
natum, & prauum. *In æquitate*, propter iuſtitiam & fide-
litatem tuam. *Viuificabis*, in vita conſeruabis. Alij. Iuſti-
ficabis (me iuſtitia) qua iuſtificas impios. De vita ſpi-
rituali.

13 *Et in miſericordia tua diſperdes inimicos*, per tuã miſericordiam, pro tua benignitate. *Diſperdes*, תצמית *thaſmith* excindes propriè.

14 *Et perdes omnes qui tribulant*. Hîc verſus annectitur ſuperiori in Hebræo.

B

## ARGVMENTVM.

*Gratias agit, quòd pacato regno fruatur. Deinde orat, vt ſe ab externis hoſtibus, alioqui tumentibus, defendat. Congruit Regibus cõtra Barbaros.*

1 Pſalmus Dauid aduerſus Goliath. CXLIII. Hebr. 144.

C Benedîctus Dóminus Deus meus,
qui docet manus meas ad prælium:
& dígitos meos ad bellum.
2 Miſericórdia mea, & refúgium
meum: ſuſcêptor meus, & liberâtor meus.
3 Protêctor meus, & in ipſo ſperâui: qui ſub-
dit pópulum meum ſub me.
4 Dómine, quid eſt homo, quia innotuîſti
ei: aut filius hóminis, quia réputas eum?
D 5 Homo vanitâti ſimilis factus eſt: dies eius
ſicut vmbra prætéreunt.
6 Dómine inclîna cœlos tuos, & deſcênde:
tange montes, & fumigâbunt.
7 Fúlgura coruſcatiônem, & diſſipâbis eos:
emîtte ſagîttas tuas, & conturbâbis eos.
8 Emîtte manum tuam de alto, éripe me, &
líbera me de aquis multis: & de manu filiô-
rum

rum alienôrum.

9 Quorum os locûtum eſt vanitâtem & déxtera eôrum déxtera iniquitâtis. A

10 Deus cánticum nouum cantâbo tibi: in pſaltério decachôrdo pſallam tibi.

11 Qui das ſalûtem régibus, qui redemîſti Dauid ſeruũ tuũ: de gládio malîgno éripe me.

12 Et erue me de manu filiôrum alienôrum, quorum os locûtum eſt vanitâtem: & déxtera eôrum, déxtera iniquitâtis. B

13 Quorum filij ſicut nouêllæ plantatiônes: in iuuentûte ſua.

14 Fíliæ eórum compóſitæ: circumornâtæ, vt ſimilitûdo templi.

15 Promptuária eôrum plena: eructántia ex hoc in illud.

16 Oues eôrum fœtôſæ, abundâtes in egrêſſibus ſuis: boues eôrum craſſæ. C

17 Non eſt ruîna macériæ, neque tránſitus: neque clamor in pláteis eôrum.

18 Beâtum dixêrunt pópulum, cui hæc ſunt: beâtus pópulus cuius Dóminus Deus eius.

---

1 *Pſalmus Dauid aduerſus Goliath*, Hæc non incommodè adduntur Hebrææ inſcriptioni, cùm argumentum Pſalmi non abludat ab hiſtoria duelli Dauidis & Go- D
a Verſ. 11. liath, & Chaldæus Paraphraſtes ſignificet [a], inde materiam carminis fuiſſe ſumptam. Nam pro *Gladio maligno*, habet, *Gladio Goliath*. *Benedictus*, Laudetur Deus, qui me victorem vbique efficit, qui me in bellis ſecundat. Vel qui me in re bellica minus exercitatum bellicoſum fecit. Nam è paſcuis venerat, quando certamen iniit cum Gigante. Artem digladiandi non didicerat, & tamen exercitatiſſimum, & valde terribilem gladiatorem proſtrauit.

2 *Miſericordia mea & refugium meum*. Epithetis, & elogiis



giis eblanditur deum Duobus verſibus. Quarto enim
A accedit ad narrationẽ, *Miſericordia mea*, Deus, qui mei
copioſiſſimè miſeretur. *Suſceptor*. Hebraicè משגבי *miſchgabi* arx mea. Sic infrà [a], ſcutum meum. Metapho- a Verſ. 3.
ris declarat Dei opem, qua hoſtes ac pericula ſuperamus, quæ poſtea Sept. ſimplicioribus verbis enunciant.

3 *Qui ſubdit populum meum ſub me*. הרודד *haroded*. i.
Qui extendit propriè. i. qui ſternit & ſubigit, qui obedientes reddit ſubditos, & flectit ad obſequendi ſtudiũ, qui populum proſtratum, & obedientem mihi præbet. Gratia Dei ſubditur populus, qui alioqui nouis moti-
B bus delectatur. Populum Iſrael vocat ſuum quod ei tũ pacificè imperaret, ſi hic Pſalmus compoſitus fuit poſt mortuum Saulem, cùm ei regnum à populo iam delatum eſſet. Vel quòd ſe ei pacificè & quietè regnaturum certo ſperaret, ſi ante Saülis mortẽ conditus fuit. Chaldæus & Hieronymus & aliqui Rabbinorum interpretantur. *Qui ſubdis Philiſtæos*. Vt עמי *hammi* per Apocopem poſitum ſit pro עמים *Ammim*. Sed rectius, vt Iod more ſuo pronomen ſit. *Populus gratia Dei ſubditur.*

4 *Quid eſt homo quia innotuiſti ei*, quia ei te reuelaſti, ac notum feciſti per te te, per Angelos, per Prophetas,
C per Filium, per Apoſtolos, per Scripturas, per viſiones, apparitiones, inſpirationes varias &c. [b] Quia etiam ingrato tui notitiam prǣſtitiſti, Chryſoſtomus. Hebraicè ותדעהו *vatthedahahu*. i. *Vt cognoſcas eũ*. i. vt eũ cures vt eius rationẽ habeas, vt eius neceſſitates reſpicias & agnoſcas, eadem penè ſententia. Nam prouidentia non tantùm in cognoſcendo & proſpiciendo locum habet, ſed eitam in curando, & dirigendo. i. Prouidentia non modo infert cognitionem & proſpectum: ſed etiam ordinationem & beneficentiam. Domine, quantus ego
D ſum, vt ſic mei habeas rationem. De ſe loquitur in tertia perſona. *Reputas*. tanti facis, tanti æſtimas eum. Auguſtinus. b Hebr. 1. v. 1. *Prouidentia Dei in quo cõſiſtat.*

5 *Homo vanitati ſimilis factus eſt*, inanitati, ipſi nihilo, ſicut vmbra, quæ nullam habet ſubſiſtentiam, & eſt mera priuatio, vnde exoriente luce euaneſcit, ac ſi numquam extitiſſet.

6 *Domine inclina cælos tuos & deſcende*. Verſ. 6. 7. & 8. precatur hypotypoſi Poëtica, vt ſe iuuet, ac de medio tollat inimicos ſuos. Sic, Virgilius [c]. 10. Aeneidos.

*Tu potes*

*Tu potes Aeneam manibus ſubducere Graiûm.*
*Proq; viro nebulam & ventos obtendere inanes.* A
*Et potes in totidem claſſem conuertere Nymphas.*

Et apud Homerum, Dij aliquos de periculis liberaturi,
nebulas & ſimilia opponunt. Vel alludit ad tempeſta-
tes, in monte Sinai, cum daretur lex, & in Ioſue, cum
bellum gereretur contra Chananæos, excitatas. *Inclina*
*cœlos*, inflecte in terras, vt adſis celeriter, & deſcende in
meum auxilium, qui hîc in terris opprimor. *Tange*, per-
cute, feri fulmine, tonitru, & aliis tuis cœleſtibus telis.
Vt Cicero [a]: *Tactus eſt ille, qui hanc vrbem condidit*, id eſt, [a] 3. Catilinaria.
fulmin[...]us, crematus, cœleſti igne ſideratus. Oſtende B
præſentem iram, & potentiam tuam. *Montes*. Ita vocat
Poëticè hoſtes ſuos barbaros & agreſtes. *Fumigabunt*,
ardebunt, comburentur, vertentur in fumum, vt mon-
tes qui ſiderantur.

7 *Fulgura coruſcationem*, emitte fulgura, ideſt, diuinas
vltiones. Aliqui ineptè vertunt, fulmina: fulmen enim
eſt ſpiritus è nube expreſſus ſine inflammatione: fulgur
autem ſiue coruſcatio, cum inflammatione, ideſt, ברק
*barak*. Nam hoc verbum ſignificat micare, coruſcare.
*Sagittas*. Dei tela Metaphoricè appellat grandines, to- C
nitrua & ſimilia ignita meteora, quibus Deus vtitur ad
terrendos, & perdendos mortales. *Conturbabis*, diſturba-
bis, diſiicies.

8 *Emitte manum tuam*, opem, potentiam. Chriſtum in-
telligunt Hilarius & Auguſtinus *De alto*, de cœlo, ma-
num ſiue potentiam tuam diuinam. *De aquis multis*, de
ingentibus & multis periculis, quibus infixus ſum, at-
que immerſus. Alij de confluxu hoſtium plurimorum:
vt Metaphoræ variæ accipiuntur. *Alienorum*, barbaro-
rum & impiorum. Hinc Hebraicè בני נכר *bene ne-*
*char*. i. *Filiorum alieni*, Dei ſcilicet, vel populi, vel patris. D
q. ſpuriorum, cuiuſmodi ſolent eſſe improbi & noxij.

9 *Dextera eorum dextera iniquitatis*, potentia, robur, po-
teſtas, quæ tractat iniqua & flagitia, vel potius opera.
q. d. & quorũ verba, & opera ſcelerata ſunt, Euthymius
*Iniquitatis*. Mendacij propriè שקר *ſchakor*. Sed men-
dacium generaliter ſumunt pro omni prauitate, quòd
eius ſit fons & origo.

10 *Deus canticum nouum*, nouæ materiæ & argumenti,
propter nouam ſalutem & liberationem, vel excellens.





*Decachordo* decem chordis conſtante, vt ſuprà [a]. Aliqui [a] Pſal. 32. v. 2. & 91. v. 4.
A tamen putant eſſe inſtrumentum ſeparatum à Pſalte-
rio, vt ſit Aſyntheton (Et in) decachordo.

11 *De gladio maligno*, noxio, vt Saülis, vt Goliath. An-
nectitur præcedentibus in Pſalterio Romano, vt & in
Hebraico הפוצה את דוד עבדו מחרב רעה
*happotſeh eth Dauid habdo mehereb raha*, id eſt, *qui redemſti*
*Dauid ſeruum tuũ de gladio maligno*, id eſt, Goliæ, vt putat
Chaldæus, & ſuffragantur Sept. in ſuperiore inſcriptio-
ne. Alij, de potentia Satanæ. Tu, in genere, hoſtium om-
nium meorum, *Eripe me, & erue me*, vt iam verſus inci-
B piat. In vocabulis nulla eſt diuerſitas, ſed in ſola diſtin-
ctione: quod non raró occurrit, vt finis præcedentis
verſus, iuxta Maſoretas referatur ad caput ſequentis.

13 *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes*. Mirum eſt re-
centiores omnes carpendi voluptate ita fuiſſe cæcatos,
vt non viderint Sept. non modò non diſceſſiſſe à litera
Hebraica, verùm etiam eam multò illuſtriorem, & cla-
riorem reddiſſe μίμησιν contextus mutãdo in propriam
& ſimplicem narrationem: nec intellexerint Mimeſes
in hac lingua fieri per Eclipſin לאמור *leemor*, vt iam
ſæpiùs in hoc opere obſeruauimus. Quamquam & citra
Eclipſin proximè præceſſit. *Quorũ os locutũ eſt vanitatem,*
C *& dextera eorum, dextera iniquitatis*. Quin & dudũ, nẽpè à
verſ. 9. hanc Mimeſin voluerat Dauid ſubiicere, dũ hæc
eadem verba intercalaret: ſed abreptus cogitationis
vbertate coactus eſt differre, deindéq; per Epanalepſin
repetere: *Quorum, inquam, os locutum eſt vanitatem?* Et Defenditur editio vulgata.
quamnam vanitatem? nempè verba impiorũ ſeſe de fœ-
licitate ſua temporaria effusè iactantium, quo quid dici
poſſit vanius, cùm iſtorum duratio ſit fluxiſſima, & poſ-
ſeſſio fallaciſſima! *Quod*, inquiunt, *Filij noſtri ſint pulcher-*
*rimi, elegantiſſimæ filiæ, oues fœcundiſſimæ*, & cætera vſq; ad
D vltimã Pſalmi clauſulam ſub prima perſona. Quòd alia
nõ poſſit eſſe ſententia in Hebræo, quàm Mimeſeos, ac
proponantur verba impiorum proſperis rebus ſuis glo-
riantiũ, apparet. Primùm, quia præceſſit proximè: *Quorũ*
*os locutũ eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.*
Secundò, quoniã mox ſubiungitur particula continua-
tiua אשר *asher*, *Quòd*. Tertiò, quia loquendi formula
vltimi verſus apertè eſt vox iuſti cõtradicẽtis ſuperiori
ſententiæ: *Beatus populus, cui hæc ſunt*, imò verò: *beatus*

*populus, cuius Dominus Deus eius.* Quartò, quoniã Rabbini
fatentur apud R. Selomonem hæc ad literam, nũquam A
piis contigiſſe, niſi ſub Ezechia Rege, cum tamẽ Dauid
hîc loquatur de ſuo tempore. Quintò, quia ſenſus recen-
tiorum eſt pinguis & Epicureus, ſaltem magis carnalis,
quàm Euangelicus, eos eſſe fœlices, qui affluant omni
bonorum genere. De iis præſertim, quæ hic ſollicitè
enumerantur. Nam in iis Scriptura non ſolet beatitudi-
nem collocare, ſed in paupertate, patientia, crucibus,
*a Matth. 5. v. 3. 4. 6. & ſeq.* perſecutionibus [a]: & ſextò, quia neuter ſenſus, quem
afferunt, cohæret vel linguæ, vel præcedentibus. Hic
quidem, *(ſint) filij noſtri, ſicut nouellæ plantationes, filiæ
noſtræ circumornatæ, vt templũ promptuaria noſtra, &c.* non B
cohæret linguæ. Numquam enim reperias אשר *asher.*
*Quòd*, poſitum pro למען *lemahan, Vt*, ſine verbo futuri
tẽporis expreſſo, cùm hîc dumtaxat occurrãt participia.
Quin & rariſſimè ſumitur pro *Vt*. Iſtud verò, *Quòd*, ſiue
*Quoniã filij noſtri (ſunt) ſicut nouellæ plantationes, filiæ, &c.*
non cohæret præcedentibus. Inepta enim eſt ratio & ri-
dicula: *Erue me de manu alienorum, quoniam liberi noſtri
ſunt pulchri, & cæteris omnibus externis bonis abundamus.*
Aliena etiam à more Sanctorum, qui ſolent dicere: *Erue
me, quia in te ſperaui, quia mandata tua cuſtodiui, quia ad te* C
*clamo*, iiſque ſimilia, ad internam hominis cõditionem,
& ſtatum pertinentia. Rectè ergo noſtri Interpretes, vt
ambiguitatem tollerent, ac docerent de tẽporaria proſ-
peritate impiorum, non autem iuſtorum, hæc debere
intelligi, hæc omnia vſque ad extremam Pſalmi clau-
ſulam verterunt per tertiam perſonam, quæ in Hebræo
μιμητικῶς enunciabãtur in prima. Hęc aduerſum ſciolos,
qui meliorum & ſanctiorum faſtidio, contrà, hîc omnia
ad perſonam iuſtorũ referunt, eo quòd in fonte, vt dixi,
per primam: *Filij noſtri, filiæ noſtræ, oues noſtræ, &c.* enun-
ciari videantur. *Quorum filij.* Ad verbum, אשר בננו D
כנטעים מגדלים *asher banenu chintihim megudda-
lim. Quòd filij noſtri, ſicut plantulæ creſcentes.* Vbi *Quòd* eſt
particula continuatiua, ὅτι, vbi iam dictum eſt, non cau-
ſalis, vt aliqui recentiorum, non finalis, vt alij.
14 *Filiæ eorum compoſitæ*, eleganter decoratæ. Ad verbũ,
כזוית מחטבות *chezauijoth mehutaboth.* i. Vt anguli
inciſi, ſiue dolati, id eſt, affabrè cõpoſiti, & conſtructi. In
angulis præcipua eſt ſtructura, vt nullus ſequatur hiatus
vel



A vel deformitas proportionis & coniunctionis. *Vt ſimili-
tudo* תבנית *thabenith*, vt exemplar, propriè. Gall. *Cõme
le patron ou pourtraict d'vn Temple, ou Palais.* Nam היכל
*Hecal*, & Templũ & Palatium ſignificat. Deſcribit autẽ
venuſtiſſimè omnes proſperitates, & cõmoda vitæ, quæ
quis optare poſſit. Primò, numeroſam & elegantẽ ſobo-
lem. Secundò, rerũ domeſticarũ copiã. Tertiò, pecorum
multitudinẽ & fœcunditatẽ. Quartò, domũ & vrbes mu-
nitas ab irruptione & hoſtilitate. Quintò, incolumitatẽ.
15 *Promptuaria eorum plena*, penuaria, conclauia. Anguli
B propriè, quoniam penuaria ſolent collocari in angulis
ædium. *Eructantia*, redundãtia effusè ex hoc prõptuario
in illud promptuarium, ex vno in alterum effluentia.
Nimis plenæ ſunt eorum cellæ, adeò vt extrà effundant
largiſſimè. Pictura magnæ affluentiæ. *Ex hoc in illud*, Ad
verbum, מזן אל זן *mizan el zan, de victu in victum*, de
annona in annonã: vt habeant ſcilicet veteres prouẽtus,
ſuperuenientibus nouis. R. Ionã, de ſpecie in ſpeciẽ. Ali-
quis putauerit Sept. legiſſe מזו *Mizzó*, nõ מזן *Mizzã*.
Sed nihil eſt op⁹, cũ vt ſæpiùs docui, ſe dũtaxat ſentẽtię
alligauerint. *Ex hoc in illud.* i. ex hac parte in illã, vndiq;
C redundant & diffluunt. Alij, ſuppeditant vnũ poſt aliud.
16 *Oues eorum fœtoſæ*, fæcũdæ, multiparæ מאליפות
*maaliphoth.* i. *Millecuplantes* propriè, mille fœtus pariẽtes
& gignentes. Sic *abundantes*, multiplicãtes partũ, decies
millecuplantes ad verbum, מרבבות *merubachot*, ſiuę
myriadificãtes, pariẽtes per myriadas. Gall. *Par milleines
& millions.* Alludit autem ad Scythas (de quorũ genere
ſunt Turcæ) & Arabes Saracenorũ patres, qui ſunt No-
mades, ac viuũt ex pecore. Vnde & in Nomadibus ſem-
per habiti ſunt à Geographis. *In egreſſibus ſuis*, in viis, in
viarum exitibus, in vicis eorum, quando egrediuntur, ac
D eunt foras. *Suis*, pro eorũ Græcè ἐξόδοις αὐτῶν, Hebraicè
בחצותינו *behutſothenu, in vicis noſtris*, vel *compitis*, per
vicos & compita impiorum decies millecuplos fœtus
pariunt. Adeò ſunt fœcundæ, vt etiam per vicos mille-
cuplis fœtibus augeantur. Quo ſenſu pro compito Sept.
vſi fuerũt ſuprà vocabulo ἐξόδοις, vbi noſter, *in exitu ſuper
ſummum* [a]. Eò recurre ob vtriuſque loci Hebraiſmum *a Pſ. 73. v. 7.*
paucis cognitũ. *Craſſæ*, pingues, benè habitæ מסבלים
*meſubbalim*, propriè oneratæ, onuſtæ (pinguedine &
carne) obeſę. Alij, fortes, oneris ferẽtes. Vtrũque Kimhi.

17 *Non eſt ruina maceriæ*, rima פרץ *peretz*, ruptura A
propriè, per quam externi poſſint introire, & irrumpere, eóſque ſibi ſubigere. Gallicè, *Breche.* Sepibus omnia cinguntur, nullaque incurſione violantur. Alij non de hoſtili irruptione, ſed domeſtica fœlicitate, Eorum omnia ſunt ſarta tecta, probè inſtructa ac munita, fruuntur altiſſima pace, à nullis interturbantur. *Tranſitus*, tráſmigratio in captiuitatem, excurſio hoſtium, abactus pecorum ipſorum, q. d. Securè agunt, non laceſſuntur ab hoſtibus, non veniunt in alterius poteſtatem & ſeruitutem, non perrumpuntur ipſorum mœnia. Ita Kimhi, niſi quod put.. יוצאת *iotſeth* eſſe participium cum Eclipſi, B
*Neque tranſiens*, ſiue *exiens* ſup. omnia. Simplicius vt participium degeneret in nomen, vt ſæpè aliàs. Non eſt egreſſio, quod aliqui poſtea de abortu explicant. Nihil apud eos perditur abortu, vel alio caſu. Alij de exilio, in ſumma pace & ſecuritate viuunt, nec trahuntur extra patriam, vel ciuitatem *Clamor*, eiulatio, vlulatus, querimonia, ſiue ob morbū, ſiue ob hoſtium irruptionem, ſiue ob res alias aduerſas. In compitis eorum non audiuntur lamenta, vel iurgia.

18 *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.* Eleganter explicant Hebraiſmum, in quo erat Epanorthoſis, & C
verba Pſaltis, vel piorum contradicentium impiorum opinioni, & propoſitionibus. אשרי העם שככה לו אשרי העם שיהוה אלהיו *aſchere haham ſchechacha lo aſchere haham ſce Adonai Elohan. Beatus populus cui ſic eſt*, imò verò: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius eſt.* Nam & his abundant, vel ſi carent non admodum deſiderant, in ipſius prouidentia conquieſcentes, & mentis conſolationibus. Vulgò tales habentur, ac prædicantur fœlices & beati: ſed verè beati ſunt, qui etiam in egeſtate atque calamitate Deū norunt, colunt, D
& amant, q. d. Beatum impij dixerunt populum, cum quo ſic agitur, metientes fœlicitatem cum Epicureis, rerum terrarum affluentia, & voluptate. Atqui longiſſimè falluntur. Nam beatitudo ſita eſt in Dei cultu, notitia, veneratione, vt alibi[a]: *Mihi adhærere Deo bonum eſt*, & [b]: *Beatus vir qui timet Dominum, &c.* ſiue iſta copioſè adſint, aut mediocriter, ſiue etiam omninò deſint. Vt *vita carnis*, ait Auguſtinus[c], *anima eſt: ita beata vita hominis Deus.* Miſer igitur populus, qui ab eo eſt alienatus.

*Beatitudo in quo conſiſtat.*
a *Pſ. 72. v. 28.*
b *Pſ. 111. v. 1.*
c *libro 19. de Ciuit. c. 26.*

Quamuis



A Quamuis enim Deus veteri populo, atque adeò nouo[a], promiſerit bonorum copiam & affluentiam, ſi ipſi pareret, contráque morbos, famem, bellum, paupertatem, vrbium, & agrorum vaſtationes, ſi rebellaret, ſui teſtamenti violati pœnas repetens: tamen hoc non propoſuerat pro certiſſimo, & immutabili beneuolentiæ ſuæ ſigno, multò minus pro beatitudine: Sed nec hîc diſtinguendum inter Iudaicum populum & Chriſtianum. Primùm, quoniã Pſalmi æqualiter omnibus editi ſunt, ac eorum doctrina magis eſt Euangelica, quàm Moſaica. Deinde, quoniam differentia in eo dumtaxat conſiſtit, quantùm ad bona, quòd Euangelium polliceatur
B æterna, & ſpiritualia primò & per ſe: temporalia autem ſecundariò, & quadam conſecutione: lex autem primò temporaria, deinde æterna.

a *1. Tim. 4. v. 8. Matth. 6. v. 33. 34.*

---

## ARGVMENTVM.

C *Deum extollit vt Regem, vt bonum, miſericordem, omnia gubernantem, conſeruantem, hominibus ingentia beneficia conferentem.*

1 Laudatio ipſi Dauid. CXLIIII. Heb. 145.

EXaltâbo te Deus, meus Rex, & benedîcam nómini tuo in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

2 Per ſingulos dies benedîcam tibi: & laudâbo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

D 3 Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: & magnitúdinis eius non eſt finis.

4 Generátio, & generátio laudâbit ópera tua: & potêntiam tuam pronunciâbunt.

5 Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquêntur: & mirabília tua narrâbunt.

6 Et virtûtem terribílium tuórum dicent: & magnitúdinem tuam narrâbunt.

7 Memóriam abundántiæ ſuauitâtis tuæ A
eructâbunt: & iuſtítia tua exultâbunt.
8 Miſerâtor, & miſéricors Dóminus: pátiens,
& multum miſéricors.
9 Suâuis Dóminus vniuérſis: & miſeratiô-
nes eius ſuper ómnia ópera eius.
10 Confiteântur tibi Dómine ómnia ópera
tua: & ſancti tui benedîcant tibi.
11 Glóriam regni tui dicent: & poténtiam
tuam loquêntur. B
12 Vt notam fáciant fíliis hóminum potén-
tiam tuam: & glóriam magnificéntiæ regni
tui.
13 Regnum tuum regnum ómnium ſæculô-
rum: & dominátio tua in omni generatiône
& generatiône.
14 Fidêlis Dóminus in ómnibus verbis ſuis:
& ſanctus in ómnibus opéribus ſuis. C
15 Alleuat Dóminus omnes, qui córruunt:
& érigit omnes eliſos.
16 Oculi ómnium in te ſperant Dómine: &
tu das eſcam illôrum in témpore opportûno.
17 Aperis tu manum tuam: & imples omne
ánimal benedictiône.
18 Iuſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis: &
ſanctus in ómnibus opéribus ſuis. D
19 Propè eſt Dóminus ómnibus inuocán-
tibus eum: ómnibus inuocántibus eum in
veritâte.
20 Voluntâtem timéntium ſe fáciet, & de-
precatiônem eôrum exaúdiet: & ſaluos fá-
ciet eos.
21 Cuſtôdit Dóminus omnes diligêntes ſe:
& omnes peccatôres diſpêrdet.

22 Lau



A 22 Laudatiônē Dómini loquêtur os meum:
& benedícat omnis caro nómini ſancto eius
in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

---

1 *Exaltabo te Deus* Conſtat artificio Alphabetico, vt 33. ob argumenti dignitatem, niſi quod à litera Nun in fonte nullus verſus inchoet, de quo infra [a]. *Rex.* ſolet eſſe epitheton Chriſti, ſiue ſecundæ perſonæ diuinitatis, *In ſæculum ſæculi.* i. in illo ſæculo, quo, habitu huius ſæculi exempto, iam in ſæculum ſæculi æternitatis B ſucceſſione renouabor. Hilarius.

[a] *Verſ. 14* *Rex Chriſti epitheton.*

2 *Et laudabo nomen tuum in ſæculum,* in omne vitæ præſentis tempus. *Et in ſæculum ſæculi,* in omnem æternitatem, vt ſuprà [b]. In omne ſequentis vitæ æuum. Quare priore loco eſt עלם *holam*, poſteriore עד *hed*, ſæculum, quod eſt vltra tempus præſentis mundi.

[b] *Verſ. 1.*

3 *Magnus Dominus & laudabilis nimis,* ob incomprehenſibilem eius eſſentiam, potentiam & mira opera. *Laudabilis,* laudatus, vel laudandus valdè. *Finis,* חקר C *heker,* inueſtigatio propriè. Eius magnitudo eſt imperueſtigabilis & inexplicabilis. Infinita loco, & ratione Auguſtinus.

4 *Generatio & generatio,* ſingulæ generationes & ætates. Hinc Hebraicè דור לדור ישבח מעשיך *dor ledor ieſchachar mehaſchecha, ætas ætati laudabit opera tua:* ſcilicet creationis, redemptionis, gratiæ & gloriæ. Vna alteri laudando prædicabit, ſicque cunctis ſæculis laudabuntur opera tua. Aliquibus *Generatio* veteris teſtamenti, *& generatio* noui.

D 5 *Magnificentiam gloriam ſanctitatis tuæ loquentur,* majeſtatem. Magnificentiſſimam gloriam ſanctitatis tuæ, vel glorioſiſſimam majeſtatem tuæ ſanctitatis. Huiuſmodi enim ſubſtantiua ſic debent reſolui per adiectiua ſuperlationis, vt *filius perditionis* [c], filius perditiſſimus. *Mirabilia tua,* mira tua facta. Hebraicè דברי *dibre, verba,* ſiue *res* mirabilium tuorum, res tuas mirabiles. Nimis anguſtè de beneficiis Iſraëli exhibitis in exitu de Ægypto. Euthymius.

[c] *Ioã. 17. v. 12.*

6 *Virtutem terribilium tuorum dicent,* potentiam fortitudinem tuorum mirificorum operum, quæ hominibus meritò terrorem incutiant & ſtuporem *Terribilium,* re-

rum tuarum admirandarum. At Euthymius & Auguſtinus arctant ad ſupplicia impiorum, & cætera, quæ facta ſunt in terrorem, vt merſio Ægyptiorum, per quæ improbis eſt terribilis, vt electis amabilis, & benignus.

7 *Memoriam abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*, abundantis & copioſæ tuæ bonitatis memoriam *eructabunt*, & copioſè loquentur, vt ſuprà [a]. Nam ſuauitas hîc ſignificat bonitatem, benignitatem. Græcè χρηστότητος. ad Verbum. זכר רב טובך *zachor rab thobecha. Memoriam multæ bonitatis tuæ.* Eſt enim hyſterologia ex Aben Ezra [b]. pro, Memoriam bonitatis tuæ multæ. *Iuſtitia tua*, de tua iuſtitia, propter tuam iuſtitiam, quòd à te fuerint iuſtificati. Ablatiuus cauſæ. Vnde Hebraicè צדקתך ירננו *tſidkathecha ierannenu, iuſtitiam tuam iubilabunt* ſiue *decantabunt*. De ea intelligunt, qua nos gratis iuſtificat per Chriſtum. Alij, qua bonis benefacit, malis malè, vnicuique pro meritis tribuens.

a *Verſ. 5.*
b *Exod. 35.*

8 *Miſerator & miſericors Dominus*, Hi duo verſus poſſint eſſe vocatiui caſus, ô miſerator, &c. etiã ſi in tertia perſona dicatur *eius*, non *tua*. Nam is eſt vſus linguæ: vt ſupra [c]: *Magnificans ſalutes regis eius*, ô qui magnificas ſalutes regis tui. *Patiens*, ad irã tardus. ארך אפים *Herech appaim*. longus furore, longanimis, qua proprietate ad pœnitentiam inuitat, [d] de hoc verſu ſumpto è proprietatibus Dei [e] vide [f] ſupra.

c *Pſalm. 17. verſ. 55.*
d *Rom. 2. v. 4.*
e *Exod. 34. verſ. 6.*
f *Pſal. 102. verſ. 9.*

9 *Suauis dominus vniuerſis* bonus, benignus, vt Græcè χρηστός. Hebraicè טוב *tob*. Beneficus eſt omnibus, adeo vt eius beneficentia, in damnatos etiam extendatur. *Super*, in omnia opera ſua miſerationes eius sũt, ad vniuerſa ſua opera miſericordia eius pertingit, erga omnia miſericordiam ſuam exercet. Vt & ſupplicium Gehennæ moderatius ſit ac mitius: quàm ſcelerum noſtrorum atrocitas mereatur. Vt pote quia Deus vindex iuſtam pœnam miſericordia & lenitate temperare ſolet. Nazianzenus & Nicetas [g]. Vulgò Præp. *Super* comparationem declarat. Miſerationes eius ſunt maiores cũctis ipſius operibus: vt ait D. Iacobus [h]. *Superexaltat miſericordia iudicium*, quantum ad effectus videlicet, non proprietatem & naturam, ſecundum quam omnes diuinæ attributiones ſunt æqualiter magnæ. Hinc R. Selomo [i]. *Maior eſt proprietas bonitatis Dei, quàm vltionis, proportione vnius ad quingenta. In bonitatis enim proprietate ferè conſeruat benignitatem in millia. In iuſtitiæ autẽ qualitate viſitat peccata in quartam generationem. Deinde inter tredecim Deĩ proprietates, ſiue notas proprias, plures & penè omnes attingũt diuinæ miſericordiæ effecta.* Hilarius refert ad vtilitatẽ & fructum. *Quòd potens eſt* (ait) *naturæ ſuæ virtus eſt, quòd autem miſericors, ſalutis noſtræ profectus eſt. Itaq; præſtat cæteris omnibus miſericordia.* q. d. Miſerationes ſunt vtiliores cunctis eius operibus ac factis.

*Miſericordiæ Dei excellentia.*
g *Orat. 40.*
h *Iacob. 2. ver. 13.*
i *Exod. 34.*



10 *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua:* laudent te palàm & publicè, hæc tua beneficia agnoſcant & celebrent omnes creaturæ, quæ tua virtute & operatione ſubſiſtunt, maximè verò *Sancti tui*. i. fideles. Quare *opera tua*, Nominatiui caſus, non Accuſ. per proſopopœiam. Fons etiam fert accuſatiuum caſum יודוך יהוה כל מעשיך *Ioducha Adonai col mahaſhecha*, hoc ſenſu, *opera actioneſq; tuas confiteãtur tibi* (homines). i. apud te laudent. Quod ſecuti ſunt Græci ἐξομολογησάσθωσάν σοι κύριε πάντα τὰ ἔργα σου. Alioqui enim fuiſſet vertendum ἐξομολογησάσθω.

1 *Gloria regni tui*, Eccleſiæ, præcipuè triumphantis & cœleſtis. De militante præcipuè Auguſtinus. *Dicent*, quàm potenter & mirabiliter quæque facias & diſponas in regno tuo creando & conſeruando.

12 *Vt notam faciant filijs hominum potentiam.* Ad Euangeliũ aliqui reſtringunt, quod virtus, ſiue potentia Dei ad ſalutem omni credenti dicitur [a]. *Magnificentiæ*, gloriam magnificã, vel glorioſam majeſtatem, vt ſuprà [b].

13 *Regnum tuum, regnum omniũ ſæculorum*, poteſtas tua regia æterna eſt, nullis ſæculis cõprehenſa, nec principio, nec fini obnoxia. Sic Cyrillus [c]. Et ſanè mox ſe explicat, regnum *dominationem* vocans, id eſt, actũ, potentiam, vim dominandi, in hoc mundo. Vt hoc intelligatur de regno huius ſeculi. Cùm enim alij Reges quotidiè moriantur & pereant: Deus perpetuò permanet, & regit hunc mundum, eóſque euertit, labefactat &c. Niſi malis de regno ſæculi venturi, quod eſt incorruptũ & immarceſcibile. Alij de Eccleſia, quæ regnum Dei, & regnũ Chriſti ſæpe dicitur, ac æterna eſt ex parte finis.

a *Ro. 1. v. 16.*
b *Verſ. 5.*
d *In Theſau.*

14 *Fidelis Dominus in omnibus vijs ſuis.* Quia deſiderabatur נון *nun*, in Hebræo, interſeruerunt verſum ſimilem decimo octauo, Mutato צדיק *tſadik, iuſtus*, in נאמן *Neeman, fidelis, & vijs* in *verbis*, vt Pſalmus eſſet integer

ac conſtaret ſuis numeris, quo modo ſe geſſerant ſup.[a] Ex quo aliquis putaret codices Hebraicos eſſe mãcos. Cùm enim alij verſus ſequantur ordinem literarũ, hîc נ *Nun* planè trãſilitur. Scio R. Selomonem & Thalmudicos recurrere ad rationem & myſteriũ, prætermiſſum videlicet acroſticon נ *Nun*, quòd per illam literam expreſſa fuiſſet extrema filiorum Iſrael euerſio, quando ſcriptum (Amos 5. v. 2.) נפלה *Naphela, corruit, & nõ adijciet, vt reſurgat virgo Iſrael* (id eſt; decem tribus:) itaque Pſalten inuertiſſe potius benè ominandi cauſa, ac per Spiritum S. ſubiecisſe, *Alleuat Dominus omnes qui corruũt* (הנופלים *Nophelim,*) Verũ illa ratio mihi non ſatisfacit. Quare & Kimhi ſe neſcire cauſam cõfiteri mauult. Si locus ſit aliquis coniecturæ mallẽ Pſaltem concepto diuinitus reprobationis Iudæorum myſterio, & agnitis de ea oraculis, voluiſſe quidem canere, quod hoc verſu exprimitur, Deum fidelem quidem eſſe in ſuis verbis, atque prædictis, at perturbatũ prætercurriſſe, quoniam vellem (inquit) ne hæc fidelitas & conſtantia haberet locum, & vim in mei populi reiectione, pro quo *vel optem ego ipſe eſſe anathema à Deo, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamenta, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, & Patres, è quibus erit Chriſtus ſecundum carnem, ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula*, cum Apoſtolo b. Atque ita Septuaginta verſum putauerim propheticè reſtituiſſe, vt pleráque alia, de quibus proinde rectè Hieronymus c: *Septuaginta addiderunt aliqua, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti auctoritatem.* Nam ſic confirmatur Thalmudicorum contemplatio, ſimul & ſtabilitur noſtrorum interpretum prophetica facultas; qui rurſum per traditionẽ habere potuerũt Pſaltis acroſtichin hoc verborum contextu eſſe perficiendã, *Fidelis*, verus, certus, fidus, firmus. *Verbis*, promiſſis, cõminationibus, prædictis. *Sanctus*, irreprehenſibilis, inculpatus.

a Pſam. 36. verſ. 31.

b Ad Rom. 9. ver. 3. 4. 5.

c 2. Præfat. in lib. Paral.

15 *Alleuat Dominus omnes*, סומך *ſomech*, ſuſtentat propriè, fulſit. *Eliſos* הכפופים *hacebephuphim*, incuruatos propriè. Sic appellant miſeros & afflictos. In genere de ſpiritualib⁹ & corporalibus morbis, quos omnes tollit. Nam iuſtificat peccatores, ægros ſanat, oppreſſos ſubleuat &c. Præſtantem regem deſcribit.

16 *Oculi omnium in te ſperant Domine*, Etiam victum ſuppe-



ſuppeditat hic rex. *Omnium.* neutri generis. Nam non ſolũ hominibus alimẽta miniſtrat, ſed & animãtibus[a].

17 *Aperis tu manum tuam.* Magnificentia regem decet. Aperire manum, eſt donare copioſè, & largiri liberaliter, aperta manu tribuere. Quin & illa phraſis præbendi facilitatem declarat. *Benedictione*, ad verbum רצון *ratſon* beneplacito, bona voluntate. Beneuolè & vltrò omnia viuentia ſatias. Kimhi, iuxta cuiuſque beneplacitum & voluntatem, prout vnumquodque eorũ vult, & expetit, pabulum eis præbes. Tum vertendum erit ומשביע לכל חי רצון *vmaſchbiah lecal hai ratſon. Imples vel ſatias omni viuenti voluntatem*, deſideriũ omnis viuentis. Alij, benignitate, beneficis muneribus.

a Pſ. 103. v. 27. 28. & 146. verſ. 9.

18 *Iuſtus Dominus in omnibus*, iuſtè ſe gerit in cunctis ſuis actionibus, pro cuiuſque meritis. *Viis*, in omni rerũ diſpenſatione, etiam cùm vexat. Auguſtinus. *Sanctus* חסיד *Haſid*, pius, miſericors, benignus. Nõ tantùm eſt iuſtus, ſed & miſericors atque beneficus. Aliis non rectè iuſtus & ſanctus pro eodem.

19 *Prope eſt Dominus omnibus inuocãtibus eum.* A theſi ad hypotheſin. Nam ſuperiora omnibus tã fidelibus, quàm infidelibus erant cõmunia, ſequẽtia fideliũ propria. Eis eſt propinquus ad exaudiẽdas eorũ preces. *In veritate*, ſeriò: ex cordis affectu, ex animo, fideliter & firmiter. Kimhi, citra fucũ, corde recto vt cor ori reſpondeat & conſonet, ſine hypocriſi, Chryſoſtomus rectè ac vti decet. Auguſtinus in fide promiſſionũ, vel in Chriſto, qui eſt veritas. Eius enim nomine cuncta imperantur[b]. Recentiores vertunt, *In fide* ad commendandam hiſtoricam ſuam fidem exutam caritate & pœnitentia. Atqui אמת *Emeth*, *veritas*, non tam latè patet, quàm אמונה *Emuna veritas, & fide*. Deinde Chriſtus[c], ſic loquitur, *Adorabunt in Spiritu & veritate.*

b Ioã. 16. v. 23. 24. Marc. 11. v. 24.

c Ioã. 4. c. v. 23

20 *Voluntatem timentium ſe faciet*, רצון *retſon* beneplacitum, propriè *Deprecationem*, ad verbum שועתם *ſchauhatham* clamorem.

21 *Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe.* Cuſtodit in omni periculo & afflictione. Elegans antitheſis ſumpta à Moſe, vbi agit d, de promiſſionibus & comminationibus legis.

d Leu. 26. v. 3. 4. 5. & Deut. 28. v. 4. 5. 6.

22 *Et benedicat omnis caro*, omnes homines. Alij omnes animantes, vt alibi in Scriptura[e]. Aliis, vt Euthymio, omnes fideles.

e Gen. 7. v. 21.

ARGV

## ARGVMENTVM.

*Non hominibus, non principibus, ſed Deo fidendum, ac talem eſſe beatum.* A

### Halelu-jah, Aggæi Zachariæ. CXLV. Hebr. 146.

LAuda ánima mea Dóminum, lan-
dâbo Dóminum in vita mea: pſal-
lam Deo meo, quámdiu fúero. B
3 Nolîte confidere in princípi-
bus: nec in fíliis hóminum: in quibus non eſt
ſalus.
4 Exîbit ſpíritus eius, & reuertêtur in ter-
ram ſuam: in illa die perîbunt omnes cogita-
tiônes eôrum.
5 Beâtus, cuius Deus Iacob adiûtor eius, ſpes
eius in Dómino Deo ipſíus: qui fecit cœlum
& terram, mare & ómnia, quæ in eis ſunt.
6 Qui cuſtôdit veritâtem in ſæculum, facit C
iudîcium iniúriam patiéntibus: dat eſcam eſu-
riéntibus.
7 Dóminus ſoluit compedîtos: Dóminus
illúminat cæcos.
8 Dóminus érigit elîſos: Dóminus díligit
iuſtos.
9 Dóminus cuſtôdit áduenas, pupíllum, &
víduam ſuſcípiet: & vias peccatôrum diſ- D
pêrdet.
10 Regnâbit Dóminus in ſæcula Deus tuus
Sion: in generatiône & generatiônem.

1 *Halelu-iah.* Iam vnica eſt vox ab hoc Pſalmo vſque ad finem Pſalterij, quibus locis occurrit in principio huius



A huius & ſequentis. Reliquis verò, nempe 147. 148. 149. 150. in fine æquè ac principio Græci ſcribunt ἀλλελουία ſinè aſpiratione principij & finis & cũ triplici λ. Hebræi cõtrà cum aſpiratione vtriuſque extremi, & duplici lamed הללו-יה *Halelu-iah*, dictione integra, ſiue è duobus integris compoſita הללו *Halelu*, quod imperatiuum eſt piel orbatum daghes propter literæ geminationẽ, itẽ quód è literis ſcheuatis eximi daghes ſoleat, & יה *Iah* quod vnum eſt è decem Dei nominibus per Apocopen Tetragãmati יהוה *Iehuè*. Quare & deſinit in ה *he* affectum Mappic, ne quieſcat, ſed proferatur more h, Latini in interiectionibus Proh, Ah. De ſignificatu recurre ſuprà [a]. B *Aggæus & Zacharias*, non habentur in fonte, ſed in multis exemplaribus Græcis & Hilario, quód huius Pſalmi argumentum & materiam vrſerint & illuſtrarint, non quód carmen condiderint.

a *Pſal. 104.*

2 *Lauda anima mea Dominum.* Hic verſus ſecundum Maſoretas ſcinditur in duos. Nam *laudabo* illis eſt ſecundi initium.

3 *Nolite confidere*, certo ſperare, certo fidere, neglecto Deo b. *In principibus.* בנדיבים *bindibim.* i. In beneficis propriè & voluntariis. Vide quæ diximus ſuprà [c]. Nonnulli נדיבים *Nedibim* principes putant dictos, C quòd ſuo viuant arbitrio, ſicque facilè euadant Tyranni. *In quibus*, in quorum poteſtate. *Salus* ſaluatio, vel proſperitas, Salutis nomen etiam Latinè latiſſimè patet ad omnes res proſperas. Alij, poteſtas & facultas ſaluandi, Nolite hominibus confidere, quorum non eſt ſaluare, qui ne ſe quidem, nedum alios ſeruare bearéve poſſunt. Sic ſuprà [d] *Domini eſt ſalus*, id eſt ſaluare, ſalutem præſtare.

b *Ier. 17. v.*
c *Pſ. 117. v.*
d *Pſal. 3. v. 9.*

4 *Exibit ſpiritus eius*, efflabit, migrabit è corpore anima principis. Theodoritus. *Spiritus*, flatus, ſpiratio, anhelitus, vel anima. Vt cũ latinè dicimus *efflare animam*, D dum aër neque attrahitur ſiue inſpiratur, neque effunditur, ſiue expiratur. Exeundi autem verbo vtitur, quod illa ſit ſeparabilis, ac per ſe poſt ſeparationem cõſiſtat, nec cum corpore, vel intra corpus extinguatur. *Reuertetur*, homo ſcilicet, ídque ſecundum corpus. Nam non refertur ad ſpiritum, quaſi ſignificetur ſpiritus ſiue animus humanus extingui vnà cum corpore, & in terram diſſipari. Vnde Hebraicè ישוב *iahub* eſt maſculini

generis,

generis, cùm. רוח *ruah Spiritus*, ſit fœminini. *In terram ſuam*, in humum ſuã. Hinc Hebraicè eſt אדמה *Adama*, è qua primus homo dicitur ſumptus, Adámque nominatus [a]. Eò enim alludit. *Cogitationes*, conſilia, conatus, ſtudia omnia euaneſcent, & fient irrita.

a Gen.3.v.19.

5 *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius.* Cur ſperandum ſit in Deo aſſignatur multiplex ratio vſque ad Pſalmi finem: à potentia, veritate, ſiue promiſſionũ certa præſtatione, iuſtitia, beneficentia, commiſeratione, defenſione, regni perpetuitate. *Spes eius*, cuius ſpes eſt in Domino.

6 *Qui cuſtodit veritatem*, qui fidem ſeruat in promiſſis. *In ſæculum*, in æuum, in æternitatem, ſemper. Opponit enim ſæculum exitui ſpiritus [b]. Sic infrà [c]. *Facit iudicium*, reddit ius violentia & iniuria affectis, vindicat violatos.

b Verſ. 4.
c Verſ. 10.

7 *Dominus ſoluit compeditos*, vinctos, in carcerem coniectos. *Cæcos*, cæcatos infirmitate, & vi morbi. Cæcis oculos aperit, & viſum tribuit. Nam Hebraicè פקח *pokah*. i. *Aperit*, pro illuminat. Hos autem delegit præ cæteris ægris, vt Deum doceret curare morbos deſperatos. Vel *Cæcos*, præ magnitudine calamitatum. Calamitas enim comparatur tenebris, vt ſalus luci. Vtrumque Hebræi, partim ſpiritualiter, partim temporaliter: Aliqui de illuſtratione mentis, & conuerſione voluntatis, vt *illuminare* ſit ſapientes facere.

8 *Dominus erigit eliſos*, curuatos, collapſos. Lege ſuperiorẽ Pſalmum [d]. Quod corporaliter quidem, ſed ſpiritualiter potiſſimùm debet exponi, vt & præcedentia.

d Verſ. 15.

9 *Pupillum & viduam ſuſcipiet*, adiuuabit, defendet: in numerum peculiarium amicorum accenſebit, Chryſoſtomus. Hebraicè יעודד *iehoded*. i. Subleuabit propriè, id eſt, ſubleuare & ſuſtinere ſolet. Futur. pro Præt. ritu linguæ in rebus ſolitis. Sic mox *diſperdet*, & ad verbum יעות *ichaunneth*. id eſt, peruertet, euertere ſolet. *Vias*, conſilia & actiones.

10 *Regnauit Dominus in ſæcula*, in æternitate vt ſuprà [e]. *In generatione & generationem*. In perpetuas ætates, & ſæcula regnabit, & ſuo in regno ſe iuſtè geret.

e Verſ. 6.

ARGV



## ARGVMENTVM.

*Laudandum Deum ex ipſius in populum ſuum prouidentia, & aliis operibus. Eſt propheticus de Eccleſiæ collectione.*

1 Halelu-jah. CXLVI. Heb. 147.

LAudâte Dóminum, quóniam bonus eſt pſalmus Deo noſtro: ſit iucũnda, decoráque laudátio.
2 Aedíficans Ieruſalem Dóminus: diſperſiónes Iſrlis congregábit.
3 Qui ſanat contrítos corde: & álligat contritiônes eôrum.
4 Qui númerat multitúdinem ſtellârum, & ómnibus eis nómina vocat.
5 Magnus Dóminus noſter & magna virtus eius: & ſapiéntiæ eius non eſt númerus.
6 Suſcípiens manſuêtos Dóminus: humílians autem peccatôres vſque ad terram.
7 Præcínite Dómino in confeſſiône: pſállite Deo noſtro in cythara.
8 Qui óperit cœlum núbibus: & parat terræ plúuiam.
9 Qui prodûcit in móntibus fœnum: & herbam ſeruitûti hóminum.
10 Qui dat iuméntis eſcam ipſôrum: & pullis coruôrum inuocántibus eum.
11 Non in fortitúdine equi, voluntâtem habêbit: nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.
12 Beneplácitum eſt Dómino ſuper timêntes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericórdia eius.

1 Bonus

1 *Bonus eſt Pſalmus Deo noſtro*, conſtruẽdum cum præ- A
cedentibus. Ad verbum, כי־טוב זמרה אלהנו כי
נעים נאוה תהלה *chi tob Zamerá elohenu chi nahim
nauá theillá*, id eſt, *quoniam bonum eſt pſallere Deo noſtro,
quoniam iucundum, decora laudatio*. Vt idem dicat vtroq;
membro, id eſt, quoniam ei placet decora & congrua
laus, vel per Aſyntheton, quoniam iucundum (&) de-
cora laudatio (eſt.) Laudate Dominum, quoniam eum
canere eſt bonum, iucundum, decorum, denique, & pul-
chrum. Sept. intellexerunt deprecanter. Nam vertunt
ἡδυνθείη. Quoniam iucundum, decora (ſit) laudatio, q.d. B
tribuatur [illegible]i iucunda & læta, item decora, conſentanea,
congruens laudatio. Tribuite ei laudem, prout decet:
hilari mente, iucundè decoréque eum laudate. Vt lati-
nè Verbum (*ſit*) detrahatur, ſententia erit Hebræo pro-
pior. Laudate Dominum, quia bonus eſt ei Pſalmus, Io-
cunda decoraque laudatio (ei bona eſt & grata.) *Bonus*,
vtilis, & bonorum cauſa. Theodoritus *Iucunda*, grata,
accepta, placẽs Deo. Alij, ſuauis & læta exhibeatur laus.
2 *Aedificans Ieruſalem Dominus*. Dei propria multa enu-
merat, quorum cauſa eum celebrare oporteat, *Aedificãs*,
qui ædificat. Cadit enim in verbum ſequens, tamquam
ſuppoſitũ. *Diſperſiones*, Metonymicῶs diſperſos ex Iſrael C
colliget, nec patietur interire Dominus, qui ædificat
a *Eſ.11.v.12.* Ieruſalem [a]. Sic appellat exules, à patria eiectos, è ſuis
ſedibus exportatos in captiuitatem Babylonicam, præ-
ſertim verò Satanicam. Nempe à via vera ſalutis aber-
b *Ioã.11.v.52.* rantes, filios Dei diſperſos [b], quos Chriſtus in vnam
fidem, vnámque ſanctam Eccleſiam congregauit, è di-
uerſis vitiis, erroribus, & impietatibus. Temporariam
congregationẽ in Iudæam Rabbini intelligunt, vt &
diſperſionem ex ea, ſub quatuor Monarchiis. Quare nõ
vident, quî iſtud interpretemur de Chriſto noſtro, quẽ D
conſtat potiùs Iſraelem ſecundum carnem diſperſiſſe,
c *Luc.21.v.24* iuxta ſuum prædictum [c]. Atqui in huiuſmodi promiſ-
d *Rom.9.v.7.* ſionibus. *Iſrael*, non intelligitur ſecundum carnem pro-
*8. Gal.4.v.28.* priè, ſed ſecundum ſpiritum [d], de filiis Dei [e], quem ſci-
e *Ioã.11.v.52* licet Iſrael vidit, complexus eſt per luctã, audiit, coluit.
3 *Qui ſanat contritos corde*, id eſt, à peccatis abſoluit.
Metaph. à corpore ad animam, cuius quaſi morbus
f *Pſ.4.ver.5.* eſt peccatum. Sic ſuprà [f]. *Sana animam meam, quia pec-
cauit*



A *cauit tibi*. Et alibi [a]: *Quem exaudiuit Dominus, & ſanauit* a *2. Paral.30.
*populum*. Vbi proinde noſter explicata Metaphora: *Et* *v.20.*
*placatus eſt populo*. Contritis & mœſtis corde, déque pec-
catis dolentibus Dominus peccata remittit. Quod ſe-
quitur ad morbos corporis pertinet. *Alligat*. Metaphora
à Chirurgis, qui vt ſanent vulnera & rupturas, membra
circumligant. Ad verbum, ומחבש לעצבותם
*vmahabaſch lehatſebotham*, id eſt, *Qui pharmaca imponit,
& medetur doloribus eorum*, qui alligat illorum vulnera,
vt celerius ſanentur. Contritiones dixerunt pro confra-
ctionibus, & vulneribus: Metaphoricè etiam fortaſſe
B pro peccatis. Qui remittit peccata, qui curat iniquita-
tum vulnera oleo ſuo & vino [b], qui cõſcientia ſanat [c]. b *Luc.10.v.
4 *Qui numerat multitudinem numero ſtellarum*, qui di- *34.*
ſtinctè cognoſcit, adeo vt poſſit numerare. Alia Dei c *Eſa.61.v.1.*
proprietas contra eos, qui prouidentiã tantùm agnoſ- *Luc.4.v.18.*
cunt in generibus & vniuerſis, non in ſingulis. In nu-
merato habet ſtellas, quod cæteri non poſſunt præ in-
numerabilitate. Vnde Hipparchum rectè perſtringit
Plinius [d]: *Auſum organis excogitatis eas poſteris numerare,* d *lib.2. c.26.*
*& ad normam expangere, ſingularum loca & magnitudines
ſignãdo*. Nam numerum, vires, nomina illorum ſoli Deo
C exactè nota, vnde illud [e]: *Suſpice cœlum, & numera ſtellas,* e *Gen.22.v.1.*
*ſi potes*. Ptolomæus quidẽ [f] numerat ſtellas, quæ faciunt *26. verſ.4.15.*
ad propoſitum Aſtrologorum, & inſtrumentorum illius *v.5.*
artis, propter notabiliorem conſpectum & influentiam, f *8. Almage-*
mille viginti duas, & ad ſummum 1025. quas & illic de- *ſti.*
ſcribit per magnitudines ſex, tam in parte Meridiana *Stellarum nu-*
& Septemtrionali, quàm in Zodiaco, quas alij contra- *merus iuxta*
hunt in 42. imagines, alij in 48. nempè in 12. ſigna Zo- *Aſtrologos.*
diaci, quæ conſtituuntur 349. ſingularibus ſtellis: in 15.
Meridionalium partium figuras vltra eclipticam, quæ è
316. cõficiuntur: denique in 21. imagines Septemtrionis
D è 360. compoſitas, quæ in ſummam redactæ omnes effi-
ciunt 1025. prætermiſſis his quinque, quæ nebuloſæ
appellantur, & aliis nouem, quæ obſcuræ. Verùm quid
hoc ad illarum infinities centies maiorem numerum,
quem proinde Scriptura cum arena maris comparat [g]: g *Hier.33.v.*
Nam verbi gratia in vno Zodiaco ſunt innumerabiles, *22.*
præter eas etiam, quæ præ tenuitate, ſiue corporis, ſiue
luminis aſpectum effugiunt: in reliquis cœli partibus
hyeme nocte ſerena infinita propemodum multitudo

apparet, maximè verſus Polum Arcticum, quando aër A
*Stellas eſſe innumerabiles oſtendit.* magis purgatus eſt, quàm æſtate, vt etiam videri poſſint minimæ ſtellæ in ſex differentiis magnitudinum haud notatæ, quòd non ſemper conſpiciantur, ſed plerumque propter exiguitatem deliteſcant. Sic in vno lacteo circulo tam frequentes extant, vt cuiuſcumque fuerint molis: non cadant tamen ſub oculorum diſtinctionem, quòd præ crebritate nullam figuram oculis, ſed ſplendorem dumtaxat in ſe mutuo reflexum, & confuſum exhibeant, & totam illam cœli regionem candidam, & quaſi lacteam efficiāt. *Eis nomina vocat*, imponit ex ipſa- B
rum natura, virtute, & efficacitate, q.d. diſtinctè & ſigillatim pernoſcit illas, & illarum naturas, vires, influxus, magnitudines, vt poſſit appellare nominatim. Nam qui nomen imponit, vt conuenienter imponat, neceſſe eſt
a *Gen.2.v.20.* prius rem ipſam liquidò cognoſcat. Sic legimus [a]: *Vocauit Adam nomen animæ viuentis*. Niſi quod in Deo voca-
b *Ro.4.v.17.* re eſt, præterea efficere, vt apud Paulum [b]; *Vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt.*

5 *Et magna virtus*, potentia, *Sapientiæ*, תבונתו *tabunatho*, id eſt, intelligentiæ, eius propriè. *Numerus*, menſura, modus. Eſt omnipotens, & ſapientiſſimus, & intelligentiſſimus. Nam non tantùm nouit genera, & ſpecies C
rerum, ſed etiam ſingula, vtut datum omnium numerum ſuperent.

6 *Suſcipiens manſuetos Dominus*, adiuuans, מעודד *mehoded*, id eſt, erigens, ſubleuans propriè, vt ſuperiore
c *Verſ.9.* Pſalmo [c]. *Humilians*. Antitheſis proſternens humi, mirificè deprimens. *Vſque ad terram*, extremè & abiectiſſimè. Hyperbole.

7 *Præcinite Domino in confeſſione*, cantate cum gratiarum actione, vel laude Domino. Compoſitum pro ſimplici. Græcè ἐξάρξατε. *Incipite*, quod ſic exponit Theodo- D
ritus: *Incipite hymnorum canticum*. Apollinaris, ἀρχόμενοι βασιλῆι θοῇ κελαδήσατε μολπῇ. *Incipientes Regis laudes celeri reſonate cantu*, quaſi hortetur præcentores, vt hymnum inchoent, quem alij perſequantur. Sed fortaſſe Septuag. ἐξᾴδετε, *Excantate* verterāt. Excantatur Dominus, quando ſanctis carminibus, & præcātionibus ab ira in peccatorem concepta auellitur. Hebræum ענה *hana* reſ-
d *Oſ.2.v.15.* pondere propriè, ſed pro alternis canere ſumitur[d]. Qu in
*Deut.31.v.21.* etiam interdum de eo enunciatur, qui incipit, aut continuat



A tinuat ſermonem, nulla præcedente interrogatione. a *Matth.11. verſ.25. Mar.11. verſ.14.*
Hinc pro *Dicere* ſimpliciter [a].

8 *Qui operit cælum nubibus*, obducit, velat, abſcondit.

9 *Et herbam ſeruituti hominum*. Interiectum ex alio pſalmo [b] vt ſint alimenta beſtiis homini inſeruiētibus. b *Pſalm.103. ver.14.*

10 *Qui dat iumentis eſcam ipſorum*. Alimēta dat beſtiis terreſtribus, & aëriis, exempli gratia, coruis. Volatilia enim omnia intelligit ſtylo Poëtico. *Pullis coruorum*, deſtitutis parentum ſuorum ope. Pulli coruorum, quoniam dum naſcuntur, candidi ſunt, ſiue quia implumes, ſiue quia plumas habent albicantes, negliguntur à matribus & patribus. q. ſpurij vel degeneres. Clamantibus
B autem præ fame Deus immittit muſcas, quæ eos, ſeſe in fauces inſinuando, alant. Ita Rabbini [c]. Corui oderunt c è *Iob.38.ver. vltimo.*
pullos ſuos ingenita crudelitate, ſed Deus eos enutrit, dum hiando & crocitando animalcula ex aëre venantur in cibum, Chryſoſtomus. Sunt qui dicunt eos paſci aura quadam roſcida, Euthymius. Alij vermiculis per auram in os eorum immiſſis, magno prouidentiæ ſymbolo. Poſſit etiam referri ad animantis vilitatem. q.d. aues tam tetras, támque viles nutrit, quanto magis vos
C modicæ fidei [d]. Adde miraculum prouidentiæ eſſe illuſtrius, quòd hæ aues ſint multi cibi ob natiui caloris vehementiam. d *Iob.38.v.vltimo. Luc.11. ver.13.*
Non ſolùm ſunt tetræ, inamænæ, deſpectæ, inſuaues pipitu, verùm etiam voraciſſimæ, & carniuoræ, & tamen Deus eas paſcit, &c. *Inuocantibus eum*, ad eum clamantibus. Suo modo Deum inuocant quaſi nutritionem, dum attollunt vocem, & caput in cælum, vt beſtiæ agri [e]. e *Ioelis 1.ver.20.*

11 & 12. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit*. In ſaluandis, & beneficio afficiendis hominibus non attendit ad potentiam equorum, quos habent, non ad curſus ce-
D leritatem, qua vigent, non ad cætera externa præſidia, quibus abundant, ſed ad interiorem animi pietatem. Deus non iuuat ſuis viribus confidentes, ſed in ſe ſperantes [f]. *In tibiis*, in celeritate vel robore tibiarum. Metaphoricè. *Pſ.16.ver.9. 90 verſ.7. & cæt.*

12 *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum*. Per antitheſin opponit humanis viribus, & facultatibus, Dei timorem, & in ipſum ſpem,

# ARGVMENTVM.

A

*Pergit Eccleſiam ad Dei laudes hortari, quòd ei abundè prouideat de omnibus cùm temporariis, tum ſpiritualibus. Hic enim Pſalmus ſuperiori in Hebræo annectitur.*

## Halelu-jah. CXLVII.

LAuda Ieruſalem Dóminum : lauda Deum tuum Sion.

B

2 Quóniam confortâuit ſeras portârum tuârum : benedîxit filiis tuis in te.

3 Qui póſuit fines tuos pacem: & ádipe fruménti ſátiat te.

4 Qui emíttit elóquium ſuum terræ : velóciter currit ſermo eius.

5 Qui dat niuem , ſicut lanam : nébulam ſicut cinerem ſpargit.

6 Mittit cryſtállum ſuam ſicut buccéllas: ante fáciem frígoris eius quis ſuſtinêbit? C

7 Emíttet verbum ſuum , & liquefáciet ea: flabit ſpíritus eius , & fluent aquæ.

8 Qui annúnciat verbum ſuum Iacob: iuſtítias & iudícia ſua Iſrael.

9 Non fecit táliter omni natiõni : & iudícia ſua non manifeſtâuit eis. Halelujah.

D

1 *Lauda Hieruſalem Dominum.* Hîc dumtaxat numerandi diuerſitas , qua à Pſalmo nono Hebræi vnitate vna antecedebant Græcos & Latinos, terminatur, dum Maſoretæ hunc faciunt ſuperioris appendicem. Maſoretas dixi, quoniã in nonnullis Hebræorum codicibus, vt è Kimhi notauimus [a] iſtorum diſtinctio negligitur.

a *Pſal. 113.*

2 *Ho*



A 2 *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum*, roborauit, robuſtas fecit *ſeras*, vel ex Hebræo בריחי *berihe*, & Græco τοὺς μοχλοὺς vectes *portarum tuarũ*, ne poſſit hoſtis perrũpere , ac vt tuti, muniti , defenſique ſint ciues. Pacem dat Eccleſiæ, defendit, alit, &c. Euthymius allegoricè per portas intelligit Baptiſmum & fidem: per ſeras ; ſiue vectes crucem : per filios Apoſtolos ; quibus Chriſtus benedixit eleuatis manibus [a]. *Benedixit*, benefecit, vt ſint fœlices, & bonis omnibus locupletes beatitudine cumulauit. *In te* בקרבך *bekirbech*, id eſt, in medio tui, propriè. Intra te proſperauit filios tuos.

a *Luc. vlt. v. 50.*

B 3 *Qui poſuit fines tuos pacem*, ne eos quiſquam infeſtet, pace muniuit, pacatos reddidit, ab hoſtium incurſibus victorias tribuens, vel vndique bella arcens. Latinè, qui poſuit in finibus tuis pacem , ſed per duos accuſatiuos maior eſt linguæ emphaſis. *Adipe frumẽti* חטים *hittim*, triticorum propriè pluralis Num. optimis triticis, tritici polline, ſi pollens ſit farina purior, non vt Celſo placet, impurior, tritico optimo & lectiſſimo, & valdè medulloſo: puriore farina : ſimilagine, ſiue flore tritici. Chryſoſtomus. Abundãtia & largitate fructuum, Euthymius. Allegoria eſt de pace conſcientiarum , & de pane Eu-

C charistiæ : Adipem appellant quicquid eſt optimum, & pinguiſſimũ in aliqua re, Hinc adeps terræ, olei, muſti, frumenti [b] Alludit autem ad bonitatem terræ ſanctæ, vtpote, quæ flueret lacte & melle, non quidem loci natura, ſed Dei benedictione, de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus ſemper inuiſebat, & oculis ſuis intuebatur à principio anni vſque ad finem. Vnde poſtquam Iudæos euomuit, hodie nihil, aut parum antiquæ fœlicitatis exhibet, vt inde poſteris ſuæ erga antiquos colonos iræ argumentum relinquat.

b *Numer. 18. v. 12.*

*Terra ſancta cur olim ferax nunc ſterilis.*

D 4 *Qui emittit eloquium ſuum terræ.* Proſopopœia. Qui alloquitur terram, qui ei mandat, vt & reliquis creaturis: & ipſa eius verbum celerrimè exequitur. Sic infrà [c]. Idque ne temerè & fortuitò , ſed Dei prouidentia fieri intelligamus. Allegoricè, mittit eloquiũ ſuum per Prophetas, &c. velociter curret, & proſperabit. *Terræ*, in terram tuam mittit eloquium ſuum, id eſt, pluuiam verbo ipſius deſcendentem d, q.d. Eius iuſſu, & mandato decidit in terram tuam pluuia. *Velociter*, parent ei ſubitò omnia in tuum vſum, & commoda.

c *Verſ. 7.*

d *Pſ. 35. v. 10.*

QQq 3

5 *Qui dat niuem ſicut lanam:* ad fouẽdum & calefaciẽ- A
dum videlicet, qui niue quaſi lana terram tegit ad eam
fouendam & calefaciendam. Nix enim & ſi ſit frigidiſ-
ſima, tamen dum halitus & expirationes terræ cohibet,
ei calorem internum conciliat, & vim maximã fœcun-
ditatis indit, inſtar lanæ, quæ calefacit & fouet cor-
pus: vnde dicitur lætare ideſt fœcundare ſegetes apud
Poëtam. Aliqui. Tam crebram, & frequentem dat niuẽ,
quàm lanam, cuius pili ſunt denſiſſimi, & ſibi proximi,
vt hoc pertineat ad abundãtiam. Nam nix tam denſa
demittitur, vt ea terra non aliter tegatur, quàm pecus B
lana. Alij, qui tribuit niuem ſimilem lanæ (cãdidæ) qui
ſubitò niuem ad modum lanæ candidiſſimã ſuper ter-
ram facit deſcendere, vt præſtãtius intelligatur epithe-
a *Eſ. 1. v. 13.* tum, vt apud Eſaiam [a]: *Si fuerint peccata veſtra quaſi ver-
miculus, velut lana erunt: Alba* videlicet, vt noſter inter-
pres rectè adiecit, explanationis cauſa. *Nebulam* ὀμίχλην
Nebulam, vel vt interpretatur Arnobius, pruinã. קפור
*Kephor*, pruina propriè, expiratio ſcilicet illa, quæ deſ-
cendit ſub auroram diebus frigoris. Quia autem nebu-
la frigida & humida ferè in pruinam reſoluitur, vt C
nubes aquoſa in pluuiam, non eſt dubium, quin etiam
nebulam ſignificet. Spargit per aërem ad fœcundandã
terrã, ſiue nebulã, ſiue pruinam ſicuti cinerem. Nam in-
ſtar cineris pruina exurit, & conſumit terram nimio hu
more diffluentem. Ita Deum celebrat à rebus producẽ-
tibus effectus ſuæ naturæ cõtrarios. Nix eſt frigida ſua-
pte natura, & tamen calefacit terram. Quin & herbas
b *In Faſtis.* adurit. Ouidius *Nec noua per gelidas vſta ſit herba niues.* Sic
pruina, itémque nebula, & tamen terrã adurit & exic-
cat. Porrò quantùm inter pluuiam & rorem, tantùm
inter niuem & pruinam conuenit. Nam vt vapor in a-
quam mutatus, priuſquam altius aſcendat ros dicitur: D
ita conglaciatus pruina, quem proinde vulgus gelu al-
bum appellat. *Sicut cinerem,* nempe ad vrendum & are-
faciendum, ad corrumpendum frugum germina, vitiũ
gemmas, arborum baccas, vt proinde Sextus Pompeius
pruinam à perurendo dictam exiſtimet, & eius iniuria
c *lib. 17.* prouenientem exuſtionem carbunculationẽ Plinius [c]
vocet: fructus enim ac virgulta perurit.
6 *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas,* glaciem ſiue
glacialem grandinem. Lapidationem buccellis & fru-
ſtis



A ſtis panis aſſimulatam interpretatur Arnobius. Proijcit
glaciem ſicut fragmenta. Eam veluti iacit fruſtulatim,
& in varias partes, vt hyems ſit acrior & vehementior.
Ita vulgò in genere. At quoniã פת *path* in ſpecie pro-
priè ſignificat fruſtum fragmentúmve panis, ideſt, buc- a *Iob. 31. ver.*
cellam, bolum, gallicè *morceau* [a] malo pergat in antithe *17. 2. Reg. 12.*
ticis effectibus. Mittit cryſtallum, ſiue acrem glaciem *ver. 3. Pro. 23.*
ſuam ſicut buccellas, ad paſcendum, alendum, ſaginan- *ver. 8.*
dum, perinde ac ſi immitteret buccellas panis. Glacies
eſt aquea, & tamen terrã & corpora non irrigat, liquat
& reſoluit, ſed potius conſtringit, paſcit, & ſaginat, in-
B ſtar buccellarum, ſiue panis per buccellas ſumpti. Sed &
acris hyems, & glacies confert plurimum fœcunditati
terræ, & futuræ meſſi, vt cùm reliquæ tres anni tempe-
ſtates, Ver, Autumnus, Aeſtas ſint opportunæ, ſit etiam
hiems frugibus valde ſalutaris & commoda. Reliquit
noſter interpres vocem Græcam, vt cryſtallũ in genere
acciperemus. Nunc enim ſonat glaciem ſimpliciter, vt
Pſalmo ſequenti [b] quæ calore adhibito in aquam fa- b *verſ. 8.*
cilè reſoluitur, nunc rem ita concretam atque congela
tam, vt nec igne admoto admittat diſſolutionem. q. gla
ciem indiſſolubilem. *Faciem,* aſperitatẽ & vim: *Suſtinebit*
C Hebraicè יעמוד *iahamoth.* id eſt ſtabit propriè. q. d.
eius frigus eſt intolerabile.
7 *Emittet verbum ſuum:* id eſt mandabit. *Verbum,* decre-
tum, voluntatem, ardorem ſolis, vel pluuiam metapho-
ricè intelligit. *Ea,* glaciem, niuem, pruinam, cryſtallum
& frigus. Illa, inquit, ipſius nutu liqueſcunt & ſoluũtur.
*Spiritus,* ventus. Nam flante vento è parte maris oritur
pluuia, quæ iſta liquefacit. Vel, flabit ſuper illa ventus,
& fluet aquæ. Vbi enim à vento diſperſa ſunt & diſtra-
cta, liqueſcunt & fluunt in aquas. Vtrumque Kimhi q. d.
flabit ventus, & veniet pluuia, Chryſoſtomus. Vel flante
D vento (calido ſiue auſtrali) iſta cõuertentur in aquas, vt
fluant, quæ prius erant conſtricta. Nam eſt ventus, qui
congelat. Allegoricè tempeſtatem in ſerenitatẽ com-
mutat, pacem in bellum, calamitatẽ in gaudiũ, & cõtrà.
8 *Qui annunciat verbum ſuum,* Tranſit ad beneficia ſpi
ritualia attingens tres legis partes. *Verbum,* ad moralia.
*Iuſtitiæ,* ſiue vt habetur Hebraicè, חקיו *huk kau* ſtatu-
ta eius ad ceremonialia. Sũt enim חקים *Huk kim,* præ-
cepta de religione & ritibus, quorum ratio neſcitur. Iu-

dicia, ad iudicialia pertinent. Alij per Verbum promiſ- A
ſiones de Chriſto intelligunt, per duo reliqua, legem
Moſis, & Euangelium. *Iacob, Iſrael*, datiui caſus.

9 *Non fecit taliter*, Epiphonema. *Non fecit taliter omni*.
i. nulli nationi ſic fecit, vt eos bonis tantis afficeret, ac
ſpiritualibus beneficiis eos æquè ornaret, ac tempora-
a è *Deut. 4. ver. 8.* libus [a]. *Non omne*, tamen non ſemper vniuerſè negat,
pro *Nihil, nullum*, vti docet Elias ad radicem כל *chol*, vt
b *Num. 23. verſ. 17.* cum legimus [b]. Et omne ipſum non videbis. i. partem
tantùm ipſius videbis, non totum ipſum, & ſuprà [c]. Non
c *Pſ. 48. v. 19.* ſumet omnia (ſed aliqua, nempe benefacta, vt quidem B
ipſe Elias in[…]ligit) etſi illic cum Kimhi *nulla*, expo-
ſuerimus. Quo modo ſumi poſſit illud Chriſti, *Non om-*
*Matth. 7. ver. 21.* *nis, qui dicit mihi Domine Domine, introibit in regnum Dei*,
vt non ſignificet *nullum*, ſed aliquem non.

---

## ARGVMENTVM.

*Angelos, omne hominum genus, cœleſtia, terreſtriáque omnia ad Deum laudibus afficiendum adhortatur, Pſalmus eſt Propheticus.* C

### 1 Haleluiah. CXLVIII.

LAudâte Dóminum de cœlis: laudâte eum in excêlſis.
2 Laudâte eũ omnes Angeli eius: laudâte eum omnes virtûtes eius.
3 Laudâte eum ſol & luna: laudâte eum omnes ſtellæ & lumen.
4 Laudâte eum cœli cœlôrum: & aquæ, D
quę ſuper cœlos ſunt laudent nomẽ Dómini.
5 Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandâuit, & creâta ſunt.
6 Státuit ea in ætêrnum, & in ſæculum ſæculi, præcêptum póſuit, & non præterîbit.
7 Laudâte Dóminum de terra: dracônes, & omnes abyſſi.

8 Ignis,



A 8 Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellârum: quæ fáciunt verbum eius.
9 Montes & omnes colles: ligna fructífera, & omnes cedri.
10 Béſtiæ & vniuêrſa pécora: ſerpêntes, & vólucres pennâtæ.
11 Reges terræ, & omnes pópuli: príncipes & omnes iúdices terræ.
12 Iúuenes & vírgines, ſenes cum iunióri-
B bus, laudent nomen Dómini: quia exaltâtum eſt nomen eius ſólius.
13 Conféſſio eius ſuper cœlum & terram: & exultâuit cornu pópuli ſui.
14 Hymnus ómnibus ſanctis eius: filiis Iſrael, pópulo appropinquânti ſibi. Halelu-iah.

---

1 *Laudate*, tredecies *Laudandi* vocabulum vſurpat ad
ſuum inſtitutum. Duodecies videlicet verbum הלל
C *Hillel*. i. *Laudauit cum iubilo*, & ſemel Verbale תהלה
*Thilla*. i. *Hymnus*, laus cum iubilo & celebritate. Hoc au-
tem propter tredecim diuinas proprietates ſiue Mid- a *Exod. 34. v. 6. 7. 8.*
doth à Moſe [a] celebratas, inter quas plures ſunt cle-
mentiæ & miſericordiæ, quàm iuris, & iuſtitiæ, quòd
ſe ſæpius Deus miſericorditer cum mundo gerat, quàm
iuſtè: & cùm iuſtè, mitius perpetuò, quàm mereatur. *De*
*cœlis*, ἐκ τῶν οὐρανῶν. O vos, qui eſtis de cœlis, ô cœlites,
ô Angeli ſiderei, laudate eum. Sic quod ſequitur, *in ex-*
*celſis*, ô vos qui eſtis in excelſis, ô Angeli ſupercœleſtes,
D in abditiſſimis & penitiſſimis cœli locis habitantes. Vel
in Neutro, vt ſit generalis ſequentium prolepſis. O crea-
turæ cæleſtes, & ſublimes, id eſt, vt verſibus conſequen-
tibus exponit, Angeli, Cœli, ſtellæ, & cætera corpora
ſublimia, atque res. *De* & *In* non Prępoſitiones materię,
ſed loci. Doctè igitur Theodoritus & Chryſoſtomus.
Vos qui in cœleſtibus agitis, vos qui in altiſſimis degi- b *Matth. 21. ver. 9.*
tis. Eſt enim Hebraiſmus, qualis in Euangelio [b]: *Hoſan-*
*na in excelſis*. i. Salua obſecro (ô Deus qui es) in excelſis,
& cœlis: qualis & infra [c]. Inuitantur autem Angeli, c *Verſ. 7.*

& corpora cœleſtia ad celebrandum Deum, contra A Idololatras, quaſi ipſa non ſint Deus, ſed Dei opera, Deum ſapientem, potentem & bonum teſtantia:

2 *Laudate eum omnes angeli eius.* Idem inculcat aliis verbis. *Angeli* enim ſunt, qui *de cœlis*, & *Virtutes*, ſiue exercitus, qui *in excelſis*, Malunt tamen aliqui Pſaltem delabi ſenſim ad inferiora.i.eos ſpiritus, qui miniſterio deſtinati ſunt, & cæteris ſubſunt, indéque [a] ad corpora cœleſtia. *Eius*, ab ipſo Deo de nihilo creati & producti. Iuxta alios, ab ipſo miſſi, *Virtutes*, copiæ militares cœleſtium ſpirituum, Angelorum legiones, Exercitus propriè. Ita vocat omnes ſubſtãtias ſeparatas, quibus tam- B quam exercitibus circumfunditur ad indicandã ſuam majeſtatem. Aliqui etiã extendunt ad omnia cœleſtia, ſiue ſpiritualia, ſiue corporalia, quæ Scriptura alibi vocat [b] *militiã cœli*. Quin & Kimhi iſta duo ſic diſtinguit, vt *Angeli* ſint intelligentiæ cœlorum motrices, *Exercitus*, cœlorum ſphæræ, & corpora. Rectiùs *Angeli*, inferiores ordines Angelorum, quia ferè mittuntur. Nam ſuperiorum ordinum miſſio, aut nulla, vt Dionyſio placet, aut rara, & extraordinaria: Exercitus autem ſiue *Virtutes*, ſuperiores ordines, & Hierarchiæ ei vndique C aſſiſtentes, vt Imperatori alicui ſuæ copiæ & exercitus [c]. Hi autem omnes laudant Deum, non ſolùm ſecundum naturæ ſuæ ſubſtantiam, verùm etiam per intellectum & affectum, quibus duabus nobiliſſimis facultatibus ſunt præditi.

a *Verſ. 3.*

b *Deut. 17. v. 3. & 4. Reg. 17. ver. 16. & 21. v. 3.*

*Ordines Angelorum varij & eorum diſtincta officia.*

c *Dan. 7. v. 10.*

3 *Laudate eum ſol & luna.* Sequentia vſque ad verſum vndecimum laudant Deum, ſed alio modo, quàm Angeli: Nempe per Proſopopœiam ſecundum naturæ ſuæ ſubſiſtentiam, effectus, vires, motus, proprietates. Hæc enim Proſopopœia eò pertinet, vt contemplemur Dei tanta opera. Vel per Metonymiam, quia laudare faciũt D Deum ex ſuis naturis, effectis, affectionibus. *Sol & luna:* non mente & affectu, ſed luce, motu admirando, qualitatibus, obſequio, quaſi mutis vocibus, vt ait Nazianzenus. Sunt enim inanimata, contra Platonis Epimenidem. *Stellæ & Lumen* ἄστρα, καὶ τὸ φῶς. Sunt autem aſtra, ſidera, ſiue multę ſtellę, vt Zodiaci ſigna, Pleiades, Hyades, vrſæ. ἀστέρες autem ſtellæ, ſingulares, vt Planetæ, Orion, Sirius, Hebr כוכבי אור *chochebe or*.i. *Stellæ luminis*. i. ſtellæ luminoſæ, & in firmamento lucentes. Omnes



A Omnes enim conſtant natura lucida, & ſplendẽti, quidam veluti ignes. Contra eos, qui omnem lucem in ſole collocant, nec eam ſtellis tribuant, niſi per participationem Solaris deradiationis: Nam etiam ipſæ per ſe & ſuapte natura lucent, fulgéntque, immò & tota cæleſtis ſubſtantia, quamuis illius lux non ſoleat in noſtros oculos incurrere. Id enim fit, per accidens propter interuallum, & quia non eſt tanta, vt poſſit diſſipare regionis huius inferioris tenebras, niſi iuuetur, & intendatur copioſiore & illuſtriore Solis ſplendore. Vnde nec à Phœbo Phœbe lumẽ capit omne, ſed illud dumtaxat quod vehementius aciem noſtram afficit. Hæc B autem motu, luce, influentia, Deum celebrant, alioqui mente vacant & intelligentia. In duo diſtinxerũt Sept. vt attollerent mentes noſtras ad regionem lucis, in qua lumen è cœlo empyreo manans, fulgore ſuperat lucem ſolis, lunæ, & ſtellarum in firmamento radiantium; ſícque ſignificarent non omnem qualitatem lucidam ab huiuſmodi ſtellis fluere. *Lumen*. i. lucida alia corpora, vt orbes cœleſtes. Nã nullus eſt orbis, nulla orbis pars, quę nõ ſit luminoſa. V.g. lacteus circulus. Quare regio lucis pars illa mundi rectè dicitur. Euthymius per lumen mauult immenſam illam lucem primo die C creationis factam [a], non ſtellas quartæ diei accipere. Et ſanè illa non videtur noua nouorum luminarium productione corrupta, vel commutata, ſed per primum cælum extenſa & confuſa. Nec verò nuc apparere quia inter primũ cælũ primo die procreatũ, interpoſitũ fuit ſecũdo die firmamentum, id eſt, cælũ ſydereum in Stellatum & ſeptem ſequentes ſphęras diſtinctũ. Ego, Cælum Empyreum à Deo pro ſede beatorum conſtitutum, de quo fortaſſe illud Pauli [b], *Qui lucem inhabitat inacceſſam. Alij lumen omne* quod à Sole, luna & ſtellis funditur, eſt vel fit. Certè Apoſtoli apud Clementem [c], lu- D men diſtingunt à Sole, luna, ſtellis. οὐρανὸς δὲ, ὡς καμάρα πεπηγμένος, ἠγλάϊσαι τοῖς ἄστροις ἕνεκεν παραμυθίας τοῦ σκότους, φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας, καὶ καρπῶν γονὰς γεγέννηται, σελήνη δὲ εἰς καιρῶν τροπὴν αὔξουσα καὶ μειουμένη &c.

a *Geneſ. 1.*

b *1. Tim. 6. v. 16.*

c *Lib. 7. conſt. cap. 34.*

4 *Laudate eum cœli cælorum.* Cœli laudant Deũ à claritate, incorruptibilitate, ſtata cõuerſione, ratis proportionibus pulchritudine, efficacia, amplitudine, &c. quòd ab ipſo

ab ipſo procedat, quicquid excellentiæ & nobilitatis A
habent. *Cœli cœlorum*, cœli præſtantiſſimi, nẽpe cœlum animarum, & empyreum clariſſimum, immobile, beatorum locus, alios omnes cœlos tegens, atque in ſe cõcludens, vt ſit veluti cœlorum tectum. *Aquæ*, aquæ cœleſtes, cœlum decimum, aqueum, cryſtallinum; naturã quandam, & conditionem aquę habens, Empyreo proximè inferius, ad qualitates aliorum contemperandas, primum mobile, quod R. Ataia ſic vocari putat, quia eſt æquabile & vnius modi, id eſt, ſine ſtellis, cùm nonum concipiatur eſſe cœlum ſignorum Zodiaci, quæ poſtea micent in firmamento. Octauum autem ſiue firmamentum ſit totum ſtellatum, reliqui ſeptem ſinguli ſingulas habeant ſtellas erraticas. Noſtri malũt aquas, ſiue aqueum appellari ab aquea ſubſtantia, quæ in modum cryſtalli concreuerit & obduruerit. Quin & plerique eorum, vt & Hebræorum, putant eſſe primum quidem mobile, ſed nonum cœlum; quoniam motum titubationis docent non niſi à quibuſdam recentioribus Mathematicis mente titubantibus conſtitutum; propter quem illos oportuerit contra veterum ſenſa, rationem, & experientiam, decimũ cœlum introducere. C
Lege Ritium de motu octauæ ſphæræ. Abſurdè aliqui nubes, vel pluuias interpretantur. Nam prima hac parte Pſalmi agit dumtaxat de æternis, vt apparet è verſu ſexto & de meteoris ſeparatim loquetur verſu octauo. *Laudent*. Initium verſus ſequentis ſecundum Maſoretas, quam diſtinctionem Græci videntur ſequuti. Nam verterunt, *Aquæ quæ &c.* per numerum ſing. τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν *Laudent*, autem per pluralem, αἰνεσάτωσαν, vt referantur ad cuncta præcedẽtia, hoc ſenſu. Cœli cœlorum & aqueum Dominum collaudate. Laudent (deniq; omnia) hæc nomẽ Domini. *Quia ipſe dixit*, &c. D
5 *Quia ipſe dixit*. Ratio, quia Deus eſt eorum omnium conditor & conſeruator. *Dixit*, ſola voluntate, dicto & præcepto ocyùs, cœleſtia omnia produxit; ſolo verbo & mandato ea creauit, abſque vllo labore & moleſtia, abſque alterius externi adminiculo & ope, de quo ſcitè Clemens Alexandrinus [a], τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ, καὶ τῷ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι. Prius autem hemiſtichium non eſt in Hebræo ſed adiectum perſpicuitatis cauſa ex alio Pſalmo [b], in quo duæ hæ partes ſimul

*De cœlorum numero.*

a *In Protreptico.*

b *Pſ. 32. v. 9.*



A ſimul iunguntur. Quam voluntatem vocabulo quidem *dicendi* repræſentat ad deſignandum, λόγον τοῦ θεοῦ, Verbũ Dei increatum, Chriſtum Dominum noſtrum, per quẽ omnia facta ſunt, vt per Dei Filium, & virtutem Dei conſubſtantialem, non vt per miniſtrum, vel inſtrumẽtum aliquod: *Mandandi* autem, ſiue *Præcipiendi*, ad adũbrandum Spiritum ſanctum, qui & ipſe concurrit ad rerum productionem tamquam cauſa coëfficiens, & connaturalis. Ita *dixit* per Filium, *mandauit* per Spiritũ Sanctum. Illud eſt quod Græci Theologi differunt Patrem velle εὐδοκεῖν, Filium ποιεῖν, efficere, Spiritum ſan-
B ctum τελειοῦν, perficere. Nec ſatis R. Leui enunciauit [a]. *Dixit fiat lux, &c.* huiuſmodi dictum, ſiue ſermonem eſſe interpretans rationem mentis, ac voluntatis Dei, declararéque, Deum voluiſſe iſtud facere, dictóque ocyus feciſſe. Nam præterea occultum eſt myſterium Verbi diuini, non quidem prolatitij (προφορικοῦ.) Deus enim caret inſtrumentis humanæ vocis, cùm ſit incorporeus, ſed ἐνυποστάτου, & connaturalis, réque ipſa & per ſe ſubſiſtentis. *Facta ſunt*, veluti forma & ſplendore affecta ſunt, Facere & creare ſic diſtingunt Rabbini, vt hoc ad
C materiam pertineat, illud ad formam & ornatum.
6 *Statuit ea*. Angelos ſcilicet, ſolem, lunam, ſtellas, cœlos, & aquas cœleſtes, id eſt, omnia cœleſtia ſtatuit in perpetuum, & vt eſſent æterna: ea ſtabiliuit, vt in eſſentia numquam interitura perſiſterent. Quare Angeli ſunt incorrupti, & corpora cœleſtia non niſi ſecundum qualitates mutabuntur, ſiue renouabuntur igne conflagrationis [b], *Præceptum poſuit*, ordinem, regulam, legem ſtatam & ratam & de motibus, influxibus, aliis actionibus, & temporibus, quibus apparere, influeréque debeant, *Et non præteribit*, præceptũm ſcilicet. Præterire
D autem eſt irritum fieri, inane eſſe non impleri, vt apud Matthæum [c]. *Apex non præteribit de lege*. Et alibi [d]: *Verba mea non præteribunt*, id eſt, non erunt irrita, perficientur. Præceptum Dei non fiet irritum, nõ erit inane, ſed implebitur in cœleſtibus rebus. Legem ſibi præſcriptam, & impoſitam à Deo non violabunt cœleſtia, ſed diuinitùs conſeruata pro ipſius voluntate & decreto, perpetuò in ſuis officiis & ſubſtantiis conſiſtent. Non immutabitur propoſitio, ſi Nominatiuus verbi fuerit Deus.

*Attributa triũ diuinarum perſonarum.*

a *Gene. 1.*

b *2. Pet. 3. v. 10*

c *Mat. 5. v. 19.*

d *24. c. ver. 35.*

Deus.Non tranſibit, non tranſgreditut Deus præceptũ A
à ſe poſitum, non patietur illum ordinem & regulam
violari temerè,& aliud,quàm quod ipſis datum eſt na-
turaliter facere.Hoc enim non ſolet,niſi quando mira-
cula vult operari,ne fortè, quòd in æternum manerẽt,
naturale illis eſſe crederetur.

7 *Laudate Dominum de terra.* Altera pars Pſalmi, per
Apoſtrophen ad terreſtres creaturas & ſublunares.Ter-
ram enim vocat regionem mundi inferiorem & ele-
a *Gene.1.v.1.* mentarem,vt antea cœlum, ſuperiorem & ętherẽ vt,[a]:
*In principio Deus creauit cœlum & terram*,id eſt, regionẽ
mundi cœleſtem & elementorem.*Laudate*.Nouies iam B
hoc Verbo co[h]ortatus eſt ſuperiores, cœleſtéſve crea-
turas ad Dei celebrationem.Nunc parcius,víxque qua-
ter hoc verbum repetit. Nempe quoniam perfectius
pluribúſque modis Deus laudatur, ſanctificatúrque in
cœlo à diuinis mentibus, item per,& propter corpora
cœleſtia,quàm in terris, in quibus paſſim offenditur,
creaturis inferioribus vitio materiæ,affectionum,qua-
litatum,motuum naturalium ſui maximam, miſeriam
& imperfectionem oſtendentibus. *De terra.* O vos quæ
eſtis de terra?ô terreſtria,quę in terra verſamini,terre-
b *Verſ. 1.* ſtres creaturæ vt ſuprà [b]. *Dracones*,immanes piſces,ce-
c *Lib.4.Ani-* ti.De draconibus marinis Ælianus [c], Sunt enim & ter- C
*malium,c.12.* reſtres,præſertim in India, magnitudinis ſiue longitu-
dinis 70.cubitorum,vt & eorum vnus perturbaſſe fera-
tur Alexandri exercitum,& Elephãtos trucidare, apud
Ælianum,& Plinium.Sunt amphibij,vt Crocodili. Nã
Dracones appellantur immanes ſerpentes, ſiue fuerint
terreſtres, ſiue aquatici, ſiue ancipites. Res animatæ
Deum laudant,non tantùm per naturæ ſuæ ſubſiſtentiã
& formam, phyſicas & naturales vires, verùm etiam
perfectiùs,per ſuas facultates animales,motus, apeti-
tus,&c.Nam nulla eſt tam fera & noxia, quæ non ſin-
gulares & admirandas mundo afferat vtilitates, & èx D
ſuis proprietatibus Dei prouidentiã ſupra omnia non
d *Gen.1.v.31.* commendet,docens illud Moſis[d]. *Vidit Deus cuncta,quæ
fecerat,& erant valde bona*,eſſe veriſſimũ. Nam vel ſer-
pentes ſunt neceſſarij,nedum vtiles mundo ad venenũ
terræ exugendum,& conficiendum. Item ad medici-
nam, vt in Theriacis Nicander tradit araneæ ad aëris
virus ſorbendum. Sic herbæ noxiæ ſunt veluti terræ
excrementa



excrementa eiecta, & exhalatam apud Plutarchum [a], a *Opuſ.de Iſi-de & Oſiride.*
A ad totius incolumitatem, etſi partem lædant. Quam-
quam affirmari poſſit,non fuiſſe talia facta, qualia nũc
ſunt:Sed,vt qui nunc diaboli ſunt, boni fuerunt creati:
ita ſerpentes, mala pharmáca, herbas pernicioſas &c.
non eſſe vitium creationis, ſed pœnam ſuppliciúmque
peccati Adæ. Vtroque modo Dei laus aſtruitur. *Abyſſi*,
maria altiſſima & profundiſſima. Alij etiam ad lacus
& ſtagna ſummæ profunditatis extendunt. Quorum
omnium perennitates,id eſt, perennes fluxus, & effe-
ctus ſummam Dei vim & magnitudinem commen-
B dant,ac oſtendunt.

8 *Ignis,grando,nix,glacies*, coruſcatio & ignita omnia
meteora,vel etiam elementum igneũ.*Glacies.* Hebrai-
cè קיטור *Kitor* expiratio aſcendens in ſimilitudinẽ
fumi,id eſt,exhalatio,ἀναθυμίασις,materia meteororum
aridorum. Aliqui in genere de vtraque exhalatione,
humida & ſicca, materia omnium meteororum. Inte-
rim קטר *Katar*, ſuffire eſt, ſuffumigare, incendere
*Spiritus procellarum*,ventoſus,procelloſus, ventus turbi-
nis.Non intelligit maris tempeſtatem & procellas, ſed
ventos,ad diſcrimen aëris, qui ſimpliciter appellatur
C ſpiritus. Eſt enim ventus, aëris agitatio, & tamquam
procella,quæ fertur,ſpirat,flat per mundi latera. Cab-
balici aliqui Spiritus ſiue Angelos procellis & ventis
præſidentes. *Quæ faciunt verbum eius*, imperium. Quæ
eius arbitrio inſeruiunt,ad hominum vtilitatem, præ-
mia,vel ſupplicia: quæ mandatum eius exequuntur,
terram varie afficiendo,arbores deiiciendo, &c. Non
enim temerè feruntur,& vt fortuna dat,ſed pro Dei ar-
bitrio & volũtate.Chryſoſtomus.Quod Auguſtinus di-
ctum putat contra eos,qui exiſtimant ſuperiora quidẽ
D à Deo gubernari,ſed inferiora deſpici. Præſertim autẽ
Meteoris hoc addidit,ad exaggerandam Dei potentiã,
quòd iſta nullam videantur habere ſubſiſtentiæ ſtabi-
litatem,vt ſit locus à minori.

9 *Montes & omnes colles.* Mõtes & colles laudant Deum
ſua forma, mole, vtilitatibus, prouentibus, effectis
*Colles*, monticuli, qui & ipſi conditi ſunt à Deo,vt vo-
luptatem ſpectantium oculis afferant, & copiam re-
rum creſcentium adiuuent. *Ligna* arbores fructuoſæ:
*Cedri.*

*Cedri*, arbores proceræ, infructuoſæ, & ſteriles, per Synecdochen, variis hominum vſibus cõmodæ, vt ædificiis, &c. Varietas ſpecierum infinitam Domini potentiam, & incomprehenſam ſapientiam prædicat. A

10 *Beſtiæ, & vniuerſa pecora. Beſtiæ*, feræ. Nam חיה *Haiia* de illis propriè vſurpantur. *Pecora*, beſtiæ domeſticæ & cicures. Hoc enim ſignificat בהמה *Behemá. Serpentes*, piſces ſerpentibus ſimiles, quiq; ſunt de reptilium genere. Nam hîc רמש *Remes, Reptile* nõ reptilia in terris repẽtia, ſed nantia deſignat. Alioqui in genere reptilia, tam in aquis, quàm in terris repentia, quòd nullos habeant pedes, vel adeò breues, vt non tam ambulent, quàm ſerpant. B Hîc autẽ רמש *Rémes, reptile* dici tantùm de aquatilibus, niſi etiam extendatur, ad amphibia, quæ ſunt naturæ ancipitis, apparet ex aliis mẽbris diuiſionis. Nam quatuor animantium genera, agreſtia, domeſtica, aquatilia, volatilia, ad collaudandum Deum opificem ſuum per Proſopopœiam extimulat. Homonymia talis cernitur apud Latinos in *Anguis* vocabulo. Nam apud eos anguiũ alij ſunt terreni, qui propriè ſerpentes appellantur, alij aquatiles, qui propriè angues, vt anguillæ vox indicat. Volucres pennatæ, C צפור כנף *Tſippor Canaph*, volucris pennæ ſiue alæ. Emphaticæ, id eſt, non modo pennigeræ, ſed & *pennipotentes*, vt loquitur Lucretius. Nam non omnia, quæ pennas habent, pennis valent, vt Stuzio. Poſſit eſſe poëticũ epithetum, vt ſupra [a]. עוף כנף *Oph canaph*, volatilia pennata per Pleonaſmum, pro quo alibi legimus. [b] *In oculis omnis* בעל כנף *Baal canaph* (*pẽnigeri*) & Ennius, *genus pennis cõdecoratũ*. R. Moſe [c], clarius עוף כנפית *Oph canapit* (inquit) *volatile aligerum*, & עוף סתם *Oph Sethã, volatile abſolutè* enunciantur de volatilibus habentibus duos pedes, collum erectum & ſurſum ſpectans, quæ nituntur ſuis alis, & aſſiduè ferè volant ad D diſcrimen volatilium quadrupedum, humi gradientiũ, collóque & capite deorſum ſpectantium ad reptilium inſtar, quæ proinde reptilia volantia dicuntur, vt muſcæ, apes: Sic latinè pennigerum Græcè πτερωτὸν quod pennas habet propriè, non quod volat. Nam & inſecta volant, & tamen pennas non habent.

a *Pſ. 77. v. 27.*
b *Prouerb. 1. verſ. 17.*
a *Leuit. 11.*

11 *Reges terræ & omnes populi.* Poſtremò homines cuiuſcumque conditionis & ſexus. Hi autem Deum propriè



propriè laudant, quoniam ad eum non modò per naturæ A ſubſiſtentiam & motus naturales, vt inanima, per ſenſum, & facultates animales, vt bruta; verùm etiam per intellectum, voluntatem, affectum, rationem, ſenſum cùm ratione & mente communicantem, memoriam, & infinitas alias dotes, quibus præditi ſunt, vltra res alias corporeas, attolluntur. *Populi*, Nominatiui caſus pluralis numeri. *Iudices*, rectores, gubernatores. Hortatur iam poſt inanima & belluas, homines omnis ordinis, conditionis, ſexus, ætatis ad Dei ſui agnitionem & prædicationem: vbi eſt tacita vaticinatio de Idolis labefactandis, vt vnus ab omnibus colatur Deus.

B
12 *Iuuenes & virgines.* In Hebræo eſt Emphaſis. וגם בתולות *vegam bethuloth*. i. *Et etiam virgines*, id eſt, inquit Kimhi, etiam hæ, quæ totæ occupantur in ſe ornãdo, & comando, tribuant Deo gloriam, illíſque relictis cultum Dei amplectantur. Reſpicitur ad ſtatum virginum in Eccleſia. Alioqui dicere poterat, *Et puellæ*, vel *Et iuuenculæ*, vt Antitheſis eſſet apertior, *Cum iunioribus*. Juniores è fonte, עם נערים *him neharim* hîc pueros exprimunt, quorum ætas ſenili opponitur. *Quia*. Tres rationes hoc & ſequenti verſu, cur homines cuiuſque generis debeant collaudare Deum. *Solius*. Nam vera reC ligio alias omnes abolebit, vt illis extinctis ſolus Deus colatur & prædicetur [a].

a *1. Cor. 15. ver. 25.*

13 *Confeßio eius ſuper cælum & terrã*. Laus & gloria eius apparet in cælis & terris. *Et*, (quia ſup.) laus eius & gloria eſt ſuper cælum & terram. Cohæret enim cum præcedenti, vt quidem Maſoretæ notarunt, claudendo ſuperiorem verſum hoc membro. Itaque ſecunda eſt ratio, cur ſit collaudandus: Nempè, quoniam laus eius patet latè per cælum & terram, ac eius veneratio non in Iudæa ſolùm, verùm etiã in omni cęlo & terra. Vel, ſi ה D ſit radicale in vocabulo הוד *hod*, gloria, maieſtas ipſius eſt ſuperior cælo, & latior terra, ac neutro comprehẽdi poteſt. Per Hyperbolen poëticam, pro Maieſtas eius patet in immẽſum. Alij *Super*, in cælo & in terra. Laus eius eſt in hominibus & Angelis, & Chryſoſtomus vel magnificentia eius vbíque relucet. *Et exaltauit*, & (quoniã) extulit cornu populi ſui. Tertia ratio, cur celebrandus ſit Deus. Regnum Dauidis per Chriſtum intelligunt ferè Rabbini, de quo conſimili tropo Zacharias, *Erexit*

b *Luc. 1. ver. 69.*

RR r.

*cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.* Alij potentiam A
ſimpliciter & robur. Populum ſuũ dabit inexpugnabilẽ ſimul, ac illuſtrem, Thodoritus. Poſſit etiam verſus optanter exponi. *Confeßio eius* (ſit) *ſuper cælum & terram.* Celebretur in cęlo & terra. Nã exaltauit regnũ, vel potẽtiã populi ſui. *Et*, pro *Quia*, ſæpiuſculè, vt alibi notauimus.
14 *Hymnus omnibus ſanctis eius.* laus Dei (ſit) Reuertitur enim ad hortationem, & claudit totam theſim de celebrando Deo, ſuper fidelibus, vt quorum pręcipuè ſit celebrare Deum, quoniam multo plura ſunt cõſecuti beneficia, non modò corporalia, ſed & ſpiritualia, nõ mo-
a *Pſal. 147. ver. 20.* do temporar[a], ſed & æterna [a]. q. d. Omnes denique San- B
cti, nẽpe filij Iſraël, qui populus eſt ei propinquus, cum alij ſint alieni ab ipſo, ipſiuſq; gratia, habeant hymnum & laudẽ Dei in ore, illi canãt, & dẽt gloriã. Vniuerſum quidẽ humanũ genus habet, quo Deũ laudet, quoniam in ipſo exiſtit, viuit, mouetur, ſed præſertim, pij, qui Deo propinquant. Eũ ergo celebrent, & collaudent pij Iſraëlitæ Deo proximi. Nam hæc omnia dicuntur per Appoſitionem. Iſraelitas autem intelligit non ſecundũ carnem, ſed ſecundum ſpiritum, nempè fideles omnes, quos Apoſtolus [b] Iſraelem Dei vocat. Kimhi mauult
b *Gal. 6. ver. 16.* ſubaudire *Erit, Hymnus erit omnibus ſanctis eius, quia eum* C
*collaudabunt propter iſtud ſingulare beneficium Iſraelitæ, propterea numquam ceſſabũt eum celebrare.* Alij, ſed minus cohærenter, *Eſſe debet.* Nihil eſt quidem, quod non debeat hymnos Deo canere, præcipuè tamen ſancti Iſraelitæ Deo proximi. i. quotquot illi ſanctificati ſunt, & dedicati, qui ſunt filij Iſraelis veri ſecundũ ſpiritũ fidei, & adoptati ex Gentibus in domeſticos per rectam fidẽ, & vitam Deo gratam, Chryſoſtomus. Alij *Eſt*. i. Sancti
c *Pſal. 149.* habent laudem [c], in promptu, qua illũ celebrent. Eclipſis verbi Subſtantiui has omnes peperit interpretatio- D
nes. Indoctè quidam pro *Hymno*, vertunt laudem: vt ſit ſenſus, *Euexit cornu populi ſui ad ſuorum Iſraelitarum laudem & gloriam.* Nam תהלה *Tehillá*, propriè dicitur de laude diuina. Vnde Pſalmi inſcribuntur תהלים *tehillim* & per craſim Tillím, quaſi hymni diuini quo modo Auguſtinus hoc opus inſcribit, dum librum Hymnorum appellat. *Appropinquãti*, adhærenti ſibi per fidem,
d *In Apolog.* cultum, & religionem. Qua ratione Nazianzenus [d] docet Sacerdotibus ampliſſimum decus eſſe, vel tantulum
ad



A Deum appropinquare. Nempe propter ſacrum miniſterium, & quaſi acceſſum: Ad verbum בקרבו *cherobo propinquo ipſius.* Quod non ſolùm de propinquitate ſpirituali per fidẽ & religionem intelligi poteſt, ſed etiam ſanguinis, propter Domini ex eorum genere corporationem. Vel, *Propinquo ipſius.* i. habenti Deum propinquum & propitium, vt alludat ad illud [a]. *Nulla eſt gens, quæ Deos habeat tam propinquos ſibi:* (i. propitios) vt quæ ſit conſecuta infinita ab eo beneficia tam ſpiritualia, quàm corporalia. Nam etiam Latinè *propitius à prope*, vt קרוב *karób* à קרב *karab.*

*Sacerdotibus ampliſſimum decus eſt Deo propinquare.*

a *Deut. 5. ver. 7.*

B

## ARGVMENTVM.

*Regem Chriſtum canendum eſſe, qui ſuos ſit ſaluaturus, eiſque in gentes vltricem poteſtatem daturus. Eſt propheticus de Eccleſiæ victoria.*

1 Halelu-jah. CXLIX.

CAntâte Dómino cánticum nouum:
laus eius in Ecclésia Sanctôrum.
C 2 Lætêtur Iſraël in eo, qui fecit
eũ: & fíliæ Siõ exúltẽt in rege ſuo.
3 Laudent nomen eius in choro: in tympano, & pſaltério pſallant ei.
4 Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo: & exaltâuit manſuêtos in ſalûtem.
5 Exultâbunt Sancti in glória: lætabûntur in cubílibus ſuis.
D 6 Exultatiônes Dei in gútture eôrum & gládij ancípites in mánibus eôrum.
7 Ad faciêndam vindíctam in natiónibus: increpatiônes in pópulis.
8 Ad alligândos reges eôrum in compédibus: & nóbiles eôrum in mánicis férreis.
9 Vt fáciant in eis iudícium conſcríptum: glória hęc eſt ómnibus ſanctis eius. Hallelu-ja.

1 *Cantate domino canticum nouum,* Differt à ſuperiore; A
quoniam propriè inuitat Eccleſiā ad Dei collaudatio-
nem, non omnem creaturam. Deſcendit ergo à Theſi
ad Hypotheſim. q. d. Eccleſia præcipuè celebret Deum,
& hymnos de eo inſtituat, *Cantate.* שיר, *Schar,* ſimplici-
ter cantare, vt זמיר *Zimmer,* carmen numeris diſtinctū
canere, id eſt, pſallere, *Nouum,* recens, & inſolitum, noui
argumenti, vel materiæ, ob nouum beneficium aduen-
tus Chriſti: vel noui artificij & operis, rarum, exquiſitū,
præſtans, & ſingulare. Vtrumque Nicetas.[a] canticū no-
uum, ſi hiſtoriam ſpectes, præclarus, & inſignis cantus B
ob proſperum quemdam ſucceſſum & victoriam. Si al-
legoriam, noui teſtamenti cantio. Tum enim noua om
nia facta ſunt, & creatura noua, & homo nouus, & vita
noua, & noua mandata, & noua gratia, & nouæ pollici-
tationes, & noua ſacramenta. Eo nomine nouum teſta-
mentum dicitur, non ſolùm à tempore, ſed etiam à na-
tura earum rerum, quæ in eo contigerunt, quandoqui-
dem omnia innouata ſunt, atque in primis homo, pro-
pter quem omnia extiterunt. *Laus,* hymnus. Nam eſt
vox תהלה *Tehillá,* eadem quæ priùs. Eſt autem Ecli- C
pſis verbi ſubſtantiui, *Sit,* Sanctorum, ſiue beneficorum
(id eſt fidelium) congregatio eum collaudet. Alij, *Eſt.*
collaudatur in Eccleſia, non in ſynagoga Satanæ.

*a in 43. orat. Nazianzeni.*
*Gratia noui teſtamēti omnia noua facta ſunt.*

2 *Lætetur Iſrael in eo qui fecit illum.* Monet in cultu Dei
requiri lætitiam. Deus enim præcipuè colitur fide, ſpe,
& caritate, quarum comites & fructus ſunt iuſtitia, pax,
gaudium, &c [b]. *In eo qui fecit eum.* In veritate Hebraica
eſt apertum myſteriū ſanctiſſimę Trinitatis בעושיו
*behoſchau.* i. *In factoribus ſuis,* vt apud Iob [c]. *Vbi Deus Fa-*
*ctores mei,* & apud Eſaiam [d] *quia dominabuntur tui facto-*
*res tui, Dominus exercituum* & iterum [e]. *Hæc & adhuc Do-*
*minus factores tui dicit,* [f] *Dominus factores tui. Filiæ.* Hebr. D
בני *bene* & Græcè υἱοὶ *filij.* Nec mutatur ſenſus de
ciuibus, membríſque Eccleſiæ, & domeſticis Dei *In rege*
*ſuo.* Chriſto incarnato, qui non ſolùm eſt ſacerdos, ſed
& rex in Sione præſidens. q. d. Non tantùm lætentur in
Deo qui ipſos condidit, verùm etiam in eius Chriſto,
qui ipſos redemit.

*b Gal. 5. ver. 22.*
*c Iob. 32. ver. 22.*
*d Eſ. 54. ver. 5.*
*e 44. verſ. 1. verſ. 14.*
*S. Trinitatis myſterium adumbratur.*

3 *Laudent nomen eius in choro.* Laudent Deum hilariter
adhibitis etiam Muſicis inſtrumentis, ſi res tulerit. Nam
etſi illa eſſent ſigna externa lætitiæ mentis, eorum ta-
men



A men vſus non eſt per Euangeliū abrogatus, vt mox do-
cebo. Myſterium autem plenè confirmatum. Pertinet
enim ad vnitatem fidei, & religionis caritatem, concor
diam animorum, conſenſum, & quaſi harmoniam. Quę
enim harmonia à Muſicis dicitur in cantu: ea eſt in fa-
miliis, ciuitatibus, rebus omnibus, cōcordia, optimum,
atque arctiſſimum vinculum incolumitatis, vt Cicero
inquit è Platonis libris de Rép. ac vt harmonia in can-
tu ex diſſimillimarum vocum moderatione cōcors ef-
ficitur & congruens, ita in laudando, precandóque Deo
B concordia & communio ex ſummis, mediis, infimis or-
dinibus conciliari debet, vt preces ſint efficaces & acce-
ptæ. *In choro,* in publico concentu Chryſoſtomus. Vel *in*
*tibia.* מחול *Mahol,* enim & מחולה *Meholá,* nunc
cœtum gaudentium, cantantium, & ſaltantium ad ti-
biam, deſignat,[a] nunc tibiam ipſam, vel tibię, & inſtru-
menti muſici genus, quo vtebantur in choris [b]. Organa
autem hæc muſica Iudæis vſitata ad Dei laudem, ſigni-
ficant omnibus viribus, & membris ad Dei glorifica-
tionem vtendum eſſe. Chryſoſtomus.

*a vt Exod. 32. verſ. 19.*
*b vt Exod. 15. verſ. 20.*

C 4 *Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo.* quia Do-
minus benè vult populo ſuo, ſiue multa eum dignatur
benignitate. Theodoritus. *Et exaltabit* יפאר, *iephaer.* i.
glorificabit propriè. Mites & humiles ornabit ſalute, &
ſeruabit. ענוים, *hanauim,* includit paupertatem, vel
afflictionem.
5 *Lætabuntur in cubilibus ſuis,* in locis quietis, & māſio-
nibus deliciarum omnium: Chryſoſtomus in cælo, vbi
requieſcent: cæleſti quiete & tranquillitate perfruen-
tur, quam *Gloriam,* proximè nominarat. Hæc enim om-
nia vſque ad finem Pſalmi de gloria & exaltatione pio-
rum in futuro ſæculo.
D
6 *Exaltationes Dei in gutture eorū* ὑψώσεις, eleuationes,
quibus Deus exaltatur, encomia, prædicationes Dei in
eorū lingua. Sic & Heb. רוממות אל *rhomemoth el.*
& apud Arnobium. Mendosè igitur in aliquibus exem-
plaribus, *Exultationes. Et gladij ancipites,* פיפיות, *piphi-*
*joth.* i. duarum acierum, propriè, gladij, qui vtraque par-
te ſcindunt, vt de impiis capiant pœnas.
7 *Ad faciendam vindictā.* Abſurdè aliqui ad Machabęos
torquēt, quos conſtet nationes finitimas & multos prin
cipes in gentibus præliis ſuperaſſe, apud Ioſephum [c].

*c lib. 13. c. 21.*

[* Mal. 4] Nã apertè loquitur de vltimo iudicio, de quo dicitur *; A
*Calcabitis impios, cùm fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum.* Et illud [a]: *Iudicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis.* Quare apud Danielem [b], throni multi ponuntur, quaſi etiam Sancti de hoc mundo iudicaturi ſint, & pœnas ſumpturi, vt ait Apoſtolus [c]. Chryſoſtomus refert ad Euangelij victoriam de Satana, Gentilibus, Iudæis. Arnobius ad locum Euangelij, *ſedebitis & vos ſuper duodecim thronis, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Increpationes,* pœnas, ſupplicia, Metaphora.

a Sap. 3. v. 8. b Danie. 7. verſ. 9. c 1. Corin. 6. verſ. 2. d Matth. 19. ver. 28.

8 *Nobiles eorum in manicis ferreis;* honoratos eorum, & magnates. *In manicis,* catenis ſiue vinculis, in genere, vt luant acerbiſſima ſupplicia. כבלי *Cablé,* vincula tam manuum, quàm totius corporis. Vox Gallica *Cables,* inde videtur fluxiſſe. B

9 *Vt faciant in eis iudiciũ conſcriptum.* Aliqui לעשות *lahasboth, ad faciendum,* reſoluunt in ſingulare. Vt faciat, Deus ſcilicet. Verùm plurale magis congruit, ſiue quoniam Sancti etiam de hoc mundo iudicabunt [d]. Chriſto aſſidentes, ſiue quia id verſui ſexto & mox ſecuturo hemiſtichio magis cohæret. *Conſcriptum,* præſcriptum, definitum, decretum & determinatum à Deo, vt ſit verbum forenſe. Kimhi. Vt illud [e], *Quod ſcripſi, ſcripſi,* id eſt, quod decreui, ſtatui, cautum eſto, maneat irreuocabile & ratum. Vel, ſcriptum in lege & prophetis [f], Deum ſumpturum ſupplicium de iis, qui probos afflixerint. Immo verò ante diluuium in libro Henoch. Videtur enim Dauid iſtud ab eo repetere, cuius hæc erant verba citante in Canonica Iuda Apoſtolo. *Ecce venit (inquit, prophetans de his ſeptimus ab Adam Henoch) Dominus cum ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis ſuæ, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij. Hæc eſt,* hoc iudicium, hic dies iudicij erit omnibus eius Sanctis gloriæ & decori. Ille dies erit glorioſus & honorificus cuncto Dei populo. Sic legit Chryſoſtomus ἐστί, Eſt, & è noſtris Arnobius. Auguſtinus, Caſſiodorus. At Theodoritus, & plerique Græci, tam codices, quàm interpretes, ἔσται, *Erit.* Hebræa vtrumque patiuntur. הדר הוא לכל חסידיו *hadar hu lecol haſidau.*

e 1. Corin. 6. ver. 2. f Ioan. 19. v. 22. g Seorſum. Deu. 32. v. 42. Ezech. 38. v. 22. & 39. v. 4. Zach. 14. verſ. 12. Iud. ver. 14.

ARGV



## ARGVMENTVM.

*Omnem ſpiritum ad Deum omnis muſicæ genere laudandum inuitat.*

### Halelu-jah. CL.

LAudâte Dóminum in Sanctis eius: laudâte eum in firmamênto virtûtis eius.
2 Laudâte eum in virtútibus eius: laudâte eum ſecûndum multitúdinem magnitúdinis eius.
3 Laudâte eum in ſono tubæ: laudâte eum in pſaltério & cithara.
4 Laudâte eum in tympano, & choro: laudâte eum in chordis, & órgano.
5 Laudâte eum in cymbalis beneſonántibus: laudâte eum in cymbalis iubilatiônis: omnis ſpíritus laudet Dóminum. Halelu-jah.

1 *Laudate Dominum in Sanctis eius,* Halelu-jah non habetur ab Hebræis pro inſcriptione, ſed pro primo הללו *Halelû,* ſiue *Laudate,* aut *Iubilate* potiùs, è tredecim, quibus aiunt hunc Pſalmum conſtare, & per Anaphoram repeti in ſingulis mẽbris, pro ſymbolo & charactere tredecim proprietatum poſitarum à Moſe [a], quibus Deus gubernat hunc mundum: rurſum, vt addatur velut poſtremus colophon, & conſummatæ virtutis coronis. Quid autem verbum hoc propriè ſignificet, docuimus ſuprà [b], vbi primùm compoſitè occurrit. Nec verò curioſiùs diſtinguendum cum Ariſtotele [c], inter iſta, quòd honor propriè ſit Deorum, laus hominum, vt proinde poëtæ ſacrificia honores vocent vt dum ſcribit Virgilius [d], *mactare honores, & perfecto lætus honore,* id eſt, peracto ſacrificio, qui eſt Deorum honor: & alibi [e], *inſtaurare honores:* & rurſus [f] *celebrare*

a Exod. 34 verſ. 6. & 7. b Initio Pſa. 104. c 1. Ethicorũ. d 3. Aen. e 5. Aen. f 12.

*a Extremo libr. 15.*

A *honorem.* Immo & Oratores, vt Tacitus [a]: *Deum honorem:* quoniam vtrúmque Deo ritè tribuitur. Honorandus eſt Deus propter ſe, laudandus etiam propter nos, quos quotidiè beneficiis nō tam cumulat, quàm obruit. *In ſanctis eius.* Neutro genere. Hinc Hebraicè בקדשו *bechoudsho, in ſancto, ſiue ſanctuario eius.* Eſt enim Apoſtrophe ad cœlites per Eclipſin, O vos qui eſtis in locis eius ſanctis, id eſt, in cœlo Angelico, & animarum. Sic quod ſequitur: *In firmamento,* ברקיע *berkiah,* in expanſione propriè: O vos qui eſtis in cælis ſtellatis & mobilibus. De quo Hebraiſmo ſuprà [b]. Alij conſtruunt ſine Eclipſi cum verbo ô Angeli laudate Dominum in cælis. Cælum dicitur Sanctum Dei [c], firmamentū, ſiue firma expanſio [d]. Porrò hæc ſancta dicuntur. *Eius,* non tantum, quia ab ipſo ſunt ſingulariter producta, verùm etiam quia in illis ſe familiariter, copiosè, apertéque per gloriam, non modò per gratiam communicat. Anonymus, in ſanctitate eius, ob inſignē eius ſanctitatem, vt adducantur quatuor rationes, quibus Deus ſit celebrandus & canendus. Duæ hoc verſu, prima à ſanctitate, ſecunda à creatione & conſeruatione: duæ aliæ proximo, tertia videlicet ab omnipotentia, quarta à magnitudine. Noſtri ferè in Maſculino, Propter Sanctos ſuos de maſſa perditionis ereptos, cum lætis animis canite. Chaldæus videtur de templo terreno accepiſſe, *in domo* (inquit) *ſanctuarij eius. Virtutis,* fortitudinis eius: in cælo, quod argumentum eſt poteſtatis eius eximiæ, in cælo, in quo diuina eius virtus cōſpicitur, & fortitudo. Etiam hîc aliqui. *In,* ſumunt pro *Ob, propter.* Laudate Dominum ob mirabilem cæli ſtructuram, in quo ſedes eſt potentiæ ipſius. Et allegoricè, ob firmiſſimè ſtabilitam Eccleſiam, & expanſam gloriam per totum orbem terrarum ſuæ virtutis & potentiæ.

*b Pſal. 148. verſ. 1.*
*c Deuter. 33.*
*d Gen. 1. v. 6.*

*Deus ob quatuor rationes laudandus prædicatur.*

2 *Laudate eum in virtutibus eius.* Apoſtrophe ſecunda eſſe poſſit nō iam ad cælites, ſed ad mortales homines, præſertim fideles, quibus edita ſunt huiuſmodi miracula, ſiue potentia opera. Vbi Etiam hîc *Laudate,* vt & deinceps, plus ſonat Hebraicè. Nempè laudare cum iubilo, lætitia, voluptate, & exultatione animi, qui vnus eſt è fructibus Spiritus ſancti [e], *In virtutibus,* in fortitudinibus ἐπὶ ταῖς δυναστείαις, ſuper poteſtatibus eius, ob fortiſſima eius facta, quia omnipotens. Hebr. בגבורתיו *bigburothin, in potentijs eius,* in potentibus eius factis. Præpoſ. *In,* hîc aliter ſumitur, quàm ſuperiore verſu aut ſequenti. Quoniā illic ſignificabat locum: Intra ſancta eius, ô cœlites in ſanctis cœlis habitantes, laudate eum. Hîc verò materiam, laudate eum. *In.* i. de, ſuper virtutibus eius, propter virtutes, vires, potentias, potentia, & fortia eius facta. Quare mox ſequitur, *Laudate eum ſecundum multitudinē magnitudinis eius:* propter immenſam maieſtatem: & Septuag. non iam ἐν, ſed ἐπὶ ταῖς δυναστείαις. Sequenti autem verſu modū, vel inſtrumentum. *In ſono tubæ,* Latinè ſine Præpoſ. ſono ſiue clāgore tubæ. *Secundum.* Hæc particula non dicit æqualitatem, ſed proportionem. Nam Dei immēſam magnitudinem neque aſſequi, neque dignè celebrare poſſumus, ſed pro noſtris viribus tantùm. Vnde ſolùm in eo comprehendi poteſt, quòd ſit immenſus. Lege Nazianzenū [a], & Arnobium [b].

*e Gal. 5. v. 22.*



*De Deo nihil poteſt cōprehendi niſi quod immenſus ſit.*
*a Orat. 42.*
*b Lib. 3.*

3 *Laudate eum in ſono tubæ,* Secunda ſaltem Apoſtrophe hîc incipit, vt ſe vertat ad homines. Et vos homines laudate Deum omni inſtrumentorū genere, ſecundum myſterium, cunctis veſtris viribus & facultatibus ſiue corporis, ſiue animi, magna partium concordia, conſenſione, hilaritate, alacritate, caritate, vt in iſtis iucunda eſt conſonantia, & ſuauis harmonia. Sic, verbi gratia, Sonus tubæ eſt vox noſtra, ſiue loquendi facultas, pſalterium & cythara vis ratiocinandi, reliqua, reliquæ facultates mētis & ſenſuum. *In ſono tubæ,* clangore buccinæ. שופר *Shophar,* nunc per tubam, nunc per buccinā vertitur, Sed obſerua eſſe corneā, vt חצצרה *Hatſotſera* argēteam. Vtriuſque autem meminit, quia illa clangebatur ad feſtum expiationis, & annum iubilæi [c], hac ad reliqua feſta, & ſolennitates [d]. *In Pſalterio* בנבל *benebel.* i. in nablo, propriè. Hæc autem inſtrumenta in lege vſurpabantur ad rem diuinam, partim à Moſe inducta, partim ab aliis, præſertim Dauide ipſo addita, ſicque monet huiuſmodi omnia eſſe Deo, diuinóque cultui conſecranda.

*c Leuit. 25. ver. 9.*
*d Num. 10. verſ. 10.*

4 *Laudate eum in tympano & choro,* תף *Toph,* à ſono ficta vox per Onomatopœiam, inſtrumētum, vtrimque membrana clauſum, intus vacuum, quod bacillo percutitur. Gall. *Tabourin.* Hebræi aiunt eſſe genus inſtrumēti muſici, vt R. Selomo [e]. Itaque non videtur eſſe noſtrum

*e Ex. 15. v. 20.*

A tympanum. Antiquiſſimum autem fuit, vt & ſequens מחול *Mahhol.* Nam patres in Ægypto eis vtebātur in ſacris. Itaque octauo exitus die Maria ſoror Moſis, & mulieres vtrumque adhibuerunt ad canendum carmen triumphale de Pharaone & Ægyptiis, ante videlicet legiſlationem. *In choro* מחול *Mahhol,* non hîc ſignificare videtur chorum, ſiue cœtum canentium aut tripudiantium : ſed inſtrumentum aliquod in choris, choreiſque vſurpatũ, cuius forma & muſica nobis ſit ignota : tibiæ genus, vel fiſtulæ. Nam eſt congeries inſtrumentorum muſicorum, ſignificans omnibus viribus & membris ad

B Dei cultum vtendum eſſe: & cum ſumma lætitia & voluptate eius laud..s canenda.., iuxta illud [a], *Hilarem datorem diligit Deus.* Quò ſpectaſſe videtur Nazianzenus [b], cùm ſe inſtrumentum muſicum à Spiritu ſancto pulſatum effici ait, vt diuinam gloriam & potentiam canat. *In chordis,* fidibus. Vt ſuperiora duo inſtrumēta ab omni antiquitate repetita ſunt [c], ita quæ ſequuntur, Dauidis tempore vel inuenta ſunt, vel illuſtrata [d]. Alioqui enim citharam ſiue קמור *kimor,* Patriarcharũ ſæculo vſitatam in Meſopotamia liquet ex Geneſi [e]: & in Arabia, vt patet ex libro Iob [f] vbi etiam cõmemoratur orga-

C num ſiue עוגב *hugab,* שופר *Sophar,* autē ſiue יובל *Iobel,* id eſt, cornu arietinũ, item חצוצרה *Hatſotſera.* in libris Leuitici & Numerorũ [g] מנים *Minnim,* dicitur potius genus eſſe inſtrumenti Muſici, cuius harmonia, ratio, vſus perierit, vt reliquorũ ferè omnium, cum tota vetere muſica. Chaldaicè הרדבילין *Hardubelin,* vel *Hardabelin,* ὑδραυλις fortaſſe. Eſt autem Hydraula ſimilis organo, niſi quod non aquæ ſpiritu, ſed aëris, organum reſonat. Vt vt ſit, Hebræi agnoſcunt decem præcipua iſtorum inſtrumentorum genera. נבל *Nebel, Pſalterium,* ſi Hieronymo credimus, νάβλον, etiam Græcè è

D Suida, Nablium fortaſſis Ouidio [h] non abſimile citharæ ſiue lyræ, niſi quòd cithara chordas habet deorſum propendentes, pſalterium verò in latus porrectas, & ſupinas. Atque hinc Ouidius cecinit *Nablia duplici palma verti,* id eſt, vtraque manu, & Ioſephus [i]. *Pſalterium digitis tangi, ac habuiſſe chordas duodecim,* etſi vulgo Noſtri putent fuiſſe decachordum. כנורות *Cinnoróth.* q. canora. *Cithara,* Inſtrumēta, quæ Hieronymus ſcribit figuram habuiſſe Græcè literæ Δ, & chordas decem, plectróque

a 2. Cor. 9. v. 7.
b *Orat. de Baſilio.*
c Ex. 15. v. 20.
d 1. Para. 16. ver. 5.
e Geneſ. 31. ver. 27.
f Iob. 30. v. 31.
g Leuit. 25. v. 9. & Num. 10. ver. 9.
h 3. de Arte.
i Lib. 7. Antiq. c. 10.



A ctróque pulſata, non digitis: cuius rei meminit & Ioſephus [a], Cythara tamen Orphei ſeptem fidibus conſtaſſe dicitur, vnde Virgilius [b], *obloquitur numeris ſeptē diſcrimina vocum.* Sic Amphionis, Theopandri, immò & Mercurij ipſius inuentoris, quorum proinde inſtrumēta vocabāt ἑπτάφωνα, niſi quod Theopāder duas poſtea chordas adiecerit. צלצלים *Tſilſelim, tintinabula,* è metallo & argēto. Noſtro Cymbala. מצלתים *Metſalthaim, cymbala,* ad reſonādũ, vt clarè crepitarēt. שופר *ſhophar, tuba cornea cornu.* חצוצרת *hatſoſeret, tuba ductilis, & metallica,* quam deſcribit Ioſephus [c], עשור

B *haſhor, decachordum,* à fidium numero. עוגב *hugab, organum;* מנים *Minnim.* q. ſpecies, quòd conſtaret multis ſpeciebus harmoniæ. Siue in quo plurima muſicorũ inſtrumentorum genera & modi reſonarent, vt in organis noſtris è R. Saadia. Duo autem hæc inſtrumenta ex Anonymo erant metallica, ſéque mutuò pulſabant, & magnum ſonitum ſiue clangorem edebant תף *Toph, tympanum,* מחול *Mahol choraule,* tibiæ genus, Chelis, vel Lyra. Atque hæc nō tantùm forma & figura diſtinguebantur, verumetiam melodiis, harmoniæ generibus, modulis, tonis, cantionum ſiue vocum diſcri-

C minibus quæ נגינות *Neghinoth* vocabantur, Latinè modi. Primus enim modus erat נגינות *Neghinoth,* de nomine generis. Alter משכיל *maskil,* 3. מכתם *Michtam.* 4. שגיון *Sigaion,* 5. Nehhilloth, 6. Sigionoth, 7. גתית *Ghittith,* 8. עלמוד *Ghalmud,* quem nonnulli imam vocem exponūt. 9. שמינית *Sheminith,* q. octaua. Ad cuius rei imitationem videntur poſtea Græci triplicem Muſicam celebraſſe Diatonicam, (nobis vſitatam) Chromaticam, q. coloratam, & Enharmonicam (inuſitatas) indéque quatuor harmoniarum muſicarũ,

D ſiue concentuum habuiſſe genera, Phrygium, Lydium, Ioniũ & Dorium, quorũ alterũ altero validius erat, vt liquet è Luciani Harmonide. Ioniũ erat genus harmoniæ ad iucunditatem & hilaritatem inuentum, Lydiũ incitabat ad inſaniam, & Bacchicum furorem, Phrygium generabat enthuſiaſmum, id eſt, diuinum quemdam impetum, &, vt vulgus loquitur, deuotionem: Doricum, ſiue Dorium, grauitatē & modeſtiā inducebat. Vnde Pythagoras auctore D. Baſilio, Boëtio, Cicerone, cũ obuiā habuiſſet adoleſcentē præ ebrietate bacchātē & inſanien

a Lib. eodem
b 6. Aeneid.
c Lib. 3. Ant. c. 13.

& inſanientem, iuſſit Pſalten mutare genus cantionis, A
& cantare Doricũ. Sic Therpander & Arion Methym-
næus Lesbios & Ionas, Iſmenias Thebanus alios quàm
plurimos indecoris motibus vexatos concentibus cu-
rarunt. Sic Dauid cythara malum ſpiritum à Saule fu-
gauit. Nam ex Ariſtotele [a], è diuerſis harmoniis, & ali-
quando iiſdẽ excitantur diuerſi affectus & πάθη, ita vt
homines vel ad ardorẽ virtutis accẽdãtur, vel ad molli
ciẽ voluptatis reſoluantur, vt proinde Pythagorici veſ-
peri adſedandos motus ſonarent cithara, manè cõtrà ad
excitandos, quaſi muſica contrariis rebus inſeruiret. B
Quare Plato [b], & Ariſtoteles [c], prohibuere quidẽ can-
tus Lydios, Mixolydios, Ionicos, & Hypoionicos, quos
modos ſiue tonos appellamus quintum, ſextum, ſepti-
mum, quartum, vt nimis effœminantes: at permiſerunt
Doricum, vt grauem, & plenum maieſtate qui primus
eſt tonus, Phrygium, qui tertius, vt magis ſimplices &
generoſos, & ad ardorem virtutis animantes. Nam om-
nem inhibere hominis eſt ſtupidi, quoniam vt docet
Galenus [d], cuncti homines ad muſicam æquè, ac Gym-
naſticam propenſi naſcuntur, nec quicquam reperitur,
quod corpus, atque animam hiſce duobus magis com- C
ponat. Et muſica, vt Plato ſæpe, itémque Ariſtoteles [e],
ſeruit animorum ſolatio, iucunditati, moribúſque for-
mandis, corporum etiam valetudini, vt proinde pueris
addiſcendam ſtatuant. *Et ſonos muſicos*, inquit Macro-
bius [f], *Theologi ſacrificiis adhibuerunt, qui apud alios lyra
& cythara, apud nonnullos tibiis, aliiſve inſtrumentis apud
alios in ipſis Deorum hymnis per ſtropham, & antiſtropham
canoris verſibus fieri ſolebant.* Quamuis autem tantæ di-
cantur huiuſmodi Muſicæ vires, laudes, atque eius plu-
rimus eſſet vſus apud Sanctos, itémque Prophetas ve-
teris Teſtamenti, de quo Hieronymus [g], de inſtrumẽ- D
tis Muſicis, quæ in ſacra Scriptura reperiuntur, & Pſal-
mographi ſubinde ad his perſonandas diuinas laudes
crebrò cohortentur: Iuſtinus tamen Martyr [h], illorum
vſum reprehendit, quaſi congruat tantùm infantibus.
Quod probari miror Theodorito [i], vbi contra eos qui
argumentabantur inſtrumenta muſica fuiſſe vſitata in
templo Moſaico, ergo poſſe vſurpari in Chriſtiano, hoc
vnum reſpondet, inſtar ſacrificiorum fuiſſe abrogata.
Nam

a 8. Polit.
b *Lib. 4. de Reipub.*
c *Pol. 7.*
d *Lib. de Sanit. tuenda.*
e *Eiuſdem libri .8. c. 3.*
f *Lib. 2. Som. cap. 3.*
g *Epiſto. ad Dardanum. tom. 4. pag. 150.*
h *q. 107. ad Orthod.*
i *Lib. de Sacrificiis.*



Nam hoc ei docendum fuerat, cùm non ſint de figura-
A lium, ſed de ſimplicium pietatis rituum genere: deinde
ſatisfaciendum ſuæ Eccleſiæ Græcæ, quæ non modò
ea ſemper coluit, verùm etiam organa muſica Gallis &
& Germanis incognita, Pipino miſit ſub Copronymo
Cæſare, ann. 757. apud Amoinum [a], Auentinum [b], &
Marianum Scotum. Itáque Clemens Alexandrinus [c],
illo loco, quo videtur iſta reiicere. *Si ad citharã*, inquit,
*canere noris, nulla reprehenſio eſt. Imitare Hebræum illum re-
gem, qui Deo gratus, Exultate, ait, iuſti in Domino, & rectos
B decet collaudatio. Eſt enim. Pſalmus* ἐμμελὴς εὐλογία καὶ πνευ-
ματικὴ ᾠδὴ, *melodica benedictio & ſpiritualis oda.* Quod ſe-
cuti leguntur Nazianzenus, & Baſilius apud Gregoriũ
Presbyterum. Nam muſicam diſcentes. τὸ τῆς ψυχῆς θυ-
μόειδες, καὶ δυσκάθεκτον ἐξεμαλάσσον, τὸ δὲ ὅσον πρὸς ἡδονὴν
φέρει, ταῖς σκηναῖς ἀπεπέμψαντο, *animi partem iraſcentem, &
ægrè rationi cedentem leniebant, quicquid autem ad vo-
luptatem incitat, ad theatra relegabant.* Contra eos, qui
ſcribunt fuiſſe ceremonialem pædagogiam, quæ diſ-
cuſſa fuerit tamquam vmbra, per lucem Euangelij. Nã
debuerant attendere ad hanc regulam, quam de cere-
C monialibus Moſaicis libet ſubiicere. Non omnia cere-
monialia fuerunt per Euangelium abrogata, ſed ea dũ-
taxat, quæ ſimul eſſent figuralia, cuiuſmodi erant ferè
cruenta, in quibus videlicet fundebatur ſanguis (ſan-
guinis Dominici præſagus) vt Circumciſio, vt ſacrificia
pecudum. Quare in vetuſto canone probantur oblatio-
nes incruẽtæ, vt olei, ſimilæ, vini, lactis, &c. vt quæ ſint
dumtaxat pij, & grati animi munera & ſymbola. Quo
ex fonte videmus Apoſtolos retinuiſſe dedicationes,
templa, choros, vota, aquam luſtralem, benedictiones,
D ſacerdotum veſtes, genuflexiones, ordines Eccleſiaſti-
cos, decimas, primitias, proceſſiones, viſitationes ſacra-
rum ædium & locorum, manuum expanſiones, feſta
Pentecoſtes, Paſchatis, ſublato victimarum vſu, quę per
Chriſti cruorem abrogatę ſunt, cantus, imagines, orga-
na, ieiunia. Neque enim doceri poteſt iſta & ſimilia an-
tiquata fuiſſe ab Euangelicis ſcriptoribus. Nam Pau-
lus [d]. Vmbram futurorum fuiſſe quidem tradidit ci-
bum, potum, partem diei feſti, Neomenias & Sabbata.
Et [e], factum tabernaculum, & quæ in tabernaculo, &
ſacrificia,

a *Lib. 4. Hiſt. cap. 64.*
b *Li. 3. Anna*
c *Lib. 2. Pædagogiæ, c. 4.*
d *Col. 2. v. 16.*
e *Heb. 4. v. 2*

*a Galat. c. 4. verſ. 3.*
*b Pag. 214. exemplaris Græci, 245. Latini.*
*c In Opuſculis li. 2 de certa glorificatione Sanctorum.*
*d Orat. 44.*
*e In Piſonem.*

ſacrificia,& [a], circumciſionem: at de iſtis nihil. Quare rectè monent iuris Orientalis auctores [b], itémque A
Catharinus [c]. Iudaicos ritus demum eſſe prohibitos, ſi ſint ſacramentales, ſiue figurales, id eſt, ſi vmbram futurorum, vt commemoratus Pauli locus loquitur, habeant: ſin ſimpliciter cæremoniales, atque ad ſacram theoriam, pietatémque cõferentes, non item, vt qui ſint pietatis retinacula, conferántque ad ſacrorum ſolennitatem, decorum, virtutẽ, theoriam. Adde illud Nazianzeni [d]. *Pentecoſtes diem Hebræorum more colimus, quemadmodum & alios nonnullos eorum ritus obſeruamus, qui apud illos quidem typ[i]ce celebrantur, apud nos verò myſticè*, id eſt, B
*qui*, vt Nicetas exponit, *apud illos per figuram & adumbrationem, apud nos myſticè* & *verè peraguntur*. Nam iſtius generis figuralia non quatenus Moſaica vſurpantur, ſed quatenus ad myſterium Chriſti præſens pertinent.

5 *Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus*, ſonoris, vocalibus, altè ſonantibus. Hebraicè בצלצלי שמע *betſiltſele ſchamah*, Cymbalis auditionis, id eſt, quæ è lõginquo audiuntur ob clangoris & tinnitus magnitudinem. Et mox בצלצלי תחע *betſilthese teruba*, *in cymbalis clangoris*, vbi nos *iubilationis*. Sunt autem Cymbala è Cicerone [e], inſtrumẽta ærea, cõcaua, tinnulla, in C
Matris deorũ ſacris vſurpata. Hic appellatur צלצלים *tſiltſelim*, quæ alij tintinabula interpretantur. Aliqui autem putant Cymbala auditionis ſiue benè ſonantia & cymbala iubilatîonis, ſiue clangoris idem denotare, ἐκ παραλλήλων. Sed malo cum Kimhi, prius eſſe inſtrumentum muſicum, quo vtebantur in ſacris, poſterius genus tubæ claſſicæ, quo in bellis buccinabant Tarantãtara. q. d. Siue pacis ſiue belli tempore, ſiue domi, ſiue foris eum laudibus extollite. Omne genus organorũ pacis, belli, ſacra, profana in eius commendationem D
conuertite. Quare Sept. ſcitè ἀλαλαγμοῦ. Nã ἀλαλαγμὸς, eſt clamor de victoria, iubilatio quæ fit ſono ſonum excipiẽte, vt fiebat in lebetibus Dodonæis. *Spiritus*, omnis mens, anima rationis particeps Deũ iubilet ac perſonet. Tertia apoſtrophe ad omnes animas intelligẽtiæ participes ſiue ſint corpore indutę, ſiue exutæ. Deniq; omnes animæ Deũ celebrate. Vbi tacita vacinatio de cõuertẽdis omnibus gentibus publicè ſub Chriſto, quas proinde



inde hortatur vt ſpiritu, & mente collaudent Dominũ.
A Scopus enim prophetarũ eſt Chriſtus, eiúſque regnũ. *Laudet* Pro duodecima Anaphora hic ponitur. Decima autem tertia, qua Pſalmus clauditur, non eſt verſa, ſed in ſuo idiomate relicta, הללו-יה *Halelu-jah*: vt doceremur non tam pertinere hanc parentheſin ad coronidem huius Pſalmi, quàm omnium, vt ſicut primus ad ſtudium & amorem legis diuinæ, ita vltimus ad gratiarum actionem & prædicationem Dei exortationem contineret. Hîc miretis recentiores; qui vt aliquid videantur dicere præter Septuag. vertunt, *omne quod ſpi-*
B *rat*, vel *omnia animantia*. Alij *omne ſpiritale ſiue pneumaticum*. De inſtrumentis, quæ flatu & ſpiritu ſonum edũt, vt tædio enumerationis prolixioris omnia Muſica inſtrumenta tactu vel inſpiratione vocem reddentia comprehendat. Alij, *quicquid viuit*, omne denique viuens lauda Dominum. Nam quamuis Kimhi videatur velle in libro Radicum נשמה *neſhama* ſignificare in genere omnem animam ſpirantem, id eſt, ſentientem & ratiocinantem, tamen hîc planè ad animam rationalem reſtringit. *Hoc tandem* (inquit) *Epiphonema ſubiunxit,*
C *quoniam laudatio animæ cæterarum rerum prædictarũ laudationes antecellit. Ipſa enim percipit opera Dei Opt. Max. & notitiam eius, quatenus ferre poſſunt vires animæ in corpore exiſtentis*, Et R. Iſaac [a]. *Non inuenimus* נשמה *Neshamà de alia dici, quàm hominis anima, quæ & iia appellatur, quia eſt* מן שמים *min ſhemain, id eſt de cælo*. Quare (inquit Abben Ezra [b].) נפש *Nephes*, eſt genus נשמה *Neshama*, ſpecies, de ſolo hominis animo enunciata. Halelujah, cum iubilo & lætitia laudate Deum fontem omnis entitatis & eſſentiæ. Hic ſolus liber Pſalmorum è quinque in hanc vocem deſinit. Nam præcedentes ter-
D minabantur gemino Amen, præter quartum, qui vnico. Solus autem iſte per *Halelu-jah*, immutato genere ſignaculi ſiue clauſulæ, quoniam hic Pſalmus non modo finis eſt quinti libri, verùm etiam operis totius coronis, vt intelligamus, quantumuis ad finem perueneri mus repetendum eſſe opus, & reuoluendum ſine intermiſſione, neque vnquam deſinendum à Domini laudibus. Atque illud eſt decimum tertium Haleluiah, quod decimam tertiam Dei מרה *Midda* ſiue proprietatem enunciat, per quam collaudemus canamúſque Dominum

*a 7. Geneſ.*
*b 3. Eccleſiaſt.*

Dominum conditorem & ſaluatorem noſtrum, ac ab A
eo beatitudinem expectemus, qui eſt beatus, benedictúſque in ſæcula, Amen

*Laus Deo, honor & gloria.*

PSALTERII GENEBRARDINI FINIS.

In Græcis exemplaribus extra hunc numerum reperitur Pſalmus infrà poſitus, cuius meminit & Athanaſius in Synopſi.

---

## ARGVMENTVM. B

*Se à Samuële inunctum, repudiatis fratribus, duello Goliath confeciſſe.*

Paruus eram inter fratres meos: & minimus in domo Patris mei, paſcebam patêrnas oues.
2 Manus meæ fecêrunt órganum: & dígiti mei aptârunt Pſaltérium.
3 Ecquis annunciâbit Dómino? ipſe Dóminus, ipſe exaûdiet. C
4 Ipſe ángelum ſuum miſit, & me è Patris mei óuibus abdûxit: méque vnctiônis ſuæ óleo inûnxit.
5 Fratres mei pulchri quidem & magni: at non in eis ſibi plácuit Dóminus.
6 Egreſſus ſum in occûrſum alienígenæ: qui me per ſua idola execratus eſt. D
7 Ego autem extracto ipſius enſe, caput ei ábſcidi: & probrum è filiis Iſrael ábſtuli.

FINIS.

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRAE, QVAE IN HIS commentariis explicantur, cum breui ipſorum expoſitione: ex his nonnulla ſunt, quæ ex fontibus Hebrææ & Græcæ linguæ deprompta ſunt, nec ſic in vulgata noſtra editione habentur.

## *Ex veteri teſtamento.*

GENESIS cap.I. verſ.I. *In principio creauit Deus cælum & terram*.i. regionem mundi cæleſtem & elementarem. fol. 990. a.b

Verſ. 2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, id eſt, fouebat, viuificabat, vegetabat. fol. 182. b

Ver.3. *Dixitque Deus*. Hoc dictum non eſt quid prolatitium in Deo, nec ratio mentis, ſed occultum myſterium diuini Verbi. 989.a

Ver. 3. *Fiat lux & facta eſt lux*.i. cælum empyreum à Deo pro ſede beatorum conſtitutum. 987.g

Ver. 6. *Fiat firmamentum in medio aquarum*.i. cælum ſydereum. Vel aer Seu potius cælum. Græcè στερέωμα, quod minimè aëri conuenit. 107. d

Ver.14. *Et ſint in ſigna & tempora & dies & annos*.i. in ſigna temporũ & annorum. 902.b. *Fecitque Deus luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti*. De his duobus magnis luminaribus agitur. 910. c. d eorum effectus etiam declarantur ex his verbis. 911.a.b

Ver.31. *Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona*. Veriſſimum hoc eſſe oſtenditur etiam in animalibus noxiis. 990. a. c.d, vel etiam affirmari poteſt animalia noxia ab initio talia non fuiſſe. 991.b.c

Cap.2.v.20. *Vocauit Adam nomen animæ viuentis*. nempe peritus & liquidò cognoſcens rerum naturas. 978.b

Cap. 3.15 *Et ſemen tuum & ſemen illius*. mulieris ſcili-

cet virginis immaculatæ,cuius Chriſtus filius eſt. 531.c

Ver. 19. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Hoc non præceptum ſed prophetiam continet. 874.c

Cap. 4. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel.* id eſt, Abelis fidem & pietatem, 80.c

Cap. 6. *Cur concidit facies tua.* id eſt, cur demiſſo vultu incedis. 17.a

Ver. 6. 17. *Delebo omnem carnem.* ideſt omnia animantia: alias caro de ſolo homine, 913.c

Cap. 8. 22. *Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems,* ideſt ſex anni tempora, quæ quando inciperent hîc habes. 440.a.b

Cap. 9. v. 5. *Sanguinem veſtrum requiram,* ideſt vlciſcar. 52.a. vel ad vlciſcendum. 85.c

Ca. 10. v. 8. *Nemrod cœpit eſſe potens in terra.* Græcè γίγας ideſt τύραννος, tyrannus. 349.d

Cap. 14. 18. *Erat enim ſacerdos Dei Altiſſimi.* Rectè, quia copulatiua habet vim cauſalis apud Heb. 332.c. eius autem ſacrificiū myſticum fuiſſe tradunt Hæbręi 411.b. de hoc autem ſacerdotio Melchiſedech vide 737

Ver. 22. *Ad Deum poſſeſſorem cœli & terræ.* ideſt effectorem & Dominum. 664.a

Cap. 15. 6. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam,* quod hîc fidei Abrahæ tribuitur, hoc operi & virtuti Phineæ, pſal. 105. v. 32. datur, quia opera ſunt vtilia ad iuſtificationem. 696.c

Ver. 17. *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes:* vanitas mathematicorum redarguitur, qui ſtellarum numerum prodiderunt. 977.c

Cap. 16. 14. *Propterea vocauit puteum illum,* pro vocarunt ſcilicet homines. 535.c

Cap. 17. 1. *Ambula coram me, & eſto perfectus.* ideſt obedi mihi, & mandata mea effice. 726.c

Cap. 18. 28. *An delebis propter quinque vrbem.* ideſt propter defectum quinque. Vnde noſter vertit *quadraginta quinque.* 728.a

Cap. 24. 55. *Maneat puella nobiſcum dies.* ideſt per aliquot tempus. 933.d

Cap. 30. v. 30. *Tempus eſt vt faciam mihi domum.* id eſt, vt familiam & rem domeſticam augeam. 869.a

Cap. 31. 40. *Aeſtu vrebar & gelu.* Hoc dicit quia vnus effectus eſt caloris & frigoris. 850.a

Cap. 32. 28. *Quid quæris nomen meum quod eſt mirabile.* ideſt, admirandum, glorioſum magnificum. 33.b

Cap. 40. 13. *Dabis calicem Pharaoni ſecundum iudicium prius.* ideſt, morem. 850.a

Cap. 44. ver. 21. *Et ponam oculum meum ſuper eum.* ideſt lubens eum inſpiciam. 178.d

Cap. 45. 27. *Et reuixit ſpiritus Iacob.* ideſt recreatus, refectus. 131.b

Cap. 46. 27. *Septuaginta animæ deſcenderunt in Aegyptum.* ideſt perſonæ. 675.c

Cap. 47. 9. *Cuncti dies peregrinationis meæ parui & mali.* ideſt, pauci, & pleni malorum atque ærumnarum. 571.a

EXODI Cap. 1. Ver. 21. *Quia timuerunt obſtetrices Dominum, ædificauit eis domum,* ideſt, reddidit fœlices & opulentas. 869.a

Cap. 7. 17. *Ego percutiam virga aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem.* De hac plaga vide pag. 679.b

Cap. 8. 3. *Et ebulliet fluuius ranas quæ aſcendent & ingredientur domum tuam.* quales hæ ranæ ſint vide 679. c. d. & quomodo facta dimenſionum penetratione domos Aegyptiorū ingreſſæ ſint vide 680. a.b

Ver. 16. *Et fiant cyniphes in vniuerſa terra Aegypti.* qui ſint cyniphes vide 686.d

Ver. 19. *Digitus Dei eſt hic.* i. aperta potentia Dei. 455. b

Ver. 21. *Ecce ego mittam in te omne genus muſcarum* Vox hebræa quaſi mixtionem, ſiue mixturam deſignat, de qua vide 478. d. & 680. b. c

Cap. 9. 4. *Ecce manus mea erit ſuper agros tuos* &c. peſtis valdè grauis: de qua vide 480.a

Cap. 10. 4. *Ecce ego inducam locuſtam in fines tuos.* generale nomen eſt ad omnes locuſtarum ſpecies. 479.b.c

Ver. 22. *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegypti. Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco ſuo.* coacti ſunt hærere in ſuis locis per tres dies, & per tres dies non ſunt functi libero membrorum motu. 678.a.b

Cap. 12. 23. *Et non ſinet percuſſorem ingredi.* ideſt, dæmonem huius ſupplicij adminiſtrum. 480.c

V. 29. *Percuſſit Dominus omnē primogenitū in terra Aegypti:* omnē qui in familia erat primus & præcipuus. 481.

Ca. 14. 11. *Forſitan non erant ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos, vt moreremur in ſolitudine.* Hęc murmuratio nō in littore ſolū, ſed in mari ipſo facta eſſe mōſtratur. 689.c.d

Ver.23. *Et ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris.* Hoc miraculum explicatur pluribus. Nam hîc duodecim in partes mare ſiſſum eſſe,illudque alioquî ſex diebus permeabile vno die tranſitus fuiſſe memoratur.758. d.b.759.a

Ver. 24. *Reſpiciens Dominus per columnam nubis interfecit Aegyptios*,in nube videlicet occultabatur eius præſentia. 501.b

Cap.16.4. *Ecce ego pluam vobis panem de cælo*.i.manna, quod rore inferiore & ſuperiore tectum erat:verus Euchariſtiæ typus.368.d.369. a.in eo etiam quod pro arbitrio vnicuique ſapiebat. 504.b

Ver.13. *Mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum, cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ &c.* de Manna , & eius nomine multa habes. 471.b.c.d

Ver. 34. *Poſuitque illud*,Manna *Aaron ante teſtimonium in cuſtodia*.i.a.i.ante arcam teſtimonij.853. b. ibi probatur noſter interpres.

Ca.17.2.*Da nobis aquam vt bibamus*.Superuacuè petebant aquam,cum haberent manna,qui eam ſuppeditabat:ſic ſectarij petunt vſum calicis,cum habeant alteram ſpeciem,quæ eis ſanguinem præbeat. 601.b.c

Ver.6. *En ego ſtabo , ibi coram te , ſuper petram Horeb percutiéſque petram* &c.hac percuſſione manauit fluuius manans quatuor milliaria 467. d.fuitque in hoc facto quædam tranſſubſtantiatio. 761.a

Ver. 7. *Eſtne Deus in nobis an non*. ſcilicet vt præbeat cuncta nobis neceſſaria grauiſſimum hoc peccatum redarguitur. 600.b.d

Ca.18.v. 12. *Comederunt panem cum eo coram Domino*. i. coram arca,vel tabernaculo Domini. 29.c

Cap.19.5.*Mea eſt omnis terra*,natura & creationis iure: *at vos ſi audieritis me eritis mihi peculiū de cunctis populis*.i. populus quem cariſſimum habebo,& gubernabo.757.d

Cap. 20. v. 3. *Non erunt tibi Dij alieni ante me*.i. numquam Deos alienos habebis quamdiu durabo & exiſtam. 643.a

Ver. 4. *Non facies tibi ſculptile*.i.idolum ,quod confirmatur Rabbinorum & Patrum auctoritate. 434.d.c.

Ver.7.*Non tolles nomen Dei tui in vanum*.i.non iurabis. aut vanè & perperam nominabis. 82.b





Ver.13. *Non occides*.i.ne occidas 36. b.ſic ſimilia mandata.

Ver. 14. *Non dices falſum teſtimonium aduerſus* , רעך *rehecha*.i.*alterum*,quicunque ſit,ſiue notus,ſiue ignotus. 78.b

Ver.18.*Populus videbat voces*.i.audiebat tonitrua & fulgura. 159.c

Cap.21. v.9.*Secundum iudicium filiarum faciet ei*,i.morem. 830.a

Cap.22.25. *Si pecuniam mutuo dederis populo meo nempe pauperi*. Deus pauperes pro ſuo populo in Scriptura agnoſcit. 74.c

Cap. 25.v.2.*Vt accipiant mihi primitias*:ad dandum videlicet. 376.d

Ver. 16. *Ponéſque in arca teſtimonium , quod dabo tibi*. i. duas legis tabulas. 853.c.

Cap.30.24.*Sume tibi aromata,ſtacten & onycha,galbanū boni odoris,& thus lucidiſſimum,faciéſque thymiama compoſitum &c*.De hoc ſanctificato oleo , & quomodo ; vt ex eo Dauid, & eius poſteri vngerentur diſpenſatum ſit, vide p.553.c d.554.a.b.

Ca.32.32.*Dele me de libro vitæ*,temporariæ ſcilicet non æternæ. 393.d

Cap.33.13. *Oſtende mihi vias tuas*.vbi nos habemus oſtende mihi faciem tuam.i.rationes quibus tua prouidentia cuncta adminiſtrat, & quæ illæ ſint vide 646.c. d. facies autem hic eſt imperſcrutabilis eius eſſentia & gloria. 130.b

Cap. 34.6 .7. *Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis & verax*.&c. hæ ſunt tredecim Dei proprietates,quibus mundum ipſe adminiſtrat,de quibus pag.646.b.c.647.a.b

Ibid. *Qui aufers iniquitatem, & ſcelera & peccata*.i.tria peccatorum genera,in Deum,proximum, & in ſe commiſſa. 688

LEVITICI Ca.6. v.25.vbi de hoſtia pro peccato: & cap.3.v.1.2. vbi de hoſtia pacificorum : &,2. ver.1.2. vbi de hoſtiis incruentis:& 7.ver.12.vbi de hoſtia gratiarum actionis,explicantur. 225.b.c.d

Cap.17. v.14. *Anima eſt in ſanguine*.i. ſanguine retinetur in corpore. 166.b

Cap.18.22. *Semen tuum non dabis traijciendum Idolo Moloch*, per ignem ſcilicet. De hac atrocitate quomodo per orbem graſſata ſit vide pag. 697. d & 698.
Cap.19. v.18. *Inciſionem ob animam non facietis*. i. non incidetis carnes veſtras in funere alicuius mortui. 85.a
Cap.21.v.1. *Ob animam ne contaminetur ſacerdos*. i. ob animi mortui funus & exequias, ſicque deſignat curam viuorum pro mortuis. 84.c.d
Cap. 25. 29. *Dies erit redemptio eius*. i. intra annũ. 933.d
Cap.26.1. *Non facies tibi ſculptile vt adores illud*. Hîc tangitur cauſa cur Idola vetentur, ob cultum videlicet internum & ex.ernum. 763.d
Ver.26. *Confringam baculũ panis veſtri*. i. fulcrũ. 675.b

NVMER. Cap.6.24.25.26. *Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem*. Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium hîc qualiter pandatur vide pag. 361.
Cap.11.v.20. *Comedetis vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras, & vertatur in nauſeam*. De hac ingurgitatione, & morbo inde ſequuto, vide paginam 692.a.b.c
Cap.13.28. *Quæ fluit lacte & melle*. i. quæ abundat rebus non ſolum neceſſariis, ſed etiam voluptuoſis. 695.b
Cap.14.22. *Iam per decem vices audierunt vocem meam*. tot enim vicibus Deum tentaſſe referuntur: poſſet tamen eſſe numerus certus pro incerto. 477.a
Ca.23.7. *Aſſumpta parabola ſua ait*. i. ſermone prophetico. 463.c
Ver.17. *Et omne ipſum non videbis*. i. partem tantum videbis. 984.a
Ver.21. *Dominus Deus cum eo eſt, & clangor victoriæ regis in illo*. i. ſonitũ præceptorũ eius audit, & obſeruat. 552.c
Ver. 22. *Et altitudines rhinocerotis ei*. i. cornu quale rhinocerotis altiſſimum. 599.a
Ver.24. *Non accubabit* victor populus, *donec deuoret prædam & occiſorum ſanguinem bibat*. i. tantus cruor per vias emanabit vt de eo bibere poſſit. 741.a
DEVTERONOMII Cap. 4. 7. *Nulla eſt gens, quæ Deos habeat tam propinquos ſibi*. i. propitios. 995.a
Cap.6.4. *Audi Iſrael Dominus Deus tuus Deus vnus eſt*. Hoc nihil verius vmquam Scriptura prodidit. 837.d
Cap.12.12. *Epulabimini coram Domino Deo veſtro*. i. in templi locis comedetis. 365.c
Cap.13.ver.3. *Quoniam tentat vos Dominus*. i. probat, experitur. 149.a
Cap.18.ver.15. *Prophetam ſuſcitabit vobis Deus*. i. in lucem proferet. 11.c
Cap.28.6. *Benedictus eris ingrediens & egrediens*. id eſt, quocumque pergas, ſiue in exitu, ſiue in reditu te cuſtodiet. 850.c
Cap.32.v.9. *Pars autem Domini populus eius*. i. hæreditas, poſſeſſio. 63.c
Ibid. *Iacob funiculus hæreditatis eius*. i. pars & poſſeſſio. 432.b
Ver.13. *Vt ſugeret mel de petra*. i. mellitos fructus. 503.d
Ver.39. *Ego occidam & viuere faciam*. i. habeo vitæ & mortis imperium. 378.b
Cap.33.28. *Negabunt te inimici tui*. Hebr. mentientur. id eſt, ſeruiliter ſe ſubdent. *Et tu eorum colla calcabis*. i. humiliabuntur, ſubiicientur. 356.

IOSVE ca.24.v.1. *Et ſteterũt corã Deo*. i. arca Dei. 29.d

LIBER IVDICVM. i. Rectorũ & principũ. 610.d
Cap.9.14. *Dixerunt ligna ad Rhamnum, impera nobis*. quid ſit Rhamnus. 318.c.d
Verſ. 48. *Aſcendit in montem Selmon* de monte Selmone quis ſit vide 374.b

1. REGVM 2.15. *Non accipiam à te carnem coctam ſed viuam*. i. crudam, vt noſter rectè vertit. 860.d
C.3.v.1. *Sermo Dei erat pretioſus*. i. null9, rariſſim9. 271.a
Ver.21. *Gloria Domini tranſlata eſt in Philiſthijm*. i. arca. 483.
Cap.4.v.7. *Venit Deus in caſtra*. i. arca Dei. 29.c
Cap.5.6. *Et percuſſit Azotum in poſteriore parte natium*. id eſt, fico ani, hemorrhoidum genere. 484.d
Cap. 10. 11. *Ecce funis prophetarum in occurſum eius*. i. turma. 806.c
Cap.8.11. *Hæc ius ſiue iudicium regis eſt*. i. mos. 830.a
Cap.12.v.6. *Dominus qui fecit Moſem*. i. parauit, ornauit. 133.a

Cap. 25. 37. *Et mortuum eſt cor eius.* id eſt, elanguit, emarcuit. 356.d

2. REGVM 12. v. 5. *Quoniã filius mortis eſt vir.* i. dignus morte. 639.b

Cap. 13. 4. *Quare ſic attenuaris macie.* Hebraicè habetur, *Quare ſic infirmas.* 229. a

Cap. 15. 2. *Stetit ad manum viæ.* & 13. ad manum portæ. i. ad latus. 939.a

3. REGVM 2. v. 2. *Ego ingredior viam vniuerſæ terræ.* id eſt, mortem. 937.a

Ver. 24. *Dominus fecit mihi domũ.* i. locupletauit. 869.a

Cap. 6. 7. *Malleus & ſecuris & vllum ferramentum non ſunt audita in domo.* Nimirum quia tunc non ex ferro, ſed ex ære omnia fiebant. 103. a.b

Cap. 17. 10. *Accipe mihi parum aquæ.* i. da. 376.d

Ver. 18. *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto.* id eſt, cui ſeruio, miniſtro. 138.d

4. REGVM 8. v. 1. *Vocauit enim Dominus famem.* ſic loquitur, ne quis eam tribuat fato, aut naturæ. 675.a

Cap. 15. 5. *Et habitauit in domo libera ſeorſum.* i. in domo ſolitaria, ſeparatus à conſortio hominum. 541.c

1. PARALIPOMENON 17. v. 16. *Quis ego Domine Deus.* i. quàm paruus & quantulus. 6. a

Cap. 29. ver. 30. *Et cum temporibus, quæ tranſierunt ſuper Dauid, & ſuper Iſrael. &c.* i. cum caſibus, ſortibus, & euentis, quæ acciderunt ſua memoria Dauidi. 171. c

2. PARALIPOMENON 1. 10. *Da mihi ſapientiam & intellectum, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo.* i. vt ei præſim in negotiis externis & internis. 850.b

Cap. 19. 6. *Non homini, ſed Deo iudicatis, qui vobiſcum eſt in verbo iudicij.* i. re ad iudicium pertinente. 505.d

Cap. 21. 7. *Et quoniam promiſerat dare ei lucernam, & filijs eius omni tempore.* i. Chriſtum. 893.a

Cap. 30. 20. *Quem exaudiuit Dominus & ſanauit populum.* i. vt noſter habet *& placatus eſt populo.* 976.4.d

Ver. vlt. *Peruenitque oratio in habitaculũ ſanctũ cæli.* i. in cælum, quod ſibi Deus ſanctificauit. 17.b

Eſter



ESTER 1. 9. *Regnum eius tradat rex ſociæ meliori illâ,* noſter hoc doctè tranſtulit, *Regnum eius altera quæ melior ſit illa accipiat.* 87.c

Cap. 8. 11. *vt ſtarent pro anima ſua.* id eſt, pugnarẽt pro vita. 594.b

IOB 1. ver. 21. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* in ſepulchrum ſcilicet. 200. d

Cap. 3. 1. *Poſt hæc aperuit Iob os ſuum.* id eſt, incepit loqui. 829. b

Cap. 10. 9. *Memento quòd ſicut lutũ feceris me, &c.* i. memento me conſtare ex luto & limo terræ: & breui redeundum eò. 560.c

Cap. 12. 21. *Effundit deſpectionem ſuper principes,* dum imperia vult deiicere tollit à principibus auctoritatem, & reuerentiam. 715. a

Cap. 22. 25. *Et argentum coaceruabitur tibi.* Heb. *Profunditatum.* quaſi laſſitudinum; in quo quærendo homines defatigentur. 598.d

Cap. 31. 27. *Et oſculatus ſum manum meã ore meo.* id eſt, adoraui lunam vel ſolem. 13.b

Cap. 38. v. vltimo. *Quis præparat coruo eſcã ſuam, quando pulli eius clamant ad eum.* quomodo pullorum corui à Deo ſuſtententur vide 779. b

---

*In Pſalmos hæc obſeruauimus, quæ non in ſuis locis, ſed in alijs quaſi obiter expoſita fuerunt.*

PSALMO 36. v. 20. *Os iuſti meditabitur ſapientiam.* i. loquetur, reſonabit. 4.a

Pſal. 43. ver. 5. *Qui mandas ſalutes Iacob.* i. qui præcipis Angelis Iacobum ſaluare. 237. b

Pſal. 50. 10. *Exultabunt oſſa humiliata.* i. membris & corpore exultabo. 34.b

Pſal. 78. 8. *Quia comederunt Iacob.* i. perdiderunt, vaſtarunt. 389.a

Pſal. 88. v. 15. *Beatus populus qui ſcit iubilationem.* i. qui nouit iubilare Deum. 89.181.a

Pſal. 113. 9. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum.* i. multiplicat, fœcundat. 367.b

SSs 5

Pſal.118:15. *In mandatis tuis exercebor*.i. aſſiduè me occupabo. 304.c
Pſal.148.v.1. *Laudate Dominum de cælis* i. vos cælites. 412.a

Proverbiorvm. cap. 1.12. *Deglutiamus eos viuos & integros*.i. more ſcilicet belluarum rabidarum, quæ homines viuos.i.non coctos deuorant. 860.d
Cap.4.17. *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt*.i.impiè & iniquè comparatum. 869.d
Cap.8.22. Dominus ἔκλισέ με: error eſt pro ἐκτησέ με poſſedit me.66 :b *antequam quicquam faceret à principio*. Hebr. ex tunc.i.ab æternitate. 588.b
Cap.10.v.7. *Memoria iuſti in benedictione*. id eſt, dum memoratur benedicitur. 164.d
Cap.15.8. *Victimæ impiorum abominabiles*.non per ſe, ſed propter indignitatem perſonæ. 724.a
Cap.16.15.*In ſerenitate vultus regis vita*. i. fælicitas, lætitia. 131.b
Cap.22.2. *Ne opprimas hominẽ in porta*.i.iudicio. 389.c
Cap.31.11.*Spolijs non indigebit*.id eſt, bonis, ſimpliciter. 371.d
Ver.18. *Guſtauit quod bona eſt negotiatio eius*. id eſt, expertus eſt. 187.d

Ecclesiastis Cap.1.4.*Terra autem in æternum ſtat*.i.nunquam in nihilum redigetur. 588.a
Cap.5.5. *Ne dixeris coram angelo error*, ſeu vt nos habemus, *non eſt prouidentia*, Angeli ſunt teſtes noſtrarum actionum. 920.d
Cap.11.3.*Initium dulcoris habet fructus*.i.mel ſummum habet & perfectum dulcorem. 745.b

Sapientiae Cap.6.v.4. *Dominus interrogabit opera veſtra*.i. examinabit. 62.b
Cap.16.26. *Non fructus natiuitatis paſcunt homines*.i. fructus copioſè naſcentes. 715.c

Ecclesiastici Cap.7.3. *Fili non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ*.in maxima iniuria & iniquitate.877.d
Cap.7.40. *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*.i. non ſemper, ſed ad tempus. 862.d
Cap.



Cap.18.v.1. *Deus creauit omnia ſimul*.i. ſimiliter nullo dempto. 184.c

Esaiae.c.1.18.*Si fuerint peccata veſtra vt vermiculus, velut lana erũt*, ſupple, alba, vt noſter doctè adiecit.982.b
Cap.3.ver.1. *Auferet Dominus omne robur panis*. Hebraicè *fulcimentum*, quia panis fulcit. 410.d
Cap.9.6.*Et vocabitur magni conſilij Angelus*.Hoc addiderunt Sep.vt docerent oraculum ad Meſſiam pertinere, qui *angelus teſtamenti* dicitur. 609.a
Ver.14.*Et diſperdet Dominus ab Iſrael caput*. i. eos qui præſunt: *& caudam*.i. eos qui ſubſunt. 662.b
Cap.10.v.5.*Aſſur virga furoris mei, baculus ipſe eſt* &c. i.quia eo punit ſceleratos, & exercet probos. 90.c
Cap.11.12.*Et leuabit ſignum in nationibus, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget*, Nempe filios Dei, qui erant diperſi & à via ſalutis aberrantes, quos Chriſtus in vnam collegit religionem. 976.c
Cap.29.12.*Neſcio litteras*, nec ſacras nec prophanas. 401.
Cap.38.17.*Proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea*. i.oblitus es, non recordaris, quaſi facta non eſſent. 175.a
Ver.18.*Quia non infernus confitebitur tibi*.i.laudabit & efferet te. 34.d
Cap.40.v.12. *Qui appendit tribus digitis molem terræ*. id eſt, diuina eſſentia Patre, Filio, & Spiritu S.omnia portat. 49.b
Verſ.31. *Aſſument pennas vt aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt & non deficient*, de aquila multa habentur. 646.a
Cap.49.26.*Qui dico Hieruſalem habitaberis, & ciuitatibus Iudæ ædificemini*.i.Qui facio, vt habitetur, vt ædificentur. 241.
Cap 44.v.3.*Seruus meus es tu Iſrael*.i. in Iſrael.139.d. hoc enim ad Chriſtum pertinet. 140.a
Cap.51.5.*Nunquid non tu percuſsiſti Rahab*.i.Ægyptum, vbi noſter ſuperbum. 554.d
Cap.52.17.*Quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius*. i.pœnam temporariam. 444.c
Cap.53.6.*Omnes nos ſicut oues errauimus*. per varia peccata errore mentis. 842.d
Ver.8.

Ver. 8. *At Abſciſſus eſt*, Chriſtus *de terra viuentium*, id eſt, de terra hac vitali. 154.c

Cap. 55. 8. *Non enim via meæ viæ veſtræ*, id eſt, cogitationes & conſilia. 145.a

Cap. 59. 1. *Non eſt abbreuiata manus Domini*. i. potentia. 912.a

Cap. 60. 5. *Tunc videbis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum*. i. effuſè lætaberis & conſolaberis. 234.d

Cap. 63. 12. *Qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum*. i. vt gloriam ſibi compararet. 690.d

Cap. 65. *Pater centum annorum morietur puer*. Hic eſt qui cupiditatibus ſuis nimium indulget. 790.a

Cap. 66. 1. *Cælum mihi ſedes eſt terra autem ſcabellum pedum meorum*, quaſi vilis ei ſubiecta eſt & ab eo calcatur. 621.c

HIEREMIAE 10. 24. *Corripe me Domine, verũtamen in iudicio, & non in furore tuo: ne forte in nihilum redigar*. Caſtigationem & correptionem petit, ſed quę ſit ad ſalutem ſuam. 808.c.

Cap. 3. 5. *An ſeruabit in ſæculum; ſi cuſtodiat in æternum*. i. an vltionis obliuiſcetur, & memor erit iniuriæ acceptæ. 648.b

Cap. 23. 5. *Et ſuſcitabo Dauid germen iuſtum*. Hebraicè צמח *tſemah*, quod eſt nomen Chriſti. 892.c

Cap. 23. v. 22. *Deus appropinquans ego ſum*. i. præſto ſum & adſum rebus omnibus. 835.c

Cap. 33. 16. *Hieruſalem habitabit confidenter*. i. ſecurè. 577.d

Cap. 32. 21. *Et eduxiſti populum tuum in manu robuſta & brachio extento*: ſic adumbrat diuinam potentiam, & plagas extra ordinarias, quibus Iſraelitas extorſit Ægyptiis. 912.a

Cap. 51. 13. *Iurauit Dominus per animam ſuam*, id eſt, ſemet ipſum. 795.c

Ver. 39. *Inebriabo Babylonios vt ſopiantur, & dormiant ſomnum ſæculi*. i. vt mortem æternam capiant. 69. c. circumſcriptio eſt perpetui exilij. ibid.

Ver. 51. *Venerunt alieni ſuper ſanctificationem domus domini*. i. ſanctuarium locum Deo dicatum. 607.d

EZECHIELIS. 4. 11. *Et aquam in menſura bibes*, id eſt, parcè & tenuiter. 494.b





DANIELIS 2. 44. *In diebus illis ſuſcitabit Deus regnum cæli quod in æternum non diſſipabitur* &c. Iſtud eſt regnum Chriſti & Eccleſiæ, quod æternum futurũ eſt. 557.d

Cap. 4. v. 24. *Peccata tua eleemoſynis redime*. Hebraicè iuſtitiis. 139.b

Cap. 6. 10. *Daniel apertis feneſtris cœnaculi ſui contra Hieruſalem*. i. verſus Hieruſalem & è regione. 31.b

Cap. 9. v. 9. *Tibi Domine miſericordia, quia receſſimus à te*. id eſt, quamuis receſſerimus. 229. ca. miſericorditer nos puniuiſti, quia grauiora merebamur. 287.c

OSEAE 4. 3. *Reddamus vitulos labiorum noſtrorum*. i. laudes & gratiarum actionem. 921.d

Cap. 6. 9. *In via in perfectorum pergentes humero*. i. vno conſenſu, pro humero vno. 510.c

IOELIS 1. 2. *Beſtia agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te*. i. tacito quodam ſenſu agnoſcunt Deum eſcam dantem omni carni. 663.c

Cap. 2. 10. *Stellæ collegerunt lucem ſuam*. i. retraxerunt. 522.b.

AMOS 1. cap. 5. *Nephela corruit, & non adiiciet, vt reſurgat virgo filia Iſrael*. i. decem tribus. 970.b

Ver. 8. *Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciē terræ*, quia ſcilicet vapores è mari oriuntur vnde pluuię conficiuntur. 902.a

Cap. 7. v. 2. *Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt*. i. quomodo poterit ſurgere Iacob, cum paruus ſit, paucúſque relictus. 145.d

IONAE 1. 5. *Ionas autem aſcenderat ad latera nauis*. i. ad nauis interiora, vt noſter doctè tranſtulit. 874.c

MICHAEAE 5. v. 12. *Bethlehem paruula es in principibus Iuda, & ex te exibit dux &c.* hæc affirmatio æquipollet negationi. Matth. 26. *Bethlehem nequaquam minima es* &c. quia *&* apud Michæam pro *& tamen* ſumitur. 566.c.

Ver. 9. *Omnes inimici tui interibunt*. i. conuertentur. 371.b.

ABACHVCH 2.4. *Iuſtus ex fide viuit.* vita ſpirituali ſcilicet. 841.d

Verſ. 19. *Non eſt ſpiritus in viſceribus eorum*, id eſt, carent anima informante, idola, licet dæmon eis aſſiſtat. 762.d

Cap. 3.6. *Contriti ſunt montes æternitatis, humiliati ſunt colles ſæculi.* Loquitur de Chananæa ſubacta ab Adamo & poſteris eius culta & inhabitata. 448.b

AGGAEI ca.12.14. *Si tetigerit pollutus anima.* i. tactu hominis mortui, cuius funus inſtituitur. 85.a

ZACHARIAE 1.v.9. *Angelus qui loquebatur in me.* id eſt, mecum. 523.c

Cap. 10. *Septem iſti oculi ſunt Domini.* notat Domini in cuſtodiendis electis continuam vigilantiam. 849.a

Cap. 12.1. *Fingit ſpiritum hominis in eo.* i. creat omnes animas in corpore hominum. 184.b

MALACHIAE 1.16. *Si ego Dominus vbi eſt timor meus?* quo ſcilicet timeri debeo. 573.c

Ver. 11. *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomẽ meum in gentibus.* i. per totum orbem. Hi enim ſunt limites regni Chriſti. 752.b

Cap. 3.1. *Angelus teſtamenti*, id eſt, Chriſtus propter miſſionem. 495.b

Cap. 4. v. 2. *Sol iuſtitiæ non illuxit*, id eſt, benignitatis. 139.c

1. MACHABAEORVM Cap. 1. ver. 18. *Et introiuit in Aegyptum in multitudine graui*, id eſt, magna & copioſa. 195.b

## *Ex nouo teſtamento.*

MATTHAEI cap. 1. v. 25. *Non cognouit eum, donec peperit.* i. poſtquàm peperit incluſiuè non excluſiuè. 83.b

Cap. 2.20. *Defuncti ſunt qui quærebant animam pueri.* i. perniciem & interitum. 950.a

Cap. 3. 11. *Cuius non ſum dignus calceamenta portare.* prouerbium de ſeruitute viliſſima. 331.b

Cap. 4. 7. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* i. non prouocabis temerè. 49.a

Cap. 5.19. *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege.* i. non irritum erit aut inane. 989.c

Cap. 6.10. *Sãctificetur nomen tuum.* i. ſanctum appareat. 215.d

Ibid. *Sicut in cælo & in terra.* Angelos & cælites intelligit, qui ſemper Deo obſequuntur 816.b. *& in terra*, i. ſic & in. 863.a

Cap. 7.21. *Non omnis qui dicit mihi Dominus*, non omnis hic non negat vniuerſè, ſed aliquem ſignat. 984.b

Cap. 9. v. 5. *Quid eſt facilius dicere, remittuntur*, &c. i. ei iubendo efficere promptè, & celeriter. 242.b

Cap. 11.5. *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me.* i. humili mea ſpecie, mea cruce. 388.c

Ver. 12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Hebraicè perruptores & minimè delicati. 88.d

Ver. 25. *Reuelaſti ea paruulis.* i. ſimplicibus, paruulis non ætate, ſed moribus. 768.c. item idiotis. 110.c

Cap. 16.23. *Vade retro me Satana.* i. ô inimice. Hîc Satan ſimplicem aduerſarium notat. 723.c

Cap. 18. v. 15. *Si peccauerit in te frater tuus.* i. te ſciente. 287.a

Cap. 19.28. *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael.* Notat Apoſtolos tamquam phylarchos duodecim, tribus duodecim Iſraeliticas iudicaturos. 754.a

Cap. 21. v. 2. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt.* i. ex aduerſo, coram. 286.b

Ver. 9. *Hoſanna filio Dauid, hoſanna in excelſis*, id eſt, ô tu, qui es in excelſis, ſaluum fac filium Dauid. 410.b

Ibid. *Benedictus qui venit in nomine Domini, hoſanna in excelſis.* i. Saluum fac inquam Domine, qui es in excelſis. 781. d. defenditur hæc dictio hoſanna contra Caluinum & Beſam. 782.b

Ver. 11. *Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem*, id eſt, verè infantes & ſugentes vbera materna. 44.c

Cap. 22. 9. *Ite ad exitus viarum*, id eſt, compita. 433.c

Ver.

Ver. 44. *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt.* Voluit Chriſtus indicare ſe non eſſe purum hominem: nam purus homo in Dauidem, & creaturas cæteras non poterat habere imperium. 731.b.c
Cap. 24.5. *Partem eius ponet cum hypocritis.* Puniet æquè hypocritas ac alios. 864.c
Ver. 35. *Verba autem mea non præteribunt.* ideſt non irrita erunt, perficientur. 989.c
Ca.26.58. *Vbi Scribæ & Seniores conuenerant:* per ſeniores eos fortaſſe intelligit qui erāt de Cōcilio שנדרין *Schanedrin.* 711. b
Cap. 28.10 *Nunciate fratribus meis.* ideſt diſcipulis. 129. d
Ver. 19. *Baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti*, ideſt inuocatione vel virtute. 114.c
Ver. vlt. *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* ideſt etiam vſque ad, & emphaticè. 733.b

LVCAE 1.69. *Erexit cornu ſalutis nobis.* Cornu epithethon Chriſti, qui ſic dicitur quia eminet ſuper omnes, & eſt potentiſſimus. 555. b. vel erexit per Chriſtum regnum Dauidis. 993.d
Ver. 79. *Illuminare his qui in tenebris.* ideſt ad illuminandum. 60.a
Cap. 2. Ver. 30. *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* ideſt Chriſtum. 75.d
Cap. 3.16. *Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum.* prouerb. de ſeruitute viliſſima. 331.b
Cap. 7.48. *Oleo caput meum non vnxiſti.* quia nimirum vnguentis in conuiuiis vtebantur. 136.
Cap. 11. v. 22. *Spolia eius diſtribuet.* i. bona ſimpliciter. 371.d
Cap. 18. v. 8. *Non inueniet fidem in terram.* i. integritatē, fidelitatem. 181.d
Cap. 19.4. *Quia ſi cognouiſſes, & tu:* legit *vtinam cognouiſſes, & quidem in hac die tua quæ ad pacem ſunt tibi.* Loquitur de ſuo aduentu, & viſitatione, qua eis proſpera omnia afferebat. 855.d
Cap. 22. 17.18. *Accipite & diuidite inter vos. Amodo enim dico vobis, quod nō bibā de generatione vitis, quouſque regnū Dei veniat:* alludit ad calicem vini, qui in gratiarū actionem à conuiuantibus in orbem circumferebatur & libaba libabatur. 771.b
Ver. 19. *Hoc facite in meam commemorationem*, ideſt, ſacrificate. 358.c
Ver. 25. *Qui poteſtatem habent inter eos benefici vocantur.* Principes benefici vocantur, quia tales eos eſſe deceat. 777.c
Ver. 29. *Ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meā.* Loquitur de delicijs futuri ſęculi. 135. c
Cap. 24. v. 49. *Vos autem ſedete in vrbe.* ideſt, manete, qui eſcite. 576.c

IOANNIS c.1.14. *Verbū caro factū eſt*, i. homo. 311.c
Ibid. *Et habitauit in nobis.* i. nobiſcū, inter nos. 483.b
Ver. 19. *Deum nemo vidit vmquam.* id eſt, perfectè, ſiue per naturam cognouit. 447.d
cap. 4.23. *Adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.* ſeriò, ex cordis affectu, ſine fuco, per Chriſtū, qui eſt veritas. 971.a
cap. 8.36. *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* per Spiritum ſanctum ſuum ſcilicet liberum arbitrium noſtrum ſanans. 291.c
cap. 11.26. *Qui credit in me non morietur in æternum.* i. morietur dumtaxat ad tempus, nam reſurget ad vitam. 863. a
cap. 12.32. *Cùm exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum.* Hic modus quo Chriſtus orbe terrarum potitus eſt, nempe crux, declaratur. 690.c.d
cap. 19.22. *Quod ſcripſi ſcripſi.* i. quod decreui ratū eſto, fixum & ratum maneat. 998.c
Ver. 30. *Conſummatum eſt.* Loquitur de optatis in ſua perpeſſione & Scripturis. 412.c

ACTVVM APOSTOLORVM cap. 4.27. *Conuenerunt in ciuitate iſta aduerſus ſanctum tuum puerum.* i. filium non ſeruum, & cur hoc. 390.c
cap. 9. 4. *Saule Saule quid me perſequeris.* ideſt, meos. 119.b
Ver. 15. *Vas electionis factus eſt mihi iſte.* i. inſtrumentum & organum lectiſſimum. 403.c
cap. 12.9. *Et neſciebat an verum eſſet quod fiebat, exiſtimabatque ſe viſum videre.* i. ſomnium, hoc dicitur de gaudio inſperato. 864.d

cap. 13. ver. 3. *Deus hanc adimpleuit filijs noſtris, reſuſcitans Ieſum.* i. excitans, in lucem edens. 11.c

cap. 19. 11. *Virtutes non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.* hoc dicit quia miracula propriè fiunt à Deo 677.d

cap. 20. 24. *Non facio animam pretioſiorem quàm me.* i. vitam. 727.b

cap. 28. v. 28. *Notum ſit vobis quoniam gentibus miſſum eſt hoc ſalutare Dei.* i. Chriſtus, non tantum ſalus, ſed & ſalutifer. 75.d

ROMANORVM 1. 1. *Segregatus in Euangelium.* i. ſeparatus ad id munus. 22.c

Ver. 17. *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem.* ideſt gratia qua iuſtificamur, per euangelium prædicatur. 616.d

Ver. 19. *Qui cum cognouiſſent Deum.* i. generalia Dei attributa. 447.c

cap. 3. 22. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti.* i. gratia iuſtificans. 407.c. ſic paſſim apud Paulum iuſtitia ſumitur pro gratia, qua nos Deus gratos & iuſtos efficit. 525.d

cap. 4. 17. *Vocat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt.* i. efficit quæ prius non erant. 978.b

cap. 5. 13. *Peccatum non imputabatur &c.* non cogitabatur, neque agnoſcebatur. 175.c

cap. 6. 14. *Peccatum vobis non dominetur*, 12. *non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* i. non præualeat, & ex vno flagitio in aliud trahat. 113.a.b

cap. 7. 19. *Non quod volo bonum hoc ago.* Carnis deſcribit fragilitatem, à bono abſtrahentis. 793.d

cap. 10. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* rectè; nam confeſſio in lingua ſancta non eſt niſi oris. 530.a

cap. 11. 8. i. *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis.* i. ſtuporis. 329.d

cap. 13. v. 8. *Qui enim diligit proximum.* &c. Græcè, ἕτερον, id eſt, alterum quicunque ſit. 78.b

Ver. 14. *Sed induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* i. plenè & copioſè poſſidete. 587.c

1. CORINTHIORVM 2. verſ. 19. *Apprehendet aſtutos in aſtutia ſua*, id eſt, diſſipabit eos cum ſuis conſilijs. 101.b



Cap. 3. v. 4. *Nonne homines eſtis.* ideſt, carnales. 88.d

Verſiculo 7. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*, ideſt, Deus eſt tota cauſa, qua vigente cætera vigent, ceſſante ceſſant. 714.a

Ver. 10. *Vt ſapiens architectus fundamẽtum poſui* Loquitur de fide, cui opera ſunt ſuperſtruenda. 219.d

cap. 4. 2. *Spectaculum facti ſumus omnibus hominibus.* i. prodigium, monſtrum. 400.c

Ver. 7. *Quis enim te diſcernit.* i. iudicat. 373.d

cap. 6. ver. 3. *Neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt.* i iudicio aſſiſtent, & ſuffragabuntur. 279.a

cap. 10. 2. *Omnes in Moſe baptizati ſumus in nube, in mari.* Rubro ſcilicet, figura ſanguinis Chriſti, quo mundamur. 690.d

V. 41. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.* quaſi petra illa moueretur, & conſequerentur. 468.a

cap. 10. 1. *Idolum non eſt aliquid.* i. nullius contra ſanctos poteſtatis. 606.d

cap. 11. 10. *Debet mulier orans velamen habere ſupra caput ſuum propter angelos.* i. ne præſentes angelos offendat 920.d

cap. 13. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum.* ſic quidam Hebraicam linguam deſignatam putant. 286.b vel excellentiſſimam & admirabilem. 472.c

cap. 14. 11. *Ero ei cui loquor barbarus.* i. ignotæ & peregrinæ linguæ. 757.a

Cap. 15. 56. *Stimulus enim mortis peccatum*, i. peccatum eſt id, quod infigit mortem. 63.a

Ver. 34. *Ad reuerentiam vobis loquor.* id eſt, pudorem, ignominiam. 490.d

2. CORINTHIORVM 6. 2. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* i. in hac vita. 177.d

cap 11. ver. 23. *Quis ſcandalizatur, & ego non vror.* i. affligor. 55.c

cap. 12. 2. *Raptus eſt in tertium cælum.* ex Hebræorum opinione tres cæli ſunt, & qui illi. 382.d

GALATHARVM cap. I. 10. *Si hominibus placerem* &c. carnalibus & mundanis. 299.b
cap.2.19.*Ego autem per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam.*i. iuſtificer, vel iuſtus ſim. 824.c
cap.3. v.I. *Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt.* i. depictus, crucifixus. 161.a
cap.4. v. 25.*Sina mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem.* hoc dicit quia mons Sinai & mons Sion longo montiũ ad inuicem tractu coniuncti erant. 896.b

EPHESIORVM cap. 4. 27. *Deſperantes tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ.* i. fide & ſpe deſtituti: fides & Dei timor retinacula virtutis. 76.c
cap.5.4. *Exurge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus.* hoc metaph. de animo eſt intelligendum. 870.c
cap.6.19.*Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei*, vt detur mihi Spiritus Sanctus, quo poſſim verbum Dei alacriter enunciare. 829.d

PHILIPPENSIVM 3. 2. *Videte canes.* i. impuros homines & impudentes. 126.c
ca.3.11.*Non quod iam acceperim, aut perfectus ſim.* & mox Ver. 15. *Quicumque ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus.* hoc dixit in perſona perfectorum, qui ſunt in Eccleſia: & illud ſuperius in perſona imperfectorum, qui omnes ſunt in Eccleſia. 790.c

COLOSSENSIVM I.cap. 15. *Primogenitus omnis creaturæ.* i. princeps inter filios. 555.d
Ver. 18. *Primogenitus mortuorum.* i. primus & præcipuus. 481.b
cap.2.6. *Ne quis circumueniat vel deprædetur vos per philoſophiam.* i. ne vos perdat & auellat à fide. 806.c

2. THESSALONICENSIVM I. 8. *In flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum.* &c. Hoc dicit quia ignis paratus erit in iudicio ad corripiendos impios ſimul atque Chriſtus ſententiã protulerit. 69.a
Ca.3.v.14.*Per epiſtolam hunc notate.* i. indicate, manifeſtate. 25.d.

I. AD TIMOTHEVM I.v.9.*Lex iuſto nõ eſt poſita.* i contra iuſtum. 41.a
cap.3.6.*Ne forte incidat in iudicium diaboli.* i. tale, in quale diabolus incidit. 507.b
cap. 6. 16. *Qui lucem habitat inacceſsibilem*, id eſt, maieſtatem habet incomprehenſibilem. 98. 200. b. vel cœlum empyreum. 987.a.

2. AD TIMOTHEVM 2. v.I.*Confortare in gratia.* i. fortis eſto & robuſtus. 173.d
cap.3.v.19.*Cognouit Dominus qui ſunt eius.* ſcientia ſcilicet approbationis & beneuolentiæ. 6.c

AD PHILEMONEM. *Paulus vinctus Ieſu Chriſti.* id eſt, pro Chriſto. 356.d

AD HEBRAEOS I.I.*Loquutus eſt in prophetis.* i. per prophetas. 153.d
cap. 2. 9.*Eum autem qui modico quam angeli minoratus eſt.* Græc. ἐν βραχύτητι. i. breui & modico tempore paſſionis. 49. & quamuis in Hebr. ſit מאלהים *melohim.* id eſt à Deo propriè, benè tamen Paulus & Sept. verterunt ab angelis. 50. a
cap.5.I.*Omnis pontifex ab hominibus conſtituitur, vt offerat dona.* i. res inanimatas, & *ſacrificia.* i. animatas. 224.c
cap.7.*exauditus eſt.* ἀπὸ τῆς εὐλαβείας *pro ſua reuerẽtia.* i. præ & propter. ſic מן apud Hebr. vt oculi mei languerunt ἀπὸ πτωχείας. i. *præ inopia.* ſic ergo Chriſtus propter ſuam reuerentiam, & quia Patri plurimum erat venerabilis & obſeruandus exauditus eſt. 572.b c
cap.8.I. *Capitulum autem corũ quæ dicuntur.* i. ſumma eorum quæ dicimus. 837.d
cap.9.5.*Cherubim gloriæ obũbrantia propitiatorium.* Cur hic & alibi hæc nomina Hebræa neutro genere exprimantur. 98.c.d
Ver.7.*In ſecundo autem ſolus pontifex ſemel in anno* &c. per diſpenſationem tamen alij quàm pontifices ſanctum ſanctorum ingredi poterant. 623.b.c
cap.II.v.I *Eſt autem fides ſubſtantia ſperandarum rerum* .i. fermitas, baſis. 219.d
Ver. 25. *Malens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* i. quàm in regnum adoptari. 520.a

Cap.12.21. *Et ita terribile erat quod videbatur.*i. audiebatur. 500.c

Cap.13.verſ.10. *Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem; qui tabernaculo deſeruiunt.*id eſt, aram in qua conſecratur corpus Chriſti. 293.c

IACOBI Cap.1. ver.13. *Deus neminem tentat*, id eſt, non ſollicitat ad mala. 149.a

Cap.2.2. *Nolite habere fidem Ieſu Chriſti gloriæ*, id eſt, glorioſi: vel qui gloriam tribuit. 141.a

Verſ. 8. *Si tamen legem perficitis regalem.* id eſt, quam quis ſequi debet,niſi errare velit. 937.a

Ver.13. *Miſericordia ſuperexaltat iudicium*, quantùm ad effectus non quantùm ad proprietatem. 968.d

Cap.4.14. *Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum apparens*, id eſt, quaſi ventus facile diſſipatur. 476.b

1.PETRI cap.3.18. *His qui erant in carcere ſpiritibus veniens prædicauit.* Loquitur de Chriſti deſcenſu ad inferos. 368.a

Ver.21. *Nunc ſaluos nos facit conſcientiæ bonæ interrogatio*, id eſt,examinatio. 62.b

2.PETRI cap.2.11. *Non portant aduerſum ſe execrabile iudicium.* Hyperbole de acerbitate ſupplicij, quod tamen improbi tolerare cogentur. 941.a

IOANNIS cap.2.18. *Fratres nouiſſima hora eſt*, ideſt, ætas Chriſtiana quod eam nulla alia ſit ſecutura. 463.d

Cap.3.9. *Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat.* id eſt, non ſolet peccare. 748.a

APOCALYPSIS cap.1.4. ἀπὸ τοῦ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος pro ἀπὸ τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἐρχομένου ſolœciſmus quo vſus eſt, ne vis præteriti imperfecti deperiret. 431.c

Cap.2.7. *Vincenti dabo nomen nouum*, id eſt,pulchrum, elegans,pretioſum. ſic *noua Hieruſalem, noua ode*,& *ſatiam cælum nouum*,& *terram nouam* ibid.605.c.

Ver.24. *Qui non cognouerunt altitudinem Satanæ*, ideſt, alta & profunda eius conſilia & aſtus. 67.b

cap.



Cap.14.9. *Qui adorauerit beſtiam & imaginem eius, hic bibet de vino iræ eius.* Loquitur de pœna æterna. 444.c

Ver.13. *Beati mortui qui in Domino moriuntur*, ideſt in Domini agnitione, fide,confeſſione. 69.b

Ver.18. *Mitte falcem tuam acutam in terra,& vindemia botros vineæ terræ.*i.exſcinde,aufer de vita. 451.a

Cap.16.12. *Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnũ Euphratem; & ſiccauit aquã eius, vt præpararetur via regibus ab ortu ſolis:* ſignificat populos Indiæ Orientalis ad fidem Chriſti conuertendos. 383.d

Cap.21.18. *Menſura angeli*, ideſt,maxima. 472.c

Cap.22.11. *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc*: nempe quia bona opera non ſolùm nutriunt, ſed augent iuſtitiam. 791.b

*Ieſu Chriſto vero Deo & homini, qui habet clauem Dauid, ad aperiendas alijs Scripturas ſit laus & gloria.*

# INDEX HEBRAISMORVM PRAECIPVORVM, QVOS IN HOC opere Auctor obſeruauit & expoſuit.

### *Primùm illi, qui ad partem orationis quam, illi* שם *..cunt, nos Nomen, pertinent.*

DVo nomina ſubſtantiua quorum alterum in regimine ponitur, creberrimè loco ſubſtantiui & adiectiui ponuntur. vt *pars hæreditatis*.i. pars hæreditaria, *pars calicis* pars calicea. pag. 82. b. c. & hoc etiam auxeſi inſeruit. vt *interitum laquei ſui*. i. interitum laqueoſum. 192.c. ſic *Deus iuſtitiæ*.i. Deus iuſtificans. ſic *ſacrificium iuſtitiæ*, ſacrificium iuſtificans.i. Euchariſtia. 24.c ſic *vir ſanguinum*.i. ſanguinolentus. 30.c

Subſtantiua paſſim apud Hebræos pro aduerbiis ponuntur. vt *Qui iudicas iuſtitiam*.i. iuſtè. 50.d

Subſtantiua aſyntheta crebrò apud Hebræos ponuntur. vt *diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa linguam magniloquam*, ad quod illuſtrãdum Sept. addiderunt *&* 65.b. ſic *quamdiu ponam conſilia in anima mea dolorem, &c.* pro & 68.d

Subſtantiua cum altero ſubſtantiuo copulata ſuperlatiui gradus vim habent. vt *verba oris eius iniquitas & dolus*. id eſt; ſunt iniquiſſima & doloſiſſima. ſic *confeſſio & magnificentia opus eius*. i. opus eius eſt laude digniſſimum & magnificentiſſimum. 198.b

Per ſubſtantiuum etiam in regimine poſitum ſuperlatiuum Hebræi exprimunt, vt *turris fortitudinis*.i. turris fortiſſima. 334. a. ſic *filius perditionis* i. filius perditiſsimus. 968.d

Propria nomina pro patronymicis ab Hebræis vſurpantur. vt *Salomon* pro Salomonide. id eſt, Salomonis filio, *Dauid* pro Dauidis filio, *Iacob* pro Iacobæis. 405.c

Nomina



Nominatiuus abſolutè apud illos cum relatiuo eiuſdem nominis in oratione loco genitiui eiuſdem nominis ponitur. *Deus meus miſericordia eius præueniet.* pro Dei mei miſericordia. 316. ſic *homo ſicut fænum dies eius*. id eſt, hominis dies ſunt ſicut fœnum. 648. Sic *Dominus in cœlo ſedes eius*. pro Domini ſedes. 6.

Hebræi coniungunt duo ſubſtantiua æquipollentia ſyntacticè ad declarandam ipſorum excellentiam. vt *canticum Pſalmi*.i. canticum prẹſtantiſsimum. ſic *de limo terræ*.i. limo putiſsimo. ſic *de luto cœni* pro luto maximo. 717.b

Nomina quæ litteris conſtant eiuſdem facultatis & inſtrumenti facilè permutantur, vt קשט arcus pro קשת.i. veritas. 330.a

Hebræi nomen generis ad deteriorem partem vſurpant. ſic *opera hominum*, pro peccatis & vitiis peruerſorum vſurpant. 88.c. & hoc maximè quando commemoratur pars præſtantior. vt *Inueniatur manus tua omnibus, &c.* ſiniſtra quia ſequitur dextera. 118.d. ſic *priuſquam formaretur terra*. i. inhabitata, & *orbis* habitatus. 565.d

Mutatio generum crebrò accidit in hac lingua, facta relatione ad æquipollens ſubſtantiuum. vt *multiplicati ſunt ſuper numerum*, cogitationes intelligens. ſic *Ecce audiuimus eam in Ephrata*, locum videlicet. 224.

Hebræi ſuperlatiuos, Latinorum repræſentant per adiectiuum cum ſubſtantiuo alterius nominis, vt *diuites plebis*. i. ditiſsimi populorum. 254.

Repetitio eiuſdem nominis multitudinẽ ſignificat. vt *Homo & homo natus eſt in ea*.i. multi homines. 536.a

Hebræi in exaggerationibus diuinis nominibus vtuntur, vt *ligna Domini*, pro arboribus proceriſsimis. 660. d. *Montes Dei*. i. prægrandes. 198. d. ſic *ſalutare Dei* pro eximia ſalute. 284.c

Fœminea vſurpant pro neutris Latinorum & Grecorum, rariùs maſculina, vt *vnam petij à Domino, hanc requiram* pro vnum. 152.b. ſic *Et tu Domine feciſti eam*.i. hoc, rem hanc. 728.c

Genitiui caſus nominum & pronominum, ſolent actiuè, paſsiuè, poſſeſsiuè ſumi, pro commoditate ſententiæ, vt *opera eorum*, ea ſcilicet quæ ipſi patiebantur: vel quæ ipſi faciebant. 624.b

TTt 5

Datiuus poſſeſsionis pro genitiuo vſurpatur. vt *non ad inſipientiam mihi*. 124. vt in Pſalmorum inſcriptionibus. *Pſalmus ipſi Dauid*. id eſt, ipſius Dauidis. 15.d

Datiuus emphaticus ſuperfluè adiici ab Hebræis nonnumquam ſolet; vt *Conuertantur mihi timentes te*. Sic *Si ignorat tibi*. 811.d

*Vocatiuum per præpoſitionem deſignant, vt annunciate inter gentes*, pro ô vos gentes, & *in populis*. pro; ô vos populi. 606.a

Vocatiui apud Hebræos ſæpe ſunt in tertia perſona. *Qui confidunt*, id eſt, vos qui confiditis. 270. c. ſic, *qui potens* pro *ô p. .ns*. 295.

Vocatiuus vſu linguæ in nominatiuo per tertiam perſonam exprimitur. vt *Miſerator & miſericors Dominus*. pro ô miſerator & miſericors Domine. ſic *magnificans ſalutes regis eius*. pro, ô qui magnificas ſalutem regis tui. 968.b

Ablatiuus apud illos habet vim ſimilitudinis vt, *qui probati ſunt argento*. id eſt, tamquam argentum. 381.d

Comparatiuos Latinorum Hebræi repræſentant per adiectiuum conſtructum cum genitiuo. vt *excelſum regum*. id eſt, excelſiorem regibus. 556.a

In diſtributionibus ſic loquuntur Hebræi, vt nomine ſingulari multitudinem enuncient. vt *Ordinatione tua perſeuerat dies*. i. dierum ſinguli. 810.c

Hebræi ſic pronomen tranſponunt. *Et in laqueum cadat in ipſum*, pro & in laqueum ipſum cadat. 192.

Paſsim apud Hebræos occurrunt duo relatiua pro vno, poſteriore vel redundante, vel emphatico. vt *quorum non audiantur voces eorum*. 109.a. Sic, *Cuius participatio eius in idipſum*. c

Antecedens apud Hebræos in diuerſo caſu demonſtratiuo præponitur. vt *dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni*. pro in ipſis diebus annorum noſtrorum ſunt ſeptuaginta anni. 570.b

Relatiuum ſine antecedente poni ſolet, ſed intelligendum eſt. *Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius*, intelligendum Domini. 758. d. Sic ſubaudiunt ſæpe Hebræi relatiuum, vt *vide humilitatem meam de inimicis meis*, quæ eſt de inimicis. 52.a. Sic, *non in labijs doloſis*. ſupple, quæ non ſunt in 1.87.d. Sic & *non eſt via*, ſupple in



in quo non eſt via. 715.a

Relatiuum præponere ſuo antecedenti vſitatum eſt in hac lingua, vt *fundamenta eius inmontibus ſanctis*; ſcilicet Eccleſiæ], *de qua poſtea diligit Dominus portas Sion*, vel Sionis. 533.a. Sic, *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum*, ægrotos nempe, de quibus poſtea. 708

Relatiuum ſine antecedente vſu linguæ Hebræi ponunt. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum*. 81.a. Atque adeo de poteſtate relatiui excitandum eſt antecedens, phraſi Hebræa, vt *quæ dicitis in cordibus veſtris*, pro de iis quæ perperam cogitatis. 23.b

## HEBRAISMI, QVI AD PARTEM ORATIONIS, QVAM illi דבר, nos Verbum vocamus pertinent.

HEbræi loquuntur per eclipſim verbi ſubſtantiui, vel eius loco vſurpant pronomina. vt *vſquequo graues corde.* ſupple eſtis. 22. & *Benedicti vos à Domino* ſupple eſtis. 365.c

Simplicia verba Hebræorum deſignant etiam compoſita Latinorum & Græcorum, vt *expuliſti eos*, vbi Hebraicè *miſiſti*, quod vel emiſiſti, vel immiſiſti poteſt exponi. 241.d

Verba Hebræorum actiua ſæpe permiſſionem dumtaxat ſignificant vt, *nec damnabit eum cum iudicabitur illi*, id eſt, non permittet eum damnari peruerſis hominum iudiciis. 209.a

In hac lingua præterita & futura ſunt omnium modorum pro particularum adiunctione, vt *& aſſimilabor* pro vt aſſimiler. 156.a. ſic, *& laborabit in æternum*, pro vt laboret. 271. b. ſed in mandatis & precationibus futura ſunt imperatiui & optatiui modi, vt *nõ occides*. i. ne occidito. 36.c

Præcedentia tempora in hac lingua dant ſignificationem ſequentibus. i. ſi ſequantur futura poſt præterita, illa futura tempus præteritum ſignificabunt, *vt ipſi verò conſiderauerunt, inſpexerunt* &c. Hebraicè *conſiderabunt* &c. 129.a

Tertiæ perſonæ vtriuſque numeri verborum perſonalium imperſonaliter capitur, vt *Educes me de laqueo, quem abſcõderunt mihi.* ſupple, homines. 169. b. Sic *nunquid Sion dicet.* pro Sioni dicetur. 533.

Imperfecta Latinorum & Græcorum vno modo repræſentãtur per futura. cum quibus præterita miſcentur vt, *facientes præuaricationes odiui*: vbi poſt hæc in fonte



fonte eſt, *proponam, perambulabo*, quæ proinde doctè noſtri Sept. reddiderunt *proponebam, perambulabam.* 629.d

Hebraicus optandi modus eſt per interrogationem. *Quis dabit ſalutem*. i. vtinam daret. 75.c. & *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ*: vtinam haberem. 305.a

Infinita vſurpant pro cæteris omnibus, vt *mandare ſalutes*. i. qui mandas, vel manda. 242.c

Infinita cuiuſcumque generis fuerint actiuè & paſſiuè accipiuntur, vt *in infirmari illos*, quod Sept. reſoluerunt paſſ. *cum mihi moleſti eſſent.* Hier. actiuè, *cum me moleſtarent.* 193.

Infinitiuus cum præpoſitione in, quam noſtri cum gerundio coniungunt, vt *In conuertendo*, Hebraiſmus ſimul eſt & Græciſmus, pro quando conuertit. 866.c

Infinita ſæpe ſumuntur pro nominibus: vt *ſedere meam, ſurgere meum.* pro quibus nos habemus, *ſeſſionem meum & reſurrectionem meam.* 925.a

Infinitiua pro gerundiis cum præpoſitione Hebraicè & Græcè vſurpantur, vt *iudicare pupillo & humili.* ſic *illuminare his qui in tenebris* Luc. 1. 60. a. ſic *inhabitare*, cauſa habitandi. 377.c

Verba inuocandi & memorandi apud Hebræos cum præpoſitione in, conſtruuntur, vt *Hi in curribus & hi in equis.* pro hi currus & equos inuocabunt, vel memorabunt. 115.c

Verba ſenſuum in hac lingua cum præpoſitione cõſtruuntur: vt, *Ad videndum cum bonitate electorum*, pro vt videamus bonitatem electorum. 688.

Hebraicæ linguæ more Imperatiuus ponitur pro futuro, vt *Quærite Dominum, & confirmamini*, pro confirmabimini. 372. a

Infinitiua quantumuis voce ſint actiua, ſunt ſignificatione paſſiua, vt *in iudicare te*, quod Sept. verterunt ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. & noſter dum iudicaris. 288.a

*Multi dicunt animæ meæ.* Hebraiſmus pro de anima mea. 15.d. ſic *dilataſti mihi.* conſtructio Hebraica pro dilataſti me. 21.b

Cum verbis ſentiendi apoſiopeſis aut eclipſis vſitata eſt: vt *audiet auris mea*, vindictam ſupple, vel quid ſimile. 585.c

Participium conſtructum ad nominum inſtar, in nomen

nomen degenerat. *Tu es in ſuſtentantibus animam meam*, quod noſter & *Dominus eſt ſuſceptor animæ meæ*, ſic *Moſes & Aaron in ſacerdotibus eius*, &c. 201.

Verbo conuertere, vel participio conuerſus, Hebræi vtuntur pro aduerbio iterum, rurſus, denuò: vt *Deus tu conuerſus viuificabis nos.* 522.d

Futura pro præſentibus in rebus ſolitis vſurpare ſolent: vt *exaudiet vocem orationis meæ*, id eſt, exaudire ſolet 768.a

Verbum viſitandi nunc conſtruitur cum accuſatiuo: vt *viſita vineam [illegible]am.* Nunc cum præpoſitione ſuper: *Et ſuper filium hominis*, ſupple viſita. 496.c

# HEBRAISMI QVI AD RELIQVAS ORATIONIS partes pertinent.

ADuerbium negandi præpoſitum adiectiuo omnis vim negatiuę vniuerſalis habet vt *non ſumet omnia*, id eſt, nulla ſumet, nihil auferet. 274.d. item, & *non accendit omnem iram ſuam*: nullam, totam iram penitus retinuit. 476.a. Sic *Non fecit taliter omni nationi*. i. nulli. Hoc tamen non eſt perpetuum, aliquando enim ſolum particularis negans ſic enunciatur, vt *Non omnis qui dicit mihi Domine.* 684.b

Aduerbia qualitatis per ablatiuum cum præpoſitione *in* repræſentant Hebræi, vt *Iudicabit populos in iuſtitia*. i. æquè, iuſtè. 51.c. ſic *in ſuperbia*. i. ſuperbè. 172.a

Comparationis alteram particulam omittere ſolẽt: vt *bonum eſt confidere in Domino, quam ſperare*, intelligitur magis. 777.b

Comparationis particula altera vſu linguæ deſideratur, vt *quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis*, ſupple tantum. 648.c

Modus comparationis Hebraicæ eſt per præpoſitionem ſuper: vt *dilexiſti malitiam ſuper benignitatem*. i. malũ pluſquam bonum. 295.c. *Sic molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum*, pluſquam oleum. 308.1. Sic *quoniam confortati ſunt ſuper me*. i. pluſquam ego. 100.b

Præpoſitio ſuper in Græco facit quod Piel coniugatio Piel Hebræo. i. auget ſignificationẽ vt *in iudiciis tuis ſuperſperaui.* 838.c

Hebræi ſæpe duas præpoſitiones coniungunt, vt *de poſt fœtantes.* 486.b

*De* & *in* non præpoſitiones materiæ ſunt ſed loci, vt *laudate Dominum de cœlis*, nempe vos cœlites qui in cælis agitis. Sic *Pater noſter qui es in cælis*. i. qui in cælis degis. *Oſanna in Excelſis*, vos qui eſtis in excelſis ei benè precamini. 985.c

Hebræi

Hebræi vſurpant pro præpoſitione propter vocem *à facie*, vt *à facie peccatorum meorum*.i. propter peccata mea. 272.a. d. vel etiam pro contra. vt *à facie inimici*. id eſt, contra. 334.a

Hebręi in adiurationibus & proteſtationibus vtuntur prępoſitione ב *be*: ſicut nos per, ſeu propter, vt *in præcepto*. ideſt, per præceptum. 39.d

Præpoſitio ב *be*, Lat. *in*, ſæpe ponitur pro de vel in, quemadmodum εἰς apud Græcos, dum dicunt εἰς τὸν πολέμωνα. vt *In te cantatio*. de te vel propter. 400.b

Particula *quia* cum particula *niſi* ſignificationem ad coniunctiuum modum trahit. vt *Niſi quia Dominus adiuuit me*. i. niſi Dominus adiuuiſſet. *Et niſi quia Dominus erat in nobis*. i. niſi Dominus fuiſſet nobiſcum. 860.a

Hebraicè particula *Si* interrogat. vt *ſi eſt intelligens*. id eſt, an eſt intelligens. 298.c

Hebræi poetæ litteras moſe vecaleb & particulas eis æquipollentes ſponte tranſiliunt. 26.a vt *dediſti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti*, per Ecclipſim particulæ ש. vel בי. 24.a

Hyperbole Hebraica *ſupra cælos*, quæ hanc ſuperat *It clamor cælo*. 44.a

Particulam aduerſatiuam *at, tamen*, vt & verbũ ſubſtantiuum ſolent cogitationi relinquere. vt *multi qui perſequuntur me & tribulant. Et à iudicijs tuis non declinaui*, at, ſup. attamen. 837.c

Modus exaggerandi Hebraicus. *In cælo miſericordia tua*. i. immenſa & ſublimis. 198.d

Particula *tunc* vertit futurum in præteritum. vt *tunc canet*, i. cecinit. 866.d

Hypothetica Hebræorum formula per imper. *Iraſcimini, nolite peccare*. i. ſi iraſcimini, nolite peccare. 23.1.a ſic. *Ab altitudine diei timebo*, pro ſi ab altitudine diei timeam. 310.d

ליהוה לאלאנו לאב ולבן ולרוח הקודש
לאחר בשלוה כבוד ותורה
לעולם ולעד

# RERVM ET VERBORVM COGNITIONE DIGNIORVM, QVÆ in his Gilb. Genebrardi Theologi Pariſienſis commentarijs in Dauidis Pſalmos continentur, Index:

Priore aliquantulum auctior.

## A

ABigail Dauidem vocat Regẽ ante Saulis mortem. 343.d

Abimelech, nomen commune Regum Palæſtinæ. 186.d

Abimelech ſubuertens ciuitatem ſeminauit per eam ſal. 712.d

Abortiuus in vtero matris corrumpitur & tabeſcit, priuſquam educatur in lucem. 320.a

Abrahæ ſinus. 140. d

Abraham de poſteritate ſua penè deſperantem multa ſobole fœcundauit Deus. 367.b

Abrahę promiſſa facta. 412.d

Abraham princeps Dei habitus à regibus exteris. 674.d

Abſalon in acie ſuiſmet crinibus ſuſpenſus. 309.a

Abſcondita Domini opes & bona dicuntur, & cur. 91.c

Abyſſus, immenſa profunditas. 236.d

Acarnaniæ terra iuncta in ſinum Corinthiacũ commutata. 712. c

Accipiendi verbum dare ſignificat. 376.d

Accipite, & diuidite inter vos. 771.c

Achitofel, dux, princeps & è magnatibus Iudæorum. 306.b

Acroſtichis genus ob argumenti excellẽtiam. 786.d

Adam ſonat hominem obſcurũ & quaſi terrenum. 268. d

Adami lapſus. 272.c

Adeps & pinguedo ſymbola gratiæ & conſolationum diuinarum. 342.d

Ἀδολεσχεῖν, pro contemplari. 304.c

Adonaï vnum è tribus Dei nominibꝰ propriis. 730.d

Adiectiua ſignificãt ſubiecta cum accidentibus. 75.d

Adinuentio, ſtudium, conſilium, opus præclarè inuentum. 455.d

Admirabile nomẽ Dei. 43.b

Adorandi mos vetus qualis eſſet. 13.b

Adoratio duplex, vna abſoluta, altera relatiua, ſiue reſpectiua. 624.d
Aedificari vſu ſcripturę quid ſignificat. 292.d
Aegyptus tota inferioraquis inundabatur. 711.c.d
Aegypti & Aethiopiæ deſerta in agros fertiles & fœcundos conuerſa. 713.a
Aegyptij bouem colebant, quem Apin nominabant. 694.c.d.695.[illegible]
Ægyptij barbari. 697.d
Æmulari & zelari. 204.a
Æneas apud Virgiliũ iuuencas immolat vmbris. 699.c
Æquor tranſlatũ ad mare, vt & campi & montes. ibid.
Aër eſt formæ circularis. 456.d
ex Ære omnia ferè antiquitus fuere fabricata propter ferri penuriã. 102.d
Ærugo, pro rubigine. 479.b
Æthiopia veteribus cognita, & noſtris temporibus auro abundat. 410.a
Æthiopiam Hebræi appellant vtramque regionem littoralem maris rubri, tam Aſiaticam quàm Africanam.
Ætatis noſtræ ſpatium terminatur 70. annis, aut 80. ſi ſit firma valetudo. 570.a
Ætates duę ſunt morti commodiores ad ſalutis ſtatum. 641.a
Æternitas eſt quaſi momẽtum vnũ perenniter conſiſtens. 11.b
Affectuum & cupiditatum ſedes eſt in renibus. 40.b
Afflare & reflare fortunam. 66.c
Afflictiones, ſicut & proſperitates, ſunt à Domino. 356.d
Africus ex oppoſito Euri flat. 473.d
ἀγάπαι Chriſtianorum in prima Eccleſia. 235.d
Agareni, ab Agar matre Iſmaëlis. 510.c
Aggæus primus cecinit Halelu-ja, cùm nouam ſtructuram templi vidit. 671.a
Aggæi & Zachariæ reuerſio à captiuitate Babylonica. 746.d
Agrauli nymphæ homines ſacrificabantur. 699.c
Alchymia, ars vaniſſima. 66.d
Alæ Dei ſunt potẽtia, miſericordia, & præſidium. 89.b
Allelu-ja in Eccleſia lætis dumtaxat temporibus canitur iam ab Apoſtolico ſæculo. 671.a
Alexandriæ Aegypti ſchola fuit Chriſtianorum celeberrima. 382.c
Alieni homines. 112.b
Aloë. 252.d
Alphabetariũ poëma. 785.c
Amalechitę ſempiternas inimicitias exercuerunt populo Domini. 510.d
Ambulare ante Deum, eſt ei obedire, & præcepta eius efficere. 526.d
Amen, amen: ſignaculum, ſiue clauſula librorum quatuor





tuor pſalmorum. 231.b. 413.d.562.d.& 701.d
Ammonitæ, Arabes erant. 757.a
Amorrhei pro requie animarum ſe incidebant. 85.a
Amorrheorum regio erat trans Iordanem. 434
Ampulla diuinitus allata ad conſecrandos reges Franciſcos. 554.d
Anagrammatiſmi genus antiquiſſimum apud Hebræos. 542.a
Anaſtrophe. 780.d
Angelus, cui prouincia deducendi & dirigendi populum Iſraël commiſſa eſt. 242.a
Angelus magni conſilij Chriſtus. 609.a
Angeli non comedũt. 472.b
Angeli homines dirigunt, adiuuant, cuſtodiunt, purgant. 580.b
Angeli actionum noſtrarum teſtes ſunt & inſpectores. 920.b
Angeli boni à Deo præficiuntur prouinciis, vrbibus & regnis ad diſſoluenda opera, ſtudia & conatus Satanæ. 507.c.d
Angeli ne quidem iuſti & puri dicuntur. 454.b
Angeli filiorum Dei elogio decorantur. 550.c
Angeli, ſubſtantiæ ſeparatæ, intelligentiæ, cælorum motrices. 983
Angelorum miniſterio perficienda creditur corporum ſuſcitatio. 279.b
Angelorum multi ſunt ordines. 650.c
in Angelis ſexus nõ eſt. 98.d
Angelis vtitur Deus ad nos ſeruandos. 187.c
Angelis malis Deus pro carnificibus vtitur. 480.c
Angelis vtitur Deus ad miniſteria ſua, vt ventis & flamma ignea. 655.a
Anhelãt, & hiãt, qui aliquid vehementer cupiũt. 814
Anglia nũc vt olim nõ fertilis propter hæreſim. 713.c
Anima pro vita. 38.a
Anima & mens, corporis humani gloria. 84.c
Anima pro homine mortuo, vel potius pro hominis mortui funère. 85.a
Anima eſt in ſanguine. 66.b
Anima fuit quodammodo apud Deum, quia eam creauit diuinitus. 640.d
Anima pro tota perſona. 676.d
Animam alicui adhærere, eſt ardẽter aliquem deamare. 343.c
Animorum omnium creator Deus. 184.b
Animarum immortalitas, veluti digito, impiis atheis & Epicureis oſtenditur. 476.d
animalia apta ſacrificiis. 280.c
animalia tria monſtrifica condita à Deo. 666.a
animalia maiora & plura in mari naſcuntur, quàm in

terra. 665.a
Annus variè à varis populis diſtinctus eſt. 440.a.b
Anni tempeſtates quatuor. 987.
Anni quatuor tempeſtates, vel potius ſex, ſecundum Hebræos. 440.a
Anthropopathia. 9.d
Antichriſtus ab Orientis incolis & regibus conficiendus. 383.d
Antiphonarum primordia præcinuntur, ad totius pſalmi tonum ſiue modulum delibandũ ac præſignificandum. 442.c
Apes aliquando in concauitatibus arborum mellificant. 503.d
Appetentia tollitur animi mœrore. 634.c
Apoſtoli & Apoſtolici dicuntur filij Chriſti. 255.d
Apoſtoli inſtituerunt vt ter in die oratio dominica funderetur. 307.a
Apoſtolorum & aliorũ idiotarum myſterium quo ipſi ſtultitia prædicationis vicerunt mundi ſapientes. 66.a
Aquam bis è rupe Deus elicuit. 467.d
Aquę ſitus minimè eſt naturalis. 181.c.d
Aquæ contentionis. 618.d. & 600.d
Aquæ maris ſunt ſuperiores altiſſimis montibus, dum inaltum attolluntur. 656.d
Aquila quomodo ſe ſuámque valetudinem & iuuentutem renouat atque reparat. 646.a
Aquileïa vrbs olim clariſſima. 714.d
Arabia non recenſetur inter regiones auriferas. 408.d
Araneę tela facilè perit. 220.b. 569.c
Arbores ad varia ſuas habent tempeſtates. ibidem
Arborem Hebręi lignum appellant. 4.b
Arbores ſyluaticæ, & cultæ atque ſatiuæ. 661.a
Arca ante ſtructum templũ ſubinde mutauit locum 200.a.b
Arca Dei capta in Ephraim. 466.c
Arca Dei vbi poſita. 485.a
Arcuum vſus apud Tartaros, Turcas, & Orientales creberrimus. 448.a
Ardere. 41
Argentum quò eſt purius, eò excellentius. 66.d
Argos temporibus heroïcis ſterilis erat. 711.d
Arithmeticæ exemplarium notæ variant in plurimis Iudæorum manuſcriptis. 55.a
Aexa quid ſignificat. 734.a
Aſaph, nobiliſſimus cantor, Dauidis temporibus. 277.d. & 421. a
Aſcendere dicuntur euntes in mare, Deſcendere in Mediterranea, phraſi græca. 689.c
Aſcenſus Chriſti primus fuit ſuper



ſuper Occaſum, ſecundus ad Orientem. 383.c
Aſperſiones veteris legis, & aſperſio ſanguinis domini. 290.a
Aſpicere ad rem aliquam. 788.a
Atheiſmi ſcelus eſt turpius, quàm vt quis palam illud audeat profiteri. 298.a
Athenienſes philoſophos quoſdam propter atheiſmi ſuſpitionem ſuſtulerunt. ibid.
Atria templi tria, ſacerdotum, virorum, & mulierum. 627.b
Atria, loca laïcorum, quæ nos nauim appellamus. 900.d
Auaritia iniquitatis radix. 56.a
Auctores pſalmorum decem aut vndecim feruntur. 2.b.c
S. Audomari fanum in Gallia hodie eſt terra, cùm olim eſſet mare. 711.d
Auerroitæ animum quemdam communem ſomniant. 184.a
Auguſto imperante totus orbis à præliorum ſtrepitu quieſcebat. 406.c
S. Auguſtino nõ potuit probari ſtatim pſalterium ab Hieronymo ad Græcos fontes recenſitum. 597.c
Auicennæ liber de ſtatu animarum poſt mortẽ. 291.d
Aurôra, Græcè & Hebraicè lux, quod Rabbini ad lunam reſtringunt. 439.a
Aurora Solis prænuntia momento in totum hemiſpherium peruadit. 929.a

B

BAbylon euerſa per Darium Medum & Cyrum Perſam. 918.a
Babylonica turris. 305.b.c
Bamoth, altaria idolorum: Mizbehoth Dei optimi. 483.a
Barbari olim appellati à Græcis, qui lingua Gręca non vtebantur. 757.a
Barbæ pili, vultui dignitatem præſtant. 895.a
Baſan regio eſt vberrima trans Iordanem. 374.c
Beatitudo duplex, cæleſtis & temporaria. 2.c
Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in Chriſto. 388.b.c.
Beati mortui, qui in domino moriuntur. 69.c.d
Beel-phegor, quem Priapum alij vocant. 695.d
Belial, diabolus. 96. d. 230.c.
Belli ſacri vis contra Turcas & hæreticos. 488.d
Belluarum greges populos appellari, non eſt nouum. 438.b
Benedictio, & Maledictio Dei quid ſint in Scriptura. 18.d
Benedictio Dei cauſa bonorum. 713.d
Benedictionis ſacerdotum

formulæ adūbratio. 360.a
Benedictiones, præmij cæleſtis dona, vel gratiæ diuinæ conſolationes. 518.d
Benedicere eſt diuina veritate augere & multiplicare. 713.d
Benedicere, & maledicere alicui. 765.c
Benedicere cum datiuo vel cum accuſatiuo. 898.d
Benjamin tribus à minimo filiorum Iacob appellata. 380.a
Bethlehem paruula es in principibus Iuda. 566.c
Bethlehem propriè dicitur Ephrata. 888.d
Beza impurè loquitur dum corpus Chriſti, cadauer nominat. 84.c
Beza reprehenditur. 409.a. 434.a.572.c.& 939.c
Binarius & ternarius paucitatem in lingua Heb. denotant. 489.d
Bonorū multiplicatio Deū oſtendit. 26.a
Buccinarum duæ ſpecies. 617.b
Brucho, ſpecies locuſtæ frugibus nocentiſſima. 479.a
Bruchus, ſpecies locuſtæ. 681.c
Bruno Amarbachius corrupit Pſalterium quod D. Hieronymo tribuitur. 55.a

C

Cadere cauſa. 5.d
Cades, horrida ſolitudo Saracenorum & Arabiæ 161.d
Cælum ſolidum ſubſtantia & ſitu. 107.d
Cælum ſæpe terra appellatur. 205.d
Cælū pro aëre paſſim. 471.a
Cælum empyreum, beatorum locus mirabiliter radians. 650.a
Cælum ſupremum trāſgreditur corpora cæleſtia & terreſtria. 762.c.& 365.d
Cæli moles adamuſſim fabrefacta iudicare dicitur infinitam opificis præſtantiam. 108.d
cælo cæleſtíque patria nihil dulcius. 366.a
cæli non ſunt animati. 107.b
cæli à terra diſtantia magna. 138.c.d
cæli tres ex Hebræorum veterum mente. 382.d
cæli & terræ futura eſt mutatio, non in totum abolitio.
cæli ſicut cortina in rotundum ſignum, abſque ruga, amplè & latè extenduntur. 654.a.& 655.b.c
calabria hodie deſerta eſt propter peſtilētiā. 714.d
calamitas, quaſi calamorum fractio. 675.a
calamitates ſunt piorum exercitia & probationes. 304.b.c
calceus olim ducis cauſa dabatur. 719.a
caligo & tenebroſa aqua tabernaculo Dei circumfuſa. 99.a

Caligo,



Caligo, tenebræ, vmbra mortis, ſymbola rerum aduerſarū & infœlicium. 101.d
calix Hebræis metaphoricè ſignificat præmium vel ſupplicium. 63.b. 424.a
Calicis promiſcuum vſum petunt Sectarij in Chriſtiano manna. 601.c
calicis Euchariſtiæ typus erant libamina. 771.c
caluinitæ magnoperè abhorrent à penetratione dimenſionum. 680.d
caluinitarum blaſphemiæ. 123.a
calumnias & iudicia impij Deus non ſinet ſuccedere. 209.a
calumniator, Græcè Sycophanta. 406.c
canes, homines impuri & impudentes. 126.c
canicula, & dies Caniculares. 911.c
canticum ſignum hilaritatis interioris animi. 157.a
canticum, Canticum Pſalmi, & Pſalmus cantici. 164.b
canticū diſtinguitur à Pſalmo. 365.a
cantica graduū, ſiue aſcenſionū, cur ſic dicta. 843.c
cantores & fidicines vtriuſque ſexus perſonabāt Dei laudes & victorias. 379.c
cantores centum viginti octo inter ſeruos, & inter ancillas cantatrices ducentæ. 868.d
Cantus Eccleſiaſticus excellentiſſimus & iucundiſſimus. 915.d
Captiuitas duplex è qua per Chriſtum liberamur. 76. a.& 376.c
Caro, pro homine. 311.c
Caro humana multipliciter ſitit Deum. 341.b
carthaginenſes, cùm peſte laborarent, aris impuberes admouerunt. 698.d
caſſia. 253.a
cathedra, pro doctrina ſæpe. 3.c
cauſa princeps in omnibus eſt dominus. 161.d
chananæi olim incolebant terram ſanctam. 236.a.b
chananæorum impietas, qui ad aras ſanctificarunt infantes. 697.d. 698.a.b.c
charitas reſpicit bonum publicum & commune. 53.b
cherub non ſolùm ſignificat angelum aut angeli formam, ſed in genere quaſlibet formas. 492.a
cherubim vt animalia pennigera. 98.c.d
cherubim & Seraphim per ſe ſubſtantiua neutri generis cur ſint. 98.d
cherubos, alatos fuiſſe puerorum imagines docent Thalmudici. 434.c
cherubin & Seraphin aurea arcæ, in figuratum exemplum. 764.a
chironi centauro annuum hominis ſacrificium inſtitutum. 699.a

VVv 4

Chore, Dathan & Abiron terra abſorpti. 306.d
Chore filij temporibus Moſis vbi habitabant. 239.a
Chore filij quadringentis annis ante Dauidem in deſerto vaticinati ſunt. 519.d
Chore filij. 257.a
Chorus, conclaue ſacerdotum. 900.d
Chriſtus, verus Meſſias. 9.a
Chriſtus filius Dei naturalis ab æterno genitus. 11.b
Chriſtus vt Deus innatum habet imperium, vt homo accipit. 11.a
Chriſto regis epitheton ſolet attribuit. 28.d
Chriſti hominis quanta ſit excellentia. 46.a
Chriſti hypoſtaſis in morte ipſius diſſoluta nō eſt. 85.c
Chriſtus anima deſcendit ad inferos. 85.c
Chriſtus ſedet ad dexteram patris. 86.a
Chriſtus fregit Satanam, mortem, inferos, mūdum, 103.d
Chriſtus benedictus in ſeſe: aliis autem benedictionis & fœlicitatis omnis auctor & cauſa. 118.a
Chriſt⁹ cerua vocatur. 122.c
Chriſtus in paſſione derelict⁹ pro parte carnis. 123.a
Chriſtus eiuſdē naturæ nobiſcum conſors fuit. 130.a
Chriſtus dominus virtutū. 141.c
Chriſtus filius Dei ſolus eſt per generationem. 158.d
Chriſtus ſolus fuit iuſtus. 188.c
Chriſtus eſt ſumma Moſis & Prophetarum. 226.a
Chriſtus peccata noſtra pertulit in corpore ſuo. 227.a
Chriſtus & Sathanas contrariis modis regna ſua condiderunt. 250.c
Chriſtus vnctus dicitur. 251.c. & 252.a.b
Chriſtus rex terribilis & tremendus. 260.c
Chriſtus orauit in genere pro perſecutoribus. 380.
Chriſtus aſcendit in cœlum, in mōte Oliuarum. 383.
Chriſtus verum eſt manna. 472.d
Chriſtus ex tribu Iuda. 485.c
Chriſtus eſt facies & imago eſſentialis Dei. 493.d
Chriſtus quare appellatur angelus. 495.a
Chriſtus vocatur filius mulieris. 531.c
Chriſtus deſcendit ad inferos non vt debitor, ſed vt victor. 530.a. & 541.a
Chriſtus, ante ſuum aduentum in terras regnabat per poteſtatem ſuam, ſed non per fidem & religionem. 608.c
Chriſtus mundum correxit in religione, vita, moribus, conſcientia. 609.d
Chriſtus regnare præſertim apparebit nouiſſimis tēporibus, quando omnia ſibi patríque ſubiecerit. 612.b
Chriſtus quomodo ad iudicium comparebit. 613.a
Chriſt⁹ maior angelis. 614.a
Chriſtus à morte ſe ſaluum fecit, reſurgens propria virtute. 616.a
Chriſtus ratione diuinitatis patri tātùm dicitur æqualis, ratione humanitatis minor. 731.d
Chriſti corpus in ſepulchro corruptelā nō ſenſit. 85.c.d
Chriſti forma & ſermo. 248.a
Chriſti aduētus fruct⁹. 524.a
Chriſti deſcenſus ad inferos, ob liberationem iuſtorum. 368.a
Chriſti prælīū cum Iudęis & Romanis Eccleſiā martyriis afficiētibus fuit valde atrox & cruentum. 379.a
Chriſti regnum ſiue Eccleſiæ, eſt ſpirituale & temporarium. 557.c
Chriſto ſubiicietur totus terrarum orbis. 418.a
Chriſtiana tempora cur nouiſſima dicantur. 20.a.b
Chriſtianus cognoſcit multa, quæ Dei naturam maximè explicant. 446.d
Chriſtiani efficimur, non naſcimur. 133.a
Chriſtiani creati & geniti à Deo verbo vitæ. 638.d
Chriſtianorum magnus numerus. 535.d
Chus, ſiue Chuſi, Æthiops. 38.a
Cedareni ſunt Arabiæ populus. 846.d
Cedrus commendatur celſitudine, diūturnitate, odore & vmbra. 585.d
Ceruus eſt maximè ſiticuloſus. 234.a
Ceruarum partus, caprearū & ilicū difficillimus. 162.
Cicada, vermis æſtiuus, & canorus. 638.d
Ciconia, pia in parentes. 662.a
Cithara, quodnam fuit inſtrūmentum. 499.a
Κλῆρος, periculi aleæque genus. 372.d
Clitumni fluminis aqua potata candidas facit boues. 134.d
Cognoſcere Deum. 447.d
Coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum. 56.c
Columba pennarum elegantia, & morum forma excellit. 373.a
Colūbæ alas expetit Dauid. 305.a
Columbę & Turtures dumtaxat aptæ erant ſacrificiis. 515.d
Concilium. 6.b
Confiteri. 41.d. 50.a. 530.a. & 543.d
ad Cōfeſſionem quoto mares & fœminæ anno, iuxta leges Eccleſiæ obligantur. 144.b
Confeſſio erranti medicina. 176.d
Confeſſionis circumſtātiæ. 177.a

Confeſſio laudis gratior eſt Deo, quàm veteris legis vllum ſacrificium. 332.
Confeſſio ſacerdotalis. 333.
Confundi. 124.d
Cõſecrationis formula, qua vſus traditur Moiſes ad benedictionem populi & tabernaculi. 277.
Conradus Pelicanus, Franciſcanus excucullatus. 55.a
Conſilia impiorũ ſunt ipſis pernicioſa. 54.b.c
Conſolatio Dei, delicatiſſimus paſtus animorum. 342.d
Conſtantini tempora. 259.a
Conſtantini tempora cœpit reparari Iudæa, & Eccleſiæ illic ac alibi per orbẽ ſolemniter conſtrui. 192.
Contemplatione rerum cœleſtium facilè peruenitur ad Dei notitiam. 107.b
Contingentia differt à fortuna. 409.
Contra, è regione, ex aduerſo. 286.d
Cor duplex, quomodo Hebræi deſignent. 65.b
Cor pro anima. 90. pro tota perſona. 307.
Cor, Cerebrum & Iecur, tres nobiliores partes quę primùm in vtero formantur. 442.
Cornu, firmitas & robur. 96.b
Cornu Vnicornis bifurcum inſtar crucis. 160.d
Corona, regni nota & inſigne. 117.c
Corona ſiue ornamentum anni, ſunt fruges, fructus, herbæ, flores. 352.d
Corpus Chriſti ſpeciebus panis tectum & reconditum. 368.d
Corporis noſtri ſubſtantia, ſiue materia & cõpoſitio caduca & fragilis. 560.c
Corpora ſola animata cibis & potu indigent. 281.c
Corpora glorificata poſt reſurrectionem non magis edent aut bibent, quàm nubent aut nubẽtur. ibid.
Corui oderunt pullos ſuos ingenita crudelitate. 984.
Coſmographi notant in Septentrionali Hemiſphærio eſſe terrarum apertionem, in Auſtrali oceani & marium diffuſionem. 551.c
Creare & formare quid inter ſe differunt. 626.d
Creatio Dei, & prouidentia, duo in operibus Dei conſideranda. 583.d
Creaturæ omnes à Deo cognoſcuntur ſecũdùm eſſe proprium & reale. 280.d
Cremia, ligna leuia, & quæ facilè concipit ignẽ. 634.a
Crepuſculũ duplex eſt, matutinũ & veſpertinũ. 834.a
Crux non erat ſupplicium Iudaïcum, ſed barbarum ſiue Romanum. 392.d
Cruces habuit prima Eccleſia. 434.d
ex Curribus pugnabant antiquitùs. 449.d
Currus & quadriga Deo tribuitur.



buitur. 98.b
Cultus Euangelicus Deo gratus & acceptus. 293.c
Cymbala, pſalterium, & nablium, inſtrumenta muſica. 990.
Cyniphes pediculi. 680.d
Cynomyia per y, muſca canina. 478.c.& 680.c
Cyrus & Darius Deum Iudæorum agnoſcunt. 918.d
Cyro & Dario placuit Hieroſolymam reſtaurari. 638.a

D

DÆdali ſtatuæ. 905.a
Dæmones pręfecti pręſertim regionum & vrbium. 507.c
Dæmones, nocturnus, & meridianus. 578.a
Dæmonia, & dęmones, quaſi diuini & admirandi. 606.d
Daniel in terra captiuitatis poſitus, contra Hieruſalem genua flectebat & adorabat. 31.b
Daniel ter in die flectebat genua ſua & adorabat. 307.b
Dauid ſcriptor tantùm pſalmorum, auctor autẽ Spiritus ſanctus. 15.b
Dauid, Salomon & Iob ſæpe vſurpant verba & ſignificationes Syrorum & Chaldæorum. 23.a
Dauid ſacrificiis quibuſdam citharam & alia inſtrumenta adiunxit. 153.b
Dauid ad quos cõfugit metu Saulis. 312.c
Dauid quondam ſequebatur ouiculas. 486.a
Dauidis vnctio ad regnum fuit triplex. 152.a
Dauidis & Salomonis regnum ad Euphratem vſque pertingebat. 408.a
Dauidis ingens ardor ad tẽplũ Dei perficiẽdum. 887.a
Dauid Kimhi, Hebræus ante 300. annos. 54.a
Deber & Kekeb, nomina dęmonum, quorum vnus noctu, alter meridie noceat. 578.b
Decachordum, inſtrumentum muſicum. 181.c
Decalogus, decem Dei præcepta continens. 54.b
Deficere, animi deliquium pati. 4.
Delos & Rhodus ab aquis extiterunt, & plurimæ aliæ inſulæ. 711.d
Dentes, vires, potentiam, vim, impetum ſignificant. 18.c
Deriſores. 3
Deſerta Seracenica, in quibus nulla extant veſtigia. 682.b
Deus eſt vbique actu & eſſentialiter, ſed ibi habitat vbi eſt per gratiam vel gloriam. 9.a
in Deo affectus humani ſunt per effectus. ibid.
Deus ſecundum humanam naturam filium non genuit ſed creauit. ibid.
Deus in tẽplis quodammo-

do videri dicitur. ibid.
Deus quàm ſit admirabilis, & quatenus natura duce, & quatenus lumine fidei cognoſcitur. 43.c.d
Deum eſſe pauci ſunt qui neſciant. 72.d
Deus non indiget noſtris bonis, eis tamen delectatur,& remunerat. 80.c.d
Deus innatum habet vniuerſorum imperium. 11.a
Deus habitare dicitur in Sion. 51.d
Deus ſicut corpus non eſt corporiſue particeps, ita animam non habet. 63.a
Deus ſingulis ætatibus ſuos habet electos, à quibus colatur & inuocetur. 73.c
Deus eſt veluti rex, tutor, pater & defenſor pauperum. 74.c
Deus ſeipſo cõtentus.80.a.b
Deus deſcribitur iratus ſuis aduerſariis. 97.c
Deus cum piis, integris & ſimplicibus ſolet eſſe ſimplex, benign⁹ & integer, & talis eſt erga homines quales homines ſunt erga ipſum, 101.a
Deus fecit miſericordiam Chriſto. 105.c
Deus,laus Iſraël. 124.c
Deus deprecandus, vt nobis adſit. 130.c
Deus non tantùm ore, ſed etiam opere colendus. 158.d
Deus omnium deorum Dominus. 277.d
Deus non vtitur cibis vel potu. 281.c
Deus eſt miſericors & ſtat promiſſis. 315.b
Deus tam vitæ quàm mortis æqualem habet poteſtatem. 378.a
Deus vnumquemque eſt remuneraturus pro ſuis geſtis. 338.d
Deus,epulum & lætitia animi maxima. 365.c
Deus non denegat gratiam, imo auget, facienti quod in ſe eſt. 370.b
Deus ſtipatur multis angelorum millibus. 375.d
Deus mirabilis in Eccleſia. 383,a
Deus peccata peccatis punit. 392.d
Deus hodie in templis habitat ſingulari quadam virtute & efficacia. 483.c
Deus in medio magiſtratuum ſedet tanquã iudex. 505.c
Deus propriè ſanctificat,homo miniſterium exhibet. 615.a.
Deus aliter cernit quàm nos. 569.a
Deus quocunque tempore laudandus. 583.a
Deus eſt mundi conditor & gubernator. 583.d
Deus immittit publicas calamitates propter impios. 593.b
Deus non deſeret homines, quamdiu iuſtitiæ ſtudebunt. ibid.
Deus



Deus quomodo allocutus eſt Moſem & Aaronem, Samuëlem & Iobum. 623.d
Deus eſt cauſa tota vel fœcunditatis vel ſterilitatis. 713.d
Deus nobiſcũ loquitur tribus modis. 820.
Deus nôn permittet impios diu dominari in bonos. 863.d
Deus eſſentialiter & actu eſt vbique. 928.a
Dei aduentus in montem Sinai. 98.a
Dei inclinatio & deſcenſus ad prouidentiam eius pertinet. ibid.
Dei epitheta ſiue cognomina,quæ Moſi reuelauit in monte Sinai. 646. d. c
Deo,Deíque religione nihil ſuauius & amabilius.82.d
Deum nemo vidit vnquam 447.d
Dextera vſu Scripturæ ſymbolum bonorum & beatitudinis. 84.a
Dextera deſignat Auſtrum. 551.d
Dianæ hoſpites in Taurica Cherroneſo immolabantur, 699.c
Digiti Dei. 45.b
Dies ſecundus & quintus præcipuè celebrabantur à Iudæis poſt Sabbatum. 263.d
Dies cuncti peregrinationis noſtræ parui & mali. 571.a
Die ac nocte, prouerbium. 4.a
Dij laboribus omnia vendunt,prouerbium. 595.a
Dij gentium verè ſunt diaboli. 606.d
Dij appellantur, Pater, Filius & Spiritus ſanctus, habita ratione perſonarum. 262.a
Diluuium Noë, Ogygis, Deucalonis. 657.a
Diomedi in Cypro homines immolabantur. 699.a
Dionyſius dicebat ſacrilegis,bonam nauigationem concedere. 423.d
Diſcernere,iudicare. 373.d
Diſtinctionis verſuũ varietas in Hebræa & noſtrà editione vnde ſit. 30.d
Doëg, typus hæreticorum. 295.a
Dolores Inferni, maximi. 96.d
Dominus pro vero Deo, id eſt, pro Dei nomine proprio. 184.d
Domine labia mea aperias, in precationis principio commemoratur. 292.a
Dominica die Chriſtus reſurrexit. 137.b
Donec, id eſt, poſtquàm, 83.c
Dor & Toleda differunt. 730. b. c. d
Dormientes. 34.c
Dracones, immanes etiam piſces dicuntur. 437.b
Dracones, terreſtres, & aquatici. 992.
Druydas

Druydas Tyberij Cæſaris principatus ſuſtulit. 699.d
Dubitare de Dei omnipotentia, eſt de eo malè loqui. 469.c
Duo ſunt in cunctis verbis legis. 339.d

E

Ecclefia ex Iudaica euaſit Catho[illegible]a. 6.
Eccleſia magna, & parua. 130. d. & 195. a.
Eccleſia ad omnes terras peruentura. 257.d
Eccleſia ſponſa Chriſti. 253.b
Eccleſia eſt columna veritatis, errare non poteſt in doctrina morum & fidei. 350.c.
Eccleſia multis nominibus à Dauide appellatur. 366.d
Eccleſia in alto & cõſpicuo poſita, maximéque viſibilis. 374. b.c
Eccleſia cœpit ab Adam & Abel. 432.a
Eccleſia Chriſti vſque ad cõſummationem ſæculi perducetur, ſicq; perpetuò erit viſibilis. 557.d
in Eccleſia omnia ſunt ſancta. 607.c
Eccleſia perpetuò diſtincta in duos ſtatus. 764.d
Eccleſia à Iudæis & Paganis oppugnata fuit per annos 300. vſque ad Conſtantinum. 876 d
Eccleſiæ radix & fundamentum eſt in Sione & Hieruſalem. 263.d
extra Eccleſiam ne Deus rectè colitur, neque vllum votum Deo gratum eſt & acceptum. 349.a
Eccleſiæ eſſe, beneficium Dei ſingulare eſt. 350.a
Effectus tollitur, ſublata cauſa. 349.d
El, nomen vnum è decem diuinis. 40.d
El, Elohim, Adonay, tetragrammaton, tria diuina nomina. 278.a
Electi & iuſti pauci ſunt comparatione reproborum. 91.b
Elion, vnum è decem diuinis nominibus. 50.b
Eliſeus 40. pueris maledixit, qui ipſum habebant ludibrio. 70.b
Elohe & Elohim, duo diuina nomina diſtincta. 722.c
Elohim iudicem ſonat, ac prouidẽtiam reſpicit, non eſſentiam. 72.a
Emmanuel interpretatur, nobiſcum Deus. 361.d
Empedocles animam dicebat eſſe ſanguinem. 166.a
Endor, locus tribus Manaſſæ. 511.d
Ens bonum admirabile. 921.a
Ephraim, pars Iudææ cis Iordanem. 330.d
Ephraim tribus prærogatiua. 466.d
Ephraim, Benjamin & Manaſſe, complectuntur tres præcipuas partes terræ ſanctæ. 492.d
Epiſcopi nomen iam erat ſacrum inter prophanos. 724.d
Epitheta Dei tredecim Moſi ab ipſo Deo reuelata. 530.d
Equitare, eſt regnare. 382.a
Erichto apud Lucanum homines immolat. 699.c
Erictheus Atticus filias ſuas ſacrificauit. ibid.
Erithras & Eſaü, qui Edom appellatus eſt. 437
Error duplex. 720.c
Eſſeni haſidæi.i. pij & probi in Machab. libris dicuntur. 22. d
Ethan, ſiue Etham, mare.
Eubœa abſorptis terræ faucibus Bœotiæ per mare adempta. 712.b
Euangelium iugum ſuaue, & vinculum onúſque leue. 9.b
Euangelium ſecundum Matthæum, non autem Matthæi. 15.c
per Euangelium iuſtificantur credentes. 226.c
Euangelium in primis ac potius pollicetur ſpiritualia, deinde temporaria. 360.
Euchariſtia non ſolùm eſt ſacramentum, verumetiam ſacrificium. 358.c
Euchariſtia, ſacrificium laudis incruentum. 393.d
Euchariſtia, in qua eſt mnemoſynon mirabiliũ Dei. 743. d
Euchariſtiæ ſacrificiũ. 282.c
Euchariſtiæ ſacrificium incruentum. 608.b
Euchariſtiæ myſterium cathecumenis & Paganis occultabatur. 738. b
Euei vſque ad Gazam deleti à Paleſtinis. 331.d
Euge, exultantis, vel etiam inſultantis & illudentis particula. 196.a
Eurus in Iudæa eſt valentiſſimus, vrens & tempeſtuoſus. 278.d
Exaudire apud Septuaginta. 21.a
Exaudiri, fructus finíſque precis. 35.d
Exauditus eſt pro ſua reuerentia. 572.d
Excubiæ nocturnæ ſunt quaternæ, tribus horulis duntaxat conſtantes. 567.a
Exitus compitum, & Exitus viarum. 433.c
Expoſiti pueri. 154 a
Ezechias peccauit, quòd Babyloniis theſauros ſuos oſtentârit. 791.a

F

Facere, ſacrificare. 358.c
Faciens miſericordiam in millia diligentibus me. 649.d
Faciei vocabulum apud Hebræos. 172.c

Fames

580.a
Fames, vnum è Dei flagellis. 675.a
Fel craſſius quàm acetum. 191.a
Fermētum erat peccati ſymbolum. 225.d
Feſtorum duorum ſolennitas & celebratio. 235.c
Feſtum à quatuor panum generibus in ſacrificio confeſſionis. 709.a
Fides nuda beare nō poteſt, & cur eam Paulus maximè commendet. 14.a
Fides nulla inter homines. 65.a
Fides & Dei timor à peccando homines cohibēt. 73.d
Fides, cuicunque data fuerit, non eſt fallenda. 78.d
ex Fide viuitur, & ſalus eſt. 393.d
Fidiculæ dictæ à findendo. 577.d
Filius à Platonicis appellabatur opifex, δημιουργὸς, 908.a
Filij hominum opponuntur filiis Dei. 67.b
Filij deorum. 158.c
Filum vitæ vna Parcarum net, altera ſecat. 640.d
Firmamentum. 107.c
Fiſcus rapit, quæ non capit Chriſtus. 725.b
Fœlicitas ſumma eſt videre faciem Dei. 91.d
Fœlicem fuiſſe, infœliciſſimum infortunij genus. 455.c
Fontium & aquarum vſus. 659.a
Fortuitum nihil eſt. 171.c
Frameæ, genus gladij. 51.a
Frumentum, vinum & oleum, ſacramentorum ſymbola. 27.a
Fulica, auis aquatica, prope littora nidificans. 661.a
Funes pro hæreditate & portione. 82.d
Funiculus menſorius. 482.a
Funiculis menſoriis hęreditates diuidebantur. 673.d
Furor, & ira. 34.a
Futura ſunt plurimùm imperatiui vel optatiui modi. 36.b
Futura quæ prophetantur pro factis iam habentur. 18.a

G

Gabala, ciuitas Phœniciæ vel Syriæ, cuius incolæ Gabalitæ. 511.a
Galaad & Manaſſes, terra Iudææ ſita trans Iordanem. 330.d
Galenus & medicinæ alij principes per μέλι ſuccharum intellexerunt. 504.a
Gallia tota olim nemoroſa & ſterilis. 713.a
Galli primò omnium receperunt Pſalterium Hieronymianum. 597.a
Gallus ſylueſter, auis immanis magnitudinis. 281.a
Genezara, lacus Iudææ. 351.d
Genius natalis & candidus. 580.a
Generatio toto hoc opere ferè ſignificat ſæculū. 75.a
in Generatione diuina omnia pura & ſimplicia & ab omni fluxu libera. 11.d
Geneuenſis Ceuellerius redarguitur. 103.a
Geneuenſes impij. 247.a
Gentium nomine quos appellat ſcriptura. 59.b
Geometræ & Optici non ſatis exactè aſſequuntur altitudines montium. 599.a
Geometrarum veterum loquutio. 305.d
Gerardus Veltuyckus. 127.b
Germania ſyluis olim & ſolitudinibus horrida. 713.a
Geſtus feruentis 58.d
Geſtus hominum inhumanorum. 89.d
Geſtus deridentium. 243.d
Geſtus attendentium diligenter ad inſtrumentorum pulſationem. 269.a
Geſtus hominis nolētis auxilium ferre. 436.c
Getthæi occiderunt filios Ephraim. 466.d
Gigantis etymologia Græca. 543.a
Gignere, creare, de aliena ſubſtantia producere. 11.b
Gittith, inſtrumentum muſicum, à qua vox Gallica, *Guiterne*, non valdè abludit. 43.a
Glacies. 985
Gloſſa antiquiſſima Hebræorum, ante 2000. annos ferè ſcripta. 122.c
Gnoſtici reprehēdūtur. 599.d
Gog & Magog, Sarraceni & Turcæ. 298.a
Græci ſæpe relatiuum ponunt in caſu antecedentis. 34.a
Gratia, remiſſio peccatorū, iuſtificatio ſūt à Deo. 59.b.c
ſine gratia non curritur ad gratiam. 59.d
Gratia radix eſt operū. 112.a
Gratia Dei pinguiſſimus paſtus animorum. 342.d
Gratiæ & dona ſingularia, quibus decoratus eſt homo à Deo. 45.d
Gratiæ primus effectus eſt iuſtificatio. 525.d
Guſtare. 26.a

H

Habentia, pro opibus. 296.c
Hallelu-ja. 742. a, & 463. vide Allelu-ja.
Hæreditas æterna conſeruatur in cœlis. 172.b
Hęreditate Gręci Eccleſiam intelligunt: alij regnum Dei. 82.c
Hæreſes, ſchiſmata & ſectas in Eccleſia Deus nō vult. 367.a
Harmoniarum muſicarum, ſiue concentuum quatuor apud Græcos genera. 989
Hebrei paſſim loquuntur cū eclipſi verbi ſubſtātiui. 22.a
Hebrei conſtanter Purgatorium credunt. 274.d
Hebræorum manus ſeruierunt in cophino. 500.d
Hebræa etiam neutrum ge-

nus patiuntur. 32.b
Hebraica lingua rectè dicitur ſancta.286.a.quare angelica. ibidem
Herinaceus, quodnam animal. 662.c
Heman, nepos Samuëlis, alter filius Zare. 539.d
Hermon, mons Galileæ ad ortum. 551.d
Hermonim, duo montes arcti in extremi terræ ſanctæ. 236.a
Herodius quænã auis. 661.a
Herôum filij noxæ. 872.b
Hiericon palmetis conſita. 351.a
Hieruſalem ſitus & amplitudo. 264.a
Hieruſalem terreſtris, & ſpiritualis. 366.d
Hieruſalem, ſanctæ eſt terræ veluti medium & vmbilicus. 437.a
Hieruſalem ſita erat in loco montoſo. 516.a
Hieruſalem appellatur eccleſiarum matrix. 533.a
Hieruſalem erat de agro Bethleemitico. 888.d
Hillulim Hebræi appellant epithalamia, & Hillula nuptiæ. 484.a
Hipparchus rectè perſtrictus à Plinio. 982
Hiſtoriæ veteris geſta cur leguntur. 464.b
Hodie, ſymbolum æternitatis eſt & cur. 11
Hodie, pro præſenti vita, vel etiam toto tempore gratiæ & ſalutis. 599.d
Hollandiæ, Zelandiæ & Batauiæ magna pars in pelagus Flandricum commutata. 712.c
Holocauſtum. 225.d
Holocauſtorum genera tria à Deo inſtituta, arietum, bouum & hircorum. 357.b
Homo ater, prauus. 38.a
Homo, qua re differt ab Angelo. 45.a
Homo omnis viuens eſt vniuerſa vanitas. 218.c
Homo ſuapte natura nihil quàm vanitas. 298.b
Homo homini Deus, homo homini lupus. 313.a
Homo bulla, prouerbium. 567.d
Homo mendax, Deus verax. 770.c
Hominis opificium & ſtructura. 927.d.& 933
Homines infinitis modis miſerabiles. 53.d
Homines & Angeli dij non natura, ſed participatione tantùm cuiuſdam ſcintillæ Dei. 506.a
Horeb, mõs in Arabia. 694.d
Hora prima orationis erat manè. 29.a
Horæ antelucanæ. 29.c
Horæ tres ſtatæ & ſolennes precationis Iudæorum. 307.a
Horæ orationis ſeptem in Eccleſia inſtitutæ. 839.a
Hoſanna filio Dauid. 410.c
Hoſanna, non eſt vox corrupta. 781.d

Hoſtia



Hoſtia publica, & priuata. 153.a
Hoſtia peccati Moſaïca alia erat ab holocauſto. 225.b
Humanis hoſtiis litabant Gentes. 698.d
Hybernia olim Britanniæ adiuncta. 712.c
Hypothetica Hebræorum formula per imperatiuum. 23.a

I

IAcob Ben Haim in epitomen contraxit magnam Maſoram. 127.a
Iabin, rex Chananæorum. 511.d
Iacob, vrbe Sichem à filiis direpta & vaſtata, magno fuit cunctis ciuitatibus terrori. 674.d
Iacob filij panis inopia deſcẽderũt in Aegyptũ. 207.a
Iacobus frater Domini ſolebat ingredi Sancta Sanctorum. 623.c
Iapeti genus, Moſes Iaphet appellat. 665.a
Idem Pythagorici pro bono principio ſumebant, alterum pro malo. 642.d
Ibis vocatus inimicus Callimachi & Ouidij. 724
Idithim, vel Ieduthum, vnus è duodecim cantoribus Dauidis. 216.d
Idola ſiue ſculptilia ſunt diabolorum receptacula & tanquam corpora. 606.a. & 613.d
Idola & ſacræ imagines quid differant. 764.a
Idololatriæ peccatũ in quo propriè ſitum. ibid.
Idumæa potens & fortis ob loci naturam & populi ferocitatem. 331.a
Idumæi in tabernaculis degebant vt Nomades. 510.b
Iemini, tritauus Saulis. 38.a
Ieroboam ad Ephraim tribum conatus eſt regnum reducere. 485.a
Ignis pro afflictione & perſecutione. 55.c
Ignis conflagrationis ſiue purgationis. 613.a
Imago Dei in nobis impreſſa quæ ſit, & quid operetur. 25.a
Imago opponitur veritati & rei ſolidæ. 219.c
Imagines Chriſti, Virginis & Sanctorum habuit primitiua Eccleſia. 434.b
Imperfecta Latinorum & Græcorum vno modo apud ſuos repræſentantur per futura, cum quibus præterita miſcẽtur. 629.d
Imperium improborũ. 112.d
Imperia quatuor præcipuè diuexarunt Eccleſiã. 68.d
Impius laudat deſiderium animæ ſuæ. 55.c
Impij in terra multis modis infœlices ſunt. 5.c
Impij in iudicio quomodo non reſurgent. 6.a
Impij legem Chriſti & Euangeliũ iugũ vocãt. 9.b
Impij ni firmentur potentiũ præſidio sũt debiles. 5.d
Impij in Deum qui. 5.c

Impij irriſionis cauſam hauriunt è ſimplici piorum in Deum confidentia. 75.c
Impij quando Deum iudicant. 288.a
Imprecationes generales, & perſonales. 189.a
Imprecationes Dauidis referuntur ad reprobos & obduratos, non ſtudio vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, 391.d
Imprecationum duo ſunt genera & quomodo eis vtendum. 70.b
Imprecationibus quando & quomodo vtendum. 723.d
Improbitas impiorum vrit hominem pium. 217.c
Imputare peccatum. 175.b
Incantatorum artes à Deo improbantur. 319.a
Incuruatio dorſi & lumborum mutatio, virium imbecillitatem arguit. 391.d
Indignatio multò grauior eſt ira. 159
Inducere, amicire & ſimilia, vſu linguæ ſignificant copioſè habere, repleri, abundare. 518.c
Infantes 43.d
Inferi, tenebrarum regio: vt cœlum lucis. 544.a
Inferni variæ ſunt regiones. 530.c.d
Infernus duplex, ſuperior & inferior. ibidem
Infirmitates, vitia, peccata, errores. 81.a
Inimici viſibiles, & inuiſibiles, contra quos orandum. 70.a
Iniquitas & peccatum confunduntur. 288.c
Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. 62.d
Innon, vnum è Meſſiæ nominibus. 411.a
Inſani verè ſunt, qui ſe dedunt iniuſtitiæ & improbitati. 30.c
Inſcriptio huius operis vulgata apud Hebræos. 2.a
Inſcriptiones pſalmorũ difficiles. 23.d
Inſcriptiones pſalmorũ additæ à Septuag. è maiorum traditionibus, non ſcriptura. 587.b
Inſtrumenta muſica piè vſurpãtur à Chriſtianis. 997
Inter medias ſortes, prouerbium Græcum. 373.c
Intercalaris verſus cantabatur & repetebatur à populo. 908.a
Inuiſibilis dicitur Deus. 200.b.c.
Inuocandi & memorandi verba apud Hebr. conſtruuntur cum prępoſitione. 115.b.c
Ioannes Iſaac à Iudaïſmo conuerſus. 127.a
Iob, Prouerbiorum & Pſalmorum obſcuritas in diſtinctionibus. 318.b.c
Iordanis fluuius diuinus, Deóque dicatus. 351.d
Ioſeph datum eſt ius primogenituræ & ademptum Ruben. 491.d
Ioſeph venditus, primùm Iſmaëli



maelitis, deinde Putiphari regis eunucho. 675.c.d
Ioſue & Caleb, ſacerdotes etiam & Leuitæ à morte excepti & liberati. 603.c
Iouis dies, vnus erat è celebrioribus poſt Sabbatum & Lunæ. 498.d
Ioui Ichometi ab Ariſtomene Meſſenio 300. homines vno die immolati. 699.a
Ioui apud Latinos decima filiorum ſacrificabatur. ibidem b
Iphigeniam Agamemnonis filiam Græci ſacrificarunt. ibid.b
Ira Dei & afflictiones Sanctorum ſunt momentaneæ. 165.a
Ira non eſt in Deo ſed effectus. 40.d
Ira Dei cuncta mala complectitur. 379
Ira quid. 470.d
Iridi & Mercurio deorum nuntiis poetæ alas aſſignant. 98.c
Irritatio Moſis. 600.c.d
Iris, arcus cœleſtis, teſtis beneuolentiæ Dei in cœlo fidus & certus. 557.d
Iſaac magnus Princeps exiſtimatus eſt ab exteris regibus. 674.c.d
Iſmael & filij alij Abrahæ ex Cetura, ſeſe per coniugia inſeruerunt in principes familias. 674.d
Iſmaelitæ ſeparantur à Saracenis. 510.c
Iſraelitæ irritarunt Moſem, & tentarunt Deum in Raphidim & Cades. 600.d
Iſraelitæ, populus Dei, non natura aut meritis, ſed ſola electione. 672.d
Iſtriæ littus hodie eſt peſtilens. 714.d
Iuchne, auis immanis magnitudinis. 281.d
Iuda tribus, potentia & numero militum cæteris præſtabat. 330.c
Iuda, tribus Iſraelitarum. 380.d
Iudæ typus, Achitophel. 306.b.c
Iudæa, præſertim Galilæa oleo & oliuis abundat. 26.b.
Iudæa eſt terræ habitabilis medium. 437.b
Iudæa campeſtris, frugifera montana, compaſcua & arborum & eſcarum ferax. 351.d
Iudæa eſt matrix Eccleſiæ. 447.a
Iudæa, pro omni patria ſancta, & liberè religionem catholicam profitente. 701.b.c
Iudæa rerum omnium fœcunditate nobilis, iam eſt ſterilis. 712.d
Iudæi, natio adultera dicuntur in Euangeliis. 104.c
Iudæorum captiuitas & diſperſio. 189.a

Iudæi magno concurſu ventitabant ad Chriſti prædicationem. 226.c
Iudæi diſperſi ſunt, non ad vnum cæſi. 324.d
Iudæi per mundum vniuerſum vagantur incertis ſedibus. ibid.
Iudæi mare rubrum, & Iordanem pede ſicco tranſierunt. 356.d
Iudæi primi ad Euangelium vocati, tanquam Eccleſiæ principes. 380.d
Iudæorum inſanabiliũ excæcatio. 393.
Iudæi alibi potius degunt, quàm in Iudæa. 391.d
Iudæi dicuntur radix Eccleſiæ Gentium. 522.a
Iudæi, capta vrbe, partim cæſi, partim captiui abducti ſunt. 725.a
Iudaici ritus prohibiti, qui ſunt ſacramentales, ſiue figurales. 907.
Iudæi perpetuò coluerũt artes omnes liberales. 915.b
Iudicare vſu lingua Hebr. ſignificat regere, vnde liber Iudicum. i. rectorum & principum. 611.a
Iudicium pro vltione & defenſione. 87.d
Iudicium fiet in Sione. 278.b
Iudicium duplex, vnum nouiſſimum, alterum iam perfectum. 611.a
Iudicij ſigna & terrores. 613.a
Iudicia domini. 111.a
Iupiter καταιβάτης. 58.a
Iupiter apud Occiduos, Belus apud Orientales Deus habebatur 501.d
Iupiter, Apollo, Muſæ, ſunt dæmonia gentium. 698.b
Iuramentum factum eſt Abrahæ ſuper Iſaac, non ſuper Iſmaële vel filiis Cethuræ. 673.c
Iuſiurandum ritè factum eſt actus latriæ & religionis. 343.d
Iuſiurandum Dei immutabile. 557.a
per Iuſiurãdum fœdera mutua confirmantur ac ſanciuntur. 736.d
Iuriſiurandi & voti religio non violanda. 78.d
Iuſtificatio quare ſolet tribui fidei & obedientiæ, potius quàm ſacrificiis. 292.c
Iuſtificationes. 373.
Iuſtificatio & præparatio ad eam eſt à Deo, idque gratis. 28.
Iuſtificati gratis, integri viuere debent, ſi ſalui eſſe volunt. 77.c
Iuſtitia hæc quæ fit piis à domino, miſericordia eſt. 139.c
Iuſtitia in verbis non eſt, ſed in virtute. 318.a
Iuſtitia omnem virtutem complectitur. 350.c
Iuſtitia eſt gratia Dei iuſtificans. 406.d
Iuſtitia ſæpe pro gratia. 525.d





Iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas. 628.d
Iuſtitiæ ſacrificium. 24.b
Iuſtè qui viuit, tutus eſt ab inimicorum criminationibus. 31.d
Iuſtitiæ partes duæ, facere bonum, & fugere malum. 77.d
Iuſtitiæ partes duæ. 250.d
Iuueni pulcherrimi & iucundiſſimi epitheta. 394.a

K

KAl coniugatio. 10.b
Keteb, dæmonium ſæuiſſimum, quod in meridie graſſatur. 578.a

L

LÆtari licet Dei iudiciis, zelo iuſtitiæ. 302.a
Lamed apud Hebræos. 15.b
Lazarus inopia periit. 207.c
Lex domini circa quæ verſetur. 9.b.& 110.b
Lex Hebr. Torá à docendo, non, vt apud nos, à legendo, vel ligando. 463.a
Legis diuinæ ſumma & ſcopus. 465.d
Leges ſignare, vel condere. 595.a
Lernæa palus Herculis tempore exſiccata. 711.d
Lesbij Ioui homines mactabant. 699.c
Leuiathan, immanis cetus: quo nomine etiam Satanas ſignificatur. 437.d
Leuiathan, eſt balena recentioribus, veteribus tamen Rabinis piſcis eſt ignotus. 665.c
Leui tribus, in qua quatuor erant ſtirpes. 622.d
Leuiticis dixit dominus ſe illorum eſſe hæreditatem 806.a
Liber vitæ, Dei præſcientia & prædeſtinatio. 393.a
Liber vitæ duplex eſt. ibid.
Libri antiquitus complicabãtur in corticis morem. 226.a
Lingua puſillum membrum ingentium malorum incendium excitat. 295.a
Linguæ Syriaca & Sclauonica latiſſimè patent per Orientem & Occidentem. 329.a
Literatura. 401.
Litterati & facundi qui Eccleſiam Dei oppugnant perſtringuntur. 65.d
Locus variè lectus & ſcriptus. 127.128.
Locutio Dei quæ ex natura habetur, nos tria docet. 107.a
Luciani athei locus illuſtratus. 248.d
Lucifer quænam ſtella, & quibus nominibus appellatur. 735.a
Lumen naturale. 27.a
Lumen, lucerna, lãpas, ſymbola gloriæ, rerũ proſperarum & fœlicium. 101.d
Lumen Dei. 199.d
Lumen & meridies ſunt

ſymbola proſperitatis & lætitiæ. 205.a
Luna in nihilum an ſit abitura. 406.d
Luna perfecta, id eſt, plena, in plenilunio fulgẽs. 558.a
Luna vrit ſuo modo, vt frigus & pruina. 850.a
Lycophron primus inter Græcos reperit, aut certè illuſtrauit genus anagrãmatiſmi. 542.a
Lyranus natione Iudæus. 54.d

M

Macies ſequitur è faſtidio cibi. 692.a
Macies & phthiſis etiam oritur è nimia ingurgitatione & crapula. 692.d
Madianitæ, Arabiæ populus. 511.d
Magorum nomen vnde ducatur, & qui ſint. 4.a
Magi non ſolùm fuiſſe ſapientes ſed & reges, plerique veterũ docẽt. 409.a
Magorum & dæmonum præſtigiæ, non ſunt miracula. 908.d
Magiſtratu Eccleſiaſtico & politico Eccleſia continetur & viget. 10.d
Mahaleth, inſtrumentum muſicum lugubribus accommodatum. 539.d
Mahometes in Arabia natus. 510.b
Mahometani contra Chriſtianos. 259.d
Mahometani credunt in alia vita vſum eſſe ciborum & venereorum. 281.d
Mahometani nobis exprobrant Deum commutaſſe Chriſtum ſuum cum Mahomete. 562.a
Maieſtas Dei ſuper cælos. 43.d
Maieſtas Dei vbique lucet. 107.c
Malo nodo malus parandus eſt cuneus. 101.b
Mala non vult Deus eſſe, vel fieri; ſed dumtaxat permittit. 30.a
Malorum cauſa quomodo cauſa dicitur. 244.c
Malorum auctor non eſt Deus, at cauſa malorum pœnæ. 392.b
Malorum multitudo, & vitæ breuitas, vitam reddũt in ſenio miſeriorem. 572.b
Maledictus, qui accipit munera. 78.d
Manna duplici rore tectum. 368.d
Manna Hebræis erat loco panis triticei & delicati. 470.a
Manna dicitur cibus angelorum. 473.a
in Mãna erat panis & aqua. 601.a
Manna cælitus demiſſum ſpatio 40. annorum. 682.d
Manichæi Deum aliqua non creaſſe exiſtimabãt. 184.c





Manus pro potentia. 58.d
Manus & digitus Dei, potẽtia, vis & iudicium. 455.b
Manus vtraque, pro ſymbolo poteſtatis & dominij. 555.c
Manũ leuant iurantes. 695.c
Mapparum conficiendarum ratio quàm fuerit antiqua apud Hebræos. 482.b
Marcus Euangeliſta, primus Alexandriæ epiſcopus. 381.c
Mare terram operit & circundat, exceptis locis hominum & belluarũ habitationi deſtinatis. 656.b
Mare rubrum, mare album, & mare nigrum. 690.a
Maria virgo nullos alios habuit filios. 388.d
Marſi inuitamentis vel phyſica arte ſerpentes è latebris euocabant. 319.a
Martio menſe Deus eduxit Iſraelitas ex Ægypto. 367.d
Martyres multi in ſumma patiẽtia & animi trãquillitate conſeruati. 374.c
Martyres noſtri in equuleo ſuſpenſi, & ferreis vngulis exarati. 877.d
Martyrũ magna copia. 488.d
Mashat quid Hebræis. 269.c
Maſora magna. 127.a
Maſora parua. 128.c
Maſoretæ confuderunt verſus pſalmorũ & miſcuerunt. 30.d
Maſoretæ in inueſtigando 150. pſalmorum numero & diſtributione diſſenſerunt. 54.b
Maſoretæ duas dictiones in vnam coagmentarunt, & vnã in duas diuiſerũt. 22.b
Maſoretarum formulæ de keri & kerib. 127.b
Matutinum ſacrificiũ. 29.a
Matutinum tempus ad res gerendas opportuniſſimũ. 258.c
Matutinum tempus precibus magis eſt accommodatum. 258.c
Matutinarum vſus ab ipſis Apoſtolis repetendus. 29.c.d. Earum origo. 382.
Matutinæ preces erant è diei ſolemnioribus. 544.c
Mulieres ſolebant publicè victorias principum choris & cantibus celebrare. 369.b
Mulieres canebant ἐπινίκια tam voce quàm inſtrumentis. 379.a
Mundis omnia ſunt munda. 56.d
Murmurãtes intra 40. annos in deſerto periêre. 475.a
Muſicis inſtrumentis vtimur ad depellendam triſtitiam. 181.a
Medi & Perſæ proſperè ſe habuerunt poſt euerſam Babylonem. 918.d
Meditari quis verè dicatur. 3
Melanchton Alchimiã vaniſſimam ſcientiam laudat. 66.d
Mel petrinum damnatur à medicis. 503.d

Melchiſedech ſacerdos Dei altiſſimus. 411.c
Melchiſedech ſacerdos altiſſimi. 377.c. & 738.a
Μελετῇ, & μελέζειν: quid apud Græcos deſignent. 4.a
Melimela, dulces fructus. 504.a
Memoria. 162.
Mendacium ſeruile vitium. 356.b
Mendacia quæ appellantur officioſa vel iocoſa, non ſunt ſine culpa licet non cum magna. 30.c
Menſa ſacræ Euchariſtiæ. 135.d
Menſes Hebræorum erant lunares. 499.a
Menſura prægrandis, & parua. 494.a
Meſa Rex Moab primogenitum obtulit holocauſtum ſuper murum. 698.d
Meritum eſt opus bonum non ſimpliciter, ſed cum gratia. 954.b
Meritum eſt ſpecies gratiæ. 112.a
Meſec, nomen loci ab Iapeti filio. 846.d
Meſſenij virginem ex Æpidarum familia immolauerunt. 699.c
de Meteoris, & iis quæ fiunt in cælo. 159.b
Metrica pſalmorum ratio periit. 30.d
Meta viuendi, ſepties deni anni, à phyſicis creditur. 571.d
Minhá, fertum & ſacrificium farinaceum propriè ſignificat. 608.b
Minoï vſque ad Socratis tempora ſeptem vtriuſque ſexus ab Athenienſibus dati. 699.a
Mille anni ante oculos Dei non plures ſunt quàm dies heſterna. 566.d
Miracula & ſigna quæ fecit Deus Hebræis. 469.a
Miracula de dimenſionum penetratione. 680.c
Miracula propriè fiunt à Deo. 677.d
Miracula propriè quænam ſunt. 909.a
Mirificare. 22.d
Miſericordia à corde & viſceribus dicitur deſcendere. 89.c
Miſericordia & veritas. 145.a
Miſericordia & promiſſionibus Dei tutò nitèdum. 227.d
Miſericordia ſine iuſtitia eſt puſillanimitas. 628.d
Miſericordia Saulis damnatur, quòd regi Agag pepercerit. 631.a
Miſerator, & miſericors quid differunt. 768.c
Miſereri & commodare differunt. 749.a
Miſſa ſeu liturgia præcipuus religionis Chriſtianę cultus. 29.a
Miſſæ ſacrificium à Græcis liturgia dicitur. 307.a
Miſſæ noſtræ antiquitas ab Eccleſiæ primis temporibus repetenda. 597.a
Moab, Ammō, Amalec, ſunt populi Arabiæ. 510.c
Moabitæ & Idumæi ſunt populi Arabiæ & Saraceniei. 332.a
Molę, molares, ſiue duriores dentes. 319.b
Moloch, idolum, cui patres tradebant filios traiiciendos per ignem. 657.d
Monocerôtis cornu, crucis habet formam. 485.d
Mons Dei ſanctus. 17.a
Montes qui in aliam ſedem ſubſtiterunt. 161.c
Mora omnis afflictis longa & periculoſa. 397.a
Morbi diuturnitas facit ad commiſerationem maiorem. 213.a
Mors dicitur obdormitio & ſomnus ob futuram carnis reſurrectionem. 69.c
Mors ab Hebræis appellatur vehemens mœſtitia, infortunia, res aduerſæ. 394.d
Mortui dicuntur qui ſunt in ſtatu perditionis ab Hebræis: ſancti verò viuentes vel dormientes. 34.d
Mortui qui dicantur apud Hebræos. 34.d
Mortuorum officium in veteri lege ſeruari ſolitum, & eius Moſes meminit. 484.a
Mortuos non ſepelire, immanitatis eſt Scythicæ. 489.a
Moſes inſtituit ſacrificia quædam cum iubilatione & tubarum clangore. 153.a
Moſes ad tabernaculum cōfugiens, tutus fuit à ſeditioſorum impetu. 152.d
Moſes confugiens in tabernaculum fœderis, tutus fuit à populo impetum faciente. ibid.
Moſes maluit affligi cum populo Dei, quàm vocari filius Pharaonis. 519.d
Moſes non tantùm dicitur ſacerdos, verùm etiam primus legis ſacerdos. 621.d
Moſis & Ioſuæ bella in Chananæos, typus erat bellorum Chriſti in mūdum. 365.a
Moſis oratio in quartum librum pſalmorum relata. 564.d
Mycenæ totius veluti Græciæ horreum. 713.b
Myrica vel Iuniperus, virgultū humi repens. 638.c
Myrrha. 252.d

N

NAbal, nebulo, inſipiens propriè. 72.a
Nablium, genus inſtrumenti. 181.b
Naſi altitudo ſuperbia. 56.a
Nationes vicinæ Iudæis. 243.d
Nauiū vſus primùm à Deo monſtratus. 665.b.c
Ndaba, ſpecies ſacrificij pacifici, 302.b
Nectare & ambroſia, immortalitatis fœlicitatem figurantur

rarunt poetæ. 473.a
Nedar, votiua oblatio, ſacrificij genus. 283.a
Negotiatorum omnis res penè eſt in numerando, rationibúſque ſubducendis. 402.b
Nehemia & cæteri Iudæorum reduces principes loca vacua Hieruſalem reſtaurarunt. 638.a
Neomenia Septembris erat celeberrima. 498.d
Nilus Ægypti fluuius exundans, & ſeſe agris vicinis ad eos irrigandos ſuperfundens. 351.a
Nimrod cœpit eſſe gigas. 350.a
Nix vt candor, lux & ſimilia, ſymbolum ſunt proſperitatis & ſalutis. 374.a.b
Niue dealbari in Selmon, prouerbium. ibid.
Nix etſi ſit frigidiſſima, terræ calorem internum conciliat. 987.
Nocendi ſtudium & conatus, ipſum potius quàm iuſtos lædit. 41.d
Noë maledixit Chanaam nepoti. 70.d
Nomades & Scenitæ in tabernaculis habitabant, 330.d
Nomen Dei quid ſignificat. 32.d.43.a.51.a.71. a. 114. b. 392.b.c.
Nomen tetragrammatō pertinet ad Dei eſſentiam. 72.a.
Nomen Dei eſt ſuperius & excellentius cunctis rerum nominibus. 265.d
Nomina quatuor diuina, vnum proprium, tria appellatiua. 102.a
Noſcendi verbum apud Hebræos. 6.c.
Notitia Dei generalis & ſpecialis. 446.d
Nouiſſima appellantur tempora Chriſtiana. 20.a
Nox ſymbolicè tempus eſt calamitatum & malorū. 576.d
Nox eſt commodior ad ſcelera agitanda & molienda. 88.a
Nox afflictionum eſt ſymbolum. ibid.
Noctis caligo Deo ipſiſſima lux eſt, & purus dies. 929.d
Nycticorax, nocturnus coruus. 635.b

O

OBedietia melior victima & holocauſtis. 279.d
Oceani littus propriè eſt verſus meridiem. 706.a
Oculus Dei eſt eius prouidentia & cura. 178.d
Oculus noſter quomodo viſum accipit. 569.a
Oculi & palpebræ Dei. 63.a
Odij diuini effectus pernicies animarum. 30
Odio, odis, odiui, veteres dicebant. 389
Og rex Baſan. 374.d.& 378.c
Og & Seon ab Hebræis bello domiti. 495.c
Oggi ſtatura accedebat ad nouē ipſius cubitos. 904.a
Oleum ab Hebræis vnguētum appellatum. 136.a
Oleum vnctionis ſacerdotum ex quibus ſuccis & odoribus conficiebatur. 553.d
Oleum paſſim eſt ſymbolū lætitiæ, gratiæ & miſericordiæ. 585.a
Oleum faciem & cutem nitidiorem reddit, & vnguentis eſt accommodatum. 660.d
Oleum vnctionis, ſiue oleum ſanctum. 895.a
Olei vſus eſt maximus in ſacramentis. 26.a
de Oleo ſacro multa Rabbini tradunt diligenter obſeruanda. 554.c
Oliuarum mons, ſitus eſt ad Orientem, reſpectu Hieruſalem. 383.a
Onagri & aſini ſylueſtres maximè perſequuntur ſolitudines. 659.b
Opera tenebrarum. 23.d
Opera hominum, vitia & peccata. 88.c
Opera prouidentiæ continentur præmiis & pœnis. 111.a.b
Opera bona extra gratiam non ſunt meritoria, niſi diſpoſitiuè. 293.d
Opera fidelium bona eſſe meritoria, non infidelium 787.d
Optimus, maximus. 530.d
Orationis tempus veſpere, mane, meridie. 29.b.c
Oratio eſt primus & præcipuus ſpei ſiue confidentiæ effectus. 205.b
Oratio quæ nō fit per Chriſtum, fit ipſa peccatum. 724.a
Orationis perfectio eſt in mentis eleuatione. 143.d
Ordo temporis in hoc opere non ſeruatur. 412.a
Ordo in rebus is poſitus eſt à Deo, vt inferiora per media, & media per ſuperiora regi velit. 580.a
Ordines tres eorum qui purgantur. 173.a.b
Oreb & Zeeb interfectorū capita ad Gedeonem delata. 512. a
Organa inſtrumenta muſica. 915.b
Orientis regiones tardius religioni Chriſtianæ ſeſe dediderunt. 383.c.d
Origenes vi perſecutionis adactus ad grana thuris diis gentium offerenda. 283.b
Oſſa ſunt corporum baſis. 188.d
Oſtiariorum officium & gradus. 780. a
Ouis inter omnia animalia multum fœtificat. 713.d

P

Paganorum, Mahometanorum, & Hæreticorum cœtus deprauantur multis opinioni

opinionibus. 350.d
Panis corporalis & ſpiritualis. 207.d
Panis cor hominis firmat. 411.a
Panis Hebr. nomen eſt generale ad omnem cibum. 470.a
Palemne aſpis timet carmina incantatoris audire. 319.a
Palmæ quare comparatur iuſtus. 585.d
Palæſtini alienigenæ:nam è Cappadocia venerãt.331.d
Palęſtini è Cappadocia profecti. 511.a
Parabola. 269.a
Parabola,fabula,ludibrium, dicterium. 389.c
Parabola pro ſermone Prophetico. 463
Parare,præparare, ſignificat ſtabilire, fundare, communire,proſperare.620.d
Parcę filum vitæ noſtræ ducere & ſecare memorantur. 571.a
Parentum virtus vel improbitas ad vtrumque maximè confert. 318.c
Pars ſiue portio, totam hæreditatem & mercedem ſignificat. 63.c
Pars hæreditatis. 82.a
Paruuli, ſimplices & idiotæ. 110.c
Paſſer gregalis eſt. 575.c
Paſſer coniuge orbatus luget,à grege reliquorum ſe abducit. 635.d
Paſſionis dominicæ fructus, reſtauratio Syon. 395.a
Patiens ad iram Deus. 531.a
Patriarcharũ familia initio fuit parua numero.674.a
Patriarchæ ab exteris populis principes & magni habebantur. 674.c
Patrum piorum merita defluunt in filios. 650.a
D. Paulus de tribu Benjamin. 380.b
Paulus vinctus Chriſti, id eſt,pro Chriſto,pro Chriſti confeſſione & teſtimonio. 394.d
Pauli ſpiritus incitabatur, videns idololatriæ deditam ciuitatem. 217.a
Paulus Brugenſis è Iudaiſmo conuerſus. 54.d
Pauperes in Scripturis Deus agnoſcit pro ſuo populo. 74.c
Pauperes primùm amplexi ſunt Euangelium. 131.c
Pauperiores magis ſolent eſſe pij reliquis. 21.d
Pax Dei eſt tranquillitas cordis & conſcientiæ. 406.b.c
Pax phraſi Hebrçorum omne boni & fœlicitatis genus includit. ibid.
Pax,ritu linguæ, omne fœlicitatis genus importat. 525.a
Peccatum eſt ſtimulus mortis. 62.d
Peccatum pungit ſpinis inſtar. 176.d
Peccatum eſt morbus animi. 229.d
Peccatum in ſolum deum eſt tegendum, in proximum eſt confitendum. 287.b
Peccatum originale omniũ aliorum eſt fomes, origo & ſeminarium. 288.b
Peccatum originarium in conceptu transfunditur per ſeminis emiſſionem. ibidem. ibid.
Peccatum illud ſeptem nominibus appellatur in ſcriptura. 288.d
Peccata parentum quomodo in liberis deus vlciſci ſolet. 208.c
Peccata parentum deus filijs imputat. 725.d
Peccatorum genera tria à quibus Dauid liberari optat. 112.b
Peccata quando dominari dicuntur. ibid.
Peccatorum genera tria: in ſe, in proximum, & in deum. 688.d
Peccatis pondus & grauitas tribuitur. 212.c
Peccatis amittimus lętitiã & conſolationem ſpiritualem. 291.a
Peccatores qui dicantur in Scriptura. 2.
Peccatores omnes ſumus,& gratia Dei indigemus.18.
Pelicanus auis Ægyptia eſt & aquatica. 635.a
Pentapolitana terra fructuoſiſſima & amœniſſima verſa in mare mortuum.712.a
Pentecoſte poſt collectas fruges celebrabatur. 4.
Percuſſio ad diſciplinã pertinet, perſecutio ad odiũ & crudelitatem. 392.a
Perduellionis crimen Dauidi obiiciebatur. 38.b
Perſæ Iudaizant. 437
Perſarum rex numquam pedes proceſſiſſe fertur in publicum. 250.a
Perſarum & Indorum principes vixdum etiam hodie publicè fidem receperunt. 383.c
Perſecutiones durauerunt vſque ad Conſtantinum. 105.b
Perſonæ tres diuinæ deſignantur. 43.a
Perſonæ nomen ad denotandas diuinas hypoſtaſes vnde ſumptum. 63.d
Peſtilentia. 3.b
Petra, pro firmamento vel fortitudine. 16.d
Petra ſpiritualis eos conſequebatur. 468.a
Petri prædicatione ter mille conuerſi ſunt,& renati. 535.a
Pharao lingua Ægyptiaca erat nomẽ dignitatis imperatoriæ,non proprium. 430.
Pharus hodie contra Alexandriam Ægypti. 711.d
Philarchi,ſiue principes tribuum, aſtabant lateribus regis. 754.a
Philiſtæi tempore Saulis irrupuerunt in terrã Iſraël. 302.b

Philoſophus multa de deo nouit. 446.a
Phinees conſtitutus princeps ſacrorum & gentis ſuæ. 696.d
Phineæ ſacerdotis vxor ſpatium lugendi mariti non habuit. 484.c
Phthiſis, morbus à Latinis tabes appellatus. 693.c
Phrygiæ veſtes. 255.a
Picturæ & cælaturæ variæ fuére in Dei tabernaculo Moſaico. 434.c
Pietas habet promiſſionem vitæ vtriuſque. 5.c
Pietas & candor animi eſt ſpecies & pulchritudo hominis. 260.d
Pietatis duo capita, cordis puritas, & manuum. 424.c
Pietatis fructus tres & qui ſint. 3.
Pij cur viuere optent. 23.
Pij improbis qua ratione malè precentur. 25.
Piorum perſecutiones ex atheiſmo perſequentium, & Dei contemptũ oriuntur. 16.a
Pilus ne quidem defluit ſine dei voluntate. 88.d
Piſces copioſius creſcunt & multiplicanturquàm terreſtres vel aëreæ animantes. 664.c
Piſces immanes & horridi, vt Balena, Strutio, Delphinus, Torſio, Orca. 665.b
Plagarum Ægyptiis illatarũ numerus & ordo. 477.c
Plaga tertia, ad corpora hominum iumentorumque grauiter infeſtanda, terræ puluere in eos verſo. 680.a
Plaga quarta ad terram corrumpendam, & aërem inficiendum. ibid.b.c
Plaga quinta de peſte animalium. 681.a
Plaga ſexta de vleceribꝰ, ſiue puſtulis hominum. ibid.
Plaga ſeptima, quæ appellatur quidam grando, ſed mixtos habuit ignes, tonitrua, pluuias, &c. ibid.
Plaga prima Ægyptiorum, Veris tempore vertit aquas eorum in ſanguinem. 681.b
Plaga ſecunda, intra furnos & bibos ſe ranæ inferebant. 679.a
Pluuia herbæ & terræ grata eſt & vtilis, ſymbolum gratiæ dei. 407.a
Pœna Dei intolerabilis deprecanda non alia. 34.a
Polonia & Septentrionales regiones, multò ſunt hodie quàm olim feraciores. 713.c
Pontificum inunctio fiebat non ſine myſterio. 895.a
Porta mortis. 52.a
Porta, pro foris, & prætoriis & iudiciis. 389.d
Portæ cœli ante Chriſtum nondum apertæ piis erãt. 140.d
Portare calceos alicuius poſt ipſum, prouerbium. 331.b





331.b
Potentia filij. 46.a
Portugalenſes & Hiſpani, ſuis nauigationibus Indorum conuerſioni inſeruiunt. 382.d
Præceptum Dei quodlibet eſt duplex. 347.c
Præceptum de non faciendo ſculptili. 434.b
Præcepta dei non ſeruantur citra dei gratiam & auxilium. 816.a
Præcepta domini. 114.a
Prædeſtinatio & reprobatio ſunt æternæ. 449.d
Præparatio gratuita eſt. 59.c.d.
Præterita & futura ſunt omnium modorum. 36.a
Præterita & futura ſunt omnium modorum in lingua Hebr. pro particularum adiunctione. 156.d
Precũ fructus & finis. 36.a
Preces contra impios ſæpe ſunt prædictiones & prophetiæ. 40.a
Preces ſunt piorum exercitatio. 304.c
Preces noſtræ clauduntur per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 410.d
Precari licet in genere contra totum corpus peccati. 723.d
Presbyter Ioannes iam à 300. annis Tartarorum armis in Indijs extinctus. 382.c
Primogenitus quis dicatur. 481.a
Primogeniti vox quid notat. 481.b
Principatus ſunt inter dæmonas. 507.a
Pro octaua. 64.a
Pro occultis. 47.a
Prodigium, monſtrum, ſpectaculum. 409.b
Profunditas eſt propriè in mari & eius aquis. 387.b
Proijcere etiam apud Latinos exponere deſignat. 409.a
Promiſſa Dei ſunt certiſſima. 102.a
Promiſſio facta eſt ab ipſo Adam in omnem poſteritatem. 673.a
Prophetæ viderunt diem Chriſti, & gauiſi sũt. 675.a
Prophetiarum Ieremiæ, Ezechielis & Aggæi, ſcopus. 748.d
Propitiatorium ſic pictum erat à Moſe, vt videretur eſſe ſedes dei. 492.a
propoſitiones, problemata, quæſtiones difficiles & obſcuræ. 463.d
propria apud Hebræos pro patronimicis & gentilitijs paſſim vſurpantur. 404.d
Protagoras, Theodorus, Diagoras Athenis eiecti.
prouerbiorum Salomonis liber. 2
prouerbiorum liber Salomonis. 269.b
prouidentia dei à paucis negatur. 72.b
prouidentia dei ad minima

etiam, quæque ſe extendit. 281.a
Prouidentiæ duæ rationes & modi. 298.b
Prouidentiæ dei duo effectus. 736.d
proximus& propinquus appellantur omnes, quibuſcum nobis eſt negotium. 78.a
proximus in malum. 601.d
pruina vox generalis ad omnes ſiccas exhalationes. 813.a
pſallere eſt inſtrumentis canere, non tantùm ore. 327.d
pſalterium quod D. Hieronymo tribuitur, corruptum eſt. 55.a
pſalterium, genus inſtrumenti. 181.c
pſalterium,quodnam muſicum inſtrumentum.499.a
pſalterium & pſalterium, duo inſtrumenta muſica in Hebr. 583.a
pſalterium Romanum Gallico ſiue Hieronymiano antiquius. 597.a
pſalmus ſecundus non eſt idem cum primo vt quidam volunt. 8.c
in pſalmis ſententia eſt cohærens & connexa. 8.b
pſalmorum inſcriptiones quales. 21.a
pſalmus diſtinguitur à cantico. 365.a
pſalmus à Dauide poſtremò omniũ conſcriptus. 411.d
Pſalmus apud Iudæos recitari ſolitus quarta feria. 591.d
in Pſalmis & canticis ſententia eſt maximè cohærens & connexa. 4.
Pſalmi Dauidis in quinque libros digeſti. 2
Pſalmi Dauidis centum & quinquaginta. 54.a
pſalmi doctrina eſt parabola. 269.a
Pſalmi multi extabant ante Dauidem. 564.d
Pſalmorum quinque libri. 231.a
pſalmorum liber cur ita inſcribatur. 2.a
pſalmorum autores qui & quot. 2.c
pſalmorum diſtinctio quomodo ſit varia apud nos & Hebræos & cui potius ſit ſtandum. 154.a
pſalmorum ab imperitis enuntiatio. 261.d
pueri deuorati ab vrſis. 144.c
pueri tres è medijs ignibus conſeruati. 373.a
pueri latinè etiam ſeruos ſignificant. 733.d
pueri collo alligata eſt ſtultitia. 790.a
puerperiũ fit dei ope & quaſi obſtetricatione. 400.d
pulchritudo Chriſti. 247.d
pupilla, res longè chariſſima. 89.d
purgatorium conſtanter creditur ab Hebræis. 530.b
purgatoriũ & limbus. ibid.
purgatorium conſtanter aſſeritur à Iudæis. 560.d. & 594.a
Purgatorium, locus profundus, vnum ex inferni receptaculis. 880.b
Purificationes legis. 149.c
Pyramides Barbaras Hebræorum induſtriæ plerique tribuunt. 500.
Pythagoræ literæ. 88.d

R

Rabba vrbs primaria erat Ammonitarum. 740.d
Rabbatha, munitiſſima ciuitas filiorum Ammõ. 332.a
Rabbinorum quorundam hæreſis de reſurrectione. 6.d
Ranæ vulgares, & venenatæ,quales Rubetæ & Buffones. 680.a
Rationis vſus quando ſeſe in nobis explicat. 144.c
Regis nomen ſolet attribui filio, potius quàm patri. 28.d
Reges olim appellati, quicunque in ſuis regionibus ſummum tenebant imperium. 903.d
Regnum Dei non eſt in ſermone,ſed in opere. 822.
Regna mundi ſunt ſimilia vaſis figulinis & non duraturis. 12.c
Religio eſt gloria & decus populi. 560.d
Renes ſunt affectuum & cupiditatum ſedes. 19.
Renes Scriptura in præcipuis animi inſtrumentis numerat. 83.d
Reſurrectio mortuorum,eſt articulus fidei, etiam in Iudæorũ ſymbolo. 542.a
Reſurrectio non piorũ modo vt Rabbini quidã volũt,ſed & impiorũ erit. 6.b
poſt Reſurrectionem rebelles habitabũt in afflictionibus & miſeriis, cùm pij contrà bonis omnibus afficientur. 368.a
Retribuere pro ſimplici tribuere ſumitur interdum. 38.c
Rhamnus,ſpina maior, quæ ſpeciem arboris ferè gerit. 321.a
Rhinoceros,taurus Indicus. 160.d
Robigus vnus è 12.diis agricolarum : & Rubigo dea: & Robigalia ſacrificia. 479.a
Romani pro requie animarum februabant. 85.a
Ros & manna de cælo ſiue aëre pluit. 369.a
Ros Hebraicè omne veneni genus ſignificat. 390.a
Ros metaphoricè deſignat ſuauitatem, hilaritatem, dulcedinem. 735.a
Rubrum mare. 437.d
Rubri maris latitudo in loco tranſitus. 758.d
Rubus, vnum è generibus ſentium aſperrimũ. 318.c

S

Saba, metropolis Arabiæ fœlicis. 407.d

Sabbatum à Deo ſanctificatum, vt illo homines opificij mundi beneficium recolerent. 582.d
Sabæi Æthiopes vſque hodie Chriſtiani ſunt. 407.d
Saccahari nullam fecit mẽtionem Galenus. 504.a
ſaccus pœnitentiæ & luctus. 93.c
ſanctificare. 258.a
ſacramentor᷑n ſymbola à Dauide prædicta, frumentum, oleum & vinũ. 25.a
ſacramentis homines multiplicantur ſpiritualibus bonis. 26.b
ſacrificandi cultus in duas ſpecies diuiſus. 224.b
ſacrificium iuſtitiæ ſunt iuſta & ſancta opera. 21.a
eo etiam nomine ſacrificium altaris dici poteſt. ibidem.
ſacrificium incruentum duplex. 225.b
ſacrificium pacificum duplex. 225.d. & 282.d
ſacrificium ſupererogationis. 301.d
ſacrificiũ, matutinũ, veſpertinum & Meridianũ. 583.a
ſacrificium laudis, id eſt cõfeſſionis: in eo quid offerebatur. 709.d
Sacrificium, veſpertinum & matutinum. 943.d
ſacrificia veteris legis gratiſſima & propiciatoria erant ratione fidei & imaginis. 280.a
Sacrificiorum duo erant genera in lege. 114.d
Sæculum ſæculi, periphraſis æternitatis. 111.d. 556.b. & 567.d.a
Sæculum futurum eſt mercedis: ſeculum præſens operis. 177.d
Sagittæ Dei, fulmina, fulgura, grandines & ſimilia. 456.c
Sagittarij Orientales. 242.d
Salomon condidit templum. 97.a
ſalſugo ſterilitatem affert. 712.a
ſamuel fuit inter inuocatores nominis Dei. 621.d
ſamuel quatuor viguit ſæculis poſt Moſem. 622.d
ſancti. 488.d
ſancti in hoc mundo quare Deus ferè caſtigat & punit. 624.b
ſanctos & cælites pro nobis precari putabant veteres. 995.
ſanctum, dicitur, quod diuinis vſibus deuotum, & conſecratum eſt. 534.a
ſanctum ſanctorum ſacerdotes ingrediebantur, vnus de more, alteri extra ordinem. 623.c
ſancta quædã duplicia. 153.b
ſanctuarium, locus deo dicatus. 607.c
ſanedrin vocatur ſeptuaginta ſenes curiæ magnæ, quæ erat Hieroſolymis. 711b.
ſanguis Chriſti domini emẽndat conſcientias. 289.d


ſanguis




Sanguis victimarum in ſacrificijs ſuper populum aſpergebatur. 280.d
Saraceni, à Sara legitima vxore Abrahæ, vel à Sara monte. 510.c
Sarritia in agricultura dicitur à ſarriando, id eſt, ſarculando. 454.d
Satanas in mortis puncto ſęuiùs nos oppugnat. 69.d
Satanas, infernus, mors, peccatum, in triumpho veluti captiui ducti. 376.c
Satanas ſuos miniſtros per Prouincias, regna & vrbes diſtribuit ad omnia miſcenda & corrumpenda. 507.c
Satanas in mundo regnabat per infidelitatem ante Chriſti aduentum. 610.d
Satanas poſt bucellam introiuit in Iudam. 723.c
Saturno in Creta infantes, & alijs in locis immolati. 699.a
Saturno vno die 300. pueri Carthagine immolati ſunt. 698.d
Satyrorum ſententiæ ſunt diſſolutæ & diſcinctæ. 8.d
Saul cur Chuſi. i. Aethiops dictus eſt. 38.a
Saul ab obſidendo Dauide deſtitit, coactus exercitum in Philiſtęos ducere. 302.a
Saul ante tempus ſublatus eſt proprio cadens gladio. 309.a
Saul & eius ſectatores gladio Paleſtinorum ceciderunt. 343.d
Saul in Galbala oppido Ephraim regnabat. 485.d
Saulis ſedulitas in inueſtigando Dauide. 324.d
Scabellum pedum Dei. 621.a & 423.c
Scenophegię ſiue tabernaculorum feſtum. 783.d
Sciendi duplex modus, vnus per traditionem, alter per ſcripta. 647.b
Scopere, verbum deductum vel à ſcopis, vel à ſcopo. 218.454.a.
Scriptor & auctor in profanis idem, in ſacris non item. 15.b
Scriptura in ſua amplitudine relinquenda. 4.a
Scriptura gaudet ternario numero, propter myſterium trium diuinarum hypoſtaſeon. 588
Scripturæ ſacræ proprium. 464.a & 265
Scrutinium, latentes nocendi artes. 345.d
Scythopolis metropolis Amorrheorum. 913.a
Sedere à dextris Dei, multa complectitur. 732.a
Sedes Dei, thronus diuinus. 251.a
Sehon erat de genere giganteo prodigioſi roboris & molis. 904.a
Sela quid. 166.117.b.54.a.219.a.258.d.295 d.301.a.305.a.309.b.316.327.a.338.a 357.c 382.b.354.b.588.d.& 561.d
Selomon, mons Ephraim,

Iordani vicinus, perpetuis niuibus candens. 374.a
Semel & duo. 339.a
Semen Chriſti ſpirituale. 132.c
Semen virile eſt peccati originarij vehiculum. 288.c
Senatuſconſultum factũ, ne homo immolaretur. 699.d
Senectus multis incommodis eſt obnoxia. 401.a
Seol, infimus inferni gradus. 53.c
Seol propriè infernum animarum ſignificat. 84.c
Sephiroth decem, ſiue numerationes, per quas De⁹ in hoc mundo cuncta gerit & adminiſtrat. 653.c
Sephorot, literæ. Sepher, liber. Soper, ſcriba. 401.b
Septenarius, denarius, centenarius, millenarius multitudinem in lingua Heb. denotant. 489.d
Septenarius eſt numerus plenitudinis. 839.a
Septuaginta ſingulariter verterunt ne ſuſpicionem inducerent πολυθείας gentibus. 550.d
Sermo noſter eſt in noſtra poteſtate & liber. 65.d
Serpentis aſtutia. 318.d
Serpentis ahenei effigies, quare præcepta Moſi à domino. 764.a
Serpentes primum omnium è virga Moſis ſiue Aaronis producti. 478.b
Serui ſolent mentiri præ dominorum metu. 355.b
Sic, aliquando eſt particula blandientis & demulcentis. 342.c
Sicera, potus inebriãs, quicquid inebriare poteſt. 389. d
Sichima ſiue Sichem, vrbs Samariæ. 330.c
Sicilia Italię olim adiuncta. 712.b
Sicut comparationem non ſemper deſignat, ſed aliquando aſſeuerationem. 320.a
Signa & prodigia, Dei præſentiam atteſtantia. 601.a
Silentes, mortui: & locus ſilentij, infernus. 594.d. & 766.d
Siloës aquæ quietæ. 257.c
Sinai mons tremuit cælis grandines, tonitrua, fulgura iaculantibus ad aduentum Dei. 368.d
Sinai, vetus eccleſia: Sion, noua. 376.a
Sinai, mons Arabiæ. 694.c
Sinus, Gallicè Brachia maris. 664.c
Siõ mõs Hieruſalẽ bijugus. 5. Meridionalis. 264.a
Sion, Eccleſia fidelium. 51.d. & 349.a
Sion ſymbolũ Eccleſiæ Catholicæ & vniuerſæ. 395.a
Sion & Moria, montes domino dedicati & conſecrati. 532.d. 533.a
Sirion mons. 160.c
Siſara princeps exercitus Iabin regis Chananeorũ. 511.c

Siſeli



Siſeli herba vtuntur ceruæ ad faciliorẽ partum. 80.
Societates impiè conſulentium & docentium vitandæ. 3.b
Sodoma & Gomorrha ſulphure & igne cæleſti deflagrarũt. 62.63.b.& 712.a
Sol cerni non poteſt niſi per proprium ſuum lumen. 200.a
Sol & luna duo magna luminaria. 910.a
Sol, vas admirabile, & opus excelſi. 439.c
Solis formoſitas, celeritas, & caloris vehementia declarantur. 109.d
Solis circuitus eſt vſque da alterũ eius extremũ. ibid.
Solſtitialis herba. 878.a
Solemnitates ſex apud Hebræos. 499.d
Solia duo erant Hieroſolymis collocata. 855.a
Solitarij qui dicatur. 355.a.b
Spes maximè neceſſaria fidelibus. 14.a
Spes eſt ſpecies expectationis ad patientiam inducentis. 53.d
Spei ſalutem & beatitudinem Dauid in hoc opere attribuit. 14.d
Speramus bona, timemus mala. 390.d
Spinæ ſunt teneriores. 320.d
Spiritus ſancti admonitio vel inſpiratio ſæpius fit noctu. 83.d
Spiritus ſancti auctor eſt Pſalmorũ, & Dauid ſcriptor. 2.a
Spiritus ſanctus eſt auctor ſacrorum librorum. 247.
Spiritus ſanctus eſt ſpiritus principalis. 290.d
Spiritus ſanctus interdum eſt diuina res, interdum diuina eius actio. 291.b
Spiritus ſanctus à Platonicis appellabatur anima mundi, ſpiritus intus alens. 908.a
Spiritus impuri ſibi omnem admirabilitatem diuinitatemq; tribuebãt. 607.a
Spolia ſunt bona alicui detracta. 371.d
Sortes. 171.a
Stellæ, teſtes firmæ poſitæ in cælo in ſigna, tempora, dies & annos. 558.b
Stellæ conſtant natura lucida & ſplendenti. 994.
Stellarum numerus, vires & nomina ſoli deo nota ſunt. 987.
Steriles mulieres, dei gratia fœcundatæ. 739.
Stoici & Seneca volunt eò nos adducere, vt ſimus ἀπαθεῖς. 217.a
Subſtantia. 219.c
Subbſtantiua pro aduerbiis paſſim apud Hebræos. 50.d
Succoth nomen loci in tribu Gad vltra Iordanem. 330.c
in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, præceptum non eſt, ſed prophetia. 874.c
Sulci, & liræ. 352.a

Super & contra, id eſt, nunc in bonum, nunc in malum. 69.a
Supercilium, l. ſuperbia altitudo naſi Heb. dicitur. 56.a
Supplantare. 90.b.& 208.d
Suſceptor, adiutor, protector, defenſor. 16.d
Suſcitatio per Magos facta, dumtaxat eſt apparens. 543. b.c.d
Sycomorus, genus ficuum ſylueſtrium. 479 c
Syluas Deus ſolus plantat. 661.a
Syria diuerſis nominibus appellata. 329.a

T

Tabernaculorũ feſtum poſt collectos fructus celebrabatur. 4.d
Tabernaculum Moſis, & templum Salomonis. 77. a.& 103.a
Tanis, vrbs Ægypti ad Nili oſtium. 467.a
Tau non tantùm limitem, verùm etiam crucem ſignificat. 477.c
in Templis Deus quodammodo videtur. 29.c
Tempus orationis apud Iudæos. 29.a
Temporum diſtinctiones & diuiſiones. 662.d
Tenebræ triduanæ, & adeo ſtupendæ vt palparentur. 678.a
Tentare. 148.d
Tentatio Dei. 602.a
Teutati Gallorum deo homines immolabantur. 698.d
Tereſias Creontes filiũ pro patria immolauit. 699.c
Ternarius numerus eſt ſacer ob myſterium triadis. 608.a
Terra mari fluuiiſque ſupereminet. 138.a
Terra pro fundamento voluntatem Dei habet. ibid.
Terra pro cælo. 205.d
Terræ filij. 268.d
Terræ ſanctæ mira feracitas. 351.a. 357.d. 495.b. & 503.c
Terra fructum ſuum Dei benignitate largitur omnibus populis. 360.d
Terra inſula magna à veteribus geographis appellata. 407.c
Terræ propria qualitas eſt ſiccitas. 599.a
Terra Chanaam erat imago futuræ patriæ cœleſtis 603.b
Terra in æternum ſtat. 656.a
Teſtamentum nouum conſtat promiſſis, præceptis & Sacramentis. 745.a
Teſtamentum nouum quare ſic appellatum. 989.
Teſtimonia quæ præcepta appellantur. 786.d
Tetragrammaton appellatiuè repræſentatur per Dominum. 183.a
Tetragrammaton nomen, non licebat cuiquam in cõmunibus profaniſque collo





colloquiis illud efferre, vel etiam ſcribere. 513.b
Tetragrammaton ineffabile non deſignat effectus & operationes Dei, ſed ipſammet eſſentiam puram & ſimplicem. 619.d
Thabor, mons Galilææ ad occaſum. 551.a
Thales Mileſius aquæ terrã innatare aſſerebat. 138.a
Tharſis quid ſignificat. 265.a
Tharſis in genere mare ſignificat. 407.c
Theraphin, ſacræ quædam imagines. 434.c
Thronus Dei ex iuſtitia conſtat. 51.b
Thus erat gratiæ & beneficij ſymbolum. 225.d
Timere vſurpant Hebræi pro colere. 404.d
Timor Domini, eſt initium ſapientiæ. 745.b
Timor eſt reuerentia & pietas erga Deum cum metu eius offendendi. 881.a
Tinea ſi obiiciatur ſoli, diffluit, interit abiens in auras. 220.b
Tobias deliquit, & Zigod patitur, prouerbium Hebræum. 388.a
Toda erat ſacrificium non ſolum laudis, ſed Euchariſticum. 282.c
Tollere nomen, apud Hebræos eſt iurare. 82.a
Tollere & ſuſtollere. 154.a
Tonitrua, grandines, fulgura, pluuiæ extraordinariæ ſunt ſigna potentis & irati Dei. 99.d
Tonitru cæleſte & terreſtre. 159.a
Topazion, obrizum propriè, genus auri puriſſimi. 827.
Torcularia, quoddam muſicum inſtrumentum à forma vocatum. 43.a
Torrens, ſymbolum ingentium malorum, & periculorum. 861.a
Traditione Dei cognitio maximè perpetuatur. 108.a
Tribuere, & retribuere. 38.c
Trinitatis ſanctæ perſpicuũ myſterium. 63.c
Trinitatis myſterium Gentibus occultabãt Septuaginta. 743.a
Triumphi ſanctorum veteris Teſtamenti, victoriarum Chriſti typi fuere. 369.b
Tubæ ſonitus. 261.a
Tubæ argenteæ erant, & corneæ. 499.d
Tubæ ductiles & corneæ. 615.a
Turcæ ignoti populi & obſcuriſſimi è media Tartaria. 511.b
Turcæ ſunt de genere Scytharum. 963.d
Turcis & Sarracenis per Alcoranum licet indulgere voluptatibus, & vxorum multitudini. 381.d
Turtur, anima & Eccleſia ipſa manſueta & pudica. 440.d

Turtur, piarum eſt mentium ſymbolum. 515.b
Tyberius ſacerdotes humano ſanguine litantes cruci affixit. 699.a
Tyrannus nullus diu iuſtis imperabit. 863.d
Tyrannorum pœna eſt contemptus, exitium, nex. 715.a

V

Vanitas, quod inutile eſt, & ſtultum vocatur. 819.
Varietates Eccleſiæ. 255.a
Vas figuli refici non poteſt. 12.d
Vaticinium de Iudæorum calamitatibus. 324.c
Veneficos & incantatores interficiendos præcipit Deus. 318.d
Veneris die conditi fuêre Adam & Eua, per Chriſti deinde mortem eccleſia ædificata. 587.c
Venter pro parte ſuperiore vſque ad collum. 126.a
Venti in medio mundo abſumuntur. 476.b
Ventorum materia, forma & modus. 902.d
Verbum Dei Chriſtus. 182.d
Veritas. 144.a
Verbo eſſentiali ſancta Trinitas creauit omnia ex nihilo. 182.a
Verſus tres additi in Latinis codicibus. 73.d
Veſtimenta Chriſti. 252.c
Via noſtra quando in conſpectu Dei dirigitur. 31.d
Via regalis. 937.a
Viæ virtutis arduæ & difficiles. 88.c
Videre iuſtos dicitur Deus, vt noſſe quatenus eos beneficiis cumulat. 73.c
Videndi verbum appoſitè docet præſentiam corporalem eſſe in templis exhibendam Deo. 29.d
Vigiliæ diſtribuebantur in quatuor noctis partes. 882.c
Vincti compedibus, miſeri, captiuitatibus & tyrannide potentiorũ oppreſſi. 367.d
Vinctis neceſſaria non ſatis copioſè adminiſtrantur. 707.d
Virga & baculus. 135.a
Virga pro ſceptro, vel poſſeſſione. 421.a
Virga & poteſtatis inſigne, & verberationis inſtrumentum. 864.a
Virtus pro iudicio, iuſtitia & æquitate. 208.a
Virtus apud Septuag. vel exercitus & copias, vel robur & potentiam perpetuò ſignificat. 388.d
Virtutis ſeminaria & igniculos habemus à natura. 318.c
Virtutes animi corporeas multò excedunt. 254.d
Viſitare in bonam partem, & in malã. 44.d. & 324.b
in Viſione Dei conſiſtit præcipua beatitudinis ratio. 41.85.d



41.85.d
Vitæ fugacitas comparatur fluminum rapido fluxui & ſomniis. 567.b
Vitæ actuoſæ fructus. 874.a
Vita æterna, quomodo ſit ex gratia & ex meritis. 111.d
Vituli ſiue fructus labiorũ. 293.d
Viuit Dominus, & benedictus Deus meus eſt, formula. 105.a
Viuere, & vita. 131.b. 237.c
Viuus, Dei epithetum eſt. 694.d
Vocatio gentium prædicitur. 6. per Apoſtolos, primóſque Chriſti diſcipulos. 605.d
Vocationem ſuam quiſque eruet. 485.d
Vocati multi, pauci verò electi. 935.a
Voluntas Dei. 226.b
Volũtate Deus & pij vnum ſunt. 170.a
Voluntariè & volens, verba ad ſacrificia pertinentia. 301.d
Voluptas hominis præcipua in contemplatione poſita eſt. 834.d
Vox Dei adeo terribilis, vt Hebræi eam portare non poſſent. 500.c
Vox Dei diuerſa eſt ab eis vocibus, quas aurium ſenſu percipimus. 523.a
Votum ſolemne & ſimplex. 283.a
Vota obligãt abſque facultate reuocandi vel omittendi. 357.d
Vnctionis Moſaicæ exemplum tranſit ad omnes poſteros. 615.
Vngula dicta quòd effodiat. 866.
Vnguenta olim in conuiuiis adhibebantur. 135.c.d
Vrbes & populi ab animalibus contemnendis fugati & deleti. 679.d
Vrbium nomina ſunt etiam in lingua Hebr. maſculini generis. 533.a
Vria & Zacharia centum annis vixerũt poſt Eſaiã. 623.a
Vrim & Thummum vocant Hebræi oracula. 483.d
Vrere, id eſt, cruciare. 55.c & 427.c
Vſque non tollit noctem. 83.c
Vſque ad, donec & ſimiles particulæ apud Hebræos inferunt continuitatem. 402.c
cum Vulpe vulpinandum: cum Crete cretizandum. 101.b
Vultus Dei de ſeipſo lumen diffundit. 568.d

X

Xenaias, ſiue Philoxenus Hierapoleos Epiſcopus primus iconomacus. 435.a

Z

Zabulon & Nepthali tribus in Galilæa. 380.d

Zebee & Salmana à Gedeone capti & trucidati ſunt. 512.a
Zelari & Zelus. 204.a
Zelus eſt ſtudium ardens erga domum Dei & religionem. 289.a
Zelus feruor quidam animi propter res indignè factas. 421.d
Ziph, deſertum Iudææ, vel Idumæorum. 341.a
Zona tẽperata alterius hemiſpherij vniuerſa ferè occupatur mari Oceano. 706.a

FINIS.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

*LVGDVNI,*
Ex Typographia Iacobi Rouſſin,
Anno 1592.